
LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891

Henry W. Prescott
1916

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. VIII.

COMMENTARIUS.

VOLUMINIS SECUNDI PARS PRIMA.

A F D

FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS SECUNDI

PARS PRIMA.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCXCIX.

POLYSTRATI EPIGRAMMATA.

¶. 1.] *I.* Vat. Cod. p. 582. Primus edidit *Wolfius* in Fragm. Sapph. p. 234. unde idem repetivit *Toup.* in Emend. in Hesych. P. I. p. 308. Ex schedis Vinariensibus protulit *Klotz* in Musa puer. nr. XXXIX. Varietatem lectionis enotavit *Schneiderus* in Per. crit. p. 64. Duplici amore incensus poëta oculos accusat, qui tam gravem ipsi perniciem attulerint. Conf. *Meleagri* Ep. IV. quod hinc expressum videtur. — V. 2. ὀφθαλμὸς κατοσσόμενος. *Wolf.* κατασσόμενοι ap. *Toupium* vitiose. — V. 3. εἴδετε. primum Antiochum spectastis, formosum puerum; deinde Stasicratem; unde duplex in animum amor defluxit. Hunc vers. laudat *Alberti* ad Hesych. v. περισκέπτῳ. Puer venustate *conspicuus*, utrum περίσκεπτος appelletur, an περίβλεπτος, ut hoc loco quidam conjecit ap. *Albertum*, utque legitur in apogr. Lips. parum interest; sed non est cur Codicis lectionem relinquendam, existimes. — Pro χρυσέαισιν idem Apogr. χρυσέοισιν exhibet. — V. 4. ἠϊθέων. *Klotz.* quod correxit *Koehlerus* ad Theocr. p. 16. — ἄνθεμον. *Splendidorum juvenum florem.* παίδων ἄνθος *Meleager* Ep. II. Formam ἄνθεμον attigit *Dorvill.* ad Charit. p. 717. — V. 5. ἐπηγάσασθε. Sched. Tryll. In ἐπηυγάσασθε duplicandum esse τὸ σ judicat *Brunckius*, metri caussa. Antepenultima enim corripitur, ut ap. *Antip. Sid.* LIX. σχοίνων ἠελίους πλείονας ηὐγάσατο. Perperam *Wolfius* vertit *illuminastis*, cum sit: *Quid adspexistis* —

In fine difiichi interrogandi nota poni debet. — V. 6. edidit *Warton* ad Theocr. T. II. p. 83. πατρίης Sched. Tryll. — V. 7. Similiter *Meleager* l. c. ὀπτᾶσθ' ἐν κάλλει, τύφεσθ' ὑποκαιόμενοι νῦν. — Pro ἕλοιτο, quod ex conjectura, ipfius fortaffe *Brunckii*, fluxit, Cod. Vat. ἕληται legit. Et fic habet apogr. Voff. ubi corrigitur ἀνέλοιτο. Alia Apogr. ἕλοιτο, ἕλοιτε et ἕλοισθε exhibent. *Toupius* corrigere tentat: τὼ δύο γὰρ ψυχὴ οὐκ ἂν ἕλοιτο μία. *utrumque enim amorem una anima non ceperit.* Huic conjecturae patrocinatur locus *Theophyl. Simoc.* Ep. XXXVIII. ὡς γὰρ ἡ γῆ δύο ἡλίους οὐ δύναται θάλπεσθαι, οὕτω μία ψυχὴ δυάδος πυρσῶν ἐρωτικῶν οὐκ ἀνέχεται.

II. Cod. Vat. p. 250. fq. Planud. p. 203. St. 296. W. Scriptum in expugnationem Corinthi; quae urbs a L. Mummio everfa eft Ol. CLIX. 4. anno V. C. 609. — V. 1. Ἀκροκόρινθον. *arx Corinthi. Livius* L. XLV. 28. *Urbs erat tunc praeclara ante excidium. Arx quoque et Ifthmus praebuere fpectaculum: arx inter omnia in immanem altitudinem edita, fcatens fontibus: Ifthmus duo maria, ab occafu et ortu folis finitima arctis faucibus dirimens.* Corinthi fitum ad duo maria paffim commemorant, qui amoenitatis loci mentionem faciunt. *Alciphron* L. III. p. 426. Πελοποννήσου προπύλαια καὶ ἡ δυοῖν θαλάσσαιν ἐν μέσῳ κειμένη πόλις χαρίεσσα ἰδεῖν καὶ ἀμφιλαφῶς ἔχουσα τρυφημάτων. *Horatii Corinthus bimaris* expreffit *Rutilius* in Itin. I. 319. *Ephyreïus Ifthmos Ionias bimari litore findit aquas.* — Ut hic Corinthus Ἑλλάδος ἄστρον, fic in Epigr. ἀδεσπ. CDLXXXVII. Κολοφὼν τρυφερῆς ἄστρον Ἰωνίης. — σύνδρομον ᾐόνα. Et haec verba circumfcriptionem Corinthi continent, quae in Ifthmo collocata, eumque fere implens, utrumque litus quafi conjungere et connectere videbatur: *litora concurrentia, urbe conjuncta.* Pro σύνδρομον, quae Cod. Vat. eft lectio, veteres editiones omnes σύντροφον habent. Illam tamen et Aldus in Cod. quodam invenit. — V. 3. ἀστυφέλικτα.

Plan. In Vat. Cod. α superscriptum est τῷ ε finali. Non quidem inepta est vulgata lectio; nec tamen satis est causae, cur Mummius hic loqui existimetur. — σωρείαλος acervum h. l. significare videtur, in quem devictorum ossa coacervata sunt. — V. 5. Mummii crudelitatem ita excusat poëta, ut Romanos ab Achaeis Trojae eversae poenas sumsisse dicat. — ἀκλαύστους. supremo honore orbatos. ἄκλαυτον καὶ ἄθαπτον *Homer.* Od. λ. 54. unde *Sophocl.* in Antig. 29. ἐᾷν ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρόν. *Ovidius* Trist. III. 3. 54. *Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri, Indeploratum barbara terra teget?*

NICANDRI COLOPHONII

EPIGRAMMATA.

¶. 2.] *I.* „In Planudea p. 172. St. 250. W. *Ni„carcho* tribuitur et quidem verisimiliter. Sed Vatic. „Codicem in Epigrammatum titulis semper sequor.“ *Brunck.* In Cod. Vat. est p. 507. In Venere omnes varietatem amare ait. — V. 2. αἰνεῖν Planud. quod monachum prodit. κινεῖν Vat. praebuit. ἐκ ψυχῆς. *Theophrast.* in Char. XVII. θαυμάζω, εἰ καὶ ἀπὸ ψυχῆς σύ με φιλεῖς. *Aristoph.* Nub. v. 26. ἀλλ' εἴπερ ἐκ τῆς καρδίας ὄντως φιλεῖς. Similia collegit *Valcken.* ad Theocrit. Eid. II. 61. p. 52. *Wetsten.* ad N. T. I. p. 478. — V. 3. ἢ ῥύσεις Vat. Cod. vitiose. — φιλόκνιστος. i. e. φιλοῦσα τὸ κνίζεσθαι. hoc enim libidinoso amori proprium ab honesto cum matrona connubio abest. — ἀλλότριος χρώς. Cod. Vat. et Plan. Hoc emendavit *Toup.* in Emend. in Suid. P. II. p. 268. Epist. crit. p. 16. — In seq. vers. τὴν ξενοκυσταπάτην recte vertit *Brodaeus alienae uxoris congressum*, sed male derivat a πατεῖν, cum ab ἀπάτη deducendum sit. Tou-

Οἱ κωμικοὶ καταγλωττίζειν ἐν φιλήματι, καὶ καταγλωττισμὸς, καὶ καταγεγλωττισμένον.) — Sed prior explicatio videtur verior. Hinc intelligitur, cur Euphorion Choerilum dicatur *διὰ στόματος ἔχειν*, quo aperte quidem critici ejus judicii perversitas, tecte autem flagitiosa ejusdem consuetudo indicatur. Choerili enim nomen ambiguum est, quippe a *χοῖρος* derivandum. *χοῖρος, τὸ γυναικεῖον μόριον. Schol. Aristoph.* in Acharn. 781. Fuit autem, quod bene monuit *Moneta*, duplex Grammaticorum familia, quorum hi Homero, illi Antimacho omnia summa tribuerent. Homerum cum Antimacho composuit *Propertius* II. 25. 45. *Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.* ubi vide quos laudavit *Burmannus* p. 471. Euphorion autem *Ὁμηρικὸς ὤν*, Choerilum, qui se totum ad Homeri imitationem dederat, unice admirabatur. De Choerilo et Antimacho veteres disputasse, uter alteri praeferendus sit, apparet ex *Procli* Comm. in Platon. Tim. p. 28. *Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Ποντικὸς φησιν, ὅτι τῶν Χοιρίλου τότε εὐδοκιμούντων, Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προὐτίμησεν, καὶ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα ἐλθόντα, τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός.* De Platonis erga Antimachum studio testatur quoque *Plutarchus* in Vita Lysandri Tom. I. p. 443. C. Non autem solum propter Homeri studium *Ὁμηρικὸς* appellatur Euphorion, sed multo magis, quia *τοῖς μηροῖς* incumbebat. Plane eadem ratione in verbo *ὁμηρίζειν* lusit *Achilles Tatius* VIII. 9. p. 336. ubi Dianae sacerdos Thersandri flagitia his verbis salse insectatur: *ὀλίγον ἑαυτῷ μισθωσάμενος στενώπιον, εἶχεν ἐνταῦθα τὸ οἴκημα, ὁ μ η ρ ί ζ ω ν μὲν τὰ πολλὰ, πάντας δὲ τοὺς χρησίμους* (fortes et in Veneris palaestra probe exercitatos viros) *πρὸς ἅπερ ἤθελεν* (fort. *ἤθελον*, Thersander enim illorum libidini morem gessisse dicitur) *προσεταιρίζετο δεχόμενος* —. Quem locum ne a *Salmasio* quidem recte acceptum esse miror. Mox in eadem oratione p. 337. in verbis *μόνην δὲ τὴν γλῶτταν εἰς ἀσέλγειαν ἐκίνει*;

turpis flagitii significationem inesse, post ea, quae de κατηλάττας ποιήματι notavimus, nemo dubitabit. — V. 3. κατέγλωσσ' ἔνθεν τὰ ποίηματα legit Cod. Vat. — Idem φίλητρα exhibet. φίλητρον Toupius nunc de *amore*, nunc de *plagio* acceptum esse, ait. *Suidas:* φιλητής. ἐραστής. φιλήτης δὲ ὁ κλέπτης. Vide *Albertum* ad Hesychium in φιλήτης. — Vereor, ut in hac voce veram lectionem teneamus. Quodsi tamen recte sic legitur, Crates Euphorionem ait artem Homerum compilandi, nec minus impudica basia figendi calluisse.

CALLIAE ARGIVI
EPIGRAMMA.

In Cod. Vat. p. 538. ut Καλλίου prostat. Καλλίου vestigia legitur in Planud. p. 167. St. 243. W. In Polycritum quendam, qui cum antea vir bonus esset visus, repente, vino poto, improbus et rabiosus exstitit. Hinc poëta colligit, eum nec antea bonum virum fuisse. Hic sensus Epigrammatis, quem Planudes minus perspectum habuit, cum v. 1. pro χρύσεον, quae Vat. Cod. est lectio, θυμὸν ederet. Veram lectionem ex Cod. revocavit *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 361. Ad hoc Epigramma respexit idem ad Solinum in Proleg. p. 5. — χρύσεος in laudem dicitur de iis, qui morum elegantia et suavitate sunt conspicui. *Antiphil.* Ep. XXIV. ἐν ἄστεσι φερόντων χρύσεον γένος. *Theocrit.* Eid. XII. 15. ἦ ῥά τοτ' ἦσαν Χρύσειοι οἱ πάλαι ἄνδρες. ut recte emendavit *Wassenbergius.* Vide *Bergler.* ad Alciphr. III. 17. p. 314. — Polycritus autem non tantum χρύσεος, sed χρυσοῦς, *meritum aurum*, fuerat visus. — V. 2. λυσσομανής. Eadem compositione utitur *Antip. Sid.* XXVII. λυμβινόδε λυσσομανεῖς πλοκάμους. — V. 3. οἶνος ἤλεγξε τὸν τρόπον. Vinum, qualis quisque sit, ostendit; quae *Chaeremonis*

fuit ſententia, cum diceret: ὁ οἶνος τοῖς τρόποις κεράννυται τῶν πινόντων. ap. *Plutarch.* T. II. p. 406. B. Similia dedimus ad *Ionis* Fragm. I. 12. p. 314.

PERSAE THEBANI

EPIGRAMMATA.

¶. 4.] *I.* Cod. Vat. p. 162. Ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι παρὰ Χαιρεδαΐλόχου καὶ Προμένους. Edidit *Reiske* in Anthol. p. 9. nr. 414. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ἄφατοι T. I. p. 391. ubi Μαιναδίων perperam legitur. Depravatum Apollinis nomen in apogr. Lipſ. in ἀπαλλον, quod neſcio quis corrigere conatus ἀπ' ἄλλων in margine notavit. Nihil ineptius. ἐπ' αἰθούσαις *Reiske.* ὑπ' tuetur *Suidas* et Cod. Vat. — V. 2. ἔγκειντο Vat. Cod. ἄγκειντο *Suid.* l. c. et in Μαιναλία T. II. p. 512. *Antip. Sidon.* XI. ἄγκειμαι, Φερένικε, τεὸν Τριτωνίδι κοῦρα, Ἄγκειμαι. More receptum fuiſſe ap. veteres, ut venatores ferarum crania diis dicarent, apparet cum ex aliis locis, tum ex hoc *Libanii* Or. V. p. 225. Tom. I. ed. *Reisk.* ubi orator varia anathematum genera recenſens, ὁ δὲ στέφανον, inquit, ποιμὴν δὲ αὐλὸν, καὶ θηρατὴς θηρίου κεφαλήν. Vide Miſcellan. Obſſ. Tom. I. p. 107. — V. 3. ἐξ ἵππων (ἐξυππων apogr. Lipſ.) γυγερῷ χέρι δαΐλοχος τε. Cod. Vat. *Salmaſius* emendabat σθεναρῇ χερί. *Reiskius* varia comminiſcitur: ἐξαίτῳ φοβερᾷ vel σθεναρᾷ, vel νιαρᾷ, vel στυγερᾷ χειρί. In contextu dedit ἐξ ἵππων βριαρῷ χέρι. quod *Brunckius* recepit. At ſi hoc voluit poëta, propius ad depravatae ſcripturae ductus accederet κρατερῷ χέρι. Sed nec hoc verum puto. *Tres*, ni fallor, fratres, ſtrenui in Arcadia venatores, *tria* cervorum capita Apollini dono afferunt. Sed tertii fratris nomen latet in con-

ruptis syllabis γυγεςωχεςι. Hoc quale fuerit, non tam facile sit conjectura assequi. Sed fac, scriptum fuisse:

ὡς ἔλαν ἐξ ἵππων Ἱεράρχης Ἀντίλοχός τε

et longe facilius versum et sententiam defluere senties, quam in Reiskiana lectione βριαρῇ χέρι.

II. Cod. Vat. p. 194. Edidit *Pierson* ad Moer. p. 234. *Reiske* in Anthol. p. 54. nr. 520. Tisis mater facta Lacinae munera quaedam dedicat. — V. 1. κοῦρος ὁ τλέτας ἐπὶ ποντίδα ν. Cod. Vat. quod sic correxit *Reiskius*: κουροσόα, τ. ἐλικώπιδα. Prius, ad dialecti rationem nonnihil immutatum, recte recepit *Brunckius*. βροτῶν κουροτρόφε δαῖμον vocatur Artemis ap. *Orpheum* Hymn. XXXV. 8. — Pro ἐπὶ, quod in Cod. separatim habetur, Vir doctus in Cod. Paris. ἔχε conjecit. *Toupius* in Em. ad Suid. P. III. p. 405. junctis vocabulis ἐπιποντίδα scripsit, *pupam* sive *nympham marinam* significari pronuntians. Eandem emendationem iterum profert in Epist. crit. p. 130. ubi per *pupam corallinam* sive *ex coralio factam* interpretatur. Mihi *Perses* scripsisse videtur:

πότνια κουροσόα, ταύταν ἐπὶ παστάδι νύμφαν,

quae cum φύλασσε jungenda sunt: *Serva, veneranda dea, hanc pupam in templi tui vestibulo positam.* In παστάσι enim munera dedicatoria frequenter collocantur. *Leonidas Tar.* Ep. V. variis ejusmodi muneribus recensitis, ἐκ ἤθελεν τυχοῦσ' Ἀλκιβίης Κύπρις, Ἐν σοῖς τίθησι Καλλίκλεια παστάσι. Parma Herculi dicatur, ὄφρα ποτὶ στικτὰν παστάδα κεκλιμένα Γηραλέα τελέθοιμι. *Hegesipp.* Ep. I. p. 254. *Damaget.* Ep. II. ad Dianam: σοὶ πλόκον οἰκείας τόνδε λέλοιπα κόμης Ἀρσινόη θυόεν πὰρ' ἀνάκτορον. — νύμφη, *pupula*, (*Julian.* in Caesar. p. 28. ἡ γὰρ οὐκ ἔπλαττες ἡμῖν, ὥσπερ ἐκεῖναι (αἱ κοροπλάσται) τὰς νύμφας. Cf. *Schol.* Theocrit. Eid. II. 110.) inter pueritiae oblectamenta, a virginibus, cum nubiles factae essent, diis, Veneri inprimis, dedicari solebat. *Sappho* ap. Athen. L. IX. p. 410. E. πρὸς τὴν

᾿Αφροδίτην· χειρόμακτρα (velamentum) πλαγγόνων πορφυρόβαπτα μὴ ἀτιμάσῃς, ἃ πέμψα παρθενίας δῶρα τίμια. Sic hunc locum constituere libet, qui vulgo depravatissimus est. Morem illum illustrat *Casaubonus* ad *Athen.* L. VII. p. 553. ad *Persium* II. 70. — V. 2. λιπαρῶν τ' ἐκ Cod. Vat. In marg. apogr. Lipſ. λιπαρόν τ' ἐκ κ. πλόκαμον. — στεφάνων. Dubito, utrum de velamento accipiendum sit hoc vocabulum, (*Hesych.* στεφάνη. εἶδος περικεφαλαίας, ἐξοχὰς ἐχούσης, καὶ κόσμος γυναικεῖος. Cf. *Schol. Homer.* Il. η, 12.) an de ipsis crinibus, in divae honorem detonsis. Puellas enim nupturas crines Dianae deposuisse, cum ex aliis locis intelligitur, tum ex *Antip. Sid.* Ep. XXV. Coma autem, verticem ambiens, στεφάνη vocatur. Conf. *Polluc.* I. 40. IV. 144. — V. 3. $\overset{\text{ει}}{\text{Ελληθυία}}$ Vat. Cod. — *Reiskius* haerebat in nomine Τίσις, quod mulieris esse dubitabat. Corruptelae suspicionem auget *Suidas*, qui h. versum proferens in ῥυτῆρα T. III. p. 272. τὸ εἶδος habet pro Τίσιδος, quamvis hoc facile in illud abire potuit. — ῥύσια ὠδίνων munera vocantur, quae pro ope in partu lata deae offeruntur. τὸ ῥύσιον enim pro ἀμοιβῇ passim ponitur. *Sophocl.* Philoct. 959. φόνον φόνου δὲ ῥύσιον τίσω τάλας. *Schol.* ἐνέχυρον, ἀμοιβὴν ἐκτίσω. Loca veterum, qui hoc vocabulo usi sunt, laudat *Pierson* ad Moer. p. 338.

III. Cod. Vat. p. 412. Exstat in Planudea p. 345. St. 484. W. parum emendate scriptum. *Jensius* ut ineditum exhibuit nr. 150. Hinc *Reiskius* repetivit in Anthol. p. 175. nr. 801. Tychon, deus inferioris ordinis, illis, qui ipsum res parvas et factu faciles rogaturi sint, se propitium fore promittit. — »Τύχων est nomen »Priapi. Vide Hesychii interpp. in Τύχων. Diodor. Sic. »IV. p. 252. περὶ μὲν οὖν τῆς γενέσεως τοῦ Πριάπου καὶ τῆς »τιμῆς τοιαῦτα μυθολογεῖται παρὰ τοῖς παλαιοῖς τῶν Αἰγυπτίων. »τοῦτον δὲ τὸν θεὸν τινὲς μὲν Ἰθύφαλλον ὀνομάζουσι, τινὲς δὲ

»Τύχων. Alii a Priapo diversum faciunt. Strabo p. 587. »Ἀποδέδεικται δὲ θεὸς οὗτος ὑπὸ τῶν νεωτέρων· οὐδὲ γὰρ Ἡσίοδος οἶδε Πρίαπον, ἀλλ' ἔοικε τοῖς Ἀττικοῖς Ὀρθάνῃ, καὶ Κονισάλῳ, καὶ Τύχωνι, καὶ τοῖς τοιούτοις.« *Brunck*. His locis adde *Plutarchum* T. II. p. 232. ed. Bry. et *Athen*. L. IX. p. 397. A. ubi ex *Antiphanis* Comoedia Στρατιώτης ἢ Τύχων duo tetrametri laudantur, quos *Casaubonus* perperam in senarios mutare conatus est. — V. 1. ἐπιβαίεν. Plan. commate in fine hujus versiculi posito. — ἐν σμικροῖς, θεοῖς scil. ne cum *Brodaeo* πράγμασι subaudias. — V. 2. μεγάλῳ Cod. Vat. — V. 3. ὡς ὅτι Plan. et Cod. Vat. Aliam lectionem, ἂν ὅτι, notavit *Brodaeus*. *Stephanus* ὅτι conjicit, τούτων, ὅτι, pro ἃ, jungens. Quod nihili. Fortasse ἴσως γε scribendum est. — δημογέρων θεός. inter deos minorum gentium sive plebejos honoratus; nisi fortasse simpliciter pro plebejo,, δημοτικῷ accipiendum est. — In fine versus Plan. πένητι legit. — V. 4. κύριος εἰμ. sic ex Plan. et Vat. Cod. legendum, quod *Br*. in Lectt. monuit, cum in contextu κύριός ἐστι dedisset. — Τυχών. Planud. In Jensianis τυχὼν habebatur, unde *Reiskius* veram lectionem acute perspexit.

IV. Cod. Vat. p. 322. sq. *Reiskius* in Jensian. nr. 689. p. 130. Scriptum carmen in imaginem sepulcro impositam, in qua Neotima conspiciebatur, in matris Mnasyllae ulnis animam agens, et Aristoteles, Neotimae pater, filiae caput tenens. — V. 1. Μνάσιλλα. Jens. — V. 2. μυρομένα κούρα. Cod. quod *Reisk*. emendavit. — γραπτὸν τέκνον idem de sculpta imagine accipit. Certe γραπτὸς hanc interpretationem non respuit. Vide *Wolfium* in Prolegg. ad Homer. p. XLV. Nihil tamen est, quod nos a vulgari significatione recedere cogat, cum veteres sepulcra pictis tabulis ornasse satis constet. — κεῖται. hic ut mortua jacet, mortis caligine ejus oculos obducente. — V. 5. ματρὸς Cod. — ἀπὸ Jens. — ¶. 5.] V. 7. ἐπεμάξατο ex *Reiskii* emendatione, pro ἐπεμάσσατο.

Cum *κεῖται* praecesserit, et omnino de re praesente agatur, corrigendum suspicor:

δεξιτερᾷ κεφαλὰν ἐπιμάσσεται. ὦ μέγα δειλοί —

V. 8. *οὐδὲ θανόντες.* Imago enim, longum tempus duratura, mortuorum doloribus perpetuitatem tribuere videtur. Similia passim occurrunt. Vide *Glaucum* Ep. V. T. II. p. 348.

V. Cod. Vat. p. 292. Planud. p. 257. St. 372. W. ubi *Theophani* tribuitur, quod nomen inter Epigrammatarios poëtas alibi non occurrit. In Theotimi, Eupolis et Aristodicae filii, qui naufragio perierat, cenotaphium.

VI. Cod. Vat. p. 284. *Πέρσου Μακεδόνος.* Gentile omissum in Planud. p. 288[a]. St. 416. W. In Philaenii, quatuordecim annorum puellae, tumulum. Confer Ep. *Anytes* XIX. — V. 2. *ὡραίους.* Proprie ipsa puella dicitur *ὡραῖος*, *viro matura.* Vide *Trilleri* Obss. p. 117. *Julianus Aegypt.* Ep. LVI. *ὥριος εἷλέ σε παστὰς, ὥριος εἷλέ σε τύμβος.* *Antiphanes* Ep. I. *ἐς Παφίης θαλάμους ὥρια καλλοσύνη.* — V. 3. *κατὰ δρύψασα.* Vat. Conf. not. ad *Mnasalcae* Ep. XVII. — V. 4. *τεσσερεκαιδεκέτιν.* Vat. Cod.

VII. „Lemma in Vat. Cod. (p. 275.), cujus lectio„nes exhibui, *Εἰς Μαντιάδην καὶ Εὔστρατον τοὺς Δυμαίους ἐπι„τύμβιον.*" *Brunck.* Planud. p. 214. St. 312. W. ubi v. 1. *Μαντιάδης* et *Ἀχέλλου* legitur. Posterius *Casaubonus* in *ἀπελλᾶ* mutandum censebat. — V. 2. *δυσμαίῃ* Plan. *Opsopoeus* *δυμαίῃ* tentabat. Fratres, quorum cippo haec inscripta sunt, Achaei ex urbe Dyme, *Δυμαῖοι* fuerant. Vide *Steph. Byz.* p. 248. *Strabo* L. VIII. p. 387. *Pausan.* VII. 17. p. 565. — *ἐπὶ ξυλόχῳ* Aldina pr, et Ascens. — V. 3. *ἄγλαυροι.* Aldina tert. — *ὀροιτύποι* Vat. Cod. — V. 4. *μηνυταὶ τέχνης* Cod. Vat. — Secures lignariorum cippo insculptas fuisse puta.

VIII. Cod. Vat. p. 286. Planud. p. 249. St. 361. W. In naufragum, in Lesbi litus ejectum. — V. 1. Εβρου. Flor. Εὔρου Ald. pr. et deinde omnes editt. veteres. — κατ' αἰγίδας. Vat. — „Scribe ἐξεκύλισεν, ut recte legitur „in veteribus editionibus omnibus. ἐξεκύλισσαν e prava „Stephani emendatione est." *Brunck.* Duplex σ tamen Vat. quoque Cod. exhibet. — V. 3. οἰνηρῆς Λέσβου. *Hermesianax* in Eleg. 54. οἰνηρὴν δουρὶ κεκλιμένην πατρίδα Λέσβον εἰς εὔοινον. *Callimach.* fragm. CXV. ἀπ' οἰνηρῆς Χίου. — αἰγίλιπος πέτρου. Homericum. Il. π. 4.

Ceterum Persae in Cod. Vat. tribuitur Ep. Incert. CXIV.

ANTIPATRI SIDONII
EPIGRAMMATA.

¶. 6.] *I.* „Quae asterisco notata sunt, ea in codi„ce adpositum non habent gentile, et sic incertum est, „utrius sint Antipatri. Pleraque tamen Thessalonicensi „tribuenda videntur." *Brunck.* Cod. Vat. p. 510. Ἀντιπάτρου. In Planud. p. 179. St. 263. W. ἄδηλον est. Poëta, vitae brevitatis memor, se ad potandum exhortatur. Ad Seleucum orationem dirigit, fortasse eum, qui post Antiochum M. in Syria regnavit. — V. 3. μία καταίβασις. Vide ad *Tymn.* Ep. V. ἔστι γὰρ ἴση πάντοθεν εἰς Ἀΐδην ἐρχομένοισιν ὁδός. quamvis hujus loci paulo diversa est ratio. In Planud. legitur εἰς Ἀ. πάντεσσι κατ. — Pro τάχιον Cod. Vat. τάχειον. et mox Μήνω pro Μίνω, quod pro Μίνωα sive Μίνων ex Atticorum consuetudine positum, illustrat *Wyttenb.* ad Plut. de S. N. V. p. 24. — Omnes, Antipater ait, Orco debemur; si quis habet, quod ad cursum accelerandum valeat, is Minoa citius videbit. Potantes vero hoc assequuntur, ut celerius vi-

vant, nec, ut reliqui, pedibus, sed quasi equo vecti, viam conficiant. — V. 5. πίνομεν et καὶ δὴ γὰρ Cod. Vat. Posterius, quo hiatus vitatur, verissimum. Nam illo quoque ordine hae particulae collocantur. *Aristoph.* Vesp. 1224. καὶ δὴ γάρ εἰμ' ἐγὼ Κλέων. — ἵππος οἶνος. *Cratini* dictum. Vide *Nicaenet.* Ep. IV. οἶνός τοι χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ.

II. Cod. Vat. p. 395. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 62. St. 90. W. In Euagoram quendam, bene nummatum virum, qui pecunia tantum in amore valebat, quantum summi dii fraude et potentia. — V. 1. καβάλλης. Superscriptum in Vat. Cod. ἱπποφορβός. ineptum glossema. Neptunus in equum mutatus ad Cererem accessit; unde natus Arion, equus nobilissimus. *Pausan.* p. 650. — V. 2. ἀμφιβόητος. *Hesych.* Ἀμφιβοήτης. περιβόητος. Ἴων Τεύκρῳ. Vide *Bentleii* Epist. ad Mill. p. 55. — V. 3. Vulgo παιδικός, quod variis interpretum erroribus locum fecit. Recte *Brunckius* monuit, de Apolline agi, quem Admeti amore incensum greges apud Thessalos pavisse existimabant. *Callimach.* H. in Apoll. 48. Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγήτιδας ἔτρεφεν ἵππους, Ἠιθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο. Eandem fabulam apud *Rhianum* fuisse, intelligitur ex *Schol.* in Eurip. Alcest. 1. Ῥιανὸς δέ φησιν, ὅτι ἑκὼν ἐδούλευσεν αὐτῷ δι' ἔρωτα Ἀδμήτου. — V. 4. οὐ πειθοῦς εὐνέτης, ἀλλὰ βίης. Haec in eadem re saepius sibi opponuntur. Amor in *Simmiae* Alis v. 10. οὔτι γὰρ ἔκρηνα βίᾳ, πᾶν δ' ἐπρήυνα πειθοῖ. *Pindar.* Pyth. Θ. 69. κρυπταὶ κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς Πειθοῦς ἱερᾶν φιλοτάτων. Poëta dramaticus nescio quis ap. *Plutarch.* T. II. p. 751. D. ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὑπό τινος ἐρωτᾶται·

Βίᾳ δὲ πράξας (l. δ' ἔπραξας) χάριτας ἢ πείσας κόρην;

Idem dicere voluit *Philostratus* Jun. Imag. IV. p. 868. ubi Achelous Deianirae τὸν γάμον σπεύδει, καὶ πειθοῖ μὲν ἄπεστι τῶν ἐρωμένων. quae inepte vertuntur vulgo. *Plato*

de

de Rep. VIII. T. II. p. 548. B. λάθρα τὰς ἡδονὰς καρπούμενοι, ὥσπερ παῖδες πατέρα τὸν νόμον ἀποδιδράσκοντες· οὐχ ὑπὸ πειθοῦς, ἀλλ' ὑπὸ βίας πεπαιδευμένοι. Vide *Wyttenbach.* ad *Juliani* Orat. I. p. 36. sq. — V. 5. »Veterum editio»num omnium et MSS. lectionem revocavi ὢν χαλκός. »Praedives Euagoras non formas alias induit, sed oblato »aere pueris et virginibus potitur. Elegans est Vat. »Cod. lectio ἄτερ δόλου αὐτὸς ἐναργὴς πάντας — suppresso »verbo, quod facile suppletur. Hanc genuinam esse »lectionem credo.« *Brunck.* Recte. Planudes procul dubio aposiopesin, in qua verbum nequam subaudiendum est, vitaturus ἀλλάσσει ex suo ingenio scripsit. ὢν χαλκός, quasi in nummos mutatus, ut dii in bestiarum formas. Vulgo ὢν καλὸς ex *Brodaei* conjectura legitur.

III. Cod. Vat. p. 584. Ἀντιπάτρου. Edidit *Schneider* in Peric. crit. p. 105. Tractavit *Toup.* in Cur. nov. p. 255. Scriptum in Eupalamum, (vitiose apogr. Lips. Εὐ πάλαμος) puerum, cujus pedes totaque pars inferior superiore minus formosa erat. Est hoc carmen ex eo genere, ubi res nequam grammatico acumine tecte et obscure significantur. Eupalamum pulchro colore conspicuum esse ait μέσφ' ἐπὶ Μηριόνην, i. e. μηρούς. Hinc *Rufinus* Ep. III. tres puellas ait certasse, τῶν τρισσῶν τίς ἔχει κρείσσονα Μηριόνην. Lucem his affundit *Sextus Empir.* Pyrrh. Hypot. III. 24. p. 177. καὶ τὸν Μηριόνην τὸν Κρῆτα οὕτω κεκλῆσθαί φασιν δι' ἔμφασιν τοῦ Κρητῶν ἔθους. Mos Cretensium erat pueros amare. *Servius* ad Aen. X. 325. *De Cretensibus accepimus, quod in puerorum amores intemperantes fuerunt.* Vide quae congessit *Wetsten.* in N. T. II. p. 26. — Ex ea inde parte, quam poëta Merionae nomine indicat, Eupalamus Ποδαλείριος erat, quod item herois ap. Graecos nomen, etiam eum significat, qui infirmis est pedibus. λειρός. ὁ ἰσχνός· καὶ ὠχρός. καὶ ἀκρίδας λέγουσι κόνυας τὰς κατισχνωμένας καὶ ἀποβαλούσας τρίχας. Haec autem pars in Eupalamo si superiori responderet,

Achille foret praestantior, qui pedum pernicitate valebat scilicet. Hic sensus Epigrammatis, quem *Toupius* primus perspectum habuit. — V. 1. ξανθὸν est in Codice, nec cum *Toupio* in ξανθῷ mutandum videtur. ξανθὸν ἐρεύθεσθαι dictum, ut ἁπαλὸν γελᾷν et similia. — Pro ἴσον Cod. Vat. εἶσον. vulgari errore. — V. 2. Cod. μέσφ' ἀπὸ κρ. Brunckiana lectio est in margine apographi Lipſ. fortasse ex *Salmasii* emendatione. — V. 3. Ad Πολυκλείτειον *Brunckius* εἰς subaudiendum esse monet. *Toupius* Πολυκλείτειος corrigit, quod sensum faciliorem fundit. Idem οὐκέτ' ἐς ἠῶ νεῖται (in edit. Lipſ. vitiose κεῖται excusum est) perperam ex *Theocrito* desumta existimat, Eid. XVIII. 55. νεύμεθα κἄμμες ἐς ὄρθρον, quae cum nostro loco nihil commune habent. Obscura verba fortasse in hunc sensum accipi debent: Superior pars Eupalami ξανθὸν ἐρεύθεται; inferior non eodem colore splendet; hinc poëta eam non ad Auroram accedere ait, quae ξανθὴ καὶ ἐρευθομένη scilicet. Fortasse verba οὐκέτ' ἐς ἠῶ νεῖται simpliciter sic accipienda, ut inferiores pueri partes fere exstinctae et mortuae esse dicantur. ἠὼς pro ἡμέρα, φῶς, βίος ponitur. Infra Ep. LXII. κίχλας θαλερὸν δέμας ἐς φάος Ἠοῦς Οὐκέτ' ἀπὸ πλεκτᾶς ἧκε διηραιοπέδας. — V. 5. τά τ' ὕψόθι ap. *Schneiderum*. — V. 6. Idem Ἀχίλλης et Αἰακίδεω. In Cod. Vat. est Αἰακίδαο. In apogr. Lipſ. Αἰακίδας. — Comparat *Br.* Epigr. ἀδέσπ. XXXVI. p. 158.

¶. 7.] *IV.* Cod. Vat. p. 538. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 130. St. 188. W. Priapus Cimonem bene vasatum conspicatus, se a mortali superari conqueritur. — V. 1. ἐστηκός. Plan. et Cod. Vat. — Κύμωνος. Ed. Flor. et Ald. pr. — *Juvenal.* Sat. VI. 375. *Conspicuus longe cunctisque notabilis intrat Balnea, nec dubie custodem vitis et horti Provocat.*

V. Cod. Vat. p. 430. Ἀντιπάτρου εἰς ἐρῶντα περὶ Κλεόμβροτον. Planud. p. 36. St. 53. W. Hinc a *Gaunero*

ni fallor, relatum in *Stobaei* Florileg. T. LXI. p. 389. 15. Gesn. p. 253. Grot. sine lectionis varietate. Amor in undis natus lacrymis exstingui nequit, sed auro molliendus est. — V. 1. τελέμβε. Vat. Cod. — ὕδατι πῦρ. *Zenodot. Ephes.* Ep. I. T. II. p. 61. — ἐκπνεῖς. intendit τὸ π. ignis vehementer spirans. *Casaubonus* incidit in ἐφαπτεῖς. — V. 4. τικτόμενος. Qui inter veteres Amorem in undis natum dixerit, novi neminem; nec tamen idcirco hunc versum depravatum existimem. *Huetius* conjecit τεγγόμενος. Quo admisso, non satis video, quo τότε referendum sit.

VI. Cod. Vat. p. 103. Ἀντιπάτρου. Edidit *Leichius* in Not. ad Carm. Sepulcr. p. 17. *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 135. nr. 314. — In Europam quandam, meretriculam perquam humanam et facilem. — V. 1. μήτε (apogr. nonnulla μηδὲ) φοβηθῇς. Cod. Vat. φοβηθεὶς corrigendum esse vidit *Valcken.* in Diatr. p. 286. B. ubi prius distichon exhibet. Europam, drachma soluta, subagites licet, neque quenquam metuens, nec ipsam renuentem experturus. Huc facit *Horatius* I. Serm. II. 119. *Parabilem amo Venerem facilemque; Illam: Post paulo; sed pluris; si exierit vir; Gallis hanc, Philodemus ait: sibi, quae neque magno stet pretio, neque cunctetur, cum est jussa, venire. — Haec ubi suppostuit dextro corpus mihi laevum, Ilia et Egeria est: — Nec vereor, ne, dum futuo, vir rure recurrat.*

VII. Cod. Vat. p. 407. Planud. p. 82. St. 120. W. Ἀντιπάτρου. Bacchum sibi per quietem visum esse ait, qui ipsi mala minaretur, si aquam potare pergeret. Ab eo inde tempore aquam sibi invisam esse. — V. 1. ἀκρήτου. Cod. Vat. Ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἔταττον οἱ παλαιοὶ τὸ ἄκρατον. Σώφρων. ὕδωρ ἄκρατον εἰς τὴν κύλικα. *Athen.* L. II. p. 44. B. — V. 2. ἐμοὶ λεχέων Vat. Cod. Veriorem hanc lectionem penitus ignoravit *Brunckius*. ἄγχι λεχέων παρα-

στὰς ἐμοί. Similiter poëtam increpat Apollo ap. *Virgil.* Eclog. VI. 3. *Horat.* IV. Carm. XV. — V. 3. *ἀπεχθομένην Ἀφροδίτην.* Cod. Vat. Sinceram lectionem *Planudes* servavit. Aquae potorum somnum Veneri invisum esse ait, secundum paroemiam, quae sine Baccho Venerem ait frigere. Fateor tamen, Veneris mentionem mihi ab hoc loco alienam videri. An fuit: *ἀπεχθομένων Διονύσῳ?* librario *Ἀφροδίτην* Baccho substituente, propter Hippolyti commemorationem. — V. 4. *πείθεσθαι.* Vat. Cod. — V. 6. *ἀπὸ τῆς, τότε νυκτὸς* subaudi.

VIII. Cod. Vat. p. 511. *Ἀντιπάτρου.* Planud. p. 174. St. 253. W. Se improbos et aquae potores detestari ait. — V. 2. *ὤρυμον* Cod. Vat. unde profluxit vitiosa Planudeae lectio *ὀρώμενον.* Vera est lectio Brunckiana, cujus tamen auctoritatem ignoramus. *ὠρύειν* et *ὠρύεσθαι* de quavis lugubri voce, de ferarum rugitu, terraeque fremitu usurpatur. Vide *Triller.* Obss. p. 304. Hinc descendit *ὠρυγὴ* et *ὤρυγμα.* Posterius de fluctuum strepitu adhibuit *Qu. Maecius* Ep. VI. Neptune, *ἁπλοῖς ἠιόνων ὠρύγμασι τερφθείς.* — V. 3. *ἀστράπτῃ* primus *Stephanus* dedit; omnes editi. veteres *ἀστράπτει.* — V. 4. *μῦθων μνήμονας ὑδροπότας.* Huc egregie facit *Philostratus* in Vit. Soph. L. I. p. 507. Ὁ μὲν Αἰσχίνης φιλοπότης ἐδόκει καὶ ἡδὺς καὶ ἀνειμένος καὶ πᾶν τὸ ἐπίχαρι ἐκ Διονύσου ἠρηκώς. — ὁ δ' αὖ (Demosthenes) *νενηφώς τε ἐφαίνετο, καὶ βαρὺς τὴν ὀφρὺν καὶ ὕδωρ πίνων, ὅθεν ἐν δυσκόλοις καὶ δυστρόποις ἀνεγράφετο.* — De paroemia, ad quam *Antipater* h. v. respexit, *μισέω μνήμονα συμπόταν,* disputavit *Plutarch.* T. II. p. 612. Conf. *Lucian.* T. III. p. 419. sq. et *Martialem* L. I. Ep. XXVIII.

¶. 8.] *IX.* Cod. Vat. p. 149. *Ἀντιπάτρου Σιδωνίου,* Planud. p. 422. St. 556. W. Bitto, mulier fere quadragenaria, ex Minervae castris ad Venerem transiens, textricum deae radium textorium dedicat. Hinc fortasse expressum, geminum certe germanum Epigr. *ἀδέσπ*

CXVI. Conf. etiam *Nicarchi* Ep. X. — V. 2. 3. laudat *Suidas* v. λιμηρῆς T. II. p. 448. — χήρη ἐγὼ γάρ. Nescio, quid alii sentiant; mihi quidem *viduitatis* mentio ab hoc loco aliena videtur. Nec in Epigrammate, huic nostro simillimo, ejus rei vestigium. Fortasse igitur pro χήρη aliud quid lectum fuit. Suspiceris:

καὶ τήνδ' ἔχε κερκίδ'· ἐγὼ γάρ —

quo simul hiatus tollitur. Neque tamen huic conjecturae multum tribuerim, praesertim cum ad τήνδε substantivum κερκίδα elegantius subaudiatur. Videant alii. — V. 5. δῶρα. Minervae munera sunt lanificium. — V. 6. ἔρως. Cupiditatem plus valere quam aetatem, jam ad senium inclinantem. θέλειν proprium verbum in re venerea. Vide *Alc. Messen.* Ep. I. *Rufin.* Ep. XXXV. ἡ μὲν γὰρ βραδέως, ἡ δὲ θέλει ταχέως.

X. Cod. Vat. p. 149. Ἀντιπάτρου Σιδωνίου. Planud. p. 442. St. 575. W. Pherenicus Minervae tubam ponit. Expressum ex *Tymn.* Ep. I. — V. 1. ὑποφῆτιν. et pacis et belli interpretem. — V. 2. βάρβαρον. Tyrrhenorum inventum tuba. — V. 4. πολέμου καὶ θυμέλας. *Pollux* IV. 85. — Posterius distichon laudat *Suidas* in θυμέλη Tom. II. p. 211.

XI. Cod. Vat. p. 168. sq. Ἀντιπ. Σιδ. Prius distichon excitat *Suid* v. ἐπὶ Tom. I. p. 504. ubi *Kusterus* totum Epigr. edidit. Posterius id. v. κελαδοῦσιν T. II. p. 292. Ex Cod. Bodl. produxit *Bentlej.* ad Callim. p. 231. *Reisk.* in Anth. p. 16. nr. 442. — V. 1. μέλος. *Suid.* et Cod. Vat. Quaedam apogr. μένος. — V. 2. ἐκπρεπέως *Kuster.* errante calamo. — V. 3. ἔγκειμαι. Codd. *Suidae* praeter Parisinum; et in Vat. Cod. quoque, quamvis ductus paulo obscurior, ἔγκειμαι tamen potius quam ἔγκειμαι scriptum fuisse videtur. Sed vide *Bentl.* l. c. et ad *Pers. Theb.* Ep. I. 2. — Τριτωνίδα. apogr. Lips. vitiose.

XII. Cod. Vat. p. 142. Ἀντιπάτρου, gentili non addito. Edidit *Kusterus* ad *Suid.* T. III. p. 642. *Reiske* in Anth. p. 2. nr. 398. In aram Minervae a Seleuco positam. — V. 1. laud. *Suid.* v. φυγοδέμνιος. — Σωτείρας cognomen pluribus deabus commune. Vid. *Hesych.* v. — V. 3. βωμὸν κεραοῦχον. *Reiskius* cogitabat de ara e ferarum cornibus exstructa, (*cornibus ara frequens* ap. *Martial.* l. Ep. I. 4.) qualis fuit Apollinis ara in Delo, de qua *Plutarch.* T. II. p. 983. E. et in Vita Thes. c. XXI. Conf. *Spanhem.* ad Callim. H. in Apoll. 60. p. 116. At recte hoc fieri propter linguae analogiam dubitabat *Ernestus* ad Callim. l. c. qui aram cornibus instructam, quales fuerunt, qui in libris sacris crebro commemorantur, intelligendam existimat. — Σέλευκος. Vide Ep. I. Probabile est, Seleucum regem cum *Reiskio* intelligendum esse. — V. 4. »Perspicuus non est ultimi penta- »metri sensus. An oraculi jussu aram hanc exstruxerat »Seleucus? Sic legendum esset Φοιβείου ἰαχὰν φθεγξαμένου »στόματος. Φοιβείου reponebat Salmasius. An Seleucus »ipse, Apollinis antistes, oraculorum ὑποφήτης erat? »tum legendum erit Φοιβείαν ἰαχὰν φθεγγόμενος στόματι.« *Brunck.*

XIII. Cod. Vat. p. 158. Ἀντιπ. Σιδ. Edidit *Reiske* Anth. p. 5. nr. 406. *Toup.* ad Suid. P. III. p. 414. Harpalion piscator, senex factus, Herculi hastam dedicat. — V. 1. Cod. Vat. ῥυτιςουλινευτής. (πιλινευτης.) Nostram lectionem *Reiskius* in marg. apogr. Lips. repertam in textu posuit. Pro meo tamen sensu ὢν elegantius abesset. Vide an scriptum fuerit:

ὁ πᾶς ῥυτὶς, ὁ 'σπαλιευτὴς,

i. e. ὁ ἀσπαλιευτής. quod a codicis lectione proxime abest. Vide *Abresch.* ad Hesych. v. — V. 2. »Scribe uti »in Cod. est τόνδε παρ' Ἡρακλεῖ θῆκέ με τὸν σιβύνην. [in »Anal. *Br.* dedit τήνδε – τὴν σιγύνην] Graecis perinde est

»ὁ σιβύνης, ου: et ἡ σιβύνη, ης. Male in Suida Kusterus »edidit τόνδε – τὴν σιγύνην. In edit. Mediolanensi recte »τόνδε τὸν σιγύνην. Sed alieno loco hoc exemplum posuit »Suidas, et omnino scribendum σιβύνην. In hac voce »media corripitur, at in σιγύνη producitur. Oppian. »Cyneg. I. 152. αἰχμὴν τριγλώχινα, σιγύνην εὐρυκάρηνον. »Poëta ap. Suidam in hac voce: τὸν κύνα, τὰν πήραν τε »καὶ ἀγκυλόεντα σίγυνον. Sigynorum Thraciae populi no»men Σίγυνοι sic unico ν in veteribus libris scriptum »conspicitur, producta media. Apollonii Rhodii codd. »L. IV. 320. οὔτ' οὖν Θρήϊξι μιγάδες Σκύθαι, οὔτε Σίγυνοι.« *Brunck.* Vide de hoc instrumento ad *Meleagr.* Ep. CXXVIII. p. 123. Laudat h. v. *Suidas* in σιγύνη T. III. p. 311. — ¶. 9.] πλείωνος. *Reisk.* Accentus male positus *Reiskium* in errorem induxit. πλειὼν est *annus.* Respexit hunc vers. *Suid.* in πλειών. πλειῶνος. ἐνιαυτός. Ἐκ πολλοῦ πλειῶνος. ἤγουν ἐκ πολλοῦ χρόνου. T. III. p. 129. Conf. *Eustath.* ad Il. p. 118. 3. *Callim.* H. in Jov. 89. οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι, τὰ δ' οὐχ ἑνί. *Heinsius* ad Hesiodi Ἐ. κ. Ἡ. 617. — V. 4. ἐσθενον Cod. Vat. ἔστεγον est ex emendatione *Salmasii.* *Hesych.* στέγει. βαστάζει. ὑπομένει.

XIV. Vat. Cod. p. 182. Ἀντιπάτρου. Edidit *Kusterus* ad Suid. T. I. p. 151. *Reiske* in Anth. p. 30. nr. 473. In scolopendrae frustum a piscatore Ino et Palaemoni dedicatum. Conf. Ep. *Theodoridae* I. T. II. p. 41. — V. 1. excitat *Suid.* in ἀμφίπλαστον. ubi σκολοπένδρης legitur, plane ut in Cod. Vat. Ceterum haec scolopendra, cujus λείψανον quadraginta octo cubitorum erat, qualis bellua fuerit, ne *Schneiderus* quidem definire ausus est ad *Aelian.* H. A. XIII. 23. ubi haec habentur: πέπυσμαι καὶ σκολοπένδραν εἶναί τι θαλάττιον κῆτος, μέγιστον κητῶν καὶ τοῦτο, καὶ ἐκβρασθεῖσαν μὲν θεάσασθαι οὐκ ἄν τις θρασύνοιτο. — ἤδη δ' ἄρα αὐτῆς τὸ λοιπὸν σῶμα ἐπιπολάζον τοῖς κύμασιν ὁρᾶται, ἐοὶν ἐντιμεῖναι τριήρους τελείας αὐτὸ μεγέθει· νήχονται δὲ ἄρα πολλοῖς τοῖς ποσί. Longe diversa est scolopendra,

quam *Aristoteles* descripsit H. A. II. 14. nec non ea, cujus calliditatem narrat *Plinius* H. N. IX. 67. p. 528.— V. 2. 3. laudat *Suid.* in ὀργυιὰ T. II. p. 709. et v. 3. iterum in πεφορυγμένον T. III. p. 104. ubi πολλῷ π. ἀφρῷ legitur. In Cod. Vat. est ὑπό. In apogr. Lipſ. et Bigot. ὑπαὶ, unde *Kusterus* ἄπαν emendavit. Facile adducar, ut gravius mendum ſubeſſe exiſtimem, veramque lectionem, cujus veſtigia ſunt apud *Suidam*, fuiſſe:

δὶς πετρόργυιον, πολιῷ πεφορυγμένον ἀφρῷ.

— V. 4. ap. *Suid.* in ξαίνω T. II. p. 642. — Similiter Ep. ἀδέσπ. CXXVIII. λίνου λείψανον αὐχμηρῶν ξανθὲν ὑπ' ἠϊόνων. *Oppian.* Hal. III. 23. κρᾶθ' ἑκατὸν πέτρῃσι ξαινόμενος. — V. 5. 6. *Suidas* v. γριπεὺς Tom. I. p. 498. et iterum in Ἑρμῶναξ T. I. p. 861. Utroque loco ante ἀκίχανεν inſeritur δ', ut etiam in Vat. Cod. — V. 6. πελάγους. *Reisk.* — V. 7. εὑρὼν δ' ἠίερησεν. ut *Theodorid.* Ep. II. τίς σ' ἀνέθηκεν, ἀγρέμιον πολιᾶς ἐξ ἁλὸς εὑράμενος.

XV. Cod. Vat. p. 143. Ἀντιπ. Σιδ. Planud. p. 431. St. 565. W. ſine diverſitate lectionis, niſi quod verſu 4. doriſmus neglectus eſt. Conf. *Leonidae Tar.* Ep. XIX. Verſ. 1. laudat *Suid.* v. ἄρμενα T. I. p. 333. et in αὔθαιμοι p. 378. V. 1. et 2. in ὀρειονόμων T. II. p. 711. — V. 3. πετεηνῶν Cod. Vat. πετεινῶν *Suid.* in ἱεραιοπίδῃ T. I. p. 526. ubi τάνδε ἱεραιοπίδην habet, ut eſt in Vat. τήνδε ἱ. Planud. — V. 5. λιμνῆς. Vat. Cod.

XVI. Vat. Cod. p. 143. τοῦ αὐτοῦ, οἱ δὲ Ζωσίμου. In Planud. p. 431. St. 565. W. *Zoſimo* ſoli inſcribitur. Hujus eſſe, veriſimile videbitur *Zoſimi* Epigrammata comparantibus, inter quae tres ſunt in eodem argumento luſus. — V. 2. ὑπ' ἠερίων. Vat. Cod. et omnes Planud. editt. vett. praeter Stephan. In Edit. Lipſ. vitioſe Πίγρες pro Πίγρης excuſum. — V. 4. Vulgatam ἠερίων

αἰπὺ emendavit *Pierson.* in Verisim. p. 88. cujus emendationem Cod. Vat. confirmat.

XVII. Cod. Vat. p. 161. ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Κραύβιδος. Ἀντιπάτρου. ubi gentile non magis additur, quam in Planud. p. 434. St. 568. W. Craubis, venator, auceps et piscator, Pani arma venatoria ponit. Hoc carmen expressit *Philipp. Thess.* Ep. VIII. — V. 2. „ἰχνοπέδαν. Sic „legendum e Cod. Vat. et ita exhibent edit. Flor. et „Planudeae codd. plerique: vestigii seu pedis vinculum, „ut infra λαιμοπέδαν colli vinculum." *Brunck.* Vulgo ἰχνοπέδαν. *Philippus* νευροπλεκεῖς κνωδάλων ἐπισφύρους vocat. *Pedica* esse videtur, quam vulgo ποδάγρην vocant. τριέλικτος. *Pollux* V. 27. de ἄρκυσι agens, δεῖ δὲ, inquit, αὐτὰς εἶναι κατὰ τὸν τοῦ Ξενοφῶντος λόγον (de Venat. X. 2.) ἐννεαλίνους, ἐκ τριῶν τόνων συμπεπλεγμένας. — πέπλεκται δὲ ὁ τόνος ἐκ λίνων τριῶν. — ¶. 10.] V. 3. κλωβούς. Ap. *Philipp.* τραχηλοδεσμότας Κλοιοὺς κυνούχους. Idem, quas *Antipater* δειράγχας appellat, δεραγχέας πάγας vocat. Voce κλωβὸς usus est Paraphrastes *Oppiani* in Ixeut. III. 14. ubi *caveam* significat, avibus captandis aptam. Sed h. l. de ferarum captura agitur. Quare vide an scribendum sit:

κλῳοὺς ἀμφιρρῶγας,

quae est Atticorum forma pro κλοιούς. Vide *Schol.* in Aristoph. Vesp. 892. τὸ κολλάριον τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον, ᾧ εἰώθασι τοὺς κύνας δεσμεύειν. κλοιὸς pro *torque* occurrit ap. *Eurip.* in Cyclop. 184. ubi vide *Musgrav.* — In fine vers. δέ τε ῥάγχας Planud. Veram lectionem perspexit *Brodaeus* et *Jos. Scaliger* in not. mst. — V. 4. πυρὶ θηγαλέους σταλίκας. pali in inferiore sua parte praeusti et acuti, quibus retia sustinentur. Vide *Polluc.* V. 31. — V. 5. 6. Sequuntur instrumenta aucupii. — ἰξοὺς ἰκμάδα. viscum. — τῶν δὲ πετηνῶν. Cod. Vat. — ἰξῷ κολλητόν. visco inunctum. — V. 7. καὶ τρυφίον. Cod. Vat. ἐπισκαστῆρα explicat *Schneiderus* ad Eutecnium de

Aucup. L. III. 12. Est funis, quo orbes lignei semicirculares adducuntur, ut praeda intra illos includatur. — V. 8. „καὶ λαιμοπέδαν, ἥ ἐστιν ἀρὴ, ἤγουν λοιγὸς τῶν κλαγε„ρῶν γεράνων. In Vat. Cod. prius scriptum fuit ἄρην, sed „correctum ἦρκεν. Hoc autem male scriptum pro ἄρκυν, „quod habet Suidas in γλάγος (T. I. p. 482.), ubi hunc „versum sic profert: γλάγος. γάλα. καὶ γλαγερὸν, ἀντὶ τοῦ „λευκόν. ἐν ἐπιγράμματι· ἄρκυν τε γλαγερῶν λαιμοπέδαν γερά„νων. Hinc ἄρκυν sumendum, quod pro vera lectione habeo; „sed γλαγερῶν Suidae relinquendum, licet id in suo co„dice invenisse videatur Aldus, a cujus editionibus in „ceteras propagatum est. Lectionem Florentinae κλα„γερῶν revocavit H. Stephanus. κλαγερὸς *stridulus*, vox „optimi commatis addenda est Lexicis, derivata a κλάζω, „clango, quod verbum gruibus fere proprium. Homer. „Il. γ. 3. ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό. De „iisdem, χηνῶν ἢ γεράνων — κλαγγηδὸν προκαθιζόντων. Vide „infra Epigr. LXXVIII. 6." *Brunck.* κλαγερῶν *Ascensius* quoque servavit, et *Scaliger* assensu suo comprobavit. Quod autem *Brunckius* ait, in Vat. Cod. ἄρην esse a prima manu, idque in ἦρκεν postea mutatum videri, ejus rei nullum est vestigium in apogr. Spallet. quod ἄρκυν τε κλαγερῶν exhibet. Vocabulum λαιμοπέδαν *Antipater* debet *Leonidae Tar.* Ep. XXXIV. καὶ τῶν εὐρίνων λαιμοπέδαν σκυλάκων. — V. 9. „Scr. Νεολαΐδα. Νεολαΐδας nomen Arcadi„cum ap. Pausaniam p. 452. Idem p. 698. [et 706.] „habet nomen Arcadicum Κραῦγις, quod hic etiam re„ponendum est. Κραῦβις est in Cod. Vat. Planudea „Κράμβις." *Brunck.* Vide ad Epigr. *Simonid.* LXXV. 2. p. 249. In Analectis Br. Νεολάδα dederat, ut est in Cod. Vat. et Plan.

XVIII. Cod. Vat. p. 162. ubi gentile non magis compareret, quam in Planud. p. 435. St. 569. W. De tauro in Orbelo monte a Philippo Macedone occiso. Conf. *Samii* Ep. I. et II. — V. 1. laudat *Suidas* in

δίφρῳ T. I. p. 534. et in 'Ορβηλοῦ T. II. p. 707. — V. 2. idem in ἐρημωτὴς T. I. p. 853. ubi vulgo θήραμα Μακηδονικὸν legitur; in Cod. Paris. autem θῆρα Μακηδονικόν, quod *Kusterus* sincerum putabat. — V. 3. Recte *Br.* ὀλετῆρα, quae omnium librorum lectio est, in ὀλετὴρ mutandum esse vidit. Philippus Dardanos, perpetuos Macedonum hostes, superavit Olymp. CXLIX. 1. *Livius* L. XXXI. 42. Conf. Epigr. ἀδέσπ. CLXIII. et *Polyb.* XXIV. 6. Nihil aptius epitheto ὀλετὴρ, quo in simili re utitur auctor incert. Epigr. CCCLXI. ὑνοφόης ὀλετῆρα ὑπερφιάλου Βαβυλῶνος. *Nonnus* Dionys. XX. p. 532. τιτήνων δ' ὀλετῆρα, προασπιστῆρα τοκῆος. — V. 5. βριαρᾶς βύρσας. *Plinius* L. VIII. 30. de tauris silvestribus: *tergori duritia silicis, omne vulnus respuens.* — V. 6. ἔρεισμα. ἀσφάλισμα. κραταίωμα. *Schol. Sophocl.* Oedip. Col. 59. cornua, quibus tauri caput munitur. Supersedere possumus itaque conjectura viri docti ap. *Huetium* p. 41. ἔρυμα, quam *Br.* ad h. l. p. 123. pro vera habuit, meliora postea edoctus p. 317. ἔρυμα enim mediam necessario corripit. Vide *Valcken.* ad Eurip. Phoen. p. 360. — V. 7. ἐκ ῥίζας. Reges Macedoniae generis originem ad Herculem referebant, quare etiam in nummis leonis exuviis ornati conspiciuntur. Vide inprimis *Spanhem.* de Usu et Praest. Num. Diss. VII. p. 371. sqq. — V. 8. πατρῴου Cod. Vat. Referenda sunt haec ad bovem Cretensem, quem Hercules perdomuit.

XIX. Cod. Vat. p. 162. 'Αντιπάτρου, gentili omisso, ut etiam in Planud. p. 435. St. 568. W. Lycormas exuvias et cornua cervi Dianae dicat. — V. 1. τὰν ἔλαφον. Cervae h. l. cornua tribui, nemo mirabitur post iteratam doctorum virorum observationem de poëtarum in hoc genere licentia. Vide inprimis *Gataker.* Misc. Advers. II. 9. p. 312. et *Fischer.* ad Anacr. p. 353. — (In edit. Lips. pro Λάδωνα perperam 'Λάδωνα excusum.) — V. 2. Φειδίης. Plan. — Θεαρίδεω. nomen Thearidae Spartani

ὁ κηρὸς, καὶ τὸ Ταραντινὸν, καὶ οἱ ἐπικάρπιοι ὄφεις, καὶ αἱ χρυσαῖ πέδαι. *Clemens Alex.* in Paedag. II. 12. ὡς γὰρ τὴν Εὔαν ὁ ὄφις ἠπάτησεν, οὕτω καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ὁ κόσμος ὁ χρυσοῦς, δελέατι προσχρώμενος τοῦ ὄφεως τῷ σχήματι, ἐξέμηνεν εἰς ὕβρεις, μυραίνας τινὰς καὶ ὄφεις ἀποπλαττόμενος εἰς εὐπρέπειαν. Hinc armillas revera quandam cum ſerpentibus habuiſſe ſimilitudinem, colligi poſſe videtur. Adde *Heſych.* in ὄφεις. τὰ δρακοντώδη γινόμενα ψέλλια. Vide inprimis *Trilleri* Obſſ. p. 411. — V. 9. πατρός. *Kuſterus* Ἀριστοτέλεια ἐπώνυμος citra neceſſitatem corrigere tentat. *Archias* l. c. εὔνομ' Ἀριστοτέλεω πατρὸς ἐνεγκαμένα.

XXII. Cod. Vat. p. 171. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 424. St. 558. W. gentile *Sidonii* addit. Hoc fortaſſe Epigr. expreſſit *Archias* Ep. XI. Conf. et *Philipp.* Ep. XVIII. Tres puellae Palladi lanificii inſtrumenta dicant. — V. 1. 2. excitat *Suidas* in ἀράχνη T. I. p. 310. ubi μῖτον legitur pro στήμον', ut eſt ap. Plan., ſive στάμον', quod in Vat. Cod. habetur. *Suidae* lectionem metrum reſpuit. *Archias* l. c. ἀραχνιαίοιο μίτου πολυδινέα λάτριν. — V. 3. *Suid.* in τάλαρος T. III. p. 426. εὔπλοκος. Cod. Vat. et Ἀρσινόα. — V. 4. ἐργάτην — ἠλακάτην. Edit. pr. εὐκλώστου. fili *bene deducti*, ut interpretatur *Schneiderus* in Indice Script. R. R. voce *Tela* p. 361. — V. 5. *Suid.* in κερκὶς T. II. p. 300. et iterum cum v. 6. in μίτος T. II. p. 567. Radium textorium poëta ἀηδόνα vocat ab arguto, quem edit, ſtrepitu. Vide *Leonid. Tar.* Ep. VIII. 5. Huc referenda ἡ τῆς κερκίδος φωνὴ, ex *Sophoclis* Tereo commemorata ap. *Ariſtotel.* in Poët. IX. 7. de qua interpretes mira comminiſcuntur. Conf. *Twining.* in Notis ad Poët. p. 362. κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας. *Eurip.* in Meleagr. ap. *Schol. Ariſtoph.* Ran. 1351. Tarſenſibus, rhonchos inter loquendum per nares edentibus, vicini nomen Κερκίδων impoſuerant. *Dio Chryſoſt.* Or. XXXIII. p. 405. 18. ubi vulgatam lectionem temere ſollicitant. — V. 6. καὶ εὐκρέκτους. Sic optimus Planudeae Cod. et Vat. membr.

„In aliis Planudeae Codd. σύγκρετους, quod ultimum ha„bet ed. Flor. et Suid. in μίτος; pessime a Brodaeo emen„datum σύγκρετους, tam quoad sententiam, quum sequa„tur διέκρινε, quam quoad metrum; σύγκριτος enim me„diam corripit." *Brunck.* σύγκριτους legendum esse, vidit etiam *Jos. Scaliger* in not. mstis. Pro ἐ Cod. Vat. vitiose εὐ. Ducta sunt haec ex *Leonid. Tar.* Ep. VIII. καὶ τὰν ἄτρια κρεμαμέναν Κερκίδα, τὰν ἱστῶν μολπάτιδα. — V. 7. 8. excitat *Suid.* in ἀρνυμένη T. I. p. 335. et in ἔκαστος T. II. p. 696. Utroque loco ἤθελ' ἕκαστα exhibet, ut etiam Vat. Cod. legit.

XXIII. Cod. Vat. p. 196. Ἀντιπάτρου. sine gentili, ut in Plan. p. 425. St. 559. W. Expressum hoc carmen ex *Leon. Tar.* Ep. XX. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in πέζα T. III. p. 70. — ¶. 12.] V. 4. πολυπλανέος. Plan. et Vat. Cod. sed superscr. γρ. παλιμπλ. — V. 5. Quae in sinistra Maeandri parte erant ornamenta, ea Anticlea, in dextra, Bittium texuerat. — Pro μήσατο, quod vulgo legitur, *Brunck* ex Ed. pr. et Cod. Planudeae Ja. Lascaris νήσατο recepit, a νέω, νήθω. Infra Ep. LXX. ἄφθιτα νησαμένα δῶρ' Ἑλικωνιάσι. At hujus loci diversa est ratio. Sappho, quae carmina *tenui deduxit filo*, probe dici poterat νήθεσθαι δῶρα. At in nostro Epigrammate de opere textorio agitur. Praefero itaque vulgatum μήσατο, quod Vat. quoque Cod. tuetur, et fere dictum est, ut ἐβούλευσεν ap. *Anacreont.* Ep. LXXI. Πρηξιδίκη μὲν ἔρεξεν, ἐβούλευσεν δὲ Δύσηρις Εἷμα τόδε. — Pro Ἀντιάνειρα Ed. pr. vitiose Ἀτιάνειρα. — V. 7. τὸν δὲ νῦν. Cod. Vat. et ἱστοπόλιστον. — V. 8. ἐπιθαμήν. Cod. Vat.

XXIV. Cod. Vat. p. 179. τοῦ αὐτοῦ. Praecedit Ep. Ἀντιπάτρου (sine gentili) quod *Br. Antipatro Thessalonicensi* tribuit nr. XXII. nec immerito; nam idem carmen iterum legitur in Vat. Cod. p. 419. cum lemmate Ἀντιπ. Θεσσ. Hinc sequitur, nostrum quoque carmen *Thessa-*

lonicensi poëtae tribuendum esse. — Edidit *Reisk.* Anth. nr. 462. p. 25. et *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 350. A. Scriptum est in Veneris statuam a Cythera, Bithyna muliere, dicatam. — V. 1. Βιθυνίς. *Reisk.* qui dubitat, utrum sit gentile mulieris nomen, an appellativum. Si prius, illa *Cythera* appellabatur; sin posterius, Κυθέρη pro Veneris epitheto habendum, Κύπρι Κυθέρη, i. e. Κυθέρεια. Illud probabilius. — V. 2. μορφᾶς – εὐξαμένα, et in fine ὁμοφροσύνα Cod. Vat. — Mulier nostra ex voto (εὐξαμένη) ponit statuam ex marmore Pario, λύγδινον εἴδωλον. Vide *Schol. Pindari* Nem. IV. 131. et *Fischer.* ad Anacr. XXVIII. p. 109. — Praxitelis opera λύγδινα πάντα καὶ ἄκρα in Epigr. ἀδεσπ. CCCXV. — V. 3. In marg. apogr. Lips. ubi μεγάλην exaratum, nescio quis conjecit μὲν ὅλην. inepte. *Valckenarius* comparat versum *Callimachi* ap. Stob. p. 517. Gesn. emendatum a *Cantero:* αἰεὶ τοῖς μικκοῖς μίκκα διδοῦσι θεοί. — V. 4. ὡς ἔθος, ut dii solent parvis mortalium donis magna retribuere. *Reiskius* laudat *Horat.* II. Serm. VI. 14. *Hac prece te oro, Pingue pecus domino facias et cetera, praeter Ingenium, utque soles, custos mihi maximus adsis.* Magna autem illa gratia, quam Cythera Venerem rogat, haec est, ut concordi cum marito sit animo. Hoc praeclarum!

XXV. „Integrum legitur hoc Epigr. infra p. 527. „Tertium distichon in Cod. a praecedentibus avulsum, „tanquam novum Epigramma praefixum habet nomen „Damagetae, et ibi corrupte legitur, uti id exhibui „infra p. 38. Re attentius considerata, et observato „ap. Suidam in Ἰότητι et in Λυκομήδειος hoc disticho, vidi „ad praecedentia duo pertinere. Hoc etiam in apogra„pho Buheriano, quod nondum habebam, cum haec „excuderentur, exilibus characteribus, litura post ob„ductis, ita tamen ut qui oculorum acie valet scriptu„ram adhuc legere possit, notatum his verbis: *Subjun„gendum hoc distichon superiori tetrasticho, ut fiat hexasti„chum.*

chum. Δαμαγήτου nomen sequenti Epigrammati praefigendum. Sequitur in Cod. Damagetae Epigramma Ἄρτεμι τόξα λαχοῦσα, sed cui nullum nomen praefixum. Descriptoris est error inde ortus, quod duo disticha ab eadem voce Ἄρτεμις incipiunt. Scriptum autem in Cod. Δηϊότητι, ad quod refertur marginalis nota Salmasii, ἑτέρων. Falso. Puellae nomen Ἵππη, quae fuit filia Λυκομήδους, unde dicitur Λυκομήδειος παῖς." *Brunck.* Quae in hac nota de lectionibus Vat. Cod. dicuntur, falsissima sunt. Nullum est in eo erroris vestigium, sed tria illa disticha junctim sub *Antipatri* nomine leguntur p. 192. tum sequitur tetrastichon *Damagetae*, cui ejus nomen praefixum est. Nec v. 5. Δηϊότητι in Cod. exhibetur, sed σῇ δ' ἱότητι. Quatuor priores versus edidit *Reisk.* Anth. nr. 522. p. 55. Hippe, Lycomedis filia, viro nuptura, Dianae comam suam dicat, precibus de futuro matrimonio additis. — V. 1. ἀνεδύσατο. Cod. Vat. In Schedis Dorvill. Vir doct. ἀνεθήκατο conjecit. Num fuit olim ἐκεδύσατο *exuit, deposuit comam.* — V. 2. εὐώδεις σ. κρόταφον (κροτάφων apogr. Lips.) Cod. Vat. εὐώδη *Reisk.* restituit ex Sched. Dorv. σμηχομένα sic interpretatur: inuncta smegmate quoad tempora, i. e. rasa. Nam ubi capillus demendus est novacula, debet cutis prius smegmate illini. Vide *Hadrian. Junium* de Coma IX. p. 398. *Smegma* de unguento manibus purgandis inungendisque proprio dixit *Philoxenus* ap. *Athen.* IX. p. 409. E. ἔπειτα δὲ παῖδες νίπτρ' ἔδοσαν κατὰ χειρῶν σμήγμασιν ἰρινομίκτοις, χλιαροθαλπὲς (fort. πυριθαλπὲς) ὕδωρ ἐπεγχέοντες. — V. 3. γάμου τέλος. De nuptiarum mysteriis explicat *Reiskius*, quae marem feminamque velut novae vitae initiatos conjungunt, ut verbis utar *Ruhnkenii* ad Tim. p. 225. qui inprimis consulendus est. Hoc sensu serioris aevi poëtas formulam γάμου τέλος accepisse, nullus dubito; sed apud *Homerum*, qui ejus auctor est (Odyss. υ, 74.

κούρης αἰτήσουσα τέλος θαλεροῖο γάμοιο) vocabulum τέλος nonnisi periphrasi inservire videtur, plane ut in verbis θανάτου τέλος. Quod *Antipater* dixit οἱ ἐπῆλθε γάμου τέλος, ap. *Callimachum* est τελέων γάμον, Hymn. in Apollin. 14. — Pro γάρ οἱ in Cod. Vat. γάρ τοι. quod *R.* correxit. Idem v. 4. pro αἰτέομεν, quod est in Vat. et in Apogr. αἰνέομεν dedit. — παρθενίας, i. e. παρθένων, χάριτας, puellae, cujus olim fuimus, amabilitatem et gratiam laudamus. — V. 5. 6. laudat *Suidas* T. II. p. 122. et in Λυκομήδειος T. II. p. 468. τῇ τοῦ Λυκομήδους παιδὶ φιλαστραγάλῃ. In Cod. Vat. τῇ Λυκομηδείου π. φιλαστραγάλῃ. Epitheton puellae nostrae in hac praesertim dedicatione tributum non dubito, quin aliis quoque displiciturum sit. Quid enim attinebat dicere, Hippen *talorum amantem* esse? et quam decorum, ejusmodi rei studium in virgine, nuptiis cum maxime initianda, commemorari? Corruptelae suspicionem auget Codicis lectio. Vide, an corrigendum sit:

τῇ Λυκομηδείῳ παιδὶ Φίλας θ' ἁπαλῇ.

sive:

Φίλας τε καλῇ.

Nomen patris fuit Lycomedes; mater *Phila* vocabatur. Vide supra Ep. XX. 2. *Theaetetus* Ep. I. 5. In Λυκομηδείῳ genitivus latet. Vulgaris ratio tulisset: Λυκομήδους καὶ Φίλης παιδί.

XXVI. Cod. Vat. p. 169. Ἀντιπάτρου Σιδ. Planud. p. 424. St. 558. W. Expressit *Philipp. Thess.* Ep. XVIII. — V. 1. metro graviter laborante Planud. ὀρθρινᾷ χελιδόνων. Emendavit *Huetius* p. 40. et *Dorvill.* ad Charit. p. 253. *Aratus* in Phaen. 948. ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίῃ ὀλολυγών. Vide *Brunck.* ad *Aristoph.* Pac. 800. T. III. p. 141. Telesillae in texendo assiduitas laudatur, quae inde a primo diluculo ad opus suum incumbere solebat. — κερκίδα — ἀλκυόνα. *quia pecten sive radius in agitando*

sonum edit, et eum quasi querulum. Dorvillii sunt verba. — V. 3. πολυρρόμβητον. Plan. et Vat. Cod. Veram lectionem servavit ed. Mediolanensis *Suidae*, qui hoc distichon laudat in ἄτρακτος T. I. p. 373. Idem absque *Suida* intellexerat *Huetius* p. 40. — καρηβαρέοντα ob perpetuam convolutionem, quasi vertigine laborantem interpr. *Brodaeus*. Sed est potius fusus in superiore sua parte lanae globo gravatus. De papillis *Paul. Silent.* Ep. VIII. μῆλα καρηβαρέοντα κορύμβοις. *Schneiderus* in Ind. Script. R. R. voce *Tela* p. 361. hoc epitheton refert ad *verticillum* capiti fusi additum. — V. 5. πήνας. Vat. Cod. Saltem πηνία scribendum erat. — τολύπας φύλακα. Sic *Catull.* LXIV. 320. *Ante pedes autem candentis mollia lanae Vellera virgati custodibant calathisci.* — V. 7. φιλεργός. Vat. — V. 8. in Analectis vitiose excusum κούρα pro κούρη. Minerva virgo intelligitur.

¶. 13.] *XXVII.* Cod. Vat. p. 180. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 426. St. 561. W. Notam de Gallo historiam, sed fusius narrat, quam *Simonid.* CXII. et reliqui, qui eandem dederunt. — V. 1. – 5. in Galli descriptione versatur. V. 1. laudat *Suidas* v. ἐγκαρθὲν T. III. p. 306. sed exemplum pertinet ad εὐσοβημένος. — V. 2. idem T. II. p. 476. λυσσομανεῖς. ὑπὸ μανίας λελυσσηκότας. *Appul.* Metam. L. VIII. p. 581. de sacerdotibus Isidis: *Cervices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos in circulum rotantes.* — V. 3. *Suid.* in ἀσκητὸς T. I. p. 351. εὐπλέκτοις κορύμβοις. De capillis in capitis vertice intortis accipiendum videtur. — V. 4. *Suidas* in ἅμματα T. I. p. 134. ἁβρῶν καὶ στρ. legit. ἁβρῶν agnoscit etiam Vat. Cod. et Plan. — V. 5. νήμενος e conjectura est, quae „mihi jam non probatur. Libri omnes habent, ut et „Suidas (in καλλίστης T. II. p. 384.) ἴδρις ἀνὴρ, quod cor„ruptum videtur. Scribendum censeo ἁβρὸς ἀνὴρ et su„periori versu χρυσέῳ τε στρεπτῷ. E Suida scribendum „πέτρης." *Brunck.* Altera conjectura priore non pro-

babilior. Praeclare rem expedivit doctissimus *Huschke*, qui corrigit:

Ἶβρις ἀνὴρ — —

Hesychius: Ἶβρις. σπάδων. τομίας. εὐνοῦχος. Vide *Albertum*. Qui plurimas eunuchorum appellationes recenset, *Suidas* in ἄῤῥεν, nec hanc omisit: Ἶβρις. οὗ ἰσχὺς νεθέρισται. — πέτρην superscripto α Cod. Vat. — V. 6. ἐλαστρηθείς, forma Ionica. Vide *Eustath.* Il. Σ. p. 1219. 24. et *Valckenaer*. ad *Herodot.* L. II. p. 181. 22. Laudat h. v. *Suid.* T. I. p. 708. — V. 7. τῷ δέ κεν. Plan. τὸν δέ κεν ἀῤῥήγνητος ἐπέλεθος. Vat. Cod. Fortasse fuit:

τὴν δὲ καὶ ἀῤῥίγητος ἐπέλεθος.

in hoc antrum etiam leo irruit. Conf. *Dioscorid.* Ep. XI. 7. τοῦ δὲ λέων ὤρουσε κατὰ στίβον. Sic omnia recto ordine procedunt: Gallus antrum subit; leo ejus vestigia sequitur, virum adspicit (v. 9.) et posterioribus insurgens pedibus impetum parat. In vulgata lectione ordo inversus. — V. 8. προμολών. Cod. Vat. — V. 11. 12. ap. *Suidam* in σφεδανόν. στιῤῥόν. ἰσχυρόν. T. III. p. 416. — Cod. Vat. σφεδανόν. — Mox Plan. et Vat. Cod. ὄβριμον. *Suid.* ὄμβριμον. — V. 13. ὑλάης Vat. Cod. sed error emendatus. Initio versus ed. princ. ἦχει. — V. 15. Junge ἐνεάγη θυμὸν ἐν στέρνοις. Sed fateor, nihil mihi videri inficetius voculis ἐν μέν. Aliud quid lectum fuisse suspicor. Fortasse: αὐτίχ' ἅπαντα. Sive paulo audaciori conjectura:

αὐτὰρ ὁ θαμβήσας φθόγγον βαρὺν, ὄμμα τ' ἐναντίον.

Gravem illum rugitum cum stupore exaudiens, et leonis oculos conspicatus, graviter animo commotus est. Sic haec verba ad amussim respondent verbis v. 11. ὄμμα δ' ἑλίξας θευχᾶτα. — V. 18. ἐδίνησεν. Plan. et Vat. Cod. Hic quoque versus est ex iis, ubi pentametri caesura in brevem syllabam cadit. Vid. ad *Platon.* Ep. XXX. p. 358. — V. 21. ἐπ' ἀερτόν. Vat. Cod. — Mox βόρεας corrigit *Br.* — V. 23. laudat *Suidas* in ἀνάγκη T. I. p. 160.

XXVIII. Cod. Vat. p. 368. cum lemmate: Ἀντιπάτρου. ὅτι ὁ πρὸς Ἑρμῆν θυσία εὔκολος, ἡ δὲ πρὸς Ἡρακλέα δύσκολος. βουφάγος γὰρ καὶ γαστρίμαργος. Planud. p. 56. St. 80. W. Mercurium loquentem tibi finge, parvo mellis lactisve munere contentum deum; cum contra Hercules, qui frequenter in eadem cum Mercurio ara colebatur, agnos haedosque sibi exposceret. Conf. *Leonid. Tar.* Ep. XXIX. — V. 1. εὔχολος vett. quaedam editt. *Hesych.* εὔκολος. εὐχερής. καὶ ὁ ἐναντίος τῷ δυσκόλῳ. καὶ Ἑρμῆς παρὰ Μεταποντίοις. Priori significatu hoc epitheton Mercurio tribuitur tanquam palaestrae praesidi. Hoc loco altera significatio locum habet. Vide *Ruhnken.* Epist. crit. II. p. 181. — ἐν δὲ γαλ. Cod. Vat. et Plan. — V. 2. δρυΐνῳ μέλιτι. ex arboribus collècto melle, quod vilius est eo, quod in alvearibus servatur; mel sylvestre, ἄγριον, vocant. Vide *Wetsten.* ad N. T. I. p. 258. De diis, quibus mel libari solebat, conf. *Bochart.* Hieroz. T. II. p. 529. — ¶. 14.] V. 4. ἐν θύος. Non valdè placet repetitio τοῦ ἐν, quod nullam h. l. vim habet. An fuit: καὶ πάντως οἱ θύος ἑ.? — V. 5. At, dixeris, lupos tamen abigit. — Quid interest, grex utrum per lupos an per custodem pereat? — Pro λύκων in Cod. Vat. λύκος, in Planud. λύκοις legitur. Haec lectio non spernenda.

XXIX. Cod. Vat. p. 410. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 3. St. 7. W. Expressum carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. XLVII. Conf. *Meleagr.* Ep. CXV. Mars nova sibi et splendida arma dicata esse conqueritur. — V. 1. βοάγρια. *scuta. Eustath.* ad Il. p. 844. 45. — ἀφοίνικτα. sanguine non maculata. Formatum verbum ad similitudinem τοῦ αἱμοφόρυκτος ap. *Homer.* Od. υ. 348. — V. 5. θαλάμοις. in cubiculis, ubi epulae et convivia habentur. οἰνόπληξ idem, quod μεθύπληξ, hominum epitheto ad locum translato. Quare supersedere possumus conjectura V. D. in Misc. Obss. T. V. p. 279. οἰνόφλυξι, vinum *spirantibus.* —

V. 6. „πλάθειν. Haec est codicum lectio, quam revocavi. „Cum verbo conjungenda est praepositio per tmesin di„vulsa: τὰν ἔοικεν ἐμπλάθειν i. e. ἐμπελάζειν οἰνοπλῆξι πε„ρόμενοις ἀπτολέμων. Deest πλάθειν in Florentina, vacuo „relicto spatio; reposuit Aldus in prima editione: at in „secunda, nescio unde, dedit κεῖσθαι, quod in ceteras „propagatum est. Emendatio est, quae necessaria vide„batur, quum non intelligeret, qui eam invexit, quo„modo construenda esset praepositio." *Br.* — In Vat. Cod. πλάθειν. — V. 7. ἴδε pro ὧδε. Vat. Cod.

XXX. Cod. Vat. p. 395. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 322. St. 462. W. Argutum Epigramma in statuam Apollinis pueri ex aere, Onatae opus. Hanc statuam apud Pergamenos fuisse, ex *Pausan.* L. VIII. 42. p. 687. tradit *Schol.* ad h. l. — V. 1. Βούπαις. qui pubertatis annis proximus est. *Eustath.* in Il. p. 944. 17. *Phurnutus* de Nat. Deor. p. 70. Βούπαιδος ἡλικίαν ὁ Ἀπόλλων ἔχει, καθ' ἣν καὶ οἱ ἄνθρωποι εὐειδέστεροι ἑαυτῶν φαίνονται. κάλλιστος γὰρ ὀφθῆναι, καθαρὸς ὢν καὶ λαμπρός. In Cod. Vat. Ἀπόλλον et in fine vers. ὀνάτα legitur. — Illustre Onatae Aeginetae nomen, de quo vide *Junium* in Catal. — V. 2. ἀγλαΐης. Filii pulcritudo patris dignitatem matrisque venustatem arguit. — V. 3. οὐ μάταν. non indigna fuit Latona, quam summus Jupiter amaret; nec falsum est, quod ajunt, Jovem et capite et oculis praestitisse. κατ' αἶνον. Respicitur locus *Homeri* Il. β. ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ. — V. 5. Ex operis praestantia poëta colligit, ipsam Lucinam Onatae in eo edendo et progignendo tulisse opem; unde sequitur, Junonem sculptori Apollinem privignum edenti non succensuisse. Hoc argute magis quam bene et probabiliter dictum. Vide *Heynium* in Comm. T. X. p. 82. — Nata est ἔννοια hinc, quod artifices opus ad naturae similitudinem prope accedens fingentes, illud τίκτειν dicuntur. Epigr. ἀδέσπ. CCXXIV. ἁ βοῦς, ἁ τίκτουσ' ἀπὸ γαστέρος

ἔπλασε τὸν βοῦν. Ἁ δὲ Μύρωνος χεὶρ οὐ πλάσεν, ἀλλ' ἔτεκε. — V. 6. Ἐλλειθυίης omnes libri. Metri caussa Εἰλειθυίης correxit *Huetius* p. 31. Haec forma passim obvia apud *Pindarum*. Vide *Maittaire* D. D. p. 158. B. Brunckiana Εἰλειθυίη quam auctoritatem habeat, ignoro.

XXXI. Planud. p. 324. St. 463. W. Ἀντιπ. Σιδ. In Praxitelis Venerem Cnidiam et Amorem Thespiensem, quae numina poëta tantam vim habere ait, ut in uno loco posita omnia igne consumtura essent. — V. 2. „Sic „in omnibus libris legitur hic versus, cujus scriptura „forte sollicitanda non est, ob sequens οὐχ ἔτι πέτρον. „Sed mallem: ἅδε που ὡς φλέξει καὶ θεὸν εὖσα λίθος." *Br.* Non magni pretii conjectura, qua elegans oppositio et membrorum concinnitas penitus tollitur. Noli tamen dubitare, quin depravata sit vulgata lectio. Sensus est; Haec vel lapidem incendat, *cum* dea sit, καὶ λίθον, θεὸς εὖσα; sive: licet dea sit, καίπερ θεὸς εὖσα. Sive hanc, sive illam interpretationem admiseris, sensus evadet subabsurdus. Scribendum videtur:

ἅδε που ὡς φλέξει καὶ λίθος εὖσα λίθον.

Haec quamvis lapidea, tamen vel saxum amore incendat. Caussa erroris in aperto est. Scribebatur: ΚΑΙΛΙΘΟC — ubi cum ΛΙ a praecedente ΑΙ absorptum esset, orta est lectio ΚΑΙ ΘΟC. Nihil magis in artium operibus mirari solent poëtae et sophistae, quam vitae et sensus speciem, inanimis rebus tributam. Plena est exemplorum Anthologia, plenus *Callistratus*. Quare duo loca hic laudasse suffecerit. Epigr. ἀδέσπ. CCCII. Μαίνῃ καὶ λίθος εὖσα. *Callistr.* Stat. IX. p. 901. ἀλλὰ καὶ λίθος ὢν εἶχεν ἐξουσίαν φωνῆς. Gravium autem animi sensuum vim ita significare solent poëtae, ut eos vel ad inanimas res permanare dicant. Epigr. ἀδέσπ. DCLVI. Τίς λίθος οὐκ ἐδάκρυσε, σέθεν φθιμένοιο, Κλέανδρε; Τίς πέτρος, ὃς τῆς σῆς λήσεται ἀγλαΐης; — V. 3. De Amoris ap. Thespienses sta-

tua vid. ad *Leonid. Tar.* Ep. XL. — V. 4. καὶ ψυχρῷ πῦρ ἀδάμαντι. Color fortasse ductus ex nobili *Pindari* loco ap. *Athen.* L. XIII. p. 601. in Pindari Fragm. p. 22. ed. *Heyn.* τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας ὄσσων μαρμαρίζοισας δρακεὶς, ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται, Ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται Μέλαιναν καρδίαν. Conf. *Wyttenb.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 69. — V. 6. ἵνα μή. Non valde dispari acumine Pompejorum sepulcra divisa esse dicuntur: *jacere Uno non potuit tanta ruina loco*, ap. *Martialem* L. V. 75. et ap. *Petron.* c. 120. *Et quasi non posset tot tellus ferre sepulcra, Divisit cineres.*

¶. 15.] *XXXII.* Planud. p. 326. St. 465. W. Ἀντιπ. Σιδ. Ducta ἔννοια ex *Leonid. Tar.* XLI. Nostrum carmen imitando expressit *Julian. Aegypt.* Ep. XXXII. Vertit *Ausonius* Ep. CVI. hunc in modum:

Emersam pelagi nuper genitalibus undis
Cyprin Apellei cerne laboris opus;
Ut complexa manu madidos salis aequore crines
Humidulis spumas stringit utraque comis.
Jam tibi nos, Cypri, Juno inquit, et innuba Pallas,
Cedimus, et formae praemia deferimus.

Comparavit hoc nostrum carmen cum Epigrammate *Leonidae*, ita ut archetypo praemium decerneret, *Ilgen* in Opusc. phil. Tom. I. p. 35. sqq. — V. 3. χειρί. Veneris imago obversabatur *Ovidio*, cum puellae comas comparat cum illis, *quas quondam nuda Dione Pingitur humenti sustinuisse manu*, I. Amor. XIV. 33. Nymphae ap. *Himer.* Eclog. XIII. 21. p. 222. ἔτι λευκὸν ἐκ τῆς θαλάττης ἀφρὸν ἐξ ἄκρων πλοκάμων στάζουσαι. — V. 6. Hunc versum in parodiam suam transsumsit *Philippus* Ep. XXXVI. οὐκέτι σοὶ χειρῶν εἰς ἔριν ἐρχόμεθα, monente etiam *Valckenario* ad Theocr. Adon. p. 301. A.

XXXIII. Planud. p. 325. St. 464. W. Ἀντιπάτρου. Verba hujus distichi satis quidem expedita; sed in sensu

haeremus. Saltem scribendum: Ἡ λίθος — —. Sive hoc marmor Veneris formam et arma assumsit; sive Venus, hanc statuam conspicata, dixit: Sic esse volui. Quibus verbis dea statuae ejusmodi praestantiam videtur tribuere, qualem ipsa voluerit. *Brodaeus* ad εἶναι subaudit θαρσηθεῖσα. Fortasse recte. Sed, ut dixi, sensus carminis mihi non satis expeditus esse videtur.

XXXIV. Planud. p. 325. St. 465. W. Ἀντιπάτρου, Venerem Spartae armatam esse ait, ut Spartanam et Martis conjugem. Conf. ad *Leonid. Tar.* Ep. L. — V. 1. Vulgo verba hujus distichi continua serie, sine distinctione leguntur. Recte quidem *Br.* post Σπάρτας distinxit; sed in sequentibus aliquid deesse passus est, quod ad cola melius connectenda requiri videtur. Scripserim:

οὐκ ἄστοισι Δ' οἷον ἐν ἄλλοις.

—V. 2. στολίδας. tunicas, ut ap. *Euripid.* in Helen. 1379. Phoen. 1498. ubi vide *Musgrav.* Ex hoc loco colligit cl. *Visconti* in Museo Pio-Clem. T. III. p. 9. Venerem plerumque tunicis στολιδωτοῖς indutam fuisse in veteribus statuis. Cnidiae certe Veneris nuditatem turpem nonnullis fuisse visam, idem notavit ad Tom. I. Tab. IX. not. f. — V. 3. καλύπτρας. quas vulgo gerit. *Pausanias* tamen L. III. 15. p. 246. Veneris armatae apud Spartanos signum commemorat, καλύπτραν ἐχούσης καὶ πέδας περὶ τοῖς ποσί. — V. 4. χρυσεῖον ἔρνος. *Aureus* ramus, quo poëta Venerem vulgo instructam esse ait, fortasse pro *pulchro* accipiendus est; quo sensu χρύσεον μέθος dixit *Rhian.* Ep. IV. et puella χρυσοτέρη Κύπριδος in Ep. ἀδέσπ. 732. Florem, liliam inprimis, Venus manu tenet in veteribus monimentis. Vide *Winkelmann.* Monim. inediti c. XII. p. 36. Fortasse frons myrti intelligitur, quam Veneri sacram fuisse constat ex *Pausan.* VI. 24. p. 540.

XXXV. Planud. p. 334. St. 473. W. Ἀντιπάτρου. In tres Musarum statuas, trium sculptorum opera. Dedit

nonnulla de hoc carmine *Winkelmann*. Mon. Ined. T. I. in Tratt. Prelim. p. LXVII. — V. 1. τρίζυγες. Nonnisi tres Musae vetustissimis temporibus colebantur, Μελέτη, Μνήμη et Ἀοιδὴ, docente *Pausan.* L. IX. 29. p. 765. Vide *Davisium* ad Cicer. de N. D. L. III. 21. Tres esse volebant nonnulli propter tria τῶν μελῳδουμένων genera; τὸ διάτονον καὶ τὸ χρωματικὸν καὶ τὸ ἐναρμόνιον, secundum *Plutarch.* T. II. p. 744. C. Hinc ultimum carminis nostri distichon explicandum venit. Prima illarum Musarum est ἡ κράντειρα τόνου, diatonicum moderatur genus; altera, μελῳδὸς χρώματος, chromatici generis auctor; tertia, εὑρέτις ἁρμονίας, enharmonici inventrix. — Pro τρίδ' Ed. pr. τῇδ. — V. 4. Καναχὰ editt. vett. omnes usque ad Stephan. Canaches, Onatae aequalis, secundum *Pausan.* p. 688. De ejus arte judicat *Cicero* in Brut. c. XVIII. Frater ei fuit, arte non multum inferior ipso, *Aristocles*. *Pausan.* VI. 9. p. 472. De *Agelada* Argivo, eodemque Onatae aequali vide *Pausan.* VIII. 42. p. 688.

¶. 16.] *XXXVI.* Cod. Vat. p. 484. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 357. St. 496. W. ubi ἄδηλον. Scriptum in templum Dianae Ephesiae, quod eam Olympo et deorum contubernio praeferre ait Antipater. — V. 1. παρθενεῶνα. illum Dianae virginis thalamum, qui ei, ut reliquis diis deabusque, in Olympo exstructus fuit. ἐμβεβαῶτα. exstructum, collocatum. Verbo simplici βαίνειν sic utitur *Pausan.* L. III. 7. p. 222. καὶ ὁ πόλεμος οὗτος καὶ τὴν Ἑλλάδα ἤδη βεβηκυῖαν διέσεισεν ἐκ βάθρων. Ex *Xenophonte* βεβηκυίας τῆς οἰκίας ἐν δαπέδῳ laudat *Bud.* in Comm. L. Gr. p. 120. Quaedam huc facientia vide ap. *Intpp. Herodoti* L. VII. p. 581. *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 445. — V. 3. πόλις Ἀνδρόκλοιο, Ephesus ab Androclo, Codri filio, condita. *Strabo* L. XIV. p. 633. et 640. *Pausanias* L. VII. 2. p. 526. — V. 6. τὰν τροφόν. Ephesi enim nata putabatur Diana. Vide ad *Nossidis* Ep. III.

p. 414. — Pro ἐνταυθοῖ Cod. Vat. elegantius ἐν ταύτῃ. — Τιτυοκτόνε. *Callimachus* H. in Dian. 110.

XXXVII. Cod. Vat. p. 489. Ἀντιπ. Σιδ. Planud. p. 75. St. 110. W. Conf. *Leonid. Tar.* Ep. LVII. Vere ineunte Priapus nautas hortatur, ut navigationem suscipiant. Nostrum carmen expressit *Agathias* Ep. LVII. — V. 1. ῥόθιῃ νηΐ. celeriter et cum strepitu undas secanti navi. *Schol. Apollon.* L. II. 1110. et *Hesych.* ῥόθιον. ῥεῦμα. κῦμα. τὸ μετὰ ψόφου γινόμενον. Vide *Musgr.* ad Euripid. Iph. Taur. 407. et *Ducker.* ad Thucyd. L. IV. 10. p. 17. ed. Bip. — V. 2. φρικί. *Homer.* Il. η. 63. οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ Ὀρνυμένοιο νέον, μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς. — V. 5. Hinc *Satyrus Thyill.* Ep. V. σχοίνους μηρύεσθε, ἐφ' ὁλκάδα φορτίζεσθε ἀγκύρας. — V. 6. φωλάδος. Vat. Cod. Quod de bestiis, reptilibus praesertim, usurpatur vocabulum φωλὰς, in anchoram transtulit poëta, in arena latentem. φωλάδες ὕδραι *Nonn.* Dion. II. p. 48. φωλεύειν dicuntur ursi, araneae, reptilia, quae in antris et speluncis degunt. Vide *Salmas.* ad Solin. p. 223. *Wetsten.* ad N. T. I. p. 351. — V. 8. ἀνερείψαντας. Vat. Cod. ἀνερείπαις. Plan. Vera lectio non fugit *Jos. Scaligerum.*

XXXVIII. Cod. Vat. p. 393. Planud. p. 10. St. 19. W. Ἀντιπάτρου. Gentile *Sidonii* nomen membranae Vat. addunt. Platanus, quae longa senectute exaruit, felicitatem suam praedicat, quod vitis ipsam viridantibus pampinis ambiat. Suave carmen. — Vitem platano junctam commemorat etiam *Thall. Milef.* Ep. IV. — V. 3. ἐροδάμνους. Vat. vitiose. Ego, quae olim inter viridantes meas frondes hujus vitis nutrivi uvas. — V. 4. ἀντιπλοκέρῃ. Vat. — V. 5. Tales sibi quisque amicos alat, qui ei vel mortuo gratiam referant. — μόνη. Eximiam passim praestantiam significat μόνος. Exempla vide ap. *Wetsten.* in N. T. I. p. 942.

XXXIX. Cod. Vat. p. 451. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 1. St. 3. W. Ariae stadiodromi celeritas laudatur et cum Persei pernicitate comparatur. — V. 1. οὐ κατελέγχει. οὐ καταισχύνει. *Schol.* Sic hoc vocabulo usus est *Pindar.* Pyth. VIII. 50. Perseo poëtae pedes alatos tribuunt, *pennipes Perseus* ap. *Catull.* LV. 24. ubi vide *Doeringium.* Tarsum (*Persea Tarsos* ap. *Lucan.* L. III. 225.) Ariae patriam fuisse, licet diserte non dicatur, dubitari tamen non potest. — σὴν κτίστην. *Dionys.* Perieg. 868. Ταρσὸν ἐϋκτιμένην, ὅθι δή ποτε Πήγασος ἵππος Ταρσὸν ἀφεὶς χώρῳ λίπεν οὔνομα. *Ammian. Marc.* L. XIV. p. 39. *Ciliciam vero, quae Cydno amne exultat, Tarsus nobilitat, urbs perspicabilis, quam condidisse Perseus memoratur, Jovis filius et Danaës.* ubi vide *Valesium.* — ¶. 17.] V. 3. Hunc ne Perseus quidem currendo praevertisset, νῶτον ἔδειξε, quod in cursus certamine victoribus proprium. — V. 5. ὕσπληγγων. Plan. — Summam Ariae celeritatem ita describit poëta, ut eum aut ad carceres aut ad metam visum esse dicat, nunquam in medio stadio. Sic Orestes ap. *Sophoclem* in Electra v. 686. δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρματα Νίκης ἔχων ἐξῆλθε πάντιμον γέρας. Plutus ap. *Lucian.* in Timon. 20. T. I. p. 90. Bip. ὁπόταν ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πτηνὸν ὄψει, πολὺ τῶν ὀνείρων ὠκύτερον· ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκὼς, ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον, οὐδὲ ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν. In quibus verbis color ductus ex Epigr. ἀδεσπ. 312. quod nunc mutilum, aliquando integritati restituere conabimur. — In Schedis Krohnianis v. 1. Ἀρίας, v. 3. οὐκ ἂν legitur.

XL. Legitur in Cod. Vat. post titulum, et iterum p. 191. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 2. St. 3. W. In Nicophontem Milesium, pugilem, quem Olympiae vincentem ne Jupiter quidem sine metu videre potuit. Partem hujus carminis expressit *Philipp.* Ep. XLVI. — V. 1. excitat *Suidas* in τένοντας T. III. p. 447. et iterum cum v. 2. in Ἄτλας T. I. p. 372. ubi ἀνδρείους legitur. —

ταῦρον βαθὺν τένοντα. Describitur Nicophontis, quem Milesium gigantem appellat poëta, robur. τένων cervix est, secundum Homericum dicendi usum. Vide *Foesium* in Oec. Hipp. v. τένοντες p. 370. In tauro cervix pars validissima; unde qui Herculem finxerunt statuarii, cervicem inprimis ad tauri similitudinem finxisse existimantur; quae *Winkelmanni* est sententia in Mon. Ined. Tratt. prelim. T. I. p. XLIII. exornata a viro illustri *Ramdohr über Mahlerei und Bildh. zu Rom* T. I. p. 9. Talem cervicem labor palaestricus efficiebat. *Philostr.* Vit. Soph. II. p. 552. εὐτραφῶς ἔχοντα τοῦ αὐχένος· τουτὶ δὲ ἐκ πόνων ἧκεν αὐτῷ. De Patroclo idem in Heroic. p. 736. IX. ἡ κεφαλὴ δὲ ἐβεβήκει ἐπ' αὐχένος, οἷον αἱ παλαῖστραι ἀσκοῦσιν. *Heliodor.* L. VII. p. 368. εὐρύς τις ἦν τὰ στέρνα καὶ τοὺς ὤμους καὶ τὸν αὐχένα ὄρθιον καὶ ἐλεύθερον ὑπὲρ τοὺς ἄλλους αἴρων. — σιδηρέους ὤμους. Amyclus ap. *Theocritum* Eid. XXII. 46. στήθεα δ' ἐσφαίρωτο πελώρια καὶ πλατὺ νῶτον Σαρκὶ σιδαρείῃ. *Artemidor.* Oneir. I. 52. σιδηρέους λέγομεν τοὺς πολλὰ κακὰ ὑπομένοντας. Cum Atlante cur in hac parte compareturNicophon, apparet ex *Eurip.* Ion. init. Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν Θεῶν παλαιὸν οἶκον ἐκτρίβων. Conf. *Aeschyl.* in Prom. 428. quem locum nuper praeclare emendavit *Herrmann.* in Obss. crit. p. 14. sq. *Barth.* ad Stat. Theb. L. I. 489. Tom. I. p. 168. — V. 2. κόμαν Ἡρακλέους. Quid sit, quod Herculis comam ab aliorum distinguat coma, docuit *Winkelmann* in Histor. Artis p. 46. et 56. et in Tratt. Prelim. p. LVIIII. sq. Ad hanc in Herculis coma proprietatem respicit *Ovid.* in Heroid. IX. 63. *Ausus es hirsutos mitra redimire capillos.* — V. 3. λέοντος ὄμματα. *Philostrat.* Her. XI. p. 718. de Ajace Telamonio: βλέποντά τε χαροποῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπὸ τὴν ὁρμήν, οἷον οἱ λέοντες ἐν ἀναβολῇ τοῦ ὁρμῆσαι. *Callim.* H. in Cer. 51. τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἠὲ κυναγὸν Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα. — V. 5. Jupiter Gigantem se videre putans,

nova ſibi bella excitatum iri fortaſſe exiſtimabat. — V. 6. πυγμήν. Plan.

XLI. Planud. p. 329. St. 468. W. Ἀντιπάτρου. Plures exſtant luſus in Amoris vincti imaginem. Vide *Alc. Meſſ.* Ep. XI. *Satyr. Thyill.* Ep. IV. *Quint. Maec.* IX. *Crinagor.* I. — V. 2. πῦρ πυρί. Hinc *Meleager* Ep. LXXVI. φλέγεται πῦρ πυρὶ καιόμενον. — V. 3. Ne lacrymas fundas; merito enim haec tibi contigerunt, cum aliorum lacrymis gaudeas.

XLII. Planud. p. 316. St. 456. W. Ἀντιπάτρου. De Niobe, Dianae et Apollinis ira bis ſeptem liberis orbata. — V. 1. *Joſ. Scaliger* eleganter corrigit: δὶς ἑπτάκι τέκνα. idem v. 3. κόραις, ubi vulgo κούραις habetur. — κούρα. Diana. ἄρσην. Apollo. In Analectis pro ἄρσεσι vitioſe ἄρσινι excuſum eſt. — V. 6. Planudeae Codd. teſte *Brunckio*, ut libri excuſi, λείπεται γηροκόμῳ. In uno λείπετο, ſuperſcripto αι. Hanc lectionem ſinceram eſſe, cum metri ratio, tum ſequens ἄγοντο arguit. — ἐφ' ἑνὶ λείπεσθαι. *Aelian.* V. H. VI. 10. κατελείφθη δὲ Περικλῆς ἐπὶ τοῖς νόθοις. et ſic paſſim. Vide *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 436. Bip. De γηροκόμος et γηροκομεῖν dixit *Euſtath.* ad Od. p. 840. 6. γηροβοσκὸς pro eo uſurpavit *Sophocl.* Aj. 570. *Eurip.* in Phoen. 1445. — ¶. 18.] V. 10. δεῖμα λίθος. De lapide Tantali capiti imminente vide ad *Archilochi* fragm. XLIII. p. 177. Adde *Heynium* ad *Pindar.* I. Olymp. 89. p. 13.

XLIII. Planud. p. 316. St. 456. W. Ἀντιπάτρου. Hoc carmen expreſſit *Meleager* Ep. CXVII. Ipſam nobis Nioben poëta exhibet poſt liberorum mortem externatam, manibus ad coelum ſublatis, tanquam minabundam. χεῖρα τένοντας. Vide *Wakefield.* in Silv. crit. V. p. 64. — V. 2. ἄνθεσιν κόμαν. crinibus paſſis, ut Baccha externata. Ariadne ap. *Ovid.* in Heroid. X. 47. *Aut ego diffuſis erravi ſola capillis; Qualis ab Ogygio concita*

Bacchae deo. XV. 139. *Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho Impulit, in collo crine jacente, feror.* I. Amor. IX. 37. *Atrides, visa Priameide fertur Maenadis effusis obstupuisse comis.* Vide *Valcken.* ad Phoen. p. 293. — V. 10. „In uno Planudeorum κάδει τειρομένα. super„scripto τ. Neutrum verum esse credo. Corruptus lo„cus.“ *Brunck.* Merito vir perspicacissimus de novissimi versus sinceritate dubitat, cum Niobe in Sipyli monte in lapidem conversa non dici possit *apud Plutonem* affligi. Aliter res se habet ap. *Theocrit.* Eid. α. 103. Δάφνις κἠν Ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι. Nullus dubito, quin *Antipater* expresserit locum Homericum de Niobe Il. ω. 617. ἔνθα λίθος περ ἐοῦσα θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει. Quare minima mutatione lego:

πέτρῃ ἔσω Νιόβα ΚΑΔΕΪ τειρομένα.

Epigr. ἀδέσπ. DCLVI. τοκῆας γηραλέους, στυγερῷ πένθεϊ τειρομένους. *Paul. Silent.* Ep. LXXXII. δυστλήτῳ πένθεϊ δαπτομένων. Conf. *Merrick* ad Tryphiodor. 185. *Ovid.* Metam. VI. 301. *orba resedit Exanimes inter natos natasque virumque Diriguitque malis.* Forma κᾶδος aeolicae dialecto propria, (vide *Valcken.* ad Adon. p. 204. B. C.) nec Doriensibus tamen plane incognita fuit. *Hipparchus* quidem ap. Stobaeum T. CVI. p. 572. 48. τὰ ἴδια κάδεα.

XLIV. Planud. p. 366. St. 505. W. Sine auctoris nomine. In nonnullis tamen codicibus hoc Epigr. *Antipatro Sidonio* tribui monuit *Leo Allatius* de Patr. Homeri p. 116. Satis noti distichi in eum poëtam, *patriam cui Graecia, septem dum dabat, eripuit* (quae *Manilii* verba sunt L. II. 7.) lectionem diversam vide inter Ep. ἀδέσπ. CDLXXXVI.

XLV. Planud. p. 366. St. 505. W. Ἀντιπάτρου. Veram Homeri patriam coelum esse, nec eum ex mortali matre, sed ex Calliope natum videri. Hinc expressum

Ep. ἀδέσπ. CCCCLXXXVII. — V. 3. εὔκληρον. i. e. εὐτυχῆ, εὐήμερον. Vide *Hesych.* in εὐκληρία. — V. 4. Λαπιθέων est in Edit. pr. et Ald. pr. Seriores Λαπιθῶν. — V. 6. πινυτῆς omnes vett. editt. et ἄνδιχα. In marg. Wechel. γρ. καὶ ἀμφαδά. Poëta deorum interpretem agens, veram Homeri patriam indicat. Apollinis opus carmina Homerica esse, suspicatur *Philostratus* in Heroic. XVIII. p. 726. cujus verba dabimus ad Ep. Heroic. XIX. T. III. p. 146.

¶. 19.] *XLVI.* Cod. Vat. p. 367. Ἀντιπ. Σιδ. Planud. p. 92. St. 134. W. ubi μνημοσύναν habetur. — V. 2. μοῦσαν. Vat. Cod. — Sappho Musarum decima ap. *Platon.* Ep. XII.

XLVII. Cod. Vat. p. 320. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 280. St. 405. W. Pauca Erinnae carmina, Musis faventibus scripta, multis multorum versibus anteponenda. Obversabatur poëtae *Asclepiadis* Ep. XXXV. — V. 1. παυροεπής. Erinnae enim Ἠλακάτη, quod solum poëma paulo longius reliquit, non ultra trecentos versus excurrebat. — τοῦτο τὸ βαιὸν ἔπος. Fere ut *Meleagr.* Ep. I. 6. Σαπφοῦς βαιὰ μὲν, ἀλλὰ ῥόδα. — V. 3. Hinc gloria puellam sequitur, nec Orci premitur tenebris. *Tullius Laur.* Ep. III. γνώσεαι, ὡς Ἀΐδαο σκότος ἔκφυγον· οὐδέ τις ἔσται Τῆς λυρικῆς Σαπφοῦς νώνυμος ἠέλιος. — κωλύσεται. mors non impedit, quominus clara sit et illustris Erinna. Respondet verbum Latinorum *premere*, quod illustravit *Mitscherlich* ad Horat. I. Od. IV. 16. Contra *Sappho* in illustri fragmento de puella ingloria in Anal. I. p. 57. XI. ἀφανὴς κἠν Ἀΐδα δόμοις φοιτάσεις . . . οὐδέ σε βλέψει παῖς ποτ' ἀμαυρῶν νεκύων ἐκπεποταμέναν. — Nocti tribuuntur alae ap. *Aristoph.* in Avibus 694. νὺξ ἡ μελανόπτερος. Conf. *Winkelm.* in Monim. ined. Nr. XXVII. *Heynium* ad Tibull. II. 1. 89. — V. 5. Recentiorum poëtarum carmina in oblivionem abeunt. Tempus, quod omnia exstinguere et in oblivionem adducere videtur

ap.

ap. *Diodor.* in Exc. p. 556. 96. ὁ χρόνος, ὁ πάντα μαραίνων τἄλλα, ταύτας (τὰς ἀρετὰς) ἀθανάτους φυλάττει, καὶ πρεσβύτερος γινόμενος αὐτὰς ταύτας ποιεῖ νεωτέρας. Dicit μαραινόμεσθα, se ipsum cum ceteris sui aevi poëtis comprehendens; ut adeo non necessarium sit, cum *Sonntagio* in Hist. Poës. brev. p. 21. statuere dialogum inter recentiores poëtas et *Antipatrum*. — ἀναρίθμητοι. Cod. Vat. — μαραινόμεθα. evanescimus. — V. 7. Hoc distichon laudat *Suid.* in λῷον T. II. p. 462. — κύκνου. Poëtae eximii imago cycnus, ut notum, (vide *Böttigerus* in not. ad Horat. p. 158.) hoc loco tanto aptior, quo brevior ejus cantus esse putabatur. Ex nostro fortasse loco profecit Auctor Carm. ἀδεσπ. DXXIV. in Erinnam κυκνείῳ φθεγγομένῃ στόματι. — κρωγμός. ὁ τῆς κορώνης ἦχος. *Eustath.* ad Od. Δ. p. 179. 33. De barbarorum cantibus *Julian.* in Misop. p. 337. C. ἄγρια μέλη, παραπλήσια τοῖς κρωγμοῖς τῶν τραχὺ βοώντων ὀρνίθων. — Pro ἠὲ Cod. Vat. ἠδέ. — Eandem sententiam iisdem fere verbis expressit *Lucret.* L. IV. 182. *Parvus ut est cycni melior canor, ille gruum quam Clamor, in aetheriis dispersus nubibus austri.*

XLVIII. Planud. p. 367. St. 506. W. Ἀντιπάτρου. — In Pindarum, reliquos omnes poëtas, ipso Pane teste, superantem. — V. 1. νέβρειοι αὐλοί, ex hinnulorum ossibus factae tibiae, quas etiam ὀστίνους appellant. (vide *Aristoph.* in Acharn. v. 863.) Thebanorum inventum ex *Ioba* tradit *Athen.* L. IV. p. 182. *Pollux* L. IV. 75. Vide quae collegit *Spanhem.* ad Callim. H. in Dian. 244, et *Beckmann.* ad Antig. Caryst. c. VIII. p. 16. Hinnuleorum ossibus postea asinorum ossa substitui coeperunt, ut docet *Plutarch.* T. II. p. 150. E. quem locum adscribam, ut conjecturam expromam de *Cleobulines* loco longe corruptissimo: Εἶγε εἰδείης, ὦ ξένε, τοὺς νῦν αὐλοποιοὺς, ὡς προΐενται τὰ νέβρεια, χρώμενοι τοῖς ὀνείοις, βέλτιον ἠχεῖν

λέγουσιν. Διὸ καὶ Κλεόβουλον ἡ πρὸς τὸν Φρύγιον αὐλὸν νεβρογόνος κνήμη κερασφόρον οὖας ἧξε θαυμάζειν ἔκατι κρούσεως· ὥστε θαυμάζειν κ. τ. λ. *Wyttenbachii* Codd. sic legunt: πρ. τ. Φ. αὐλὸν ἤρξατο κνήμη νεκρογόνος αἷμα κερασφόρῳ οὖας ἔκ τε κρούσεως. Mihi persuasum habeo, postremo vocabulo ως adhaesisse ex sequenti ὥστε. Vide, an totus locus sic possit probabiliter refingi: διὸ καὶ Κλεοβουλίνη· ὑπὲρ τὸν Φρύγιον αὐλὸν ἦϊξε τὸ κνήμης νεβρογόνου ἄημα, κερασβόλον οὖας ἔκ τ' ἐκρουσε. *Tibiae binnuleae sonitus super Phrygiam sese extulit tibiam, et duras aures stupore quodam affecit.* Junge οὖάς τε κ. ἐξέκρουσε. — Ut ad *Antipatrum* redeam, simili comparatione utitur vanus ille ap. *Lucianum* rhetor T. III. p. 14. ἐμὲ, dicens, τούς γε ἄλλους τοσοῦτον ὑπερφανοῦντα εὑρήσεις, ὁπόσον ἡ σάλπιγξ τοὺς αὐλοὺς, καὶ οἱ τέττιγες τὰς μελίττας καὶ οἱ χοροὶ τοὺς ἐνδιδόντας. Conf. T. III. p. 92. 25. et 199. 90. — V. 3. Conf. not. ad *Platon.* Ep. XXIX. 6. p. 357. In Pindari pueri labiis apes consedisse, elegans poëtarum commentum, quo futuram pueri in canendo dulcedinem significarent. *Pausan.* L. IX. 23. qui egregie huc facit: μέλισσαι δὲ αὐτῷ καθεύδοντι προσεπέτοντό τε καὶ ἔπλασσον πρὸς τὰ χείλη τοῦ κηροῦ. Conf. *Aelian.* V. H. XII. 45. et *Philostrat.* II. Imag. 12. p. 829. — V. 5. Μαινάλιος. Pan, qui sacellum habebat prope Pindari domum, (Pyth. III. 137. sqq.) poëtae hymnos cecinisse fertur. Ut noster, *Philostrat.* l. c. φασὶ δὲ τὸν Πᾶνα, ὅτε Πίνδαρος ἐς τὸ ποιεῖν ἀφίκετο, ἀμελήσαντα τοῦ σκιρτᾶν, ᾄδειν τὰ τοῦ Πινδάρου. — Pro τὸν σέο *Sonntag* in Hist. Poës. brev. p. 19. τῶν corrigit, ut Pan non unum solum, sed omnino hymnos Pindari cecinisse dicatur. Comparat *Plutarch.* T. II. p. 1103. Πίνδαρος ἀκούων ᾄδεσθαι (Πᾶνα) τι μέλος, ὧν αὐτὸς ἐποίησε. — Ad hunc versum respexit *Eustath.* p. 1917. ed. Rom. ὡς δηλοῖ ὁ γράψας ἐν Ἐπιγράμματι Πινδάρου περὶ τοῦ Πανὸς τὸ νομίων λησάμενος δονάκων, ἤγουν ἐκλαθόμενος τῆς σύριγγος.

XLIX. In Planud. p. 66. St. 96. W. *Antipatro* tribuitur. In Vat. Cod. p. 362. *Leonidae Tarentini* nomen prae se fert. Ut *Leonidae* et ut ineditum hoc carmen ex *Grotii* mantissa expromsit *Burmann.* in Add. ad Anth. Lat. T. II. p. 729. Temporum ratio non obstat, quominus *Leonidae* sit. Hic enim poëta et Aratus Antigono Gonata regnante, circa Olymp. CXXV. floruerunt. — V. 1. In *Arati* de astris carmen. — δηναιούς, παλαιογενεῖς. *Eustath.* ad Il. α. p. 96. 4. In hoc epitheto, sed sine causa idonea, haesit *Casaubon.* quem hic aliquid conjecisse ex Schedis Bibl. Bodl. apparet, sed ductus obscuri sunt. — V. 4. „ἰλλόμενος, quod e Scaligeri cod. no„tatum probat *Huetius*, habet unus Planud. codicum ex „correctione ab eadem manu, ι scripto supra α. Editio„nes aliae ἀλλόμενος." *Br.* *Casaubonus* adscripsit ὡς ἄλλως πολλάκις. In Vat. autem Cod. ἀλλόμενος habetur. In vulgata acquievisse videtur *Grotius*, qui vertit: *Seu vaga seu fixa, quibus pulsatur Olympi Regia, tam multis orbibus implicita.* Stellas quidem novi saltantes et choros ducentes, (vide ad *Dionys.* II. 17. T. II. p. 254.) sed οὐρανὸς ἀλλόμενος nimis absone dictum. Quare probabilis *Brunckii* emendatio: οὐρανὸς κύκλοις ἰλλόμενος, *coelum viis circumdatum*, per quas stellae cursum conficiunt. ἰλλόμενος, συνεχόμενος, σφιγγόμενος, interprete *Proclo* ad *Platonis* Tim. p. 281. Vide *Ruhnken.* ad Tim. p. 69. ubi haec glossa habetur: γῆν ἰλλομένην. συγκεκλεισμένην καὶ περιειλημμένην. ἰλλάδες γὰρ οἱ δεσμοί. Fortasse tamen κύκλοις pro κύκλῳ positum, ἴλλεσθαι autem *vertendi volvendique* sensu accipiendum est: *coelum in orbe circumactum.* — [illegible] *stellis coelum aptum*; ut *Ennius* dixit ap. *Macrob.* in Saturn. VI. 1. eumque secutus *Virgil.* Aen. IV. 482. — V. 5. εἶναι, λεγέσθαι scil. *Secundus* a Jove esse patetur is, qui stellas splendidiores et illustriores reddidit, carmine eas describendo et illustrando scil.

¶. 20.] *L.* Cod. Vat. p. 380. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 100. St. 147. W. Nereïdes Corinthi, a Romanis everſae, fata lugent. Hoc carmen obverſatum eſſe videtur *Agathiae* Ep. LXI. — V. 3. δάμαρτες Σισύφιαι. nobiles Corinthi matronae, a Siſypho, priſco Corinthi rege. — V. 5. οὐδ' ἴχνος. *Seneca* Epiſt. XCI. *Omnium iſtarum civitatum, quas nunc magnificas et nobiles audis, veſtigia quoque tempus eradet. Non vides, quemadmodum in Achaïa clariſſimarum urbium jam fundamenta conſumta ſint, nec quidquam exſtet, ex quo appareat, illas ſaltem fuiſſe.* — V. 6. ἐξέφαγε πόλεμος *Br.* dedit in Analectis, cujus eum poſtea poenituit. Scr. cum Plan. πτόλεμος. In Vat. Cod. ἐξέφαγεν πόλεμος. — Tempus, quae pereunt, comedere dicitur, ut in Anth. Lat. II. p. 445. vel maxima monimenta *Concutiet ſterneîque dies, quoque altius exſtat Quodque opus, hoc illud carpet edetque magis.* — V. 8. ἀλκυόνες. calamitatem tuam lugemus. Halcyon triſtis et querula. Vide *Bochartum*, qui veterum loca diligenter collegit, in Hieroz. T. II. p. 219.

LI. Cod. Vat. p. 326. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 372. St. 511. W. ubi ultimum diſtichon deeſt. Lemma acceſſit ex Vat. Non ſatis conſtat, hoc carmen in urbem compoſitum eſſe. Aggeris moli aut caſtello alicui verba poëtae non minus convenirent. Hoc apparet, de magno aliquo, ingentis altitudinis roborisque aedificio agi. Reliqua incerta ſunt. — V. 1. ἄταν ſi ſincerum eſt, conjungi debet cum λάϊνον, totum ex lapidibus exſtructum. — Ἀσσυρίης Σεμιράμιος. (Σεμιραμιος Cod. Vat) Haec non pro circumſcriptione ipſius Babyloniae, ſed comparative accipienda ſunt: molem haud diſſimilem ei, quam Semiramis exſtruxit, Babyloniam altiſſimis cingens moenibus. — Κύκλωψ. Ad fabulam de muris urbium Mycenarum et Tirynthis a Cyclopibus aedificatis reſpicitur. *Pauſan.* L. VII. 25. p. 589. *Alpheus* Ep. VIII. ubi Mycenae Κυκλώπων vocantur πόλις. *Statius* Sylv. V. 3. 47.

Atque utinam fortuna dares mihi Manibus aras, Par templis opus, aëriamque educere molem, Cyclopum scopulos ultra, atque audacia saxa Pyramidum. — V. 4. ἐγχ. πλ. *Propert.* L. III. El. I. 57. *Pyramidum sumtus ad sidera ducti.* Anthol. Lat. II. p. 449. CCLXII. *Tu licet extollas magnos ad sidera montes, Et calidas aeques* (f. Et coelo exaeques) *marmore pyramidas.* — V. 6. φυρηθέν. *Schol.* qui totum hoc carmen de Semiramidis aedificiis interpretatur, huic vocabulo adscripsit, οὕτως εἶπεν διὰ τὴν ἄσβεστον. Aut scripsit aut scribere voluit: τὴν ἄσφαλτον. Si recte scribitur φυρηθὲν, de calce macerata et subacta accipiendum. Sed fortasse scribendum:

πυργωθὲν γαίης εὐρυπέδοιο βάρος.

— V. 7. »Lemma et ultimum distichon suppeditavit »Cod. Vat. Spatium vacuum in pentametro repletum a »recentiori manu, sed inepte, his verbis, νεφέων τεῦξεν »ἐπ' — probabilius esset οὐρανίων νεφέων νάσσατο πρὸς γυάλοις. Sed hoc conjecturis tentare, idem est ac κοσκίνῳ »ὕδωρ ἐπιφέρειν, quum ex addito lemmate, cujus veritas »admodum suspecta, de ipso Epigrammatis argumento »minime constet. Ἡράκλεια commune pluribus urbibus »nomen. De qua hic agatur, si modo in urbem ali»quam facti hi versus, ego non divinarim.« *Brunck.* In Codic. Medic. ap. Bandin. p. 102. versus septimus sic legitur, ut in Vat. Postremi autem versus nonnisi primum vocabulum οὐρανίων ibi conspicitur. In Vat. est Ἡρακλείης.

LII. Cod. Vat. p. 366. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 71. St. 103. W. Ex omnibus in orbe terrarum mirabilibus nihil sibi majus et admiratione dignius fuisse visum templo Dianae Ephesiae. Idem color in Epigr. I. *Martial.* L. I. — V. 2. Ζῆνα. Plan. Jovis Olympii statua, Phidiae opus. — V. 3. Mira lectio in Vat. Cod. πόντου τ' αἰώρημα. — V. 6. De eodem Dianae templo *Callim.*

H. in Dian. 249. τοῦ δ' οὔτι θειότερον ὄψεται ἠὼς οὐδ' ἀφνειότερον· ῥέα κεν Πυθῶνα παρέλθοι. *Plin.* L. XXXVI. 14 *Magnificentiae vero admiratio exstat templum Ephesiae Dianae ducentis viginti annis factum a tota Asia.* — V. 7. πὰρ δε. Vulgo, commate post ἅλιος posito. Hoc frustra tuetur *Huetius* p. 9. ubi profert conj. *Jos. Scaligeri*: καὶ ὧδε. Nec tamen in Brunckiana lectione acquiescam. Nihil esset difficultatis, si legeretur:

κεῖνα μὲν ἠμαύρωτο κεκρυμμένα, νόσφι δ' Ὀλύμπου —

sed hoc hariolari est. — V. 8. ἀπαυγάσατο. Cod. Vat. et Plan.

¶. 21.] *LIII.* Vat. Cod. p. 378. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 56. St. 80. W. In sacellum Veneris marinae. Dea et nautis et amantibus opem pollicetur suam. Expressum videtur ex Epigr. *Anytes* V. — V. 1. κύματι πηγῷ. Homericum. Odyss. ε. 388. ψ. 235. — V. 3. λαμπάδεντι. Vide notas ad *Anytes* l. c. p. 425. — V. 4. εἰς ἐμέ. nautis mea ope salvis. — V. 6. οὖρος πνεύσομαι. tibi aut naviganti aut amanti placida afflabo. Ambiguo sensu adhibitum verbum πνεύσομαι, altero proprio, altero figurato. Vide *Heyne* ad Tibull. II. El. I. 80.

T. II. p. 528.] *LIII*[a]. Cod. Vat. p. 485. Ἀντιπάτρου. Alterum distichon laudat *Alberti* ad Hesych. T. I. p. 148. — In Niciae tabulam, quae Ulyssis ad inferos descensum, ad Homericum archetypum adumbratum, repraesentabat. In Cod. est Νίκου. Sed de veritate emendationis *Brunckianae* dubitare non patitur locus *Plutarchi* T. II. p. 1093. E. ὅπου γὰρ οἱ φιλοτεχνοῦντες οὕτως ἄγονται τῇ πιθανότητι τῶν ἔργων, ὥστε Νικίαν γράφοντα τὴν νεκυίαν, ἐρωτᾶν πολλάκις τοὺς οἰκέτας, εἰ ἠρίστηκε· Πτολεμαίου δὲ τοῦ βασιλέως ἑξήκοντα τάλαντα τῆς γραφῆς συντελεσθείσης πέμψαντος αὐτῷ, μὴ λαβεῖν. Non Ptolemaeum sed Attalum tantam Niciae pecuniam obtulisse, narrat *Plinius* H. N. XXXV. p. 704. 16. *Athenis (est) Necromantia Homeri. Hanc*

vendere noluit Attalo regi talentis LX, potiusque patriae donavit, opibus abundans. — Pro ἀειζώοιο Vat. Cod. ἀειζώοιος. — πάσης ἠέρον ἡλικίης. monimentum omnis futurae aetatis. — V. 3. Scribe Ἀϊδωνῆος. — Ὁμήρου. Homerus enim, ut Ulyssis descensum describeret, Orcum peragravit.

LIV. Cod. Vat. p. 477. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 303. St. 443. W. — ἐν βραδύτη. Si mugire cessat, aeris natura in culpa est, non Myronis ars. Sculptoris igitur artem ait, cum spiritum vaccae inspirasset, aeris naturam tamen penitus vincere non potuisse. Lusus, pro meo quidem sensu, satis frigidus.

LV. Cod. Vat. p. 476. Ἀντιπ. Σιδωνίου. Plan. p. 303. St. 443. W. — ἢ ῥ' ὁ Προμηθεύς. Vide ad Epigr. *Erinnae* I. p. 186. — Post μόνον comma ponendum, quod typothetae in edit. Lips. omiserunt.

LVI. Cod. Vat. p. 477. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 304. St. 444. W. — εἵνεκα τέχνας. Tua enim ars effecit, ut vel verae et spirantis vaccae vices implere possim. Hoc fortasse distichon obversabatur *Gemino* Ep. VI. μυκᾶται γὰρ ὁ χαλκός· ὢ' ὡς ἔμπνουν ὁ τεχνίτας Θήκατο, κἂν ζεύξῃς ἄλλον, ἴσως ἀρόσει. *Aemilianus* Ep. II. T. II. p. 275. Τέχνας εἵνεκα σᾶς καὶ ἃ λίθος οἶδε βρυάζειν.

LVII. Cod. Vat. p. 476. Ἀντιπάτρου Σιδ. Planud. p. 303. St. 443. W. Color, ut in Ep. *Leonidae Tar.* XLII.

LVIII. Cod. Vat. p. 476. Ἀντιπ. Σιδ. Plan. p. 303. St. 443. W. Vertit *Ausonius* Ep. LXI. *Errasti attendens haec ilia nostra, juvence. Non manus artificis lac dedit uberibus.* Similiter idem Ep. LIX. *Ubera quid pulsas frigentia matris abenae, O vitule, et succum lactis ab aere petis? Hunc quoque praestarem, si me pro parte parasset Exteriore Myron, interiore deus.*

¶. 22.] *LIX.* Bis in membranis legitur p. 197. Ἀντιπάτρου. et p. 383. ubi ἀδέσποτον. Sic quoque in Plan. p. 160. St. 232. W. auctoris nomine caret. — Sidonii

esse dubito. Narratur vinosae fraus mulieris, quae, cum votorum damnata esset, invenit, quomodo votorum solutionem eluderet. — V. 1. excitat *Suidas* v. σποδὰς T. III. p. 364. Βακχυλὶς ἡ Βάκχου κυλίκων σποδὰς ἔν ποτε νούσῳ Κεκλιμένη. In Vat. Cod. loco pr. sic legitur, ut *Br.* dedit: Βακχυλὶς (non Βακκυλὶς, ut ille ait in Lectt. p. 126.) ἡ Βάκχου. loco altero ἡ γραῦς ἡ Β. — ἔν ποτε νούσῳ. Mulierem siccantem calices, κυλίκων σποδὸν, *Antipater* duxit ex *Leonid. Tar.* Ep. LXXXVII. — V. 2. „In „Planudea Ζηνὶ τοῖον. Illud Ζηνὶ in nullo Cod. inveni. „Omnes habent Δηὶ, quod ob pravam pronuntiationem „corruptum est e sincero Δηοῖ, quod exhibet Vat. membr. „[loco pr. altero enim etiam διὶ] Δηὶ cum metro re„pugnaret, mutaverunt editores in Ζηνί." *Br.* Vat. membr. loco sec. κεκλιμένη, διὶ τοῖον ἔλεξεν ἔπος. Prius verbum et tria postrema sic etiam Plan. habet. — Cereri vetula nostra hoc votum facit, cui divae solemnia instituebantur jejunia. — V. 3. διάκαυμα. Plan. In Vat. utroque loco διὰ κῦμα. Hoc fortasse verum. *Febris undas*, i. e. *periculum*, effugere, ab hujusmodi poëtarum dicendi genere non omnino abhorret. Sic fere *Lucian.* Ep. XXX. ἀμφεκάλυψεν Οὐλομένης πενίης κῦμα παλιῤῥόθιον. De omni vero malorum genere, quae in homines redundant, poëtae κυμάτων, πελάγους, χειμῶνος imaginem usurpant. Etiam ap. *Suidam*, qui laudat v. 3. 4. cum parte quinti in ἀβρόμιος T. I. p. 13. veteres editt. κῦμα exhibent. — V. 4. δροσερὴν π. ἐκ λιβάδων. Vat. Cod. loco pr. δροσερᾶς λιβάδος loco sec. ut Plan. Nostra lectio est ap. *Suidam.* — ἠελίους. Vota faciens mulier, se centum dies nihil praeter aquam potaturam esse significare volebat; postea mentem immutavit, et fallaciam struxit, quam ei suppeditabat ambiguitas vocis ἥλιος. — V. 5. ὑπ' ἀλύξειν ἀνίην. Vat. loco pr. Planud. et Vat. loco sec. nostrum habet. — V. 6 – 8. *Suidas* in μῦχος Tom. II. p. 557. — „Vat. Cod. λεπτὸν γὰρ — τρητὸν habet etiam Suidas.

„Prius unice verum est. λεπτὴν κόσκινον. *tamis fin.* to„nne cribrum. πυκνοὺς σχοίνους ridicule explicat Bro„daeus." *Br.* In Vat. Cod. loco pr. τρητόν. loco sec. λεπτοῦ et in fine πυκνὴν habetur. σχοῖνοι sunt funiculi, ex quibus cribrum contextum.

LX. Cod. Vat. p. 219. Ἀντιπάτρου. Ab alia, antiqua tamen manu Σιδωνίου additum. Plan. p. 285[b]. St. 421. W. Septem Sapientum nomina et patria recensentur. Conf. Ep. ἀδέσπ. ἐρ. XXX. T. III. p. 149. — V. 2. φαντὶ δὲ – ἔχειν. Vat. Cod. quod elegantius vulgata. — V. 4. Θαλῆς. Cod. Vat. — ἔρεισμα Δίκης. Virum eximie justum significat, quo civitatis salus nititur. Viros eximios civitatum columina, ἐρείσματα, crebro vocant poëtae et sophistae. Videatur, qui nec nostrum locum praetermisit, *Rittershus.* ad Oppian. I. Cyneg. 1. et *T. H.* in *Lucian.* T. I. p. 422. Bip. — V. 6. φύλακας. *Horat.* I. Serm. I. 17. *Virtutis verae custos rigidusque satelles.*

LXI. Vat. Cod. p. 530. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 188. St. 274. W. In hominem nequam, cynico habitu incedentem, quo nemo ipso indignior. Quare indignantem facit peram, clavam, et quae cetera sunt Cynicorum insignia, ab illo gestata. — V. 1. ἔρεισμα. clava Herculea eximium Diogenis gestamen. Herculem cynicos imitatos esse, constat vel ex *Luciani* Vit. Auct. §. 8. T. III. p. 89. Bip. Vide *Casaubon.* ad Diog. Laërt. VI. 13. p. 322. Diogenis ῥόπαλον vocat *Antipater*, quia Cynicorum longe celeberrimus fuit. *Diocles* enim ap. *Diogen. Laërt.* l. c. Antisthenei hoc tribuit, ὅτι πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο, καὶ βάκτρον ἀνέλαβε καὶ πήραν. Alii tamen hoc inventum ipsi Diogeni tribuisse videntur. L. VI. 23. De baculi gestatione ap. veteres nuper quaedam docte monuit *Boettiger in den Vasengemälden*, Fasc. II. p. 61. sq. — Σινωπεῖον Διογένους Vat. Cod. Vulgo junctim βριθοσινωπεῖτον. *Brodaeus* interpretatur, ac si

esset βριθυσανιπίδου. — Ipse Hercules βαρυσκίπων vocatur ap. *Callim.* fr. CXX. p. 488. — V. 3. πεπαλαγμένον. Dictum ad imitationem *Homeri* αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον Il. ζ. 268. unde *Theocrit.* Eid. XXV. 224. ἀμφὶ δὲ χαίτας αὐχμηρὰς πεπάλακτο φόνῳ. *Callimach.* H. in Pall. 8. λύθρῳ πεπαλαγμένα τεύχεα. Gloriabatur autem squalore ineptus Cynicorum grex, quem respicere videtur *Plutarch.* T. II. p. 82. B. ἄχρι δὲ οὔ τις ἐπιδεικνύμενος ῥύπον ἢ κηλῖδα χιτῶνος, ἢ διεῤῥωγὸς ὑπόδημα, καλλωπίζεται πρὸς τοὺς ἐκτὸς — ὀλίγον αὐτῷ προκοπῆς μέτεστι, μᾶλλον δὲ οὐδέν. — In Planudea ῥυπόωντι legitur; pro πεπαλαγμένον autem, quod *H. Stephanus* primus ex Lectionibus Aldinae pr. recepit, ed. Flor. et Ald. pr. πεπλασμένον. Ald. sec. πεπλαγμένον (quod Brod. interpretatur). πεπλαμένον Ald. tertia. *Scaliger* notavit, ut quidem in Schedis Bibl. Gotting. exaratum est, πεπαλμένον. — V. 4. διπλάσιον vulgo. Veram tamen lectionem jam *Aldus* e codd. enotavit; eamque *Brod.* interpretatur. Diogenem designans *Horatius* L. I. Ep. XVI. 25. *quem duplici panno sapientia velat.* Conf. *Diogen. Laërt.* loco supra laudato. Noster Ep. LXXX. de eodem Cynico: ἦ μία τις πήρα, μία διπλοΐς. et qui eum expressit *Archias* Ep. XXXIV. ὄλπην καὶ σκίπωνα καὶ διπλόον εἷμα. — Hoc Cynicorum pallium poëta appellat ἀντίπαλον νιφάδων, quod fortasse ex *Callimacho* ductum est, qui, ni fallor, de Herculis tegumento, τὸ δὲ σκύλον ἀνδρὶ καλύπτρη γιγνόμενον, νιφετοῦ καὶ βελέων ἔρυμα. ap. *Schol. Sophocl.* ad Aj. 26. De munimento et praesidio ἀντίπαλος ponitur in Ep. *Alphei* XII. ἡ γὰρ ἔμεινεν αἰθέρος ἠδ' αἰῶν ἀντίπαλος νεφέων. — V. 5. ἡ tres Aldinae et Vat. ἦν Ascens. et Steph. — V. 6. οὐράνιος. ille inter sidera canis. Laudat *Brod.* verba ex supposititia *Diogenis* Epistola: καλοῦμαι γὰρ ὁ κύων ὁ οὐρανοῦ, οὐχ ὁ γῆς, ὅτι ἐκείνῳ εἰκάζω ἐμαυτόν. — σὺν σποδιῇσι. qui in coeno et sordibus volutatur. — V. 8. τράγων. Hircis comparantur philosophi propter barbam. *Lucian.* Ep. XXIII. *Ju*-

lianus in Misopogon. p. 339. A. δίδωμι γὰρ αὐτὸς τὴν αἰτίαν, ὥσπερ εἰ τράγοι τὸ γένειον ἔχων.

¶. 23.] *LXII.* Cod. Vat. p. 368. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 85. St. 126. W. Historia de merula una cum turdo laqueis capta, sed, quia cantorum genus sacrum, incolumi dimissa. Conf. *Archiam* Ep. XXIII. *Paul. Silent.* Ep. LXXII. — κίχλη et κόσσυφος passim junguntur. Vide *Rhian.* Ep. VI. — V. 1. διεσάν. Vat. — V. 2. ἱππεία — πάγα. Vat. quod et ipsum locum habet. Laquei, quibus aviculae capiuntur, ex pilis equinis fieri solent. — V. 3. ἀλλὰ μὲν κίχλης. Vat. — V. 4. δειρηοπέδας. Vat. — Veteres quaedam editt. πλεκτὰς, vitiose. — V. 5. τὸν ἱερόν. Ap. *Rhianum* quoque l. c. ἱερὸς ὄρνις vocatur merula. — ἦν ἄρ' ἀοιδῶν. vulgo. idque verius puto, propter imitationem *Archiae* l. c. ἦ ἄρα πολλὴν Καὶ κωφοὶ πτανῶν φροντίδ' ἔχουσι πάγαι.

LXIII. Cod. Vat. p. 238. Ἀντιπάτρου. In Planud. p. 266. St. 384. W. ἀδέσποτον est. De serpente, quae, cum hirundinis pullis devoratis ipsam matrem appeteret, in flammam incidens combusta est. Ductum videtur ex *Homer.* Il. β. 315. sq. — V. 1. »Planudea in- »cude formatum versum cum meliore commutavi, quem »dedit Vat. Cod.« *Br.* Vulgo habetur: Ἀρτιγενῶν σε χελιδόνων εὗσαν μητέρα τ. quod emendare conatus *Joseph. Scaliger*, verba transposuit: ἀρτιγ. εὗσαν σε χελιδών. frustra. Cod. Vat. sic habet, ut *Br.* nisi quod ibi χελιδόνι legitur; quam lectionem accentu mutato servandam censet *Huschkius*. Est enim forma paulo rarior χελιδονὶς, qua utitur auctor Ep. ἀδεσπ. DCCXXXII. ἡ φαιδρὴ λαλίη τε χελιδονίς. — V. 3. 4. laudat *Suidas* v. ἄϊξας T. I. p. 67. Comparandus *Theocrit.* Eid. XXIX. 12. ποίησαι καλιὰν μίαν εἰν ἑνὶ δενδρέῳ, Ὅππα μηδὲν ἀπίξεται ἄγριον ὄρπετον. — παῖδας h. l. pulli, quibus serpens hirundinem privavit. Vide *Spanh.* ad Callim. H. in Jov. 29. — τετράελικτος.

Nonnus Dion. L. IX. 256. αὐχμηραῖς τριέλικτον ὄφιν σπειρηδὸν ἐθείραις Ἥρπασε. Recte igitur *Wesselingius* defendit lectionem vulgatam in *Herodot.* L. VI. p. 474. 3. δεινὸς ὄφις τριέλικτος ἀπώλετο. — V. 5. 6. laudat *Suid.* in κινυρομένη T. II. p. 318. ubi δαίζων legitur, ut in Plan. et Cod. Vat. a pr. manu. *Homerus* l. c. τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν. — ἀθρόος. ut ap. *Theocrit.* Eid. XXV. 252. ὣς ἐπ' ἐμοὶ λῖς αἰνὸς ἀπόπροθεν ἀθρόος ἆλτο. — ἐπ' αἶθμα πυρός. quam etiam ἀϋτμὴν, Latini *auram* vocant. Epigr. ineditum: ἔνδιον δὲ φυγόντες ὀπωρινοῦ κυνὸς αἶθμα. — ἐσχαρίου πυρὸς, τοῦ ἐπὶ τῆς ἐσχάρας, ap. *Suid.* qui laudat v. 6. T. I. p. 874. et iterum in ἤριπε T. II. p. 76. — V. 7. *Suidas* v. ἠλιτοεργός. ὁ τοῦ ἔργου ἀποτυχών. ὡς θάνεν ἠλιτοεργός. T. II. p. 56. In Plan. est καὶ θάνεν. Vide an corrigendum sit:

ὡς θάνεν ἡ 'λιτοεργός.

i. e. ἡ ἀλιτοεργός. *scelesta.* — V. 7. Ἥφαιστος. Vulcanus servavit hirundinem simulque punivit serpentem, quae scelus in Erichthonii prolem commiserat. Vulcanus pater Erichthonii, qui ipse Procnes et Philomelae avus fuit.

LXIV. Cod. Vat. p. 429. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 45. St. 65. W. In canem, qui, cum siti laborans fontem pedibus effodere frustra conatus esset, mortuus cecidit; quo facto aqua scaturire coepit. Nulla difficultate implicatum censebat *Opsopoeus* hoc carmen, quod tamen in Planudea gravissimis mendis scatet. — V. 1. Λάμπωνα. canis nomen. — V. 3. Scribendum ὤρυσσε, monente *Br.* — τὸ νωθὲς ὕδωρ. Aqua tarda ex occulto fonte non celeriter prosiluit. ταχύνειν h. l. vi neutra accipiendum, qua saepissime gaudet, propter id, quod sequitur: εἶτ' ἔβλυσεν, ὕδωρ scil. — V. 5. πίπτειν Cod. Vat. Deinde idem, plane ut Planudea: αἶδ' ἔβλυσεν παρὰ N. et vers. seq. κταμένῳ. Parum aut nihil juvant interpretes; nisi quod *H. Stephanus* κταμένων commodiorem lectionem esse pro-

nuntiat, et *Jos. Scaliger* in marg. Ald. κταμένων μῆνιν ἔθεντ' corrigit. *Brunckius* suae lectionis auctoritatem non indicavit; ipse igitur eam invenisse videtur. ἦ ἄρα probum est, quippe quod proxime accedit ad vulgatum παρα· alias enim et ἦ τάχα legere possis. Pro αἶδ' ἔβλυσαν autem ἦδ' ἔβλυσεν corrigo. Subaudiendum ex praecedentibus, ἡ πίδαξ. — Pro ἔθεσθ' tres Aldinae et Asc. ἔθεντ' legunt.

LXV. Cod. Vat. p. 227. Ἀντιπάτρου Σιδ. Planud. p. 237. St. 344. W. ubi gentile non additur. Virtus ad Ajacis tumulum sedens de hominum injustitia conqueritur. Conf. *Aristotel.* in Peplo nr. 6. p. 179. — V. 1. 2. excitat *Suidas* v. θυμοβαρής T. II. p. 211. V. 2. — 4. in πινόεσσα T. III. p. 117. — ἐπιῤῥοντηέσιν. Vat. Ajax sepultus in promontorio Rhoeteo. *Quintus Cal.* L. V. 654. περὶ δέ σφισι γαῖαν Χεῦαν ἀπειρεσίην Ῥοιτηΐδος οὐχ ἑκὰς ἀκτῆς. Vide *T. H.* ad *Lucian.* T. III. p. 407. Bip. *Wasse* ad *Thucyd.* L. IV. p. 433. Bip. — ¶. 24.] V. 3. ἄπλοκ. Comis detonsis et luctu squalida, ut moerentes solent. Melior hujus versiculi distinctio debetur *Piersono* ad Moer. p. 66. Vulgo enim comma post κρίνειν ponitur. — V. 5. Ipsa Achillis arma Ajacis esse mallent, quam Ulyssis. μῦθοι σκολιοὶ sophisticam et fraudulentam Ulyssis eloquentiam designant. σκολιὰ φρονεῖν dicitur, qui fraudem molitur, in Scol. XIV. Tom. I. p. 157. σκολιαὶ δίκαι de iniquitate *Callimach.* H. in Jov. 83.

LXVI. Cod. Vat. p. 226. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 238. St. 346. W. In Priami tumulum, parvum, ut ab hostibus factum. Ex hoc disticho ductum est illud, quod in nonnullis codd. annectitur Ep. ἀδεσπ. DCXIX. in Hectoris tumulum: εἰ δ' ὀλίγην ἀθρεῖς ἐπ' ἐμοὶ κόνιν, οὐκ ἐμὸν αἶσχος. Ἑλλήνων ἐχθραῖς χερσὶν ἐχωννύμεθα.

LXVII. Cod. Vat. p. 280. Ἀντιπ. Σιδ. Planud. p. 269. St. 388. W. ubi gentile non additur. Orphei mortem poëta luget. — V. 1. *Suidas* excitat in δρῦς T. I. p. 630.

— θελγομένας δρύας. Hinc in Ep. ἀδεσπ. CDLXXXII. ἀπωλόμεναι δὲ πέτραι καὶ δρύες, ἃς ἐρατῇ ποτὲ ἔθελγε λύρῃ. Conf. *Philostrat. Jun.* Imag. VI. p. 870. *Callistrati* Stat. VII. p. 898. Fabulam de Orpheo interpretari suscepit *Maxim. Tyr.* Diss. XXXVII. 6. — V. 3. *Suid.* in βρόμος T. I. p. 457. simul cum v. quarto in συρμὸς T. III. p. 411. Loco priore exhibetur κοιμάσαις et χαλάζης. Ductus color ex Ep. *Leonidae Tarent.* quod *Br.* male retulit inter Epigr. Alexandrini hujus nominis poëtae nr. XII. — Tempestates igitur, grandinem, nives avertere docuit Orpheus, fortasse iu physicis, qui ipsi tribuebantur, libris. — V. 4. παγεῦσαν Vat. Cod. — V. 7. Ipsae Musae Orpheum sepelivisse et planxisse dicuntur. Ep. ἀδεσπ. CDLXXXIII. et passim in locis supra laudatis. — V. 7. 8. profert *Suidas* in ἀλαλκεῖν T. I. p. 98. Expressum fortasse hoc distichon ex *Simonidis* Melicis Fragm. I. vid. not. p. 203. *Martialis* L. IX. Ep. 88. de diis agens, qui liberos morte perdiderunt; *Numina cum videas duris obnoxia fatis, Invidia possis exonerare deos.*

LXVIII. Cod. Vat. p. 208. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 269. St. 388. W. De Homeri tumulo in litoris arena exstructo. Exstat hoc carmen, una cum Epigr. ἀδ. CCCCXCVIII. sq. Romae in Mausoleo Augusti, insculptum Termino, cui olim Homeri caput impositum fuit. Hinc editum a *Lipsio* in Append. ad Smet. p. 58. ap. *Gruterum* pag. CCCCXIX. 1. et alios. — V. 1. κάρυκα ἀρ. Marmor. *Philiscus* in Epigr. in Lysiam T. I. p. 184. ἀρετῆς κήρυκα ὕμνον. Themistocles apud *Plutarchum* T. II. p. 185. A. heroas victoribus in Olympicis, Homerum praeconi comparat. Alexander ap. eund. Vit. Al. c. 15. Achillem felicem praedicabat, ὅτι τελευτήσας μεγάλου κήρυκος ἔτυχεν. — V. 2. Ἑ. δόξης δεύτερον. Marm. βιοτῇ Vat. et *Suidas* in βιοτὴ T. I. p. 434. qui et ἠέλιον legit. De viro sapientiae eximiae *Paul. Silent.* Ep.

LXXVIII. ἀλλ' ἐπὶ δηρὸν Ἥλιος σοφίης . μιμνέτω ἠελίῳ. Vide not. ad *Melagri* Ep. XXXV. p. 55. — V. 3. „ἀγήραν„τον. In Vat. Cod. ſcriptum ἀγήρατον. Sic etiam in „marmore antiquo Romae . . . . errore, quo plus ſemel „peccarunt librarii. In *Simonidis* Ep. XXXII. ubi in „typis expreſſis libris legitur κείμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι „εὐλογίῃ, Vat. Cod. et tres regii Planudeae habent ἀγη„ράτῳ. Vide *Ruhnk.* ad Tim. Lex. p. 12. (p. 17. ed. „nov.) Sibi ſuam emendationem placere ait *Toup.* ad „Suidam I. 17. (p. 20. ed. Lipſ.) cui judicium ſuum „relinquo; at mihi certiſſimum eſt, ἀγήραντον hic ſince„rum et genuinum eſſe.“ *Br.* *Suidas* in ἀλιῤῥόθιον T. I. p. 114. ἀλιῤῥόθιον κῦμα θαλάσσης. ἀκήρατον στόμα κόσμου παντὸς, ἀλιῤῥόθιος, ξεῖνε, κέκευθε κόνις. ubi ἀκηράσιον legendum eſſe contendit *Toupius*. Eadem eſt lectionis diverſitas in fragm. *Hyperidae* ap. *Stob.* Tit. CXXIV. p. 616. ubi εὐδοξίαν ἀγήραντον ſcribendum eſſe, contextus docet. ἀκηράτατον in noſtro Epigr. corrigebat olim *Schneiderus* in Per. crit. p. 112. *Wakefield*, offenſus ſubita figurarum commutatione, proponit in Sylv. crit. T. I. p. 128. Μ. φέγγος Ὁμήρου ἀκήρατον, ὄμμα δὲ κόσμου παντός. ὄμμα κόσμου ſolem ſignificat. *Orphei* H. in Solem: κόσμου τὸ περίδρομον ὄμμα. *Sophocl.* Antig. 104. *Ovid.* Metam. IV. 226. *Suidas* in ὄμμα. Ingenioſum hoc. Vulgata tamen mutatione non eget. ἀγήραντον στόμα immortalem poëtam ſignificat, cujus carmina per totum mundum quovis tempore floruerunt ſemperque florebunt. — V. 4. ἀλιῤῥόθιος ex *Suida* ductum. Vulgo enim et in Cod. Vat. ἀλιῤῥόθια legitur. In Marmore totus verſus mutatus eſt ſic: παντὸς ὁρᾷς τοῦτον δαίδαλον ἀρχέτυπον.

LXIX. Cod. Vat. p. 207. Ἀντιπ. Σιδων. Planud. p. 268. St. 386. W. Hoc quoque Epigramma conſcriptum in Homeri tumulum in inſula Io. Conf. *Alc. Meſſen.* Ep. VII. — V. 1. 2. laudat *Suidas* v. Μαιονίδας T. II. p. 512. — τὸ μέγα στόμα. *os profundum et alte*

sonans. Horat. I. Sat. IV. 43. — φθεγξαμένην Cod. Vat. — V. 3. νασίτης. Vat. Cod. σπιλάς. insula saxosa Ios. — ¶. 25.] V. 5. νεῦμα. Respicitur locus nobilissimus Il. α. 528. Pro ᾧ Ed. pr. ὃς legit. — V. 6. Αἴαντ. Ajacem naves contra Hectorem defendentem, praecipue Il. XV. — V. 8. δρυπτόμενον. secundum Il. ω. 20. ubi Apollo Hectoris cadaver servaturus αἰγίδι πάντα κάλυπτε, χρυσείῃ, ἵνα μή μιν ἀποδρύφοι ἑλκυστάζων. — V. 9. τηλίκον. Vulgo. Veteres autem Planud. edd. ita ut Vat. Cod. ταλίκον. Color fere, ut in Ep. *Zenodori* T. II. p. 78. *Valckenar.* ad Phoeniss. p. 491. comparavit Horatiana I. Carm. XXVIII. *Te cohibent, Archytas, Pulveris exigui prope litus parva Matinum Munera.* — Peleus in insula Ico sepultus esse dicitur. *Schol. Pindari* Pyth. III. 167. Ὁ δὲ Πηλεὺς ἐν Κῷ τῇ νήσῳ ἀτυχήσας τὸν βίον, οἰκτρῶς καὶ ἐπωδύνως ἀπέθανεν· ὡς καὶ Καλλίμαχος μαρτυρεῖ. ubi *Brodaeus* ἐν Ἴκῳ τῇ νήσῳ correxit, quod non animadvertit *Bentlej.* ad *Callim.* fragm. CCCLXXII. Icus una ex Cycladibus. Inter Sciathum et Scyrum positam esse, docet *Strabo* L. IX. p. 436. quod etiam apparet ex *Livio* XXXI. 45. med.

LXX. Cod. Vat. p. 209. sq. Ἀντιπ. Σιδ. Edidit *Daniel Heinsius* in Carm. gr. p. 144. *Wolf.* in Fragm. Sapph. p. 160. et *Burm.* in Addend. ad Anthol. Lat. T. II. p. 727. *Reiske* Anth. nr. 556. p. 70. Sappho poëtriam laudans Parcas accusat, quod ei non immortalem vitam tribuerint. — V. 1. 2. ut ineditos profert *N. Heinsius* ad Ovid. II. Amor. XVIII. 26. »μετὰ Μουσᾶν »ἀθανάταν. Sic apogr. Buher. In marg. notatum: *Alii* »Μούσαις ἀθανάταις. Hoc ad aliam eamque veram lectio»nem ducit, quam Vat. Cod. esse testatur Dorvill. ap. »Wolfium in fr. Sapph. p. 161. μετὰ Μούσαις ἀθανάταις. »Sic scribendum, tum quia haec praepositionis constructio »magis poëtica, tum ad vitandum ejusdem soni toties »repetiti concursum.« *Br.* In contextu Cod. Vat. legitur Μούσαις ἀθανάταις. supra scriptum Μούσας ἀθανάτας.

Hoc

Hoc probat *Markland.* ad *Statii* Sylv. p. 345. *Reiskius* praeterea ἀθανάτους dedit; ut *Heinsius* Μούσαις ἀθανάτοις. — ἀειδομένων. Vat. Cod. — V. 3. σὺν ἅμ'. Vat. Cod. In apogr. Lipf. ἔτρεφον. Sapphus, qua nemo amores fuavius cecinit, ingenium Venus et Amor nutrivisse dicuntur. De puero venusto *Asclepiad.* Ep. VI. παρὰ τὴν Κύπριν ἔτι τρέφεται, ut mihi quidem emendandum videtur. *Ibycus* ap. *Athen.* XIII. p. 564. F. σὺ μὲν Κύπρις ἅ τ' ἀγανοβλέφαρος Πειθὼ ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν. — V. 4. ἔμπλεκ' apogr. Lipf. Apte Suadelae tribuitur τὸ πλέκειν στέφανον Πιερίδων, cum una fit Gratiarum, fecundum *Hermesianactem* ap. *Paufan.* L. IX. p. 781. Gratiae autem in Musarum comitatu funt. — στέφανον. Vide not. ad *Meleagr.* I. p. 2. — V. 7. ἐκλάσαντο. Homericum: ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι, et fic passim. — V 8. μνησαμέναι δῶρ' Ἑλικωνιάδων. Vat. Cod. μνησαμένᾳ dederunt *Heinf.* et *Wolf.* μνησαμένᾳ *Reisk.* dedit ex Cod. Lipf. Nec temere damnanda lectio. Vide ad Ep. XXIII. 5. Lectionis νησαμένᾳ *Dorvill.* mentionem fecit ap. *Wolfium.* νήσασθαι ἀοιδὰς dictum, ut *carmina deducere* ap. Latinos. *Horat.* II. Ep. I. 225. *Tenui deducta poëmata filo;* unde *Columella* L. X. 40. *Pierides tenui deducite carmina Musae.* et 225. *Me mea Calliope — Jam revocat parvoque jubet decurrere gyro, Et fecum gracili connectere carmina filo.* *Tibull.* IV. El. I. fin. *Inceptis de te fubtexam carmina chartis.* — Hac igitur lectione recepta elegans oritur et arguta antithefis. — Ἑλικωνιάσι omnes, quos vidi. Fortasse fic in Codice defcribendo emendaverat *Salmafius.*

LXXI. Cod. Vat. p. 210. Ἀντιπάτρου. In Planudea p. 279. St. 404. W. ἄδηλον eft. *Antipatro* vindicavit *Burm.* in Addend. ad Anth. Lat. T. II. p. 727. Ad verbum vertit nefcio quis in Anthol. II. 210. p. 405.

Tantum ego carminibus fuperavi Sappho puellas,
Maeonides quantum vicerat ante viros.

— V. 1. ἀοιδᾶν θηλειᾶν. Plan. Et fic legitur in lapide,

quem *Jo. Jucundus* Veronensis Pergami in Asia vidit. Vide *Donium* p. 336. — In Vat. Cod. ἀειδὰν ἀνδρῶν θηλειᾶν. sed error emendatus.

LXXII. Cod. Vat. p. 211. Ἀντιπ. Σιδων. In Planud. p. 275. St. 399. W. hoc carmen in duo divisum est, ita ut prius in v. 6. terminetur. Jungenda haec esse vidit *Huetius* p. 27. In Vatic. tamen ultimo disticho novum lemma adscriptum est: εἰς τὸν αὐτὸν Ἀνακρέοντα. Hic fons erroris. Ceterum conf. *Simonid.* Ep. LIV. LV. *Dioscorid.* Ep. XXIV. — V. 1. excitavit *Suid.* in τετρακόρυμβος T. III. p. 452. — V. 3. idem in ἀργινόεις T. I. p. 312. Expressi versus ex *Dioscorid.* l. c. αὐτόματοί τοι κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἄκρητον, Κὴκ μακάρων προχοαὶ νέκταρος ἀμβροσίου. — V. 4. 5. laudat *Suid.* in μέθυ T. II. p. 520. et v. 6. in χρίμπτεται T. III. p. 688. Defuncti, quos *Plato* loquentes facit in *Menexeno* p. 248. B. ἀλλ᾽ εἴ τις ἐστὶ τοῖς τετελευτηκόσιν αἴσθησις τῶν ζώντων, οὕτως ἀχάριστοι εἶεν ἂν μάλιστα κ. τ. λ. *Propert.* IV. El. VI. 33. sq. Anthol. Lat. T. II. p. 21. *Si quid adhuc manes, cineres atque ossa sepulta.* Ibid. p. 52. *Si cineres vitae specimen post fata reservant.* Plura hujus generis collegit *Burmannus* p. 101. — V. 7. 8. habet *Suidas* in διαπλώσας T. I. p. 564. Hoc distichon etiam *Scaliger* in not. mstis jungebat cum praecedentibus, sed ita, ut illud primo disticho praefigendum censeret. Ingeniosa sane conjectura, quam veram dicerem, nisi sic hoc Epigramma paulo vividiore spiritu inciperet, quam veteres in hoc carminum genere solent facere. Ne quid tamen dissimulem, cum praecedente disticho (5. 6.) hoc nostrum (7. 8.) non omnino bene coire videtur. — διαπλώσας. Vide not. ad *Leonid. Tar.* Ep. XII.

¶. 26.] *LXXIII.* Cod. Vat. p. 212. Ἀντιπ. Σιδ. Addidit auctor lemmatis: θαυμαστὸν τὸ ὅλον ἐπίγραμμα. Planud. p. 277. St. 400. W. — V. 1. laudat *Suidas* v. Ἴωνες

T. II. p. 135. et cum v. 2. in ἄνδιχα T. I. p. 187. Pro μέτ' ἐρατῶν in Vat. Cod. vitiose μῆτε ἄτερ κ. — Mox v. 3. δὲ idem omittit. ὄμματα ὑγρὰ δερκόμενα frequenter amantibus tribuuntur, ut *putres oculi* ap. *Horat.* I. Carm. XXXVI. 17. *Antipatro* obversabantur verba *Leonidae Tar.* XXXVII. ὁ γέρων λίχνοισιν ἐπ' (f. ἐν) ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκώς. ubi vide not. — οὖλον ἀείδοις. De cantu λιγυρῷ fortasse dictum. Apud *Homerum* Il. ρ. 749. κολοιοὶ οὖλον κεκλήγοντες. *Schol.* interpretatur ὀξὺ, πυκνόν. Melius tamen de cantu molli et delicato, ἁπαλῷ καὶ μαλακῷ, acceperis. Vide *Hesych.* in οὖλος. — Pro ἀείδοις ed. Flor. vitiose ἀείδεις. — V. 4. αἰθύσσων. Ed. Flor. et tres Ald. αἰθύσσων. Ascens. et Steph. Recte *Br.* lectionem vett. editt. revocavit. Huc facit glossa *Hesychii*: αἰθύσσειν. ἀνασείειν. Σοφοκλῆς Σίνωνι. Cf. eundem in ἀναιθύσσειν. In *Sophoclis* tragoedia hoc verbum de Sinone facem attollente et vibrante (vide *Heynium* Exc. VIII. ad Aen. II. p. 303.) usurpatum esse suspicor; hoc autem loco poëta nihil dixisse videtur, nisi Anacreontem pulchros et *splendentes* flores in capite *gessisse*. *Simonid.* l. c. κεφαλῆς ἐφύπερθε φέρεσθαι Ἀγλαὸν ὡραίων βότρυν ἀπ' ἀκρεμόνων. Si quis tamen sic interpretari malit: ἀνασείων στέφανον ὕπερθε κόμης, nec hoc ineptum. — V. 5. »Μεγιστῇ contractum »ex Μεγιστέα. Vide Simonid. Ep. LV. In Cod. Jani »Lascaris scriptum Μεγιστῆν. μεγίστην Brodaeus p. 400. »pro adjectivo habuisse videtur. Haec scriptura nomi»nis proprii defendi potest et ad Aeolicam dialectum re»ferri. Vide Maittaire p. 183. Sed quod dedi non mu»to.« *Br.* Μεγίστην vulgo et in Cod. Vat. — Σόρμπόλην. Ed. Flor. — V. 6. πλέκαμον. Vide *Aelian.* V. H. IX. et *Maximum Tyr.* in loco a nobis laudato ad *Simonid.* Ep. LV. p. 235. — V. 7. habet *Suidas* in ἀμφίβροχος T. I. p. 149. — V. 8. »Inepte Planudea νέκταρ, ἀπὸ στολίκων. »Guietus ad oram libri sui, qui e Bibliotheca Domus »Professae Jesuitarum Parisiensium in meam transmi-

„gravit, emendabat σταφυλῶν, quod profecto vulgata „melius est. Vat. membr. σταλίδων. E Suida in στόλιον „(T. III. p. 377.) legendum στολίδων, quod absque „Suida viderat Salmasius. στολίδες idem quod εἵματα v. „praecedenti. Supra XXXII. Venus ἐκθλίβει νοτερῶν ἀφρὸν „ἀπὸ πλοκάμων.“ *Br. Wakero* in Amoen. liter. c. 8. p. 52. sq. *Suidae* lectio probe cognita nihil ad verum intelligendum profuit: corrigit enim σταφυλῶν. Aliter sensit *Schneiderus* in Per. crit. p. 121. *Opsopoeus* de κυλίκων cogitabat; *Reiskius* in not. mss. de στομάτων. *Julius Pollux* VIII. 54. Εἴη δ' ἂν τις καὶ στολιδωτὸς χιτών· στολίδες δέ εἰσιν αἱ ἐπίτηδες ὑπὸ δεσμοῦ γιγνόμεναι κατὰ τέλη τοῖς χιτῶσιν ἐπιπτυχαί. Vide *Salmas.* ad Tertull. de Pall. p. 368. et ad Scr. H. Aug. T. II. p. 146. — Eleganter dictum κατεσπείσθη βίοτος, de *vita* Musis, Baccho et Amori *sacra.*

LXXIV. Cod. Vat. p. 212. Ἀντιπ. Σιδ. Plan. p. 276. St. 400. W. Ex hoc Epigrammate ductum Ep. ἀδέσπ. DXXVI.:

Ὦ ξένε, τόνδε τάφον τὸν Ἀνακρείοντος ἀμείβων,
σπεῖσόν μοι παριών· εἰμὶ γὰρ οἰνοπότης.

— V. 4. ὀστέα νοτιζόμενα. Potator quidam in Anthol. Lat. T. II. p. 34. *Ossa merum sitiunt, vino consperge sepulcrum, Et calice epoto, care viator, abi.* Lenae iratus *Propertius* L. IV. 5. 2. inter gravissima quae ei imprecatur mala, *Et tua,* ait, *quod non vis, sentiat umbra sitim.* — V. 5. „In aliis libris legitur: ὡς ὁ Διωνύσου με- „μελημένος οὔασι κῶμος. absque ullo sensu: ipsius Ana- „creontis persona exprimi debet in hoc versu, ut et in „sequentibus. Ineptam lectionem in contextu relinque- „re nolui, cujus facilis erat emendatio.“ *Br.* Facilem esse hanc emendationem, apparet; certam et in textu ponendam, omnino nego. In μεμελημένος potius latet μεμυημένος. Quare haud inepte correxeris:

ὡς ὁ Διωνύσου μεμυημένος ὄργια κώμων.

quandoquidem ego in mysteria comissationum Dionysi initiatus, nec apud inferos Bacchi donis patienter carebo. Ut hic μεμυημένος ὄργια, sic *Achill. Tat.* L. V. p. 313. μυηθῶμεν οὖν, ὦ φίλτατε, τὰ τῆς Ἀφροδίτης μυστήρια. Verbum μυεῖσθαι ab ipsa mysteriorum initiatione ad alias res, quibus quis imbuitur, eleganter transfertur. Vide notata ad *Stratonis* Ep. LIII. — Ad nostrum locum inprimis facit *Philodemus* Ep. XIX. κεκώμακα· τίς δ' ἀμύητος κώμων; — Nec ὄργια κώμων poëtae elegantia indignum videbitur. *Aristophan.* Lysistr. 832. τοῖς τῆς Ἀφροδίτης ὀργίοις εἰλημμένος. Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 402. ὄργια Μουσῶν. *Aristoph.* Ran. 355. unde *orgia Pieridum Statius* V. Sylv. V. 4. Cf. *Interpp. Propertii* III. El. I. 4. — *Joseph. Scaliger* huic versui adscripsit conjecturam κώμου, qua vitium non tollitur. — V. 6. φιλακρήτου ἁρμονίης. Carmina mero quodammodo imbuta significari videntur. φιλακρήτοιο μέθης. *Nonn.* Dion. XVII. p. 463. — V. 7. ὑπνώσω. *habitare sustineam.* ὑπ' οἴσω. Vat. Cod.

LXXV. Cod. Vat. p. 212. Ἀντιπ. Σιδ. Planud. p. 277. St. 401. W. — V. 2. εὖδει. Ductum videtur ex *Simonide* in Anacreontem Ep. LV. βάρβιτον οὐδὲ θανὼν εὔνασεν εἰν Ἀΐδῃ. — Ejus citharam (κιθάρῃ Vat. Cod.) παννύχιον vocat, qua pervigilia celebraverat; unde ap. *Dioscorid.* Ep. XXIV. κώμου καὶ πάσης κοίρανε παννυχίδος. — V. 3. Πόθων ἔαρ quasi decus et ornamentum Cupidinum. Hine *Julian. Aegypt.* LI. Χαρίτων ἐξανθοῦσαν ἔαρ. — V. 4. „ἀνακηρύξαι νέκταρ ἐναρμόνιον. Hinc Persius in prologo: *Cantare credas Pegaseium nectar.* Quae ex nostris carmini„bus exempla profert *Casaubon.* ad tuendum *melos*, cor„rupta sunt et in hac editione emendata, ut mox in sq. „videbis." *Br.* Tanquam *Anacreontis* haec laudat *Scaliger* in A. P. II. 15. Χεῖ μοι νέκταρ ἄνυδρον Μελικόν. Vide *Fischer.* p. 414. Dulcissimum et praestantissimum harmoniae genus significari, neminem fugit. Sic *Appulejus* se *philosophiae crateram unam inexplebilem, nectaream*

bibisse ait, in Florid. IV. p. 363. — V. 5. „Mallem „ἠΐθεον γὰρ Ἔρ. — et sic scribendum censeo.“ *Br.* Amorem puerilem, ut videtur, intelligens cl. Editor, non penitus persuadet. Comparantibus *Posidippi* Ep. I. ἐγὼ σκοπὸς εἷς ἅμα πολλοῖς κεῖμαι — non improbabile videbitur, ejusmodi quid fuisse scriptum ab *Antipatro:*

Εἷς σὺ, γέρον, γὰρ Ἔρωτος ἔφυς σκοπός.

quod bene respondet sequentibus: εἰς δέ σε μοῦνον. — σκολιὰς ἐκηβολίας (ἐκηβολίδας Cod. Vat.) inepte interpretatur *Opsopoeus. Brodaeus* difficiles esse vult, asperas, in amore non respondentes. Simplicissimum fortasse fuerit σκολιὰς ad τόξον σκολιὸν referre. *Hermesianax* Eleg. v. 63. Euripidem quoque Amoris sagittis percussum esse dicens, eum ὑπὸ σκολιοῖο τυπέντα τόξου, ait, νυκτερινὰς οὐκ ἀπεθέσθ᾽ ὀδύνας. *Reiskius* in not. mstis σκοτίας tentavit, docente *Schneidero* in Per. crit. p. 71. qui ipse δολιχὰς corrigit, ex Ep. *Julian. Aegypt.* XXXI. Κυθέρεια φέρειν δεδάηκε φαρέτρην Τόξα τε, καὶ δολιχῆς ἔργον ἐκηβολίης.

¶. 27.] *LXXVI.* Cod. Vat. p. 212. Ἀντιπ. Σιδ. Planud. p. 277. St. 401. W. — V. 1. ἐνθάκε. Vat. Cod. — μανίη παίδων. quo nemo puerorum fuit amantior. μανίη ζωροτάτη, *merus furor*, ut in Epigr. ἀδεσπ. XXV. ἄκρητον μανίην ἔπιον. Vide *Gatacker* in Advers. Posth. c. V. p. 450. sq. *Paul. Sil.* Ep. XXXVII. κάλλεος ἀκρήτου ζωροπόται θεράποντες. — V. 3. „In Planudea corruptissime „legitur ἀκμὴν οἱ λυρόεν μελίζεται ἀμφὶ Βαθύλλῳ. Vir doctus „in exemplari Florent. edit. quod habeo, emendabat „ἀκμὴν ἱμερόεντι, quod nihili est, ob sequens ἵμερα. Paulo „melius Guietus λειρόεντα, quod accusativus esset pen„dens a μελίζεται, quo jam refertur ἵμερα. Omnino scri„bendum λειριόεντι relatum ad Βαθύλλῳ. Pulcherrimi „adolescentis mentio non sine laude fieri debebat. ἀκμὴν „adverbium est temporis. Hesych. ἀκμήν. ἔτι.“ *Br.* Mirum, viros doctos, neque *Brunckium* adeo, animadver-

tiſſe, jam *Brodaeum* reſtituiſſe λειριόεντι, cui lectioni patrocinatur *Salmaſ.* in Epiſt. LXXXVII. contra *Caſaubonum* disputans, qui in Not. ad *Perſii* Prolog. v. 14. priorem in μέλος produci poſſe contenderat, noſtro loco prolato. *Joſeph. Scaliger* tentavit ἐλελίζεται ἀ. B. ἠρέμα. *Huetius* p. 27. ὁ λυρόεν τι μελ. — In Vat. Cod. legitur: ἀκμὴν οἱ λυρόθεν μελίζεται. Aut multum fallor, aut ſcripſit *Antipater:*

ἀκμὴν οἱ λύρ' ἔνερθε μελίζεται — —

Haec bene cum ſeqq. coëunt: *Suaviter adhuc apud inferos ejus lyra Bathyllum canit, — nec Orcus ejus amores exſtinxit.* Plane ut *Simonides* de Anacreonte: Μολπῆς δ' οὐ λήθη μελιτερπέος, ἀλλ' ἔτ' ἐκεῖνο βάρβιτον οὐδὲ θανὼν εὔνασεν εἰν ἀΐδῃ. — V. 6. ὠδίνεις. Veneris aeſtu laboras. *Homer.* Od. ι. 415. Κύκλωψ δὲ στενάχων τε καὶ ὠδίνων ὀδύνῃσι.

LXXVII. Cod. Vat. p. 219. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 279. St. 403. W. In Steſichorum, Catanae ſepultum, Homeri animatum anima. — V. 1. 2. *Suidas* excitat in ζαπληθὲς T. II. p. 3. ubi Στησίχορον ζ. ἀμέτρητον habetur, ut et in Plan. et in Vat. Cod. ἀμετρήτου *Br.* ex ingenio emendaſſe videtur. Indicat hoc epitheton multitudinem carminum Steſichori, quem *Suidas* XXVI. libros reliquiſſe narrat. — V. 2. ἐκτέρισεν. Plan. et Vat. Cod. Catanae Steſichorum ſepultum fuiſſe, teſtatur *Suidas* v. Στησίχορος. — ἐλθεῖν εἰς Κατάνην, κἀκεῖ τελευτῆσαι, καὶ ταφῆναι πρὸ τῆς πύλης, ἥτις ἐξ αὐτοῦ Στησιχόρειος προσαγορεύεται. Contra Himerae ſive Thermis ejus ſepulcrum fuiſſe ait *Pollux* L. IX. 100. *Euſtath.* Il. ψ. 289. Eadem in urbe fuit *Steſichori poëtae ſtatua ſenilis, incurva, cum libro, ſummo artificio facta, Cicerone* teſte in Verrin. II. 35. Etiam hodie Thermitani ſtatuam monſtrant, quam pro vetere illa, a *Cicerone* deſcripta, haberi volunt, cum ſit ſtatua ſenatoria, docente *Dorvillio* in Sicul. T. I. p. 24. Epitaphium in Steſichorum exſtat in Anthol. Lat. T. I. p. 404.:

Ops ego Stesichori Aetnaeis hic ossibus ossa
Clausa tego vatis, cetera mundus habet.

αἰθαλέην λάπεδον. *Catane nimium ardenti vicina Typhoeo. Sil. Ital* XIV. 196. Egregie hoc epitheton explicatur loco *Strabonis* L. VI. p. 269. et, ubi Catanae solum cum Mysia comparat, L. XIII. p. 932. — V. 3. Πυθαγόρεω φυσικὰν Vat. Cod. In Plan. Πυθαγόρεω. Huc facit inprimis *Quintil.* L. X. 1. 62. *Stesichorum, quam sit ingenio validus, materiae quoque ostendunt, maxima bella et clarissimos canentem duces et epici carminis onera lyra sustinentem. — Si tenuisset modum, videtur aemulari proximus Homerum potuisse.* — V. 4. ἐνὶ στέρνοις δ. ᾠκήσατο. Vat. Cod. Verum videtur ἐνὶ et reponendum.

LXXVIII. Cod. Vat. p. 325. Ἀντιπ. Σιδων. Planud. p. 278. St. 403. W. Duo postrema disticha hujus Epigrammatis tanquam peculiare carmen edidit *Jensius* nr. XLIII. quem errorem notavit *Heringa* in Obss. p. 264. In Ibycum a latronibus interfectum. Historiam, cui hoc carmen superstructum est, narrat *Erasmus* in Adagio *Ibyci Grues.* Chil. I. IX. 22. ex *Plutarcho* T. II. p. 509. F. — V. 1. 2. Offendebant piratae Ibycum in litore deserto insulae, nescio cujus, in quod escenderant. — V. 3. ἀλλ' ἐπιβωσαμένων Vat. Cod. vitiose. *Volucrum precator Ibycus* ap. *Statium* Sylv. V. 3. 152. — Recte Plan. πολλά, ut *Anton. Lib.* c. VII. p. 50. equi τὸν Ἄνθον κατέβιβρωσκον πλεῖστα ἐπιβοώμενον ἀμῦναι τοὺς θεούς. — Pro ἵκοντο *Jos. Scaliger* ἱκοίατο corrigit, nescio quare. Hac quidem mutatione non efficitur, ut verba αἵ — θάνατον Ibyci sint; quae *Scaligeri* sententia fuisse videtur, per se minime inepta. *Suidas* in Ἴβυκος T. II. p. 93. Συλληφθεὶς ὑπὸ λῃστῶν ἐρημίας, ἔφη, κἂν τὰς γεράνους, ἃς ἔτυχεν ὑπερίπτασθαι, ἐκδίκους γενέσθαι. An igitur voluit:

ὥς οἱ ἵκοιντο
μάρτυρες, ἄλγιστον ὀλλυμένῳ θάνατον.

— V. 5. κοινή τις vitiosa est lectio Aldinae sec. et tertiae, quas ceterae editt. secutae sunt. Ed. pr. ποινῆτις, quod et Vat. Cod. confirmat et *Plutarch.* l. c. ἐλεγχθέντες δὲ οὕτως ἀπήχθησαν, οὐχ ὑπὸ τῶν γεράνων κολασθέντες, ἀλλ' ὑπὸ τῆς αὐτῶν γλωσσαλγίας, ὥσπερ Ἐριννύος καὶ Ποινῆς, βιασθέντες ἐξαγορεῦσαι τὸν φόνον. — V. 6. Latronibus enim Corinthi (Σισυφίην κατὰ γαῖαν) in foro, sive, ut alii tradunt, in theatro sedentibus, cum grues praetervolarent, unus eorum ad proxime assidentem, En tibi, dixit, Ibyci vindices. Quod cum et alii audivissent, Ibyco jam diu desiderato, suspicio orta ipsaque res brevi tempore patefacta est. — V. 8. ἐφέβησε. Vat. Cod. — V. 9. καινόν. Perperam *Brodaeus* θανὸν castigat. — ἀοιδῶν Cod. Vat. Agamemnon Clytaemnestram vatis cujusdam fidei commiserat, quem Aegisthus, mulierem corrupturus, ἄγων ἐς νῆσον ἐρήμην, Κάλλιπεν οἰωνοῖσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι. *Homer.* Od. γ. 269. sq. ubi vide *Clark.* Hujus sceleris graves poenas ab Aegistho petiverunt Εὐμενίδες μελάμπεπλοι. *Euripid.* Alcest. 843. ἄνακτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν Θάνατον. ad quem locum olim nonnulla dedimus in Animadverss. p. 34. sq. — Non praetereundum est, in Cod. Vat. post v. 6. breve relinqui spatium, novo lemmate appicto: Εἰς τὸν αὐτόν. Εἰς Ἴβυκον τὸν ποιητὴν ὑπὸ λῃστῶν ἀναιρεθέντα. In autographo scilicet, unde Vat. Cod. descriptus est, in hoc versu novae paginae initium fuisse puta.

LXXIX. Cod. Vat. p. 213. Ἀντιπ. Σιδ. Planud. p. 272. St. 393. W. In Pindari tumulum. Prius distichon profert *Suidas* in εὐαγὴς T. I. p. 880. et in χαλκεντὴς T. III. p. 650. Utroque loco εὐαγέων legitur, quod etiam in Plan. et in Vat. Cod. habetur. Hanc lectionem, quam *Toupius* recte explicavit in Em. in Suid. P. III. p. 559. idem tentavit in Epist. crit. p. 118.

εὐαχέων corrigens, ex *Pindari* Pyth. III. 25. εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕμνον. Falsis ratiunculis hanc conjecturam cónvellere suscepit *Koppiers* in Obss. philol. p. 89. cui respondet *Toupius* in Curis nov. p. 202. εὐαγέων et εὐαχέων pronuntiandum τρισυλλάβως; in utroque enim vocabulo α producitur, ut apparet ex *Leonid. Tar.* Ep. XXVIII. Recte autem vulgatae patrocinatur *Brunckius*, docens, verba a fabrili arte traducta esse — Pindarum enim ὕμνων χαλκευτὴν dici —; ut igitur poëta in eadem persistat metaphora, verius et elegantius epitheton excogitari non posse verbo εὐαγέων. Sunt autem ὕμνοι εὐαγέες *hymni bene tornati*, ut est ap. *Horat.* A. P. 441. ubi vulgatae lectioni, *Et male tornatos incudi reddere versus*, ex nostro loco robur accedit contra *Bentleji* molimina. Nostrum ductum videri potest ex *Aristophan.* Eqq. 527. τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων. Similiter locutus est *Euripid.* in Andr. 477. *Antip. Thess.* Ep. XXIV. Πιερίδων χαλκευτὴν ἐπ' ἀκμόσιν. — Vitiose vulgo βαρυόμενον legitur. βαρὺν legendum esse viderat *Jos. Scaliger*, et habet *Suid.* loco sec. et Vat. Cod. — Ut hic *Antipater* Pindarum σάλπιγγα propter gravem carminum sonum, sic Demosthenem simili de causa *Christodorus* in Ecphr. v. 23. ὑμνηγόρον σάλπιγγα appellat. Quaedam hujus generis ex sophistis vide ap. *Wernsdorf.* ad Himer. XXII. 6. p. 759. — ¶. 28.] V. 3. εἰς ἀίων. Cod. Vat. et Μουσῶν. In fine carminis ἀπεπλάσατο Plan. et Vat. Cod. Quod *Brunckius* recepit, est ex emendatione *Reiskii*. *Hesych.* ἐκβλίσαι. ἐκθλίψαι. ἐκπιέσαι. βλίζειν γὰρ τὰ κηρία ἐκθλίβειν. et iterum: βλίσαι. καπνίσαι μελίσσας καὶ ἐξελάσαι τῶν σμηνῶν, ὑπὲρ τοῦ τὸ μέλι τρυγῆσαι. Hinc βλίττειν simpliciter pro τρυγᾷν, sive, ut *Timaeus* interpretatur, ἀφαιρεῖν τὸ μέλι ἀπὸ τῶν κηρίων. ubi vide *Ruhnk.* p. 63. Pro *eripere* occurrit ap. *Aristoph.* Av. 497. ἀπέβλισε θοιμάτιόν μου. Sensus igitur est: Pindari carmina audiens dices, Thebanos quoque poëtica facultate excelluisse. Poëticam facultatem per σμῆνος ἀπὸ

Μουσῶν designat; sic enim jungenda verba. Κάδμου θάλαμαι, Thebae. Fortasse praeterea corrigendum: κὴν Κάδμου.

LXXX. Cod. Vat. p. 217. Ἀντιπ. Plan. p. 284[b]. St. 419. W. Diogenis Cynici vita paucis contenta animusque malis infestus laudatur. — V. 1. 2. excitat *Suidas* in γυμνῆται Tom. I. p. 502. — βίος γυμνήτης non tam *nuda vita*, ut vulgo vertitur, sed *frugalis* potius et paucissimis rebus instructa; quandoquidem Diogenes omnia abjecerat, quae ei ad vitam tolerandam non omnino necessaria esse viderentur. — V. 3. μία ante ἁπλοῖς in Cod. Vat. lineae superscriptum. — V. 6. φαῦλον. Malos et vitiosos, quos per omnem vitam allatravi, etiam apud inferos odio habeo.

LXXXI. Servavit *Diogen. Laërt.* VII. 29. Ἀθηναῖοι ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ Κεραμεικῷ καὶ ψηφίσμασι τοῖς προειρημένοις ἐτίμησαν, τὴν ἀρετὴν αὐτῷ προσμαρτυροῦντες· καὶ Ἀντίπατρος ὁ Σιδώνιος ἐποίησεν οὕτως· Τῆνος ὅδε .... Hinc receptum est in Append. Planud. p. 523. St. *23. W. Zenonem defunctum ad Olympum properasse ait, sola sibi sapientia et continentia via ad superos munita. — V. 1. Κιττίῳ vulgo. Urbis, unde Zeno (Κιτιεὺς) originem ducebat, nomen fuit Κίτιον. — V. 2. ἀνθέμενος. Non, ut Aloeï filii, Pelion Ossae imponentes. *Homer.* Odyss. λ. 314. Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἄμβατος εἴη. Apte *Toup.* in Em. ad Suid. P. I. p. 161. comparat *Lucian.* T. III. p. 34. Bip. καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ' ὄντες ἀναθέσθαι ἀράμενοι τὸ Πήλιον ἢ τὴν Ὄσσαν; — V. 3. ἄεθλα. vulgo. Duplex prostat *Meibomii* conjectura, οὐδ' ἄρεθ' Ἡρ. et οὐδ' ἔκαμ' Ἡρ. Una litera mutata *Toupius* scripsit: ἀέθλει. Neque Herculis labores exantlavit, quibus ille *nixus*, *arces attigit igneas. Horat.* III. Carm. III. 10. — V. 4. ἀτραπὸν μοῦνος. vulgo. ἀτραπιτὸν, in quod *Huetius* incidit p. 81.

Meibomius recepit ex emend. *H. Stephani.* Hercules apud *Senecam* in Herc. Oet. 1941. *Virtus mihi in astra et ipsos fecit ad superos iter.* De superbis *Rhian.* I. 15. ἠὲ τιν' ἐτραπιτὸν τεκμαίρεται οὐλυμπόνδε. μοῦνος, quod ex *Meibomii* conjectura mutatum est, fortasse conservari debebat. Metro non timendum post tot exempla brevis syllabae in caesura productae.

LXXXII. Cod. Vat. p. 269. hoc Epigr. *Antipatro Thessalonicensi* tribuit. In Planud. p. 234. St. 339. W. gentile non additur. Scriptum est in Hipparchiam, quae abjectis muliebribus artibus, Cynicam vitam sectabatur. Vide de ejus vita *Diogen. Laërt.* VI. 87. et 96. et *Menagium* de Mul. phil. in Append. p. 497. — V. 2. ἀλόμαν. Vat. Cod. — V. 3. περονήτιδες οὐδὲ βαθύπεπλος ε. Vat. Cod. et optimus Planud. Cod. quo *Br.* usus est. Vulgo οὐ βαθύπεπλος. Quod epitheton voci εὐμαρὶς, qua calceamenti genus significatur, cum tribui nequeat, *Salmasius* corrigit βαθύπελμος, idque *Toupius* quoque vidit ad Suid. p. 339. εὐμαρίς. εἶδος ὑποδήματος, διὰ τὸ εὐμαρῶς, ὅ ἐστιν εὐχερῶς βαδίζειν τοὺς ὑποδεδεμένους. Εὐριπίδης· βαρβάροις ἐν εὐμαρίσιν. *Etymol. M.* *Toupius* praeterea laudat *Pollux.* IX. 2. *Schol. Apollon. Rh.* L. II. 102. Locus *Euripidis* est in Orest. 1370. ubi vide *Musgrav.* πέλμα calcei est *solea;* hinc calceus μονόπελμος, *qui nonnisi unam soleam habet;* ut ap. *Phaniam* Ep. II. βαθύπελμον autem auctor emendationis de *calceo altisoleato* interpretatur, quales delicatiorum et elegantiorum hominum erant.— Quas poëta h. l. ἀμπεχόνας περονάτιδας vocat, hae vestes etiam uno vocabulo ἀμπεχονατρίδες vocabantur. Vestis videtur fuisse interior, quae fibulis adstringebatur. *Casaubon.* Lectt. Theocrit. p. 272. ἀμπεχόνη autem est vox latioris significationis, quae modo pallam designat (ut τὸ ἀμπέχονον ap. *Theocrit.* Eid. XV. 21.) modo quamlibet vestem. De veste interiore, quales Cynici non gerebant,

usurpavit *Agath. Schol.* Ep. V. ἐφεσσαμένη δ' ὑπὲρ ὤμων Στήθει παλλεύκῳ τήνδε ἰδὲ ἀμπεχόνην. — V. 4. λιπόων κεκρύφαλος. unguentum redolens velamen. Vide ad *Nossidis* Ep. V. p. 415. sq. — V. 5. „Editi οὐδας absque „ullo sensu. Eadem docta manus, cujus paulo ante me„mini, in margine exemplaris Florentinae scripsit πήρη, „ad sensum bene; sed verum est θυλάς. Lectio corrupta „ex librarii oscitantia, qui ad quadratarum literarum, „quibus olim utebantur, formam et lineamenta non „satis attendit: ΟΥΔΑΣ et ΘΥΛΑΣ facile confundi potue„runt. Hoc jam emendaveram ex Hesychi glossa Θυλάδες, „πῆραι, θύλακοι, ubi vide Intpp., antequam Toupii Em. „in Suid. T. III. prodiret, quem vide p. 93. [p. 388.]" *Br. Toupius* tamen θύλαξ corrigebat. Idem vitium *Ruhnkenius* exemit fragmento *Callimachi* 360. πτωχῶν θυλὰς ἐοῖ κενή, pro οὐλαὶ κ. κεναί. Vide Epist. crit. II. p. 188. — Vat. Cod. σκήπωνι. Vide not. ad *Leonid. Tar.* Ep. X. — συνέμπορον corrigebat *Jos. Scaliger*. Hoc vocabulum sensu metaphorico usurpavit *Macedon.* Ep. XII. de ense, οὗτος ἐμοὶ τεθνεῶτι ξυνέμπορος. Navis συνέμπορος ἀνέρι κέρδους ap. *Antiphil.* Ep. I. et XLII. — V. 6. βλῆμα κοίτας pro circumscriptione cubilis in terra positi habendum est: huic habitui conveniens cubile, χαμαὶ βεβλημένον, i. e. τεθειμένον. Proprie βλῆμα, quodcunque jacitur. *Herodot.* L. III. p. 212. 47. *Eurip.* in Suppl. 330. — V. 7. ἄμι δὲ κ. κάῤῥων ἄμιν Α. Cod. Vat. *Brunckii* lectio est in Plan. ubi tamen non ἧς, sed ἦν habetur, et κρέσσων. κάῤῥον, βέλτιον. *Hesychius. Eustath.* ad Odyss. p. 790. 28. — V. 8. σοφίη et ὀρειδρομίης. Vat. Cod. ὀρειδρομίας. Plan. Hipparchia se cum Atalanta comparat, ita tamen, ut suam vitam Atalantae vita tanto praestantiorem judicet, quanto sapientia venationem superet.

LXXXIII. Cod. Vat. p. 239. sq. Ἀντιπ. Σιδων. Planud. p. 225. St. 327. W. In membranis Vat. v. 3. 4. leguntur ante v. 1. 2. Sequitur deinde alterum distichon

Ep. *Platon.* VI. Deinde integrum Epigramma a primo versu ad postremum. — Elegans carmen in Laïdem Corinthiam, quae viva quaestum meretricium faciens novi belli incendium prohibuisse videbatur, mortua a Venere et Cupidine defletur. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in θρύπτεται T. II. p. 208. — ἁλουργίδι. Purpura et auro meretrices publice utebantur. θρυπτομένην. *Aelian.* V. H. I. 19. Colophonii ἐσθῆτι πολυτελεῖ ἐθρύπτοντο καὶ τραπέζης ἀσωτίᾳ. — ¶. 29.] V. 3. *Suidas* in ἀλιζώνου T. I. p. 112. et iterum T. III. p. 140. simul cum v. 4. in Πειρήνη T. III. p. 106. *Ephyreia Laïs E gemino dotata mari. Claudian.* in Eutrop. I. 90. Vide *Burmann.* ad Propert. II. El. V. p. 249. Ex Hyccari tamen Siciliae oriunda putatur. In proximo versu poëta Pirenes fontis mentionem facit, unde Laïs olim aquam hausisse dicitur: Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος ἔτι παρθένον οὖσαν τὴν Λαΐδα θεασάμενος ἀπὸ τῆς Πειρήνης ὑδροφοροῦσαν. *Athen.* L. XIII. p. 588. C. — In contextu Vat. Cod. loco priore λευκῶν λευκοτέρην λιβάδος, vulgata lectione superscripta; altero loco nihil plane varietatis. λευκὸν ὕδωρ Homericum. Il. ψ. 282. *Callimach.* H. in Jov. 18. Ἐρύμανθος λευκότατος ποταμῶν. Vide *Spanhem.* ad Juliani Caes. p. 42. — V. 5. 6. 7. *Suidas* habet v. δρέπεται T. I. p. 628. ubi ἐφ' ἧς legitur. — μνηστῆρες. *Propert.* II. 5. 1. *Non ita complebant Ephyreae Laïdos aedes, Ad cujus jacuit Graecia tota fores.* Vide notas ad *Platonis* Ep. VII. p. 343. — V. 8. *Suidas* in ὄδωδε T. II. p. 657. Non viva tantum Laïs redoluit unguenta, sed ejus ossa adhuc suavissimum unguentorum exhalant odorem. Crocus et crocinum unguentum in conviviis, theatris et funeribus frequenter adhibebatur. Vide *Salmas.* in Plin. p. 76. D. *T. Hemsterh.* ad Lucian. T. I. p. 281. Bip. *Philodem.* Ep. XXII. κροκίνοις χρίσατε γυῖα μύροις. In epitaphio pueri auctor Ep. ἀδεσπ. DCXCV. optat, ut ossa suavem odorem spirent. Sed hujus rei alia est ratio. Apud nostrum ad Laïdis luxuriem et ad

unguenta rogo infusa respicitur. *Statius* in Sylv. II. 1. 157. *Quid ego exsequias et prodiga flammis Dona loquar, moestoque ardentia funera luxu? – Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi, Quodque Arabes, Phariique Palaestinique liquores Arsuram lavere comam?* Cf. II. 6. 86. III. 3. 33. — Pro ἧς ἔτι *Suid.* ἧς αἰεί. qui v. 9. 10. laudat in κηώδης T. II. p. 308. et v. 10. iterum in θυόεν T. II. p. 214. Priores ejus editiones pro ἄσθμα vitiose ἆσμα legunt. — V. 11. ἧς ἐπὶ Plan. et *Suid.* in ἀμύξεις T. I. p. 147. Ipsa Venus Laïdis mortem luctu prosecuta est. μέθος h. l. πρόσωπον, παρειά· ut *Hesychius* interpretatur. Vide *Schneider.* ad Nicandri Alex. 456. p. 224. sq. — V. 12. *Suidas* in λύζει T. II. p. 466. De voce λύζειν fuse egerunt *Sallier* ad Thom. M. p. 585. *T. Hemsterh.* ad Lucian. T. I. p. 177. sq. Amoris singultim plorantis imaginem fortasse duxit *Antipater* ex *Bionis* Eid. α. 80. ἀμφὶ δέ μιν κλαίοντες ἀναστενάχουσιν Ἔρωτες Κειράμενοι χαίτας ἐπ' Ἀδώνιδι. — V. 13. Laïs nisi concubitum omnibus communem fecisset, novum de ea non minus quam propter Helenam exarsisset bellum.

LXXXIV. Vat. Cod. p. 285. *Antipatro Thessalonicensi* tribuit; quod perperam fieri censet *Brunckius*, caussam sententiae nullam reddens. In Planud. p. 263. St. 380. W. gentile non additur. Scriptum est carmen in matrem et filiam Corinthias, quae, urbe a Romanis expugnata, sese mutuo peremerant. Similia complura in nobilissima illa Corinthi clade facta esse, probabile fit. Notum illud Diaei, Achaeorum praetoris, facinus, qui, victo a Romanis exercitu, domum properavit, eam incendit conjugemque peremtam in flammas praecipitavit. *Pausan.* L. VII. 16. p. 561. *Aurel. Vict.* de Vir. Ill. c. LX. — V. 1. Ῥοδόπα et Βοίσκη. Vat. Cod. — V. 2. ὠλόμεθα. non succubuimus hostium violentiae. *Hermesianax* El. 54. αἰνηρὴν δούρὶ καμλιμένην πατρίδα. Vide not.

ad *Mnasalc.* Ep. XVIII. p. 411. — V. 4. ἄλκιμον. Nobis ipsae mortem fortiter conscivimus. — V. 5. διὰ σφακτῆρι. Vat. Cod. — σιδήρῳ. Ed. pr. — V. 6. φειδὼ βίου. quod ignavorum est. *Solon* El. V. 45. φειδωλὴν ψυχῆς οὐδεμίην θέμενος. *Tyrtaeus* El. I. 14. θνήσκωμεν ψυχῶν μηκέτι φειδόμενοι. Vide quae collegit *Wetsten.* ad. N. T. II. p. 290. — V. 7. δειρὰν βρόχῳ. Vat. Cod. quod fortasse verum, modo ἀναυχενίῳ scripseris:

ἅψε δ' ἀναυχενίῳ δειρὰν βρόχῳ.

Euripid. Hel. 135. βρόχῳ γ' ἅψασαν εὐγενῆ δέρην. *Alcest.* 229. βρόχῳ δέρην οὐρανίῳ πελάσαι. *Sophocl.* Antig. 1221. τὴν μὲν, κρεμαστὴν αὐχένος, κατείδομεν Βρόχῳ μιτώδει σινδόνος καθημμένην. — In fine vers. Cod. Vat. ἐμοίνα. — V. 8. ἄμμιν Plan. quae et vers. praec. ἦν legit. Mortem liberam generosi servitutis contumeliae nunquam non praetulerunt. Pòlyxena in *Euripidis* Hec. 550. ἐλευθέραν δ' ἔμ', ὡς ἐλευθέρα θάνω, Πρὸς θεῶν, μεθέντες, κτείνατ'· ἐν νεκροῖσι γὰρ Δούλη κεκλῆσθαι, βασιλὶς οὖσ', αἰσχύνομαι.

LXXXV. Cod. Vat. p. 230. 'Αντιπ. Σιδ. Edidit *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 579. *Leichius* in Sepulcr. p. 22. *Wolf.* ad Fragm. Erinnae p. 21. *Reisk.* Anth. nr. 569. p. 74. Expressum ex Epigr. *Leonid. Tar.* LXXI. — V. 3. ἔχωσι. In marg. γρ. ἔδειμα. Vat. Cod. — V. 4. παρθενίης. Vat. Cod. — ἅμματα. zonam virginalem. Hoc distichon protulit V. D. in Miscell. Obss. I. 3. p. 130. ὃς πρὶν ἄττιατα vitiose exhibens. — V. 5. λοχίοις. Vat. Cod. — ¶. 30.] V. 9. »ἱερὴν τρίχα. In codicis »margine γρ. πολιήν. Sitne hoc varians lectio, an glossa, »an emendatio, nescio. Sed πολιὴν verum credo. Expres»sum est hoc Ep. e Leonidae LXXI. ubi καὶ ἐς βαθὺ γῆρας »ἵκοιτο, quod his verbis reddere debuit Antipater: ἔλθοι »ἐς ὀλβίστην πολιὴν τρίχα.« *Br.* Post ἔλθοι in Vat. Cod. lineae superscriptum δ'. *Reiskius* vertit: *Veniat ille opto ad felicissimam pubertatem (aut senectutem)*; graeca verba

utram-

utramque interpretationem admittere docens. Quum ἱερὸς ponatur pro σεμνὸς, σεμνὴν τρίχα autem pro canis recte posueris, emendandi necessitatem non video. *Sanctam parentis canitiem* dixit *Statius* Silv. III. 3. 18. — V. 10. οὔριον ἔπλεον. Metaphora a navigatione ducta, cui Fortuna praeest. Vide ad *Bacchylid.* Fr. I. p. 259.

LXXXVI. Cod. Vat. p. 230. Ἀντιπ. Σιδ. οἱ δὲ Ἀρχίου. *Leichius* in Sepulcr. nr. XV. p. 20. *Reiskius*, quia parum a praecedente differt, repetere noluit. — V. 2. *Leich.* Καλλιτέλους et v. 6. Καλλιτέλην, ut est in Vat. Cod. — V. 7. ἀνδρείοι. Cod. Vat. recte.

LXXXVII. Cod. Vat. p. 271. Ἀντιπάτρου. Primum distichon et duo postrema protulit *Salmas.* in Plin. p. 859. F. Integrum carmen edidit *Leich.* in Sepulcr. p. 18. *Reisk.* nr. 616. p. 93. Continet descriptionem et explicationem cippi aenigmaticis figuris exornati. — V. 1. „In Cod. scriptum μαστεύω τὶς ἐναγὴς ἐπὶ σταλατίδι πέτρῃ. Quae corrupta a Salmasio ita, ut exhibui, emen„data sunt, et profecto Salmasiana haec lectio multo „melior barbarie, quam invexerunt quidam, qui hoc „epigramma ediderunt. Non mihi tamen omnino satis„facit. Viator, qui hic loquitur, non quaerit, *quis* sym„bola illa tumulo imposuit, sed *quare* ea aliquis impo„suerit. Huic quaestioni, non illi, responsio congrua. „Scribendum τί τεᾷ τις ἐπὶ — Ex ΤΙΤΕΑΙΤΙΣ facile corrupta „lectio τιεσναγις oriri potuit. τί, i. e. διὰ τί, quare?“ *Br.* Non accurate Cod. lectionem indicavit *Brunckius*, quae haec est: τίς εὐαγὴς ἐπὶ σταλίτιδι πέτρῃ. *Reiskius* dedit τί σευ, ὅστις, vertens: *quamobrem tuo in cippo, quisquis id feceris, inciderit sculptam hanc sententiam.* — Cum reputaveris, quanta sit in codd. similitudo literae α et ευ, ἡ et ν, et proinde Codicis nostri lectionem sic tibi finxeris in autographo, unde Vat. fluxerit, scriptam: τιεσευσνης, facile mihi concedes, corrigendum esse:

Μαστεύω, τί σ' ἀδνευνος ἐπὶ — —

Quaero, cur maritus tuus cippo hanc ſententiam, ſub aenigmaticis figuris reconditam, inciderit? Sic plane Epigr. ſeq. τοιοῖσδ' ἀμφ' ἔργοισιν ἀγάθεον, ἔνθεν ὅμευνος Τοιάδ' ἐμᾷ στάλᾳ σύμβολα τεῦξε Βίτων. — V. 3. Perperam in fine hujus diſtichi major diſtinctio poſita; ſententia continuatur. Sculpta autem fuerunt in hoc cippo lora, fiſcella ſive capiſtrum, quo equorum ora continebantur, et gallus gallinaceus. Haec omnia ad matronam pertinere poëta negat. De voce κημὸς vide ad *Philodemi* Ep. XXVII. 1. — οἰωνὸς Τανάγρας βλαστῶν. Nihil illuſtrius gallis Tanagraeis, de quibus nonnulla dedit *Pauſan.* L. IX. 22. p. 753. *Suidas:* Ἀλεκτρυόνα ἀθλητὴν Ταναγραῖον· οὗτοι γὰρ ὡς εὐγενεῖς ᾄδονται. *Columella* L. VIII. 2. 4. ibique *Schneiderus.* — V. 5. laudat *Alberti* ad Heſych. in ὑπωρόφιον, ubi ὑπωροφίαισι exhibet, quae eſt Vat. Cod. lectio. παρθένος ὑπωρόφιος *Apollon.* Argon. L. IV. 168. — V. 6. τάθ' ἱστοπ. Vat. Cod. recte. Nec aliter *Reisk.* et *Leich.* Comparandus *Theocrit.* Eid. XXVIII. 1. ὦ φιλέριθ' ἀλακάτα, δῶρον Ἀθανάας, Γυναιξὶ νόος οἰκωφελέεσσιν οἷς ἐπαβόλος. *Liban.* Orat. V. Tom. I. p. 227. de Diana: οὐ μὴν οὐδὲ ἱστὸν καὶ ἔρια καὶ ταλασίαν καὶ ἔργα γυναικῶν ἠξίωσεν ἐφορᾷν — ἀλλ' ἀφῆκεν αὐτὴν ἐπὶ τὰ θηρία. — V. 7. Sequitur interpretatio ſignorum. Gallus mulierem indicat mane ad opus ſurgentem. Iis, quae dedimus ad *Meleagri* Ep. CXXIII. 7. p. 136. adde *Artemidor.* Oneirocr. II. 47. ἀλεκτρυὼν ἐν μὲν πένητος οἰκίᾳ τὸν οἰκοδεσπότην, ἐν δὲ πλουσίου τὸν οἰκονόμον σημαίνει, διὰ τὸ ἀνιστᾶν τοὺς ἔνδον ἐπὶ τὰ ἔργα. — V. 10. ἡσυχίης Vat. Cod. ἡσυχίας *Wetſten.* qui hoc diſtichon profert ad N. T. II. p. 164. Laudatur in mulieribus ſilentium et linguae continentia. *Sophocl.* Aj. 294. *Euripid.* Heracl. 477.

LXXXVIII. Cod. Vat. p. 271. Ἀντιπ. Σιδ. Primum diſtichon protulit *Salmaſ.* in Plin. p. 859. G. Totum carmen *Leichius* in Sepulcr. p. 20. *Reisk.* in Anth. nr. 617. p. 94. — V. 1. In cippo Myrus inſculpta erant

signa: flagellum, bubo, arcus, anser et canis. In pentametro *Brunckius* voces transpofitas putat, et hoc ordine ponendas: χῆνα, βιὸν, χαροπὸν γλαῦκα. nam epitheton χαροπὸν non anferibus, fed buboni convenire. In Cod. Vat. eft χαροπὰν, quod reponendum, quamvis et χαροπὸν ferri poffit. Lineae fuperfcriptum γρ. τάνδε θοὰν σκύλακα. — ¶. 31.] V. 3. εὔτονον. Cod. Vat. quod mutatione non indiget: εὔτονος enim *intentam* rei familiari matronam non minus fignificat, quam ἔντονος. Eadem eft lectionis diverfitas in *Polyb.* Hift. L. VIII. 7. 2. εὐτονωτέροις καὶ μείζοσι λιθοβόλοις καὶ βέλεσι τιτρώσκειν. Quaedam de hoc verbo notavimus in Exercitt. crit. T. II. p. 95. fq. — V. 4. κηδομέναν. *Reisk.* contra codicis fidem. — V. 5. ἀλλ' ἀγέρωχον. τὸ ἀγέρωχον εἶναι de viris, militibus praefertim, in bonam partem paffim ufurpatum, in mulieris tamen laudem dictum miror. Quare mihi quidem veriffima videtur *Reiskii* emendatio: οὐδ' ἀγέρωχον δμωσί. *neque in fervos ferocem.* — Apodofis continetur verbis κολάστειραν ἁ. ἁ. peccatorum juftas ab iis fumebat poenas. — V. 7. In Cod. Vat. verfus non integer: τὰν δὲ δόμων φύλακα μ. τάνδ' ἀ . . . . In marg. apogr. Lipf. fuppletum et emendatum χανὸς ἄγαλμα. *Reiskius* conjecit χᾶν ἀγορεύει, quam *Salmafii* quoque conjecturam effe *Br.* monuit. Structura orationis fententiarumque nexus poftulare videtur, ut fcribatur:

χὰν δὲ δόμων φυλακᾶς μελεδήμονα τάνδ' ἀγορεύει.

τάνδε ad Myro, fub tumulo fepultam, referri debet. — V. 8. γλαὺξ ἅδε γλαυκᾶς. Vat. Cod. quod *Reiskius* verbis transpofitis emendavit. Facilis emendatio, qua tamen admiffa verfus paulo durius ad aures accidit. Fortaffe legendum:

γλαὺξ δ' ἕξει γλαυκᾶς Παλλάδος ἀμφίπολον.

ut Epigr. praec. ἱππαστὴς δ' ὅδε κημὸς ἀείσεται οὐ πολέμουθεν. — Palladis miniftra Myro dicitur propter lanificium.

LXXXIX. Vat. Cod. p. 271. Ἀντιπ. Σιδ. εἰς Βιττίδα τὴν Κρῆσσαν αἰνιγματῶδες, εὔληπτον δέ. Planud. p. 227. St. 331. W. — V. 1. Bis legitur in Vat. Cod. ubi κίσσα et κίσσα legitur. In Plan. καὶ λάλος ἁ ξ. κίσσα. Pica mulieris loquacitatem significabat. Sycophantam quendam loquacissimum Athenis κίτταν fuisse appellatum, narrat *Aristoph.* in Av. 1297. ubi vide *Schol.* — V. 2. φράσει, Vat. Cod. quod metrum respuit. — κύλιξ. Poculum cippo insculptum vinosam indicabat. Vide Ep. sq. et *Leonid. Tar.* Ep. LXXXVII. — σύντροφος dicitur, qui familiaritatem cum aliquo contraxit, tum ad res transfertur, quibus quis adsueverit. Hinc fortasse *Antiphilus* Ep. VII. Δημήτηρ δὲ μέθην σύντροφον οὐ δέχεται. De Anacreonte noster supra Ep. LXXIV. ὁ φιλακρήτου σύντροφος ἁρμονίης. — V. 4. ἄνδεμα μίτρας. Forma rarior, nec fortasse alibi obvia, pro ἀνάδημα sive ἀνάδεσμη ponitur. *Homer.* Il. χ. 468. varia capitis ornamenta complexus: τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα, Ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τ', ἠδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην, Κρήδεμνόν θ' —. *Mitra* inter vetularum ornamenta inprimis commemoratur, ut ap. *Ovid.* Fast. IV. 517. *Simularat anum, mitraque capillos Presserat.* Vide *Burmann.* ad Propert. IV. El. V. 7. p. 804. Nec tamen vetulis solis propriam fuisse mitram, id quod *Scaliger* videtur putasse ad *Virgilii* Copam v. 1. p. 93. docuit *Barthius* in Adverss. L. XXXIII. 22. et *Burm.* ad Anth. Lat. T. I. p. 708. — V. 5. σταλουργὸς τύμβος ex hoc loco in Lexicis explicatur de tumulo, cui cippus impositus est; nescio quo jure. Analogiae enim leges σταλουργὸν de sculptore, qui cippos facit, explicare suadent. Legeris fortasse:

τοιάνδε σταλοῦχος ὅδ' ἔκρυφε Βιττίδα τύμβος.

talis fuit Bittis, quam hic tumulus, stela instructus, continet. Eadem analogia λυχνοῦχος vocatur, qui lychnum, πυργοῦχος, qui turrim sustinet, ut ap. *Polluc.* I. 92. Vide *Schweigh.* ad *Polyb.* T. VII. p. 243. Sed haec mox ex-

pedire conabimur. — V. 6. „Τιμέλου ἄχραντον. Hoc ex „conjectura dedi. Planudeae Codd. et veteres edd. ha„bent τὰν τιμελέχραντον, quod in recentioribus mutatum, „qua de causa nescio, in θυμελέχραντον. Vat. Cod. τιμε„λέχραντον, omisso τάν. Ex scripturae compendio ortum „mihi hoc videtur. ου super λ positum, omissum fuit a „descriptore, qui duas voces in unam conjunxit. Nomen „Τίμελος alicubi vidi, ubi vero, nunc non succurrit.“ *Br.* *Scaliger* in not. mstis conjecit τάν τε Μελαγχράντου, quod ferri nequit propter τε plane otiosum. *Brodaeus* vocibus sejunctis τάν τι μελάγχραντον, μελαγχραίναν ἢ μελαγκραίραν inepte legit. Viri nomen latere, dubitari nequit; sed hoc quale fuerit, sine codd. ope nemo dixerit. In ταντιμελαχράντου latere suspiceris:

Ἀντιμένεω Κράντου (υἱὸν scil.) —

sed hoc verum esse nemo, nisi vanus et stolidus, spoponderit. — V. 7. εἰχομένοισιν. Si recte intelligo hujus distichi sensum, pluralis pro singulari est positus, εἰχομένῳ, mihi apud inferos degenti eandem sermonis gratiam et voluptatem praebeas. Ad loquacitatem mulieris respicitur. Nec sic tamen sensus satis expeditus. Putabam olim, verba sic accipienda esse: Et tu salve, et me vicissim salvam esse jube. Sed sic αὖθις abundat et μύθων. Tertia igitur superest interpretandi via, eaque omnium verissima. Bittis, quae hic loquitur, viro, qui sculptor fuisse videtur, gratias agit, eumque hortatur, ut etiam in posterum defunctis ejusmodi cippos ponat, qui ipsis quasi facultatem loquendi et se praetereuntibus indicandi tribuant: τὰν αὐτὰν χάριν, *eandem*, quam mihi tribuisti, *facultatem*, μύθων, *loquendi*. Sed sic praecedentia quoque nonnihil immutanda videntur. Videtur igitur *Antipater* scripsisse:

τοιάνδε σταλουργὸς ἴδ' ἔκρυψε Βιττίδα τύμβῳ
['Αντιμένης Κράντου] νυμφιδίαν ἄλοχον.

XC. Vat. Cod. p. 258. Ἀντιπ. Σιδ. Plan. p. 243. St. 353. W. Maronis, vetula vinosa, calicem in tumulo habens, nec de liberis, nec de marito, quos egenos reliquit, sed de sicco calice dolet. Expressum carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. LXXXVII. — V. 5. Vulgo ὅττι τὸ Βάκχῳ ἄρμενον. Veram lectionem *Br.* ex Vat. Cod. restituit, olim Βάκχω scriptum fuisse existimans, terminatione dorica, cujus dialecti vestigium remansit in ὀρῆς v. secundo. Ad ἄρμενον *Casaubonus* adscripsit ὄργανον, interpretandi causa, ut videtur. Pro οὐ, cum in Ald. sec. ὂν legatur, *Jos. Scaliger* ἓν conjecit. Color in ultimo hoc disticho fere, ut in *Simonid.* Ep. LV. 5. – 8.

XCI. Vat. Cod. p. 271. Ἀντιπ. Σιδ. Εἴς τινα υἱὸν Θεοδώρου, οὗτινος ἐπὶ τῷ τάφῳ σύμβολον ἵστατο λέων. Edidit *Leich.* in Sepulcr. p. 12. *Reisk.* Anth. nr. 618. p. 95. — V. 1. τί πρός. *Reiskius* pro πρός τί metri causa opinabatur positum, et ἀμφιβέβηκας vertit: *stas divaricatis pedibus.* Inepte. Jam ad *Homeri* Il. α. 37. ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας Intpp. monuerunt de vero hujus vocabuli sensu. *Aeschyl.* VII. c. Th. 176. δαίμονες λυτήριοι ἀμφιβάντες πόλιν. hoc est, σκέποντες. — τί πρός mihi depravatum videtur. In Cod. Vat. τι lineae superscriptum. Legerim:

Εἰπὲ, λέων, φθιμένοιο τίνος τάφον ἀμφιβέβηκας;

Nihil in Codd. inter se similius voculis πρὸς et τίνος. — V. 2. Cod. Vat. βουφάγε, quod a *Br.* inconsiderate mutatum est. *Simonid.* Ep. CXII. βουφάγος ἐς κοίλην ἀτραπὸν ἵκτο λέων. — τίς. Quis dignus fuit, cujus tumulo leo, fortitudinis index, imponeretur? Leonum in fortium virorum tumulis exempla quaedam laudavimus ad *Simonid.* Ep. XXXV. p. 222. sq. — ¶. 32.] V. 3. Τελευτίαι. Vat. Cod. quod jam apud *Reiskium* emendatum est, qui monet, hunc Teleutiam certe diversum esse ab Agesilai fratre, quem memoravit *Diodor. Sic.* XV. 21. Fuit nimirum Agesilaus Archidami filius, cum contra Teleu-

tias noster Theodori vocetur filius. Quod si igitur *germanus* Agesilai frater fuit, recte judicavit *Reiskius*. Sed res se aliter habet. Fuit Teleutias ὁμομήτριος ἀδελφὸς Ἀγησιλάου, id quod *Diodorus* significare voluit, *Plutarchus* diserte dicit T. III. p. 391. ed. Bry. Tenemus igitur nomen patris Teleutiae, aliunde non cognitum. Is autem ad Olynthum fortiter pugnans occubuit Ol. XCIX. 3. Vide *Xenoph.* Hist. Gr. L. V. 3. 6. p. 291. ed. *Schneider.* — V. 5. μάτην. apogr. Lips. — φέρω δ' ἔτι. Cod. Vat. — V. 6. δὴ temere omisit *Leich.* — *Dionysius* Ep. IX. οὐδὲ λίαν ἀς ἐκεῖνος ἐν εὕρειν, ὡς ὁ Μίκωνος τέκς Κρηναγόρης ἐν σαυῶν κατάγῃ.

XCII. Vat. Cod. p. 229. sq. Ἀντιπ. Σιδ. Planud. p. 197. St. 286. W. Aquila, Aristomenis Messenii tumulo imposita, se praestantem Aristomenis fortitudinem significare ait. An revera fortissimi hujus Messeniorum ducis tumulus aquila insidente ornatus fuerit, ignoro; non tamen improbabile. Qui ejus res gestas poëticis coloribus illustraverunt, *Rhianus* inprimis, ni fallor, (vide *Pausan.* L. IV. 24. p. 338.) eum, quum a Lacedaemoniis in Ceadam esset injectus, ab aquila servatum tradiderunt. *Pausan.* L. IV. 18. p. 324. In scuto eum aquilam, utramque alam usque ad scuti ambitum pandentem, gessisse testatur idem L. IV. 16. p. 319. Sepultus est Rhodi, ubi ei Rhodiorum rex, monimento exstructo, insignes honores tribuit. Id. L. IV. 24. p. 338. Postea tamen Messenii in patriam reducti se ejus ossa, a Rhodensibus accepta, in patrio solo condidisse, gloriabantur. L. IV. 32. p. 359. — V. 1. διάκτορε. *Sed leporem aut capream famulae Jovis et generosae In sylvis venantur aves. Juven.* Sat. XIV. 81. — V. 4. ἡμιθέων. Ed. Flor. et Ald. pr. — V. 5. Ignavorum tumulis pavidae insideant columbae. Hic igitur non ad consuetudinem aliquam columbas in tumulis collocandi, sed ad columbarum naturam et indolem, quae aquilarum indoli

ephebi; jactum Chium et natione Chium talis indicarat. Mihi tamen, ne quid dissimulem, haec interpretatio Pauwiana illa non verior esse videtur. Junge: ὡς εὖ εἶπε τὸν ἄκριτα φθίμενον νέον. Quem Parca, nulla tenerae aetatis ratione habita, trucidat, is ἄκριτα φθίνυσθαι νέος dici posse videtur *). Hanc ob causam *Theodorid.* Ep. XI. Parcam ipsam ἄκριτον appellat: Οὕτω δὴ Πύλιον τὸν Ἀγήνορος, ἄκριτε Μοῖρα, Πρώϊον ἐξ ἥβας ἔθρισας Αἰολέων. Hoc sensu τὸ ἄκριτον passim copulatur cum τῷ ἀλογίστῳ. Vide *Lennep.* ad Phal. p. 207. Fortasse igitur poëta significare voluit, Alexandrum illum temere projecisse vitam, ἀκρίτως καὶ ἀλογίστως, ut ap. *Polyb.* XXVII. p. 381. προέσθαι σφᾶς αὐτοὺς ἀκρίτως. Hanc explicationem quodammodo firmant sequentia: καὶ τὸ κυβευθὲν πνεῦμα, in quibus verbis inconsiderantiae fuisse videtur significatio. *Polybius* ap. *Suidam* κυβεύειν ἐν τῷ βίῳ dixit pro caput temere periculis objicere. Vide inprimis *Gatackerum* ad *M. Anton.* I. 8. p. 9. *Elsner.* in Obss. Sacr. T. II. p. 215. Nec tamen scio, an scribendum sit:

ἔκ τε κυβευθὲν

πνεῦμα.

Onosander c. XXXII. στρατεύματι δὲ παντὶ τὴν ἄδηλον ἀνακυβεύειν τύχην οὐ δοκιμάζω. Loca veterum, ubi vita hominum tesserarum ludo comparatur, quaedam collegit *Leichius.* — πνεῦμα *Dorvill.* sine causa, nonnisi studio *Pauwium* carpendi ductus, repudiavit, et πτῶμα scripsit. — διὰ φθεγκτῶν edebatur ante *Reiskium*, cujus emendationem δι' ἀφθέγκτων *Dorvillius* assensu suo probavit ad *Charit.* p. 410. ubi similia ex Anthologia laudavit. His adjice *Antiphil.* Ep. XVII. de horologio: σῆμα — τρισσάκις ἐγλύφεσιν φθεγγόμενον στόματι. Est in his jucundum oxymoron. Sculptor per mutos talos locutus est, i. e. quid vellet, indicavit.

*) Hanc ipsam interpretationem *Reiskio* quoque placuisse, nunc demum video.

ſ. 33.] *XCIV.* Bis legitur in membranis Vat. p. 380. ubi *Antipatro*, et p. 398. ubi *Philippo Thessalonicensi* inſcribitur. Sic quoque in Plan. p. 31. St. 48. W. bis legitur, mutato tantum priore diſticho, quod *Philippo* tribuitur. Hoc ſe ſic habet:

Ἠρίθμει πολὺν ὄλβον Ἀριστείδης ὁ πενιχρὸς
τὴν ὄϊν ὡς ποίμνην (ποίμνην Plan.), τὴν βόα δ' ὡς ἀγέλην.

Hoc diſtichon alteri praeferendum et totum Epigramma *Philippo* adſcribendum ſuſpicatur *Brunck.* Scriptum eſt in Ariſtidem, qui, cum unam bovem, unamque ovem, quae ejus omnis erat poſſeſſio, perdidiſſet, vitam ſuspendio finivit. — V. 2. ἤλαυνε edd. quaedam. — V. 3. ἀμφὶν λύκος ἔκτανεν, οὐδὲ τὴν δαμ. Plan. et Vat. Cod. loco pr. — V. 4. δ' ὤλετο. Plan. et Vat. Cod. loco ſec. — V. 5. πηρόδέτῳ δ' ἱμάντι. Vat. Cod. loco ſec. Pro λυγώσας autem idem loco ſec. πεδήσας legit.

XCV. Cod. Vat. p. 380. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 31. St. 47. W. In eodem cum praecedente argumento verſatur. — V. 1. »ὁ βουκέρριος. quid hoc ſit neſcio. De »hujus vocis natura et ſignificatione altum apud inter»pretes ſilentium. — Adjectivum πενιχρὸς in diſticho »ſupra laudato ſimile quid hic deſiderari et olim lectum »fuiſſe, e quo depravatum βουκέρριος, ſuſpicionem movet: »aut ſi hoc rectum eſt, nomen proprium fuerit Βόκερρις, »et Ἀριστείδης ὁ Βοκέρριος, eſt Ariſtides Bocerris filius, »quod mihi admodum frigere videtur.« *Brunck.* Pro proprio nomine habuit *Grotius*, qui vertit:

Paſtor Ariſtides habuit non multa Bocerrae,
Res ovis una viro, bosque, ſed una, fuit.

— V. 4. θῆρες ὄϊν. Plan. et Vat. Cod. Noſtra lectio igitur ex *Brunckii* conjectura videtur profecta, cujus nos auctori gratiam facimus. Nihil vetat, quominus plures lupi unam ovem laniaverint; ſed ſi vel unius hoc fuerit facinus, licuit tamen poëtae plurali numero uti. —

V. 5. αἰθαλόεις Ald. sec. ex Lectt. Ald. pr. temere assumsit. — V. 6. ἐνεφέρμασεν. Plan. et Vat. Cod.

XCVI. Vat. Cod. p. 307. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 80. St. 117. W. Pyrrhi piscatoris, fulmine in mari percussi, cymba sponte ad litus rediens, sulfure et fuligine indicium fecit, quo mortis genere dominus perierit. — V. 1. μουνερέτης. Vat. Cod. Pro τῇ *Joseph. Scaliger* τᾷ emendavit, quae dativi forma alibi non occurrit. — φυκία, piscis genus, quod alii φυκίδιον vocant. Vide *Asclepiad.* Ep. XXVIII. φυκίδας καὶ μαινίδας jungit *Aelian.* Hist. An. XII. 28. — τριχίνῃ κάθετος. linea piscatoria ex seta equina. In Vat. Cod. καθέτης legitur. Eadem est lectionis diversitas ap. *Oppian.* Hal. L. III. 77. ubi vide *Schneiderum* p. 405. et *Intpp. Hesych.* in καθετονός. — V. 5. λιγνύι. *Apollon. Rhod.* L. I. 389. περὶ δέ σφιν ἀϋτμὴ κήκιε λιγνύς. — V. 6. A. κεῖν' ἐν. Vat. Cod. Illum ut afferret nuntium, non opus ei erat ligno illo fatidico, Argo navi inserto, quod navigantibus deorum voluntatem significabat.

XCVII. Vat. Cod. p. 305. Edidit *Jens.* nr. 94. *Reisk.* nr. 745. p. 152. In Diodorum Calligenis filium, qui, multa maria emensus, in portu, dum abundantem cibum evomeret, e navi excussus erat. — V. 1. Ὀλύνθιον. Olynthum a Philippo Macedone funditus eversam esse, satis constat. Jam cum *Antipater Sidonius*, Philippo duobus pene seculis posterior, memoret Olynthium hominem, *Reiskius* colligit, Olynthum e ruinis suis resurrexisse, idque, quamvis Historicis et Geographis tacentibus, ex hoc Epigrammate effici putat. Sed haec ratio admodum fallax est. Nunquam enim certis argumentis probari poterit, *Antipatrum* hoc carmine rem sua aetate factam narrare. Vetustioris potius poëtae carmen, ut in plurimis aliis, sic in hoc quoque Epigrammate expressisse videri debet. — V. 3. ἐτ' ἐμεῖν Cod. Vat. quod

Reiskius probabiliter emendavit: ἐπήμεον. Fortasse tamen fuit: δαιτὸς ἐκεῖ τὸ π. ὅτ' ἤμεεν. *cum ibi*, in prora scil., *abundantem cibum ejiceret.* — ὦ πόσον. Quantillum aquae perdidit virum tanto pelago spectatum! κρίνεσθαι, *cerni.* *Leonid. Alex.* Ep. XV. ἀκτῖνα δ' ἔσχεν Σωθεὶς κεκριμένην ὕδατι καὶ πελάγει. Vide *Gronov.* ad *Cebet.* p. 163. — Postremo hujus Epigrammatis versu lecto, nonne aliquid ad sententiae integritatem in hoc carmine deesse sentis? Nonne verba τόσσῳ πελάγει lectores videntur ad aliquid in praecedentibus remittere, quod tamen desideratur? Cum enim dicit poëta, Tantillum aquae *tanto pelago* spectatum virum perimere potuit! aperte significat, nobis de illius viri itineribus constare. Sed unde, quaeso, constare potest, cum ipse nihil ejusmodi praemiserit? Hinc, ni fallor, sponte apparet, initio carminis aliquid intercidisse, quod tibi jam, optimi Vat. Cod. ope, restituemus. In hoc Cod. nostrum carmen praecedit Epigr. *Diodori Sard.* XVI. quod vulgo definit in verbis πάσῃ βρίξας ἀλιβροθίῃ. In Cod. Vat. distichon additur hoc:

> Εἰδότα κὴπ' ἄτλαντα ταμεῖν πόρον, εἰδότα Κρήτης
> κύματα καὶ πόντου ναυτιλίην μέλανος.

quod cum illo *Diodori* carmine nihil commune habet, sed ad nostrum pertinet, a quo librarii vel imperitia, vel negligentia, cum lemma non suo loco in margine collocaret, avulsum est. Jam totum Epigramma sic legi debet:

> Εἰδότα κὴπ' Ἄτλαντα ταμεῖν πόρον, εἰδότα Κρήτης
> κύματα, καὶ πόντου ναυτιλίην μέλανος,
> Καλλιγένευς Διόδωρον Ὀλύνθιον ἴσθι θανόντα
> ἐν λιμένι, πρώρης νύκτερον ἐκχύμενον,
> δαιτὸς ἐκεῖ τὸ περισσὸν ὅτ' ἤμεεν. ὦ πόσον ὕδωρ
> ὤλεσε τὸν τόσσῳ κεκριμένον πελάγει!

¶. 34.] *XCVIII.* Cod. Vat. p. 319. Ἀντιπάτρου. Ex *Jensio* nr. 24. repetivit *Heringa* in Obss. p. 195. sq.

Reisk. in Anth. nr. 675. p. 122. In Clinaretam, Nicippi et Damus filiam, inter ipsum nuptiarum apparatum exstinctam. Vide not. ad *Meleagr*. CXXV. p. 139. — V. 1. Πιτανάτιδι νύμφᾳ. Haec verba, quod *Heringa* monuit, respexisse videtur *Stephan. Byz.* v. Πιτάνη. πόλις Αἰολίδος. ὁ πολίτης Πιταναῖος, καὶ Πιτανῖτις χώρα καὶ Πιτανῖτις νύμφη καὶ Πιταναία. Non tamen propterea Πιτανάτιδι mutandum videtur, quam formam tuetur *Hesychius* in Πιτανάτης, et alii. — παστὸς torus est nuptialis, quem jam in Clearistae thalamo stratum fuisse ait *Antipater*. Junguntur παστοὶ καὶ θάλαμοι in Epigr. ἀδεσπ. DCCX. ἐκ δ' ἐμὰ παστῶν Νύμφην κἀκ θαλάμων ἥρπασ' ἄφνως Ἀΐδας. et in alio, quod *Br.* inseruit Lectt. p. 303. οὔπω νυμφείου θαλάμου καὶ παστάδος ὥρης γευσαμένην. *Philodem.* Ep. XXIV. τὸν ἡμίσπαστον ἀπὸ κροκέων ἐμὰ παστῶν. Vide notas ad *Philippi Thess.* Ep. LIV. ubi corrigo:

σοὶ παστὰς φίλος ἦν καὶ ὁ χρυσοκόμης Ὑμέναιος
καὶ λιγυρῶν αὐλῶν ἡδυμελεῖς χάριτες.

ubi vulgo σοὶ παιὰν non satis apte legitur. — V. 3. δι' ὠλένιον. *Jens.* quod *Heringa* in διωλύγιον mutare conabatur. *Reiskius* voculas temere discerptas conjunxit, διωλένιον, ipse tamen interpretationem suam parum diserte interpretatus. διωλένιος is dicitur, qui brachia sublata gerit, quales multos videre licet in priscis monimentis λαμπαδοφόρους. Epitheton ab iis, qui faces gestabant, ad ipsas faces translatum est, ita ut fax protensa, sublata significetur. *Schneiderus* tamen διωλένιοι legendum suspicabatur, comparans *Arati* Phaen. v. 202. ἀλλ' ἔμπης κἀκεῖθι διωλενίη τετάνυσται. *Schol.*: διωλενίη. ἐκτεταμένας ἔχουσα τὰς χεῖρας. — V. 5. Δμωαὶ et ἐφ' ἁρπάξασα Cod. Vat. — V. 7. ἐκόψαντο. Vat. Cod. — In fine carminis membranae θάλαμον praebent; quod variis conjecturis locum fecit. *Heringa* dure et contorte: σ. ἄγχι θυρέτρων Ἄλλαστον κῆδος στερνοτυπεῖς θάλαμον. Longe melius quoad sensum Lipsiensis editor: οὐχὶ χορείαν, Ἀλλὰ τ. κ. στερνοτυπῆ

μλεμων. Metri difficultates non curabat vir doctissimus. Merito *Brunckius* his conatibus praeferebat conjecturam *Musgravii* ad Eurip. Suppl. v. 603. κόταγον corrigentis, quod huic loco unice convenit. Exprimit hoc vocabulum non minus strepitum saltantium et plaudentium in thalami limine, quam planctum lugentium et pectora ferientium. χειροτυπὴς πάταγος. *Meleager* Ep. LX. θαλάμων ἐκπλαταγεῦντο θύραι. Id. Ep. CXXV. ἄμφω καταπαταγεῦσαι τὰ στέρνα. *Eustath.* in Amor. H. et H. p. 448.

XCIX. Cod. Vat. p. 243. Ἀντιπ. Σιδων. Planud. p. 219. St. 319. W. In Ptolemaeum, regis Aegyptii filium, qui ante regnum initum pestilentiae contagio abreptus periit. *Reiskius* in Not. poët. p. 186. suspicatur, hunc Ptolemaeum filium fuisse Ptolemaei Epiphanis, et fratrem Ptolemaeorum Philometoris et Physconis. Nititur haec conjectura nomine Andromachi, quem *Antipater* Ptolemaei nostri nutritorem vocat. Jam Andromachum et Nicolaïdam legatos a Physcone Romam missos legimus ap. *Polybium* L. XXXIII. 5. 4. Quum Andromachi nomen inter Graecos minime sit infrequens, sponte apparet, hanc conjecturam non multum habere ponderis; nec tamen in hac incertitudine ulterius progredi licet. — V. 1. ἐπὶ μόρια habet Plan. Vat. Cod. et *Suid.* qui hoc distichon laudat in τείρει T. III. p. 457. — *Stephanus* notavit etiam pro πλοκάμους ap. *Suidam* μαστοὺς legi; ubi, non indicans. — Vulgata lectio servanda videtur: μυρία σοὶ ἔτι πατὴρ, μυρία μήτηρ τειρομένα. Comma post πατὴρ ponendum. — V. 3. 4. laudat *Suid.* in τιθηνὰς T. III. p. 467. τιθηνήτειρα — πολλὰ τιθηνήτειρ' ὠλοφύρατο χ. ἀμήσας' Ἀνδρομάχης δ. quae lectio orta videtur ex ea, quam Planud. et Vat. Cod. habent, Ἀνδρομάχοις, quaeque ap. ipsum *Suidam* reperitur v. ὀλοφυρεῖν T. I. p. 612. ubi ἀμήσας legitur, terminatione mascula et forma vulgari, quam Vat. quoque Codex et Planud. tuentur. — V. 5. Inveteratum hujus versiculi vitium ἰκνῷ

δέψατο χ. in quo cum Planud. conspirat Vat. Cod. qui conjunctim ἐπανιδέψατο legit, et *Suidas* v. δέψατο T. I. p. 513. et v. ἐπανῇ T. I. p. 665. nemini interpretum suspectum fuit ante *Scaligerum*, qui in notis mstis ἐπ' ἀνελέψατο (voluit ἀνελέψατο) praeclare restituit. Hanc *Scaligeri* emendationem ignoravit *Huetius*, qui p. 22. ἐπ κατελέψατο correxit, partem certe veri probe intelligens. Plane sic, ut *Scaliger*, hunc locum emendandum vidit *Bentlejus*, cujus correctionem *Kusterus* laudat ad *Suid.* v. δέψατο, unde *Br.* eam accepit. *Hesych.* ἐλέπτειν: τίλλειν. λεπτίζειν. κολάπτειν. Sed emendationis veritas inprimis apparet ex *Callim.* H. in Dian. 76. στήθεος ἐκ μεγάλου λασίης ἐδράξαο χαίτης, Ὤλοψας δὲ βίηφι. Quod ante oculos habuit *Nonnus* Dion. XXI. p. 558. ἀνδρὸς ἀμαιμακέτοιο κόμην ὄλοψε Πολυξώ. Vide *Ruhnken.* Epist. crit. p. 145. — V. 6. Εὐρώπας δόμος. *Propert.* L. I. El. 6. 4. *Ulteriusque domos vadere Memnonias.* L. II. El. 8. 20. *Et domus intactae te tremit Arabiae.* ubi vide *Burmannum.* — V. 7. 8. Hoc ante oculos habuit *Crinagoras* Ep. XXXVIII. ubi scribendum videtur:

Καὐτὴ δή ῥ' ἤχλυσεν ἀκρέσπερος ἀντέλλουσα
Μήνη, φέγγος ἑὸν νυκτὶ καλυψαμένη.

Vulgo πένθος legitur. Apud nostrum correxerim:

καὶ ῥ' αὐτὰ — —

— V. 8. 9. Vat. Cod. in contextu omittit; adscripti sunt margini. — V. 9. 10. excitat *Suid.* v. θοινήτωρ T. II. p. 209. neglecto Dorismo. λοιμὸς θοινάτας, quia pestis contagione serpit; de quali morborum genere θοινᾶσθαι usurpant. *Eurip.* in Phil. ap. *Aristot.* Poët. 12. φαγέδαινα, ἥ μου σάρκας θοινᾶται ποδός. Simili metaphora Philoctetis morbus διάβορος et ἀδηφάγος νόσος vocatur in *Sophocl.* Phil. v. 7. et 313. Idem in Trach. 770. εἶτα φοινίας Ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὣς ἐδαίνυτο. Vestimentum venenatum πλευραῖσι προσμαχθὲν ἐκ μὲν ἐσχάτας βέβρωκε σάρκας.

— V. 10.

— V. 10. σκήπτρων. Vat. Cod. — V. 11. Te post mortis tenebras non Orci receperunt tenebrae; tales enim reges non Orcus sibi vindicat, sed Jupiter ipse in Olympo collocat. Similia de Christianis praesertim passim in Epitaphiis. Conf. Ep. ἀδέσπ. DCLXXXIII. et sq. quod *Gregorii* est *Theologi*. Conf. not. ad Scolion VII. p. 297. et ad *Simonid.* Ep. XXXIII. p. 221. Inprimis comparandus *Theocrit.* Eid. XVII. 45. πότνι' Ἀφροδίτα, Σοὶ τήνα μεμέλητο· σέθεν δ' ἕνεκεν Βερενίκα Εὐειδὴς Ἀχέροντα πολύστονον οὐκ ἐπέρασεν κ. τ. λ. quem locum ante oculos habuit *Nonnus* Dion. XII. p. 334. Ζώει τοι, Διόνυσε, τεὸς νέος· οὐδὲ περήσει Πικρὸν ὕδωρ Ἀχέροντος.

C. Vat. Cod. p. 244. Ἀντιπάτρου. In Planud. p. 203. St. 295. W. ἄδηλον est. Dicitur scriptum esse in eos, qui cum Leonida ad Thermopylas occubuerint. Mirum est, quod illi dicuntur adamasse ἀίδαν ἐνύπνιον, mortem somnium, seu, ut somnium, *Brodaeo* interprete. Aliud quid olim scriptum fuisse, probabile est. Putabam:

οἵδ' ἀίδαν στέρξαντες ἐνόπλιον — —

mortem in pugna et armis. Supra Epigr. LXXXIV. ἀίδαν ἄλλιμον εἰλόμεθα. ἐνόπλια παίγνια dixit *Plato* de LL. VII. p. 796. Hac lectione totius distichi sensus valde erigitur. Hi, quod mortem appetiverunt fortium virorum, non, ut ceteri, columnam, sed ipsam virtutem virtutis suae monimentum acceperunt. Huic autem conjecturae merito confido, cum *Casaubonum* in eandem incidisse videam. — Pro ἅπερ ἄλλοι Vat. Cod. ἅτερ ἄλλος. ἄλλος etiam Aldina pr. et Ascens. legit. In altero versu malim:

ἀλλ' ἀρετὰν μνᾶμ' ἀρετᾶς ἔλαχον.

Haec uncialibus scripta APETANMNAM quomodo in APETAN ANT abire potuerint, sponte apparet. *Simonides* Ep. XLVII. κάλλιστον δ' ἀρετῆς μνῆμ' ἔλιπον φθίμενοι. Idem Ep. XL. ἀντ' εὐεργεσίας μνᾶμ' ἀνέθηκε τόδε.

¶. 35.] *CI.* Cod. Vat. p. 244. Ἀντιπ. Σιδ. Εἰς τοὺς ἐν Ἰσσῷ Περσῶν πεπτωκότας ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα μάχῃ. Plan. p. 200. St. 291. W. — V. 1. προβολῆσιν Plan. προβολὰς, quae vox de murorum munimentis proprie usurpatur, de rupibus et saxis prominentibus explicat *Salmas.* ad Solin. p. 604. sq. nixus praesertim loco *Harpocr.*: πρόβολοι. αἱ εἰς θάλασσαν ἐγκείμεναι πέτραι, καὶ οἷον ἀκταί τινες. Loca *Demosthenis*, ad quae *Harpocration* respexit, laudat *Valesius* p. 65. qui *Polybii* quoque locum excitat, L. I. 53. ubi προβολὴ eodem sensu occurrit. Vide *Schweigh.* T. V. p. 285. Nihil igitur est in hac lectione, quod merito vituperes. Cum tamen Vat. Cod. προμολῆσιν praebeat, hanc lectionem *Br.* praetulit. *Suidas:* προμολῆσιν. ἐξοχαῖς. ἀκρωρείαις. *Damaget.* Ep. V. παρὰ προμολῆσιν Ὀλύμπου. — V. 3. 4. laudat *Suidas* in οἶμος T. II. p. 666. — ἐφ' ἑστόμεθα. Vat. Cod.

CII. Cod. Vat. p. 251. Ἀντιπ. Σιδ. Plan. p. 221. St. 322. W. In puerum, venti impetu de navis tabulato deturbatum. — V. 2. ἐρειπόμενος. Vat. Cod. — V. 3. ὁ Θρῇξ ἄνεμος. Boreas vere Thracius, i. e. ferus, saevus, humanitatis expers. *Thrace* ap. *Statium* Theb. V. 84. *saeva* vocatur. *Impia Thracum pectora* ex *Horatio* nota, Epod. V. 14. — De Borea Thraciae vide not. ad *Simonid.* Ep. CV. p. 266. — V. 5. ἀνοικτείρμων omnes eddtt. usque ad *Stephanum.* Crudelitatis poëta accusat Ino, Melicertae matrem, quae, sui filii a Nereïdibus servati immemor, puerum, Melicertae aequalem, non servaverit. Ino navigantibus opitulari putabatur. *Orpheus* H. in Leucoth. LXXIII.

CIII. Cod. Vat. p. 427. Ἀντιπ. Σιδ. Plan. p. 19. St. 36. W. In vernam puerum, qui in mare delapsus perierat. — V. 3. ἀντί. Omittit poëta commemorationem rei, quam eventus docet. Puer cum ad maris litus prorepsisset, fluctibus absorptus est; quo facto πλεῖον ἔτι τοῦτον

μαζῶν, paulo plus bibit, quam materna ipsi mamma solebat porrigere. — Frigidum carmen.

CIV. Cod. Vat. p. 280. Ἀντιπάτρου. Εἰς Ἀρετημίαν τὴν Κνιδίαν μετὰ τὸ τεκεῖν τελευτήσασαν. Planud. p. 234. St. 340. W. Hoc carmen expressit *Heraclides* Ep. I. p. 261. — V. 1. Ἀρετημίας. Vat. Cod. et ἱκέτου vitiose. — V. 2. δυσμόρων. Vat. Cod. ᾐδῖνι Planud. — V. 3. Vat. Cod. νέφ a pr. man. Superscriptum νέον, quod fortasse verum. *Tymn.* Ep. VI. ὤλετο δαιμονίῃ Ἀρτιτόκος· τὸ δὲ Μοῖρα κατῆγε νέον βρέφος ᾅδην. ut nos quidem hunc locum corrigendum putamus. *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 13. conjicit: ἄρτι τεῷ Φ. quod vulgata deterius est. — V. 4. Δωρίδες. Mulieres Cnidiae. De Rhodiis agens *Strabo* L. XIV. p. 965. C. Δωριεῖς δ' εἰσὶν, ὥσπερ καὶ Ἁλικαρνασσεῖς καὶ Κνίδιοι καὶ Κῷοι. Ut hic *Antipater* mulieres Cnidias Aretemiadi in Orco obviam venientes fingit, sic *Statius* de Priscillae apud inferos adventu in Sylv. L. V. 1. 253. *si quando pio laudata marito Umbra venit, jubet ire faces Proserpina laetas, Egressasque sacris veteres Heroïdas antris Lumine purpureo tristes laxare tenebras, Sertaque et Elysios animae praesternere flores.* — V. 5. ξαίνουσα. Proprie qui unguibus genas *radunt*, ξαίνειν dicuntur παρειάς. Hoc loco paulo generaliori significatione accipitur, ut ap. *Euripidem* in Troad. 509. δακρύοις καταξανθεῖσα. quae verba idem plane significant ac δακρύοις ἐκτήκειν χρόα ap. eund. in Helena 1435. Vide *Abresch.* in Aeschyl. L. II. p. 264. Non igitur opus est emendatione *Gilberti Wakefield* l. c. ψαίουσα corrigentis. — V. 6. ἄγγειλας καὶ ἀνιαρὸν ἔπος Vat. Cod. quod vulgatae praeferendum. ἀγγέλλειν h. l. pro λέγειν simpliciter. — V. 7. ὠδίνουσα. Vat. Cod. Pro τέκος Aldina sec. τέκον. In marg. Plan. εὕρηκεται καὶ ὦ φίλαι. unde *Brunckius* eleganter corrigit:

δίπλοον ὠδίνασα, φίλαι, τέκος — —

quam correctionem non improbare debebat doctissimus *Wakefield.* Comparandus *Ausonius* in Parent. XXIII. 17.

Quatuor ediderat nunc facta puerpera partus: Funera sed tumulis jam geminata dedit. Sit satis hoc, Pauline pater; divisio facta est. Debetur matri cetera progenies. Conf. Epigr. ἀδέσπ. DCCXXX. Similia collegit *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 51. — V. 8. Εὐφρονι tentat *Scaliger*; male. Εὔφρων tuetur *Heraclid.* l. c. Εὔφρονος ἥλθον εἰς λέχος. — Si tamen pro φθιμένοις alicubi reperiretur φθιμένη, id lubenter amplecterer.

¶. 36.] *CV.* Vat. Cod. p. 232. Ἀντιπ. Σιδων. Planud. p. 240. St. 349. W. In aucupem, quem, dum avibus struebat insidias, vipera mordens occiderat. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in Βιστονίη T. I. p. 435. et in ψῆρας T. III. p. 704. Loco priore ὑψιπέτην legitur. Βιστονίη vocatur grus, quae in Thracia praecipue nasci putabatur. Discessurae dicebantur ad Hebrum congregari indeque in Aegyptum pergere. Vide *Bochartum* in Hieroz. T. II. p. 70. sq. Sementem sequuntur, terrasque, cum grana deficere vident, relinquunt. Hinc σπέρματος ἁρπάκτειρα. Grues autem fundis dejiciebantur. *Virgil.* Aen. L. XI. 578. *Tela manu tenera jam tum puerilia torsit, Et fundam tereti circum caput egit habena; Strymoniamque gruem, aut album dejecit olorem.* — κῶλα ἑλιξαμένη fundam circumscribunt. — V. 3. 4. *Suidas* in ἄπωθεν T. I. p. 274. et in κῶλα T. II. p. 361. tandem in ῥοῖζον T. III. p. 260. Tertium versum solum in χερμαστὴς T. III. p. 664. Idem laudat v. 5. 6. in αὐτήτειρα T. II. p. 743. et v. 6. in ἀνεῖσα T. I. p. 744. De dipsade videndus *Aelianus* H. A. VI. 51. — V. 7. ὣς in Vat. Cod. a lineae superscriptum, ὣς; ibidem λεύσων legitur. — V. 8. τοὐμπαλιν. Vat. Cod. — Veteres edd. et duo regii Planudeae πῆμα exhibent. Ap. *Stephanus* κῦμα. Ducta sunt verba ex *Homer.* Il. λ. 347. νῶϊν δὴ τόδε πῆμα κυλίνδεται ὄβριμος Ἕκτωρ.

CVI. Cod. Vat. p. 286. Ἀντιπ. εἰς Δάμιδα τὸν Νυσαέα ναυηγὸν ὑπὸ ψύχους τελευτήσαντα. Planud. p. 255. St.

369. W. — In Damidem nautam, qui in ipso portu sive crebro cadente perierat. — V. 1. Δᾶμις ὁ Νησαιεὺς Vat. Cod. In Planud. regio optimo ὁ Νησαιεύς. In cod. *Jani Lascaris* ὁ Νικαιεὺς et suprascriptum Νικαιεύς. Vide de hac forma Stephanum Byz. in Νίκαια. Sed hanc lectionem emendanti librario deberi suspicor. Vaticani aliorumque Codd. lectio eo ducit, ut corrigendum dicas:

Δᾶμις ὁ Νυσσαιεύς — — —

Vide *Steph. Byz.* in Νύσσα. Similiter peccatum est in Epigr. *Antiphili* XLI. ubi lectio Vat. Cod. Γλαῦκος ὁ νησαίοιο in Νεσσαίοιο mutanda et de freto Nessaeo explicanda est. — V. 5. Navem simul cum hominibus et omni onere salvam in portum perduxit. ἀσκηθεὶς omnes vett. edd. praeter *Stephan.* qui tamen ipse in notis intellexit, melius scribi ἀσκηθεῖς. Hoc verum. — V. 6. ἠ μύσας. Plan. Junctim ἠμύσας legendum censebat *Stephanus*, apostrophen esse putans. Huic opinioni nonnihil patrocinatur versu sequ. ἴδυ, ut in Cod. Vat. ed. Flor. Ald. pr. et Ascens. legitur. Sed vel sic apostrophe locum non habet post κάτθανεν. ἠμύσας, non ἤμυσας, legebat *Brodaeus*, qui vertit: flecto, inclino, cado; et *Opsopoeus*: cum inclinasset, se scil. Hanc lectionem *Brunckius* inconsiderate mutavit, μύσας corrigens, quo recepto non satis video, quomodo metrum salvum esse possit: μυσας | ὁ πρεσ | βυς ἴδ' | ὡς λιμε | να — cum ἠμύσας et metro et sensui satisfaciat. ἠμύειν dici potest is, qui sedens somnum capit, inclinato capite. *Apollon. Rhod.* L. II. 581. οἱ δ' ἀειδόντες Ἤμυσαν λοξοῖσι καρήασιν. *Homer.* Il. Θ. 306. Μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥτ' ἐνὶ κήπῳ Καρπῷ βριθομένη, νοτίῃσί τε εἰαρινῇσιν· Ὣς ἑτέρωσ' ἤμυσε κάρη πήληκι βαρυνθέν. Id. Il. τ. 405. ἄφαρ δ' ἤμυσε καρήατι. — In Cod. Vat. vitiose ἠμύας ὁ πρ. — Pro ἴδυ, quod Aldus in suis Codd. invenit, ἴβυ exhibet Ed. Ald. filior.; quod pro mero typographorum errore habendum est. ἴβυ tamen huic loco etiam conveniret.

CVII. Cod. Vat. p. 265. sq. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 243. St. 354. W. In Polyxenum quendam, qui, cum a coena per noctis tenebras domum rediret, de lubrica via delapsus periit. Expressum videtur ex *Leonid. Tar.* Ep. LXXV. — V. 1. Διόνυσον. Cod. Vat. — V. 5. Hinc Polyxenum Smyrnaeum fuisse intelligitur. Quo loco autem perierit, non dicitur. Certe non in loco patriae propinquo, ut apparet ex verbis ἑκὰς Σμύρνης, et ex Archetypo: ἀντὶ δὲ γαίης Πατρίδος ὀθνείην κεῖμαι ἐφεσσάμενος. An v. 3. pro ἐγρόθι (Ed. Flor. ἐγρόθι) olim Ἀγρόθι fuit?

p. 37.] *CVIII.* Cod. Vat. p. 308. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 252. St. 365. W. Aristagoras, postquam famosissima quaeque maris loca salvus praeternavigaverat, in ipso portu naufragium fecit. — V. 1. θάλαττα bis, vulgo. Mare ubique mare, ubique ferox et perfidum. Similiter *Petronius* c. XLII. *Sed mulier est mulier! milvinum genus.* si recte emendavimus. — V. 2. ὀξείας. *Casaubonus* adscripsit: *cautes vel insulae.* Proprie ὀξεῖαι sunt rupes asperae in mari exstantes. *Lucian.* T. VIII. p. 162. Bip. ἀπόξυροι δέ εἰσι πέτραι καὶ ὀξεῖαι, περιθηγόμεναι τῷ κλύσματι. *Pollux* L. I. 115. χοιράδες, ἄκραι χειμέριοι, ὀξεῖαι. Sed hoc loco nomen proprium regionis cujusdam naufragiis infamis requiritur. Nec dubites, quin scribendum sit:

καὶ Ὀξείας ἠλεὰ μεμφόμεθα.

Sunt enim Oxiae insulae in mari Ionio, prope Echinadas. Vide *Strabon.* L. X. p. 458. *Stephanus Byz.* in Ἀρτέμιτα. — ἔστι δὲ πλησίον τῶν Ὀξειῶν νήσων νῆσος Ἀρτέμιτα. Ῥιανός· οἱ Θεσσαλικῶν (fort. Ῥιανὸς ἐν Θεσσαλικῶν δ. vide *Fabric.* Bibl. Gr. IV. p. 658.) Νήσοις Ὀξείῃσι καὶ Ἀρτεμίτῃ ἐπέβαλλον. ubi *Pinedo* Ἀρτεμίτῃ corrigit. — Has igitur regiones *temere* prae aliis incusari ait. ἠλεά. *Callimach.* ap. *Etym. M.* ἠλεός, μάταιος. — ἠλεὰ μὲν ῥέξας, ἐχθρὰ δὲ πεισόμενος. — V. 3. τοὔνομ' ἔχουσι. ὄνομα in talibus *praetextus* est. ὄνομα καὶ πρόσχημα jungitur ap. *Polyb.* L. XI.

6. 4. μετ' ἀνεμώνων καλὴν *Thucyd.* L. V. 89. Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 82. — ἐπεί. Quod nisi ita se haberet, quemodo, quaeso, factum esset, ut me, his omnibus vitatis, portus Scarphaeus obrueret? — V. 5. γόνιμον. Jam totam rem concludit poëta: Secunda fortuna est, quae reditum efficit; hanc sibi quisque precator. εὔπλοιαν νόστιμος, secunda navigatio, quae in locum destinatum ducit, σωτήριος, ἀνακομιστικός, ut *Hesych.* interpretatur v. νόστιμον ἦμαρ. Passim οὔριος est *salutaris*, *secundus* simpliciter, nullo ad vocis originem respectu habito. Vide *Spanhem.* ad Callim. H. in Cer. 134. — ὡς τά γε πόντου πάντες. Nam mare quidem ubique sui simile esse, mea experientia edoctus scio. *Propert.* L. II. El. XIX. 64. *An quisquam in mediis persolvat vota procellis, Cum saepe in portu fracta carina natet.* L. III. 5. 50. *Ventorum est, quodcunque paras: haud ulla carina Consenuit: fallit portus et ipse fidem.* — In Edit. Lips. vitiose εὔπλοιαν excusum.

CIX. Cod. Vat. p. 408. Plan. p. 21. St. 33. W. Gorgo vetula gravi tonitru perterrefacta ad focum mortua concidit. — V. 1. χειμέριον. Plan. et Vat. Cod. In edit. *Hieronymi de Bosch* χειμέριον video excusum, quod consulto factum esse non puto. — ἄνθρακι Vat. Cod. — V. 2. ἐξεπάταξε, terrore percussit, attonitam reddidit. *Homer.* Od. ε. 326. σύ γε τις φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσί. ἐκπεπληγμένος. ἄφρων. *Hesych.* — V. 3. κατήμυσε. exstincta est, oculos clausit. *Callimach.* Ep. XLV. κἠπὶ ἐμοῦ ἐκεῖνον ἐδόγμεον ἐπὶ χερσίν. Plene Auctor Ep. ἀδεσπ. DCLX. καθαρῶς τοὺς γλυκεροὺς. ἔμυσας. *Philo* Tom. I. p. 645. 31. καμμύσαντες τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα. Vide *Merrick* ad Tryph. v. 15. *Intpp.* *Thomae M.* p. 175. — πνεύμονα ψυχθεῖσα. pulmonibus subito contactis frigore. Laudat *Brodaeus* *Galenum* περὶ αἰτίων συμπτ. Καὶ ἀπέθανον ἤδη τινὲς ἐπὶ φόβοις ἐξαιφνιδίοις, ὅταν ἀσθενὴς φύσει ψυχὴ ἰσχυρῷ πάθει κατασχεθῇ καταψυχθῇ τε καὶ καταπνιγῇ. — V. 4. πρόφασις. Se-

qui sibi primus regium nomen arrogavit. Hunc cum cetera regia familia appellat πορφυρέους μώλωπας, i. e. servos flagellorum vibicibus terga signata habentes, propter Philetaerum, Lysimachi eunuchum, qui primus Pergamum a Lysimacho avertit, sibique subjecit, ingenti gaza, quae ipsius fidei a Lysimacho commissa erat, occupata. Propter hanc causam poëta ejus successores ἀποῤῥινήματα γάζης A. vocat, quasi scobem et purgamenta dixeris. In πορφύρεοι ludicra est ambiguitas. Simul enim ad vibicum colorem, simul ad purpuram regiam respicitur. De Philetaero ejusque familia diserte tradidit *Strabo* L. XIII. p. 925.

DAMAGETAE EPIGRAMMATA.

T. 38.] *I.* Inducendum est hoc distichon, quod librarii errore *Damagetae* tributum est, cum pars sit Epigrammatis *Antipatri Sid.* XXV. ubi vide notas.

II. Cod. Vat. p. 194. Primus, quod sciam, edidit *Reiskius* in Anth. nr. 495. p. 42. Repetivit *Toup.* in Cur. nov. p. 165. Arsinoë, Ptolemaei filia, Dianae comae suae cincinnum dedicat. Plures tamen fuerunt hujus nominis puellae in Ptolemaeorum familia, inter quas illa, quam Philadelphus in matrimonium duxit, notissima. — V. 1. laudat *Suidas* in ἀλκήεντας T. I. p. 117. unde veram lectionem recepit *Reiskius.* Nam in Cod. Vat. ἀκήεντας habetur, quod *Br.* in Analect. in αἰκήεντας mutavit; in Lect. ἀλκήεντας restituendum censet. — V. 2. 4. ap. *Suid.* in πλόκαμον T. III. p. 132. cujus lectionem τὸν δ' ἀνέθηκε κόμης a *Toupio* lectioni Vat. Cod. non sine causa idonea praelatam esse censet *Brunckius.* — V. 4. ἱμερτοῦ πλοκάμου. Sic cod. noster et Suidas: subauditur ἀπὸ vel μέρος. Emendabat Salmasius ἱμερτὸν

»πλέκεμεν, quod minime necessarium est.« *Br.* *Toupius* ἀμαρτοὺς πλευμένους corrigebat. Idem vir doct. in marg. apogr. Lips. notavit.

III. Anth. Plan. p. 2. St. 4. W. Spartanus luctator, nescio quis, gloriatur, se non arte, ut Messenios et Argivos, sed corporis vi et robore pollere. Praeclare ad hoc carmen illustrandum facit locus *Plutarchi*, a *Brodaeo* excitatus, T. II. p. 233. E. τοῖς παλαίουσι παιδοτρίβας οὐκ ἐφίστανον οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα μὴ τέχνης, ἀλλ' ἀρετῆς ἡ φιλοτιμία γένηται. Apud Argivos autem ars palaestrica inprimis floruit. *Diotim.* Ep. V. Ἀργείων ἁ πάλα, οὐ Λιβύων. Cf. *Theocrit.* Eid. XXIV. 109. — ἀπὸ Μεσσάνας: *Brodaeum* impugnat *Burmannus Sec.* ad Numism. Sic. in *Dorvillii Sicul.* T. II. p. 300. quod hunc locum de Messeniis, Peloponnesi incolis, acceperit. Messenen Peloponnesi nunquam a veteribus Μεσσάναν appellari, quod nomen Messanae Siciliae proprium fuerit. Quod si verum est, Μεσσήνης scribendum; Siculos enim arte luctandi excelluisse, nemo tradidit. Sed apud *Nicandrum* quoque *Colophonium* Ep. III. Μεσσάνα scribitur, ubi, nisi omnia fallunt, de Messene Peloponnesi agitur.

Ex Tom. III. p. 331.] *III* [a]. »Planud. p. 309. St. »449. W. Damagetae tribuitur hoc Epigr. quod multo »recentioris pessimique poëtae esse videtur. μείζων in »2. vers. (sic enim in Flor. edit.) contra metrum; quod »autem reposuerunt μεῖζον, contra syntaxin est. Inepta »est ταυτολογία in 4. vers. ὑπὲρ ζωᾶς καὶ βιοτᾶς, cujus »vitium paulisper minueretur, scribendo ὑπὲρ ψυχᾶς καὶ »βιοτᾶς. Nihil in toto carmine, quod non ex aliis emen»dicatum. Cura, qua v. 2. emendavi, supersedere po»tuissem.« *Br.* Scriptum est, cujuscunque tandem auctoris fuerit, in Herculem cum leone Nemaeo pugnantem; in quo argumento versatur etiam *Archias* Ep. XXVII. Praeter tautologiam versus quarti non video, quid nos

in hoc carmine tantopere offendere debeat, ut illud ex *Damagetae* carminibus eximendum esse statuamus. Interpolatum tamen videtur et depravatum. — V. 2. πολλὸν ὁ μὲν θηρῶν μείζων. Vulgo. Metri vitium tollere conantes μεῖζον nonnulli dederunt. Hic desideramus melioris codicis opem. Nostra lectio audax est et mire vitiosum *Brunckii* commentum, cui talem versum excidere potuisse miror. Nihil in talibus mutari tutius. — V. 3. ὄμμα λοξὸν. *Gregor. Nazianz.* in Vita sua p. 28. D. κάπροι — λοξὸν βλέποντες ἐμπύροις τοῖς ὄμμασιν συνῆπτον. *Theocrit.* in Hercule λεοντοφόνῳ v. 241. ὁ δέ μ' εἶδε περιγληνώμενον ὄσσοις θὴρ ἄμοτος. — V. 4. Non dubito, quin interpolatus sit hic versus. Fortasse scribendum:

— ὑπὲρ ζωᾶς αἰνόβιος σφετέρας.

sive:

— — — αἰνολέτας σφετέρας.

Leonem Nemaeum αἰνολέοντα vocat *Theocrit.* Eid. XXV. 168. et θηρίον αἰνὸν 205. — V. 6. Omnem circa Nemeam regionem leonis illius timor desertam reddiderat. *Theocrit.* l. c. 218. οὐδὲ μὲν ἀνθρώπων τις ἔην ἐπὶ βουσὶ καὶ ἔργοις φαινόμενος σπορίμοιο δι' αὔλακος, ὅντιν' ἐροίμην· Ἀλλὰ κατὰ σταθμοὺς χλωρὸν δέος εἶχεν ἕκαστον. — Pro Νεμέα tres Aldinae Νεμέᾳ legunt.

IV. Cod. Vat. p. 286. Edidit *Jensius* nr. 54. *Reisk.* in Anth. nr. 704. p. 134. Thymodes filio Lyco, qui in fluctibus perierat, cenotaphium exstruit. — V. 1. Θυμώδης *Jens.* unde *Reisk.* Θυμοκλῆς. — V. 3. οὐδὲ γὰρ ὀθνείην ἔλλαχεν κόνιν. Hoc tam indubitanter pronuntiari miror. Verisimile erat, naufragi corpus in litore alicubi putrescere; certum non erat. Quare recte v. 5. ἔνθ' ὅγε που, ubi ille *fortasse* insepultus jacet. Haec efficiunt, ut scribendum censeam:

οὐδὲ τάχ' ὀθνείην ἔλαχε κόνιν.

Triste est et parvum fortunae munus, in terra peregri-

ne humari; sed ne hoc quidem Lyco contigisse probabile est. — V. 4. νήϊας ἢ γείτων Ποντιάδος τις ἔχει. *Jensius.* unde *Bernardus* in Epist. ad Reisk. p. 507. infeliciter corrigit: ἢ γείτονος ποντίας ὅστις ἔχει. Veram lectionem, quam *Br.* ex codice dedit (ubi νηὰς legitur) absque codice perspexerunt *Lennep.* et *Ruhnkenius* in Ep. crit. p. 121. *Reiskius,* reliqua recte corrigens, ἀκτὴ νηΐας (Bithyniae aut Phrygiae litus. *Schol. Apoll. Rh.* L. I. 1116.) perperam scripsit. Codicis tamen lectionem idem retineri posse putans, de monte Ithacae Νήϊον cogitabat. *Brunckius* verba ἀκτὴ νηΐας interpretatur ἀκτὴν νηῶν δεκτικὴν, litus, ubi naves stationem habent. Sed tum prorsus inepte suspicatur poëta, naufragi corpus insepultum jacere in litore navibus frequentato. Adde, quod omnino ad miserationem faciendam non ejusmodi litus, sed potius saxosa aliqua et deserta regio fingi debebat. Et sic in hoc argumento passim fieri video. *Antip. Thess.* Ep. LXVI. κεῖσαι δὴ ξείνῃ γυμνὸς ἐπ' ἠϊόνι Ἤ σύ γε πρὸς πέτρῃσι. *Zonas* Ep. IX. ἀλλά σ' ἐρημαῖοί τε καὶ ἄξεινοι πλαταμῶνες Δέξοντ' Αἰγαίης γείτονες ἠϊόνες. *Archias* Ep. XXXIII. ἢ γὰρ ἀλιῤῥήκτοις ὑπὸ δειράσιν, ἐγγύθι πόντου Δυσμενέος, ξείνων χερσὶν ἔκυρσα τάφου. Quae cum ita se habeant, veram lectionem in νηΐας latere suspicor. Alii aptius epitheton circumspiciant. — Ποντιάδων *Ruhnkenius* et *Reiskius* de nomine proprio insularum Ponti Euxini acceperunt; *Brunckius,* ut videtur, de appellativo. Hoc melius. Non multum quidem ponderis hoc epitheton habet; sed multa occurrunt hujus generis et hoc ipsum vocabulum ap. *Euripid.* Iph. Aul. 253. ποντίας νῆας. — V. 5. πάντων κτερέων. ne parvo quidem pulveris munere accepto. — ἀξείνου. in litore inhospitali, ubi nemo de humando naufrago cogitaverit. Si Ποντιάδων recte scribitur, verba ἀξείνου αἰγιαλοῦ ad maris Euxini, quod etiam Ἄξεινος vocatur, litora referenda sunt.

¶. 39.] *V.* Cod. Vat. p. 209. Planud. p. 269. St. 388. W. sine auctoris nomine. Comparandum Epigr. *Antip. Sidon.* LXVII. et Epigr. *Palladii* in Anth. Lat. T. I. p. 99. — V. 1. 2. *Suidas* laudat in προμολῆσαι T. III. p. 190. Ut de omni Orphei vita, sic etiam de ejus sepulcro diversa traduntur. Fuerunt, qui eum Dii in Macedonia sepultum dicerent. *Diogen. Laërt.* Prooem. §. 5. *Pausan.* L. IX. p. 769. Ἰόντι ἐκ Δίου τὴν ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ στάδια προεληλυθότι εἴκοσι, κίων τέ ἐστι ἐν δεξιᾷ, καὶ ἐπίθημα ἐπὶ τῷ κίονι, ὑδρία λίθου. Ἔχει δὲ τὰ ὀστᾶ τοῦ Ὀρφέως ἡ ὑδρία, καθὰ οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι. — V. 3. *Suidas* v. ἐπειθε T. I. p. 261. In Cod. Vat. σὺν ἅμ' divisim. — V. 4. ὑλακόμενον ἀγέλα. Vat. Cod. ἀγέλη. Planud. — V. 5. ὀπηδόντα. Cod. Vat. μυστηρίδας Βάκχου. Erat in Helicone Orphei statua, adstante Τελετῇ. πεποίηται δὲ περὶ αὐτὸν λίθου τε καὶ χαλκοῦ θηρία ἀκούοντα ᾄδοντος. *Pausan.* l. c. p. 768. *Damageses* noster mysteria Orphica cum Bacchicis confundit, quae illis recentiora fuisse, dubitari non potest. — V. 6. ἡρῴῳ ποδί. heroico metro primus aptavit verba: Fuerunt igitur, qui Orpheum pro hexametri inventore haberent. Primos versus heroïcos a vatibus Delphicis concinnatos esse, tradit *Plin.* H. N. VII. 57. Haec res ejusmodi est, ut vel vetustissimi Graecorum scriptores nihil certi de ea pronuntiare potuerint. — V. 7. 8. *Suidas* in ἀκήλητον T. I. p. 83. et in Κλύμενος T. II. p. 333. οὕτω λέγεται ὁ Ἅιδης, ἢ ὅτι πάντας προσκαλεῖται εἰς ἑαυτὸν, ἢ ὁ ὑπὸ πάντων ἀκουόμενος. *Pausan.* L. II. 35. p. 195. Apud Hermionenses e regione templi Χθονίας templum Κλυμένου esse narrat: Κλύμενον δὲ οὐκ ἄνδρα Ἀργεῖον ἐλθεῖν ἔγωγε ἐς Ἑρμιόνα ἡγοῦμαι· τοῦ θεοῦ δέ ἐστιν ἐπίκλησις, ὄντινα ἔχει λόγος βασιλέα ὑπὸ γῆν εἶναι. *Aristodic.* Epigr. II. p. 260. Ἤδη γὰρ λειμῶνας ἐπὶ Κλυμένου πεπότησαι, Καὶ δροσερὰ χρυσέας ἄνθεα Φερσεφόνας. Veterum loca de Clymeno collegit N. *Heinsius* ad Ovid. Fast. VI. 757. — βαρὺ νόημα καὶ ἀκήλητον θυμὸν Plutoni similiter tribuit *Virgil.* Georg. IV. 469.

ingemque tremendum Nesciaque humanis precibus mansuesce-re corda. Non satis apparet, quid in vulgata lectione offenderit *Piersonum*, qui in Verisim. p. 87. τὸν ἀκήλητον κωθμὸν corrigere tentavit. Non valde quidem elegans est vulgata, nec tamen propterea correctione indiget. Minime enim *Damagetes* melioribus Anthologiae poëtis accensendus est.

VI. Bis legitur in membranis p. 242. et p. 274. Anth. Plan. p. 199. St. 289. W. In Aristagoram, Theopompi filium, qui, pugna pro urbe Ambracia suscepta, perierat. Ad quod aevum haec historia referenda sit, ignoramus. *Schneidero* tamen judice ad illud tempus pertinet, quo Philippus, Demetrii filius, cum Epirotis urbem Ambraciam vi expugnavit, narrante *Polybio* L. IV. 61. T. II. p. 144. sq. Si hoc Epigramma ex antiquiore poëta expressum est, putaveris, scriptum esse in Lacedaemonium (Δωρικὸν ἄνδρα) aliquem ex iis, qui anno septimo belli Peloponnesiaci Ol. LXXXVIII. 4. ab Ambraciae civibus praesidii causa arcessiti fuerant, ut est ap. *Diodor. Sic.* XII. 63. Tom. I. p. 520. — βοαδρόμος. i. e. βοηθός. ut *Suidas* interpretatur, hunc versum laudans Tom. I. p. 439. ubi φεύγειν ἤθελεν legit. Eadem est lectionis diversitas ap. *Antip. Sidon.* Ep. XXII. 7. — V. 2. sic ut hic et in Planudea legitur in Vat. Cod. loco pr. Longe diverso modo ibid. loco sec. τεθνάμεν ἢ τὸ φυγεῖν εἵλετ' Ἀρηιμένης. — Omissum est μᾶλλον ante ἤ, cujus ellipsios exempla dedit *Abresch.* in Animadv. in Aesch. T. II. p. 19. Vide not. ad *Meleagri* Ep. CVI. p. 117. — V. 3. υἱός τ' εὐπόμπου. Vat. Cod. loc. pr. υἱὸς ὁ Θεοπ. loco sec. Nostrum est in Planud. — V. 4. Pro οὐ ζωάς Vat. Cod. loco sec. οὐχ ἥβας, quod elegantius.

VII. Cod. Vat. p. 273. Planud. p. 201. St. 293. W. Scriptum in Gyllin, Lacedaemonium, qui, tribus Argivis interfectis, ipse periit. Hunc Gyllin eundem esse putant,

qui vulgo Othryades appellatur. Sed si nobilem illam Argivorum Spartanorumque de Thyrea pugnam respexit noster, traditionem a vulgata longe diversam secutus esse videri debet. Vide ad *Simonid.* Ep. XXVI. — V. 1. ἔμμεν. Vat. Cod. ὔμμιν. ed. Flor. — V. 3. ἄνδρα δ'. ὃς Ἀ. Vat. Cod. et in fine versus εἶπεν. Miror, *Brunckium* tam patienter tulisse inutile fulcrum, inter τόδε et εἶπε intrusum. Scribendum videtur:

ἄνδρας ὃς Ἀργείων τρεῖς ἔκτανε, καὶ τόδ' ἔειπε.

Posteriorem hanc emendationem confirmat conjectura *Jos. Scaligeri*, qui etiam in capite versus ἀνέρ', ὃς emendandum censebat. ἄνδρας mihi quidem videtur verius.

VIII. Cod. Vat. p. 274. Planud. p. 202. St. 294. W. In Machatam, Achaeum, qui in pugna contra Aetolos perierat. Viri nomen vulgo μαχητὰ, ut adjectivum, scribitur; quod emendavit *Scaliger*. Planudeae interpretes tamen hoc carmen referunt ad Machatam illum, de quo *Polybius* multa narrat Libro IV. In qua conjectura egregie falsi sunt. Noster enim Machatas Ἀχαιϊκὸς ἀνὴρ diserte vocatur; ille, quem *Polybius* commemorat, Aetolus fuit. Vide L. IV. 34. et 36. Passim hoc nomen occurrit. Μαχάτα cujusdam sororem Philippus, Amyntae fil., in matrimonio habuit, narrante *Athen.* L. XIII. p. 557. C. Machatam πρωτεύοντα τῶν Ἠπειρωτῶν, qui Tito Flaminio viam monstravit, qua hostes circumveniret, commemorat *Plutarch.* Vit. T. II. p. 405. — Ceterum Achaei cum Aetolis bellum gesserunt Ol. CXXXIX. 4. anno U. C. 534. — V. 1. Docte *Jos. Scaliger* legendum suspicatur: Πατρέων περὶ λῃίδα. Fuit enim *Patrae* urbs Achaïae. Vide *Berkel.* ad *Steph. Byz.* p. 632. *L. Holsten.* p. 247. Probabilitatem huic conjecturae conciliat, quod ex *Polybio* discimus L. IV. 6. 9. Aetolos eodem, quod supra designavimus, anno Patrensium agros populatos esse. Tum λῃὶς accipiendum de praeda, quam Aetoli

conati

conati fuerant abigere, Machata aliisque prohibentibus. Mihi etiam olim ſcribendum videbatur:

ὤλεο δὴ πατέρων παρὰ λήϊα — —

periiſti majorum tuorum agros et poſſeſſiones defendens. — V. 3. πρωθ' ἥβας. Vat. Cod. — χαλεπόν. Color eſt, ut ap. *Phalaecum* Ep. IV. εἶν ἁλὶ δ' οὔ πως Κύμαρις εἰς πολιὴν ἀνδρὸς ἰδεῖν κεφαλήν.

¶. 40.] *IX*. Cod. Vat. p. 292. Plan. p. 202. St. 294. W. In Chaeronidam, qui pro foſſa, neſcio qua, in Achaeorum agro propugnans, ab hoſtibus interemtus fuit. — V. 2. μόρον. Miror *Caſaubonum*, qui adſcripſit νίκην, quod hic certe locum non habet. — V. 3. τάφον. Vat. Cod. — τῇ τότε νυκτί. nocte, qua periiſti. — V. 5. „ἅλις ἀείδει. Quin haec verba corrupta ſint, dubitare non „ſinit prima in ἅλις producta. Scribendum Ἆλις, i. e. Elis, „Peloponneſi regio, Doriſmum, qui olim hic obtinebat, „mutarunt, pro more ſuo, librarii. Scripſerat poëta:

„ναὶ μὴν ἀλλ' ἀρετᾶς σε διακριδὸν Ἆλις ἀείδει.

„In ἀρετᾶς ſubauditur ἕνεκα." *Br.* In eandem conjecturam incidit *Joſeph. Scaliger* in not. mſtis; eamque expreſſit *Grotius: Aeternum meritis Elide nomen habes.* Elis virtutem tuam, quam in ſuam civiumque ſuorum perniciem experta eſt, celebrabit. Elei in bello contra Achaeos ab Aetolorum partibus ſtabant. Ad quam vero pugnam referendum ſit carmen, non facile dictu eſt. *Opſopoeus* quidem Chaeronidam pro Aetolo habens, de Aetolorum circa Aegiram pugna agi exiſtimavit; de qua vide *Polyb.* IV. 58. T. II. p. 137. ſq. Sed iſta pugna non fuit circa foſſam, ſed circa acropolin; nec Eleorum in ea partes fuiſſe videntur. Equidem non dubito, quin reſpiciatur pugna quaedam, aliunde fortaſſe non cognita, circa eam regionem, quae proprie Τάφρος et Τάφρος μεγάλη vocabatur, illuſtris clade Meſſeniorum a Lacedaemoniis ibi accepta. Vide *Pauſan.* IV.

17. p. 321. et 323. *Polyb.* L. IV. 31. — Pro κεῖθι Cod. Vat. κεῖθη. — V. 6. ξείνην. In peregrina igitur terra Chaeronidas obiit. *Lycophr.* 296. πυκνοὶ κυβιστητῆρες ἐξ ἑδωλίων Πηδῶντες αἱμάξουσιν ὀθνείαν κόνιν. quod expressum ex *Euripid.* Phoen. 1162. sqq. ubi cum legatur: ξηρὰν δ' ἔδευον γαῖαν αἵματος ῥοαῖς — apud nostrum quoque ξηρὴν κόνιν non incommode legi posse putabam ad *Anytes* Ep. XV. p. 432. Licet tamen in vulgata acquiescere.— Non omittendum, quod *Casaubonus* vers. quintum sic legendum censebat: καὶ μὴν ἀλλ' ἀρετή σε διακριδὸν αἰὲν ἀείδει. *Scaligeri* inventum melioris est commatis.

X. Cod. Vat. p. 292. Plan. p. 209. St. 305. W. Duo Charini filii, Thebani, a Thracibus interemti, rogant praetereuntes, ut patri nuntium de morte sua ferre velint. — V. 1. Πρὸς Ζηνὸς vulgo. quod ex Lect. Aldinae pr. in sequentes edd. venit. Ed. pr. enim, Ald. pr. et Ascens. πρὸς Διὸς legunt, quae est etiam Cod. Vat. lectio. *Salmasius* emendavit πρός σε Δ. — V. 3. Πολύνικον. Vat. Cod. et Plan. — V. 4. „ἄμμι. nihil mutant Codd. „nec necesse est reponere ἀμφὶ, quod volebat Reisk.“ *Br.* ἄμμι conjecit *Jos. Scaliger*; nec *Brodaeus* aliter legit. Sed tum profecto mallem ἀμφὶ, quod etiam *Schneidero* in mentem venit. — V. 5. „ὑπὸ Θρῃκῶν. Sic Vat. Cod. „Planud. ὑπὸ θνητῶν, quod alii in ὑπὸ θητῶν, alii in ὑπ' „ὀθνείων mutabant, quia manifesto corrupta erat vulgata „lectio. Sed absque codice difficile erat genuinam asse„qui.“ *Br.* ὑπὸ Θρῃκῶν tamen praeclare assecutus est *Brodaeus*; fortasse etiam *Casaubonus*, ex cujus schedis enotatum reperio θρῃνῶν sive θρηνῶν. — ἀλλὰ τὸ κ. Praeclara ἔννοια. Non nostram mortem, sed orbam ipsius senectutem lugemus. ὀρφανίῃ. *Eurip.* Ion. 790. τὸ δ' ἐμὸν ἄτεκνον ἔλαβεν Ἄρα βίοτον· ἐρημίᾳ δ' ὀρφανοὺς δόμους οἰκήσω.

XI. Cod. Vat. p. 323. Planud. p. 231. St. 336. W. In vett. edd. ἄδηλον est. Ap. Stephan. ἄδηλον, οἱ δὲ Δημάν-

τα. Auctoris nomen recte legitur scriptum in membranis Vat. — Theano Appellichi conjux moribunda absentem maritum desiderat. — V. 1. ὕστατον Φ. Vat. Cod. omisso ὦ, quod *Br.* inseruit. Vulgo ὑστάτιον, Φώκαια — quod verum videtur, ita tamen, ut scribatur:

ὑστάτιον, Φώκαια, κλυτὴ πόλις, τοῦτο Θεανὼ
εἶπ' ἔπος, ἀτρύγετον νύκτα κατερχομένη.

Color ductus ex Epigr. *Simmiae* III. ὕστατα δὴ τάδ' ἔειπε φίλαν ποτὶ ματέρα Γοργὼ Δακρυόεσσα. Recte autem mihi scripsisse videor: τοῦτο Θ. εἶπ' ἔπος. *Leonid. Tar.* Ep. LXI. τῷ δ' ἔπος ἐκ γαίης τόσον ἔκνυε. *Apollonid.* Ep. XX. τοῦτο δ' ἔπος τότ' ἔλεξεν. — V. 2. εἶπες Vat. Cod. ἀτρύγετος νύξ. Orci tenebrae. *Homer.* Il. ρ. 425. δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο. — V. 4. οἰκείῃ et πέρεις Cod. Vat. Prius, in hoc praesertim poëta, non omnino spreverim. — V. 5. μόνος. Membr. Vat. — V. 6. Vulgo βαλοῦσα. In marg. Wechel. λαβοῦσα, quod Vat. Cod. confirmat. *Tibull.* I. El. I. 60. *Te spectem, suprema mihi cum venerit hora, Te teneam moriens deficiente manu.*

XII. Hoc carmen, quod ἄδηλον est in Plan. p. 244. St. 354. W. in Vat. Cod. p. 258. nostro poëtae vindicatur, ubi lemma: Εἰς Πραξιτέλην τὸν ἀγαλματοποιὸν τὸν ἐκ τῆς Ἄνδρου. Huic lemmati si fides habenda est, tenemus Praxitelis patriam, de qua aliunde nihil commemorari video. Mihi tamen hic testis non valde idoneus videtur; nec in ipso Epigrammate est, quod ejus sententiam confirmet. — V. 3. ἱκανὴ μερίς. musicae facultatis eximie particeps. De voce μερὶς vide ad *Tymn.* Ep. IV. ἱκανὸς ἀνὴρ, qui operi suscepto sufficiat; ut ap. *Longin.* Π. Ὕ. p. 13. Timaeus ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα ἱκανός. ap. *Platonem* in Gorg. p. 514. D. ἱκανοὶ ἰατροὶ, *medici nomine suo digni.* quos ἱκανοὺς τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἄνδρας vocat *Xenoph.* Κ. Π. I. 6. 15. ἱππεῖς ἱκανοὶ ap. eund. IV. 3. 14. — V. 4. κρήγυος. bonus et verax. *Theocrit.* Ep. XX. εἰ δ' ἐστὶ κρήγυος

τε καὶ παρὰ χρηστῶν. Id. Eid. XX. 19. εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον.

THEODORIDAE EPIGRAMMATA.

¶. 41.] I. Cod. Vat. p. 182. Θεωρίδα. Edidit *Kuster.* ad Suid. Tom. I. p. 666. *Reisk.* in Anthol. nr. 472. p. 30. Nautae ingens scolopendrae frustum, a fluctibus in litus ejectum, diis dicant. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ἔβρασε. et in κυκῶ T. II. p. 391. Male in apogr. Lipſ. μυριόπνουν legitur. — κυκηθεὶς eleganter de mari turbato. *Alciphron* L. I. 10. p. 36. ἄνεμοι ὅσον οὔπω κυκήσειν τὸ πέλαγος ἐπαγγέλλονται. Hinc translatum ad pericula gymnici certaminis ap. *Sophocl.* in Electr. 732. παρεὶς κλύδων' ἔφιππον ἐν μέσῳ κυκώμενον. — V. 2. „Minime necesse est „cum Kustero scribere Ἰαπυγίους. In hac voce, ut fere „in nominibus propriis omnibus, υ modo longum, modo „breve. *Dionyſ.* in Perieg. 379. φῦλα Ἰηπύγων τετα„νυσμένα μέσφ' Ὑρίοιο. Sic ap. *Apollon. Rhod.* Βέβρυκες me„diam modo corripit, modo producit. In Cod. scriptum „ἐπὶ σκοπέλοις, quod relinqui poterat, licet constructio „cum quarto casu sit usitatior." *Br.* Apud *Suidam* σκοπέλους habetur, nec aliter lego in apogr. Spallett. — V. 3. 4. *Suidas* in βουφόρτων T. I. p. 450. ubi recte habetur σελάχευς, cum in membranis Vat. σελάγευς legatur. Vitiose in apogr. Lipſ. ἧς τόδ' ἀ. β. πελάγευς, quod etiam *Reiskium* in errorem induxit. In eodem apogr. ἀνῆψεν et καίρωνος legitur. — σελάχη primus Aristoteles vocavit pisces, qui pro spina cartilaginem habent et animal pariunt, secundum *Plin.* H. N. IX. 24. Etymologia vocabuli est ap. *Galenum* de Alim. 3. Cf. *Suidam* in σελάχιοι et *Foesium* in Oecon. Hipp. p. 338. — V. 4. δαίμοσιν. diis marinis, Ino praesertim et Palaemoni, ut apparet

ex *Antip. Sid.* XIV. quod carmen *Thessalonicensis Antipatri* et ex nostro expressum puto. — βούφορτοι εἰκόσοροι. naves onerariae; nihil amplius. *Reiskius* de alia hujus vocabuli interpretatione non cogitare debebat.

II. Cod. Vat. p. 182. Θεοδωρίδα. ἐπὶ κοχλίᾳ θαλασσίᾳ. Hoc quoque carmen primus edidit *Kuster.* ad Suid T. II. p. 407. *Dorvillius* in Sicul. T. I. p. 13. *Reisk.* in Anth. nr. 474. p. 31. Dionysius, Protarchi filius, Nymphis cochleam marinam dono affert. — V. 1. *Suidas* in λαβύρινθος. κοχλιοειδὴς τόπος. — σημαίνει δὲ καὶ τὸ τῶν ἀντριάδων Νυμφῶν ἀνάθημα. Posteriora haec etiam in Lex. Coislin. leguntur p. 235. — In Cod. Vat. legitur εἰν ἁλὶ, ut ap. *Suidam*, ubi *Kuster.* εἰνάλιος corrigit, idque in Cod. haberi affirmat. In apogr. Lips. εἰνάλιε item ex emendatione legitur. Metro timens *Dorvill.* εἰνάλι' ὦ λ. Parum jucunda tautologia in verbis εἰνάλιε (cf. *Antip. Sid.* Ep. XIV. 8.) et ἐξ ἁλός. Vix tamen quidquam novandum esse putaverim, cum nec vers. 3. et 6. a putida repetitione eorundem verborum immunes sint. — V. 2, *Suid.* T. I. p. 37. in ἀγρέμιον. ὁ ἀπὸ τῆς ἄγρας. idem, quod ἄγρευμα. vocabulum aliunde non cognitum. — Pro εὑράμενος, quod *Suidae* acceptum ferimus, membranae εὑρόμενος exhibent. — V. 3. Nymphae Naïades in antris praecipue colebantur, ut docet *Goens* ad Porphyr. p. XXIV. ubi duo posteriora hujus carminis disticha excitavit. *Suidas* in ἀντριάσι. ταῖς τοῖς ἄντροις φιλοχωρούσαις. Ejusmodi antri, Nymphis sacri, (νυμφαῖον vocant) descriptionem satis illustrem dedit *Longus* L. I. p. 5. — V. 4. Πελωριάδος. Inventa erat illa cochlea ad Pelorum sive Pelorida, Siciliae promontorium. Cochlearum Peloritanarum carnes in deliciis fuisse, testas vero a ludentibus usurpatas, docet *Dorvill.* in Sicul. p. 13. Earum carnes alvum emollire, narrat *Plin.* H. N. XXXII. 31. — V. 4. laudatur ap. *Suid.* in πελώριον T. III. p. 73. V. 6. in ἀντριάσι T. I. p. 235. — σκολιὸς πορθμός.

Apollon. Rhod. L. II. 549. σκολιοῖο πόρου στεινωπὸν — τρηχείης σπιλάδεσσιν ἐεργμένον. — Postremi hujus distichi color ductus ex *Callim.* Ep. XXXI. de concha Arsinoae dicata: ἐκ τ᾽ ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδος, ὄφρα γένωμαι Σοί τὸ περίσκεπτον παίγνιον, Ἀρσινόη.

III. „In Cod. Vat. p. 195. tributum est hoc Epi„gramma *Theodoro.* Θεοδώρου ortum est ex compendio „scripturae in nomine Θεοδωρίδα: aut ab oscitante libra„rio sic scriptum pro Διοδώρου, quod probabilius est. „Διόδωρος a Christianis saepe in Θεόδωρος mutatum." *Br.* *Diodori Zonae* stilum hoc carmen redolet. Eodem modo nomina Θεοδώρου et Θεοδωρίδα confusa sunt in Ep. XI. Argumentum his verbis indicat *Brunckius:* Postquam Calliteles ex ephebis excessit et palaestram frequentare desiit, gymnasticam supellectilem Mercurio dedicavit ob peractam ordinate et modeste ἐφηβοσύνην, *juventutem.* — V. 1. 2. *Suidas* laudat in πέταλον T. III. p. 102. et in πιληθέντα p. 115. Utroque loco πέταλον exhibet, (quae Vat. quoque Codicis scriptura est) idque interpretatur πίλημα ἐξ ἐρίου πιληθέν; quae non tam interpretatio quam conjectura vocanda est. πέτασον *Salmasius* inter describendum emendasse videtur; idque ex apogr. Lips. edidit *Reiskius* Anth. nr. 500. p. 44. Eadem est lectionis varietas in *loco Dioscoridis*, prolato a *Bod. a Stapel* ad Theophr. p. 441. ὁ πέτασος epheborum gestamen. Vide notata ad *Meleagri* Ep. IX. p. 24. sq. — Ceterum Cod. Vat. versu praeced. πιγηθέντα habet, quod mutatum in πηγηθέντα. Idem εὐξάνθου. Lana bene carminata εὔξαντος. εἴρια ξαίνειν est ap. *Homer.* Od. χ. 423. Cf. *Eustath.* Il. α. p. 62, 16. Notandum, veteres pileos ex lana confecisse. πῖλος ipse nomen ducebat ἀπὸ τοῦ ἐρίου πεπιλημένου, ut bene monuit *Schol. Homeri* Il. κ. 265. et *Etymol. Mag.* πῖλος· τὸ ἐξ ἐρίων εἰργασμένον. Exquisita de hoc vocabulo dedit *Graev.* in Lect. Hesiod. XII. p. 60. sq. — V. 3. *Suid.* in περόνη T. III. p. 100. Fibula chlamydem, quod

item epheborum gestamen, ut docuimus ad *Meleagr.* Ep. IX. in humeris tenebat. Egregie huc facit locus *Luciani* in Amor. Tom. V. p. 306. ed. Bip. ubi mulierum fuco simplices puerorum munditias opponit: ὄρθριος ἀναστὰς ἐκ τῆς ἀζύγου κοίτης, τὸν ἐπὶ τῶν ὀμμάτων ἔτι λοιπὸν ὕπνον ἀποσμησάμενος ὕδατι λιτῷ, τὴν ἱερὰν χλαμύδα (sic lege cum vett. editt. Chlamys vocatur ἱερὰ propter puerorum sanctitatem. *Graevius* et *Solanus* h. l. corruperunt.) ταῖς ἐπωμίοις περόναις συῤῥάψας, ἀπὸ τῆς πατρῴας ἑστίας ἐξέρχεται. — Poëta noster fibulam vocat δίβολον, quia binis dentibus utramque chlamydis laciniam mordet. — Vat. Cod. στεγγίδα habet, et *Suidas* quoque corrupte: ἱερόνη. πόρπη. (falsa interpretatio. Vide *Polluc.* VII. 54. et *Spanhem.* ad Callim. H. in Apoll. p. 96. sq.) καὶ δίβολον περόνην καὶ στεγίδα, τανυσθὲν τόξον. — Strigilis sive στλεγγίδος usus in gymnasiis, quippe qua, antequam ingrederentur balneum, sordes in palaestra collectas destringebant. Ferreae plerumque, apud Spartanos autem e calamis factae, ut discimus ex *Plutarch.* T. II. p. 239. B. apud Agrigentinos aureae, secundum *Aelian.* H. V. XII. 29. Confer *Raderum* ad *Martial.* XIV. 51. p. 922. Sordes derasas γλοιὸν vocabant. *Hesych.* στλεγγίς. ξύστρα. στλέγγισμα. ὁ ἀπὸ τῶν ἀποξυσμάτων γλοιός. Hinc ap. nostrum γλοιοπότις χλαμύς. Inter instrumenta, servis, qui pueros comitantur, portanda, strigilem et sphaeram recenset *Aristophan.* in Γῆρᾳ ap. *Suid.* T. III. p. 377. Εἰ παιδαρίοις ἀκολουθεῖν δεῖ, σφαῖραν καὶ στλεγγίδ' ἔχοντα. — Quod deinde commemoratur τόξον τανυσθὲν, non est *arcus intendi natus*, ut *Reiskius* vertit, sed arcus cum nervo. τανύειν est nervum arcui aptare. — τριβάκην. chlamydem attritam et sordidam. Utrumque cave ne in dei, cui haec chlamys dicatur, contumeliam accipias. Gaudere deum volebat puer, vestimentum ei appendens, cui tam multa exercitationum palaestricarum vestigia inhaerebant. — V. 5. σχίζας *Reiskius* interpretatur de rudibus, quibus batue-

bant, qui artes palaestricas excolerent. Proprie tamen rudis, qua gladiatores, (ad hos enim hoc exercitii genus pertinebat) in illa pugnarum quasi meditatione utebantur, ῥάβδος est. et ξίφος ξύλινον. ut ap. *Dion. Caff.* T. II. p. 1219. 55. ubi vide *Reimarum*. *Böttigerus* in literis ad me datis σχίζας de *sagittis* interpretabatur, quo sensu hoc vocabulum passim occurrit in versione τῶν ό. Vide *Bielii* Lexicon ad Sept. Intpp. v. — V. 5. *Suidas* in σφαῖρα T. III. p. 415. ubi epitheton ἑκίβολον interpretatur τὴν ἑκὰς βαλλομένην. Non satis commodum hoc verbum videbatur *Reiskio*, qui in versione expressit conjecturam ἑκήβολον, quod multo minus aptum. — V. 6. δῶρα φιλευτάκτου δῶρον ἐφημοσύνας. Cod. Vat. Pro δῶρον *Reiskius* emendavit δαῖμον, quod admisit *Toupius* ad Suid. P. III. p. 461. ubi praeterea φιλευτεύκτου corrigit. Secundum eum φιλεύτευκτος ἐφημοσύνη est *jaculatio*, *quae a scopo aberrare non solet*. ἡμοσύνη. βλῆσις. ἀκόντισις. *Hesych.* Merito *Brunckius* in Lect. p. 132. praetulit lectionem apographi sui φιλευτάκτου ἐφηβοσύνας, *juventutis modeste peractae*, quam tamen perperam pro ipsa Cod. scriptura habebat. Quanquam ἐφημοσύνη et ἐφηβοσύνη nonnisi pusillo apice distant.

IV. Cod. Vat. p. 168. In Planud. p. 342. St. 481. W. sine auctoris nomine prostat. Gorgus Dianam precatur, ut agrum suum a furibus defendat, votis additis. Est igitur ad Ἄρτεμιν εὔτειραν, ut *Diotimi* Ep. II. Φωσφόρος, ὦ σώτειρ', ἐπὶ Παλλάδος ἵσταθι κλήροις, Ἄρτεμι, καὶ χαίρειν φῶς ἐὸν ἀνδρὶ δίδου. — V. 2. laudat *Suid.* in κλώψ T. II. p. 332. — V. 3. in ἐπιῤῥέξει T. I. p. 826. et iterum in νομαία T. II. p. 629. — Pro σάου duae Ald. et Ascens. σάω – quod *Stephanus* praetulit. σάου est in Ed. pr. Vat. Cod. et Suid. Utramque formam poëtae adhibent, et σάω non apud Doricos tantum, sed etiam ap. *Homerum* occurrit Il. π. 363. — ¶. 42.] V. 3. ἐπὶ

αι
ἱμέξα. Vat. Cod. νομεις. Id. *Theocrit.* Ep. IV. κισσὸς ἐπιμέξεῖ χίμαρον καλόν.

V. Cod. Vat. p. 168. Plan. p. 439. St. 573. W. Puer Apollini ſacra facit, comam ponens. — V. 1. 2. laudat *Suidas* v. κρώβυλος T. II. p. 380. ἄλικες κόμαι ductum ex *Callimachi* H. in Del. 296.

Ἤτοι Δηλιάδες μὲν, ὅτ' εὐήχης ὑμέναιος
Ἤθεα κουράων μορμύσσῃ, ἥλικα χαίτην
Παρθενικαῖς, παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων
Ἄρσενες ἠϊθέοισιν ἀπαρχόμενοι φορέουσιν.

at *Stephanus* hunc locum feliciter conſtituit, judice *Ruhnkenio* Epiſt. crit. II. p. 163. ubi et noſtrum Epigr. comparat et *Nonn.* Dion. p. 356. — Ephebos comam et barbam Apollini aliisque numinibus totondiſſe, allatis exemplis docuit *Brodaeus;* et jam ſatis nota res. — ὁ κρώβυλος. Mirum in modum Intrpp. fluctuant, utrum ὁ κρώβυλος hoc loco nomen ſit proprium, an cincinnum ſignificet. Hoc Scholia ſequuntur et *Brodaeus* primo quidem verſu, nam v. 5. Κρώβυλον de pueri nomine interpretatur. Illum olim *Brunckio* probabile viſum, qui in Analectorum contextu Κρώβυλος, initiali majore, et verſu ſeq. κοῦρον exhibendum curavit; cujus facti cum eum poſtea poenituiſſet, κῶμος ex Codd. et *Suida* revocavit, idque pro pueri nomine habuit. *Suidas* tamen parum aut nihil opis affert, cujus verba et corrupta et confuſa ſunt: Κρώβυλος, ὁ μαλλὸς τῶν παιδίων. καὶ ὁ πλόκαμος, ὃν διέβαλον (fort. ὃν περόνῃ διέβαλον) οἱ τὸν χρυσοῦν τέττιγα φοροῦντες. ἀνάδημα. ὁ ἐκ τῶν τριχῶν πεπλεγμένος κόσμος. ἐν ἐπιγράμματι· Ἄλικες .... Κρωβύλος κύριον. Vera hujus carminis interpretatio pendet a ſenſu poſtremi diſtichi, ubi *Br.* κρωβύλου corrigit vertitque: *Apollo, hunc puerum, qui pervenit ad finem crobyli,* i. e. *ejusmodi crinium plegmatis, quod tibi jam dedicat, ad virilem aetatem velit pervenire.* Quae quam dura quamque inepta ſint, nemo,

qui hunc locum rite perpenderit, non intelliget. Nihil expeditius, nihil disertius verbis: *θείης τὸν Κρώβυλον ἐς τέλος ἄνδρα, Crobylum ad virilem aetatem perducas*; contra Brunckiana et emendatione et interpretatione nihil contortius. Hinc mihi apparere videtur, Κρώβυλον etiam vers. 1. pro nomine proprio habendum esse. Nec profecto tam infrequens tamque raro obvium. Erat Crobylus, pulcritudine conspicuus, Corinthi, Alexandro M. regnante. Vide *Plutarch.* T. IV. p. 32. ed. Bry. Hegesippus quidam cognomine Crobylus ap. eund. T. II. p. 187. E. ed. Frcf. Crobylus ὀψοποιὸς occurrit ap. *Clement. Alex.* Strom. VII. p. 530. ed. Wirceb. Alius ap. *Aeschinem* Or. c. Timarch. p. 86. Vide Schol. p. 733. Reisk. ed. — Jam vero quid fiet vocabulo κῶμος versu secundo; quod *Kusterus* ad Suid. l. c. de juvenili lascivia interpretatur; male. Inveteratum est mendum, quippe quod jam *Suidas* reperit, qui tamen, quod saepe jam monuimus, in plerisque cum Vat. Cod. conspirat. Recte *Jos. Scaliger* emendavit κῶρος ὁ τετραέτης. — Pro πέξατο Cod. Vat. παίξατο habet, in marg. γρ. πλέξατο. Hoc etiam ap. *Suidam* reperitur. Verum videtur ἀπεπέξατο, quod cum proprium sit de tonsura ovium, non sine suavitate quadam ad comae tonsuram translatum est. — V. 3. αἰχμητάν. Vat. Cod. Plan. et *Suid.* qui hoc distichon protulit in τυροφόρον T. III. p. 519. Ap. eundem v. πλακόεις T. III. p. 122. quaedam verba ex utroque versu leguntur. — ἐπέθυσεν omnes vett. edd. In Stephan. ἀπέθυσεν. Gallum gallinaceum Apollini pro deliciis suis voverat *Tull. Laurea* Ep. I. Cf. *Statyll. Flacc.* Ep. II. Soli enim sive Apollini sacer erat; quare Idomeneus, genus a Sole deducens, gallum gallinaceum in scuto gerebat. *Pausan.* L. V. p. 444. — πλακόεντα τυροφόρον. In ed. pr. τυροφάγον. Est placenta caseo inspersa. *Theocrit.* Eid. I. 58. τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος. *Hesych.* τυρόεντα. πλακοῦντα. — V. 5. εἰς τέλος. i. e. τέλειον

ἀνδρα. Illustravit hanc locutionem *Gilb. Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 50.

VI. Cod. Vat. p. 168. Planud. p. 440. St. 573. W. *Brunckius* lacunae indices asteriscos initio carminis posuit. Quum enim verbum θῆκε non habeat, quo regatur, aliquid intercidisse probabile est. Charisthenis coma deabus Amarynthiis dedicatur. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in κουρεῶνον T. II. p. 358. ubi χαρισθέντα legit.— σὺν τέττιγι. Veteres Athenienses cicadam auream in crinibus gestasse, satis constat ex *Thucyd.* L. I. 6. p. 18. ubi vide *Hudson.* et *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. IV. 22.— V. 2. Ἀμαρυνθιάσι. *Pausan.* L. I. 31. p. 78. ἔστιν Ἀμάρυνθος ἐν Εὐβοίᾳ. καὶ γὰρ οἱ ταύτῃ τιμῶσιν Ἀμαρυσίαν Ἄρτεμιν, ἑορτὴν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τῆς Ἀμαρυσίας ἄγουσιν, οὐδέν τι Εὐβοέων ἀφανέστερον. Templum Ἀρτέμιδος Ἀμαρυνθίας commemorat *Strabo* L. X. p. 687. C. et festum Ἀμαρύνθια *Schol. Pindari* Ol. XIII. 159. Hinc colligo, κούρας Ἀμαρυνθιάδας Nymphas esse Dianae Amarynthiae. — V. 3. 4. *Suidas* in παλικῆς T. III. p. 164. primis hexametri versibus omissis. χερνιφθέντα si sincerum est, ad τέττιγα et τρίχα referri debet. *Brodaeus* χερνιφθέντι legit. Is, qui illa dona ponebat, simul taurum immolabat diis. χερνίπτεσθαι igitur sensu latiore accipiendum pro *dedicare*, respectu tamen habito ad hostiam simul immolandam. — ἴσον ἀστέρι. *Homer.* Il. ε. 5. ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον, ὅστε μάλιστα Λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο. Astyanax ἀλίγκιος ἀστέρι καλῷ. Il. ζ. 401. Pallas ap. *Virgil.* Aen. L. VIII. 589. *Qualis, ubi Oceani perfusus Lucifer unda — Extulit os sacrum coelo.* Similiter *Martialis* Polytimum post crines detonsos splendentem laudat L. XII. 86. *Talis eras, modo tonse Pelops, positisque nitebas Crinibus, ut totum sponsa videret ebur.* — V. 4. ἄπος. παλικὸν χνοῦν. decussa puerili lanugine. πῶλοι et pueri et puellae ap. poëtas. *Hesych.* πῶλος. — καὶ τοὺς νέους καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους. Sed sic non video, quam vim habeat com-

paratio ὡς ἵπποι. Putabam aliquando, haec verba ex glossa voci πωλικὸν forte adscripta in textum irrepsisse. Sed sic nodus inciditur potius, quam solvitur. Verba etiam sic jungere licet: τάις λάμπει ὡς ἵππος ἀποσεισάμενος χνοῦν. At quid χνοῦς equi? An spuma circa os collecta? ut ἁλὸς χνοῦς de maris spuma ap. *Homer*. Od. ζ. 226. De coma enim circa humeros equi volitante χνοῦς vix accipi potest. *Boettigerus* a me consultus χνοῦν πωλικὸν de sordibus accipiendum censebat, quae aqua abluuntur. *Theodoridam* fortasse respexisse *Homerum* Il. ε. 508. sqq.

VII. Planud. p. 316. St. 456. W. Describitur Niobes luctus de liberis ab Apolline et Diana interemtis. Conf. not. ad *Meleagr*. Ep. CXVII. p. 127. sq. — V. 3. Vulgo ἔτρωσε. Hoc recte emendavit *Br*. Idem vidit Vir doctus in Schedis Bibl. Bodl. — δυωδεκάπαιδα. Alii non duodecim, sed quatuordecim liberos numerant. Totidem, ut noster, numerat *Pherecydes* ap. *Schol. Eurip*. in Phoen. 162. Vide cl. *Sturz* in Fragm. Pherec. p. 141. *Libanius* Tom. I. p. 234. R. Νιόβη θρηνήσασα κόρας ἐξ τετοξευμένας. — V. 5. μεμιγμένον. Pars corporis jam in lapidem abierat; altera adhuc naturalem servabat colorem. Hinc *Meleager* l. c. μάτηρ σαρκοπαγὴς οἷα πέπηγε λίθος. — V. 7. Has voces edere videtur Sipylus: Gravis mortalium linguae morbus inest. Hoc ductum ex *Eurip*. Orest. v. 10. de Tantalo: ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον. — Mox vulgo ἃ ἀχάλινος legitur. Lingua, quae sibi temperare nequit, ἀχάλινος. *Eurip*. Bacch. 385. ἀχαλίνων στομάτων Ἀνόμου τ' ἀφροσύνας Τὸ τέλος δυστυχία. Hinc *Theodoridam* sententiam derivasse, nemo dubitabit. Cf. Epigr. ἀδέσπ. CCLV. *Joann. Laurent*. 2. p. 2. χαλινῶσαι τὴν ψυχὴν θεσπίζει τὰ λόγια· Χρὴ δὲ χαλινῶσαι ψυχὴν βροτὸν ὄντα νοητόν.

¶. 43.] *VIII*. Cod. Vat. p. 611. Ἐπὶ τῷ ἀρτίῳ τριμέτρῳ ἰάμβῳ ἀπὸ τοῦ ὑπορχηματικοῦ μέτρου. Primus hoc

carmen edidit *Koenius* ad Gregor. de D. p. 119. post eum *Toup.* in Addend. ad Theocr. p. 395. Scriptum in Mnasalcam, poëtam elegiacum, qui inflatus tumidusque vocatur. Ad v. 1. respexit *Strabo*, quod *Brunckius* monuit, L. IX. p. 632. A. Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Σικυωνίᾳ δῆμος Πλαταιαί, ὅθεν περ ἦν Μνασάλκης ὁ ποιητής· Μνασάλκειος τὸ μνῆμα τοῦ Πλαταιάδα. unde metri causa restituendum τοῦ Πλαταιάδα sive Πλαταιᾶδα.— V. 2. Cod. Vat. τῶ 'λεγηοποιῶ.— V. 3. πλάθας Cod. Vat. Quaedam apogr. πλάτας. Hoc pro genuino habet *Toupius*, et *Simonidis tabellam* interpretatur, laudans *Aristoph.* in Thesm. 777. οἶδ' ἐγὼ καὶ δὴ πόρον· Ἐκ τοῦ Παλαμήδους· ὡς ἐκεῖνος τὰς πλάτας Ῥίψω γράφων. Idem poëtam captasse jocum censet ex alliteratione: *Plataeensis* Mnasalcas fuit, et idem ἀποσπάραγμα πλάτας. At si hoc modo jocari voluit poëta, nihil ejus joco frigidius. *Jo. Pierson*, cujus conjecturas ex schedis laudat *Koenius*, σπάθας legebat; interpretatione non addita. Vox σπάθη cum alias significationes habet, tum etiam de *palmae ramo* usurpatur ap. *Herodot.* VII. 65. p. 541. *Pollux.* I. 138. p 94. ubi simili errore φοίνικος πάθαι. Nihil, ut mihi quidem videtur, hac lectione aptius. Mnasalcae poësis nonnisi ramulus de Simonidis procera palma decerptus; quo imitator Simonidis fuisse significatur. Jam vides, satis commode dici σπάθης ἀποσπάραγμα, cum nihil sit durius quam ἀποσπάραγμα πλάτας. Eadem ratione in *Meleagri* Prooemio Simonides οἰνάνθης κλῆμα vocatur, et de Arato: οὐρανομάκευς φοίνικος κείρας πρωτογόνους ἕλικας. — Pro ἧς in nonnullis apogr. ἧς legitur. Errorem correxit *Koenius*. — V. 4. καῖνα τε καὶ γὰν κανπιλακυθίστρια. Cod. Vat. Pro γὰν apogr. nonnulla γὰρ praebent. Pessime corruptum locum *Jo. Pierson* in hunc modum tentabat: κενά τε κἀργὰ κἀπιλ. *Brunckii* lectio ex *Toupii* correctione profluxit, qui haec notavit: »Κενὴ καὶ ἐπιληκυθίστρια finitima verba et ejusdem tumo»ris, bombi et inanitatis sunt. Nam λήκυθος res comica

„et ridicula est. De qua viri docti ad *Aristophanis* Ranas. „*Ampullam* vocat *Horatius*. (A. P. 97. cf. I. Epist. III. 14.) „Hinc ληκυθίζειν et Musa ληκύθιος ap. *Hephaestionem*, de „qua *Bentl.* ad Callim. (Fragm. CCCXIX.) et κομποληκύθης „ap. *Aristoph.* in Acharn. 589. ubi Schol.: ἀπὸ τοῦ λα„κεῖν ἐν παραγωγῇ γέγονε τὸ ληκύθιον. ληκυθίζειν γὰρ τὸ „μεῖζον βοᾶν καὶ ψοφεῖν. ἦχον γὰρ ἀποτελεῖ καὶ ὁ λήκυθος, ἐπεὶ „καὶ αὐτῃ πεφύσηται. πάντα γὰρ τὰ πεφυσημένα κόμπον ποιεῖ. „Cf. etiam Etym. M. in Κομπολακύθης." Haec *Toupius*. Vocem ληκυθιστὴς agnoscit *Hesych.* qui κοιλόφωνος interpretatur. — In *Toupii* lectione displicet γὰρ, quod hic locum non habet, nec in codice est. Nihil igitur vetat, quominus in hoc versiculo experiaris ingenium. Codicis scripturam ΚΑΙΝΑ ΤΕ ΚΑΙΓΑΝ rimantibus non inepta videbitur conjectura nostra:

κενά τε ΚΛΑΙΓΑΝ κἀπιληκυθίστρια.

inanem strepitum et clamorem edens. κλαγγὴ de inconditis avium majorum, porcorum canumque vocibus usurpatur. γεράνων κλαγγὴ est ap. *Homer.* Il. γ. 3. Odyss. ξ. 412. κλαγγὴ δ' ἄσπετος ὦρτο συῶν αὐλιζομενάων. κλαγγὰ κυνῶν est ap. *Leonid Tarent.* Ep. VI. Mnasalcae igitur Musa κενὰ κατὰ κλαγγὰν vocatur, quae alta voce verba fundit inania. — V. 6. διθυραμβοχανα exhibet Cod. Vat. quod intactum reliquit *Koen.* et *Pierson.* διθυραμβοχάνα *Toupii* inventum est. χώνη est *infundibulum*. Vide *Foes.* Oecon. Hipp. p. 413. Dicitur igitur Mnasalcas dithyrambos tanquam ex infundibulo (quod angustum collum habet) ebullivisse. — V. 7. ζῶν Cod. ζόῃ emendavit *Pierson*, qui etiam ultimum versum tentat τύμπανόν γ' ἐ φαίνῃ. perperam, judice *Toupio*. Dici enim τύμπανον φυσᾶν, ut ἀσκὸν φυσᾶν, λήκυθον φ. et similia, quod hominis magnum quid et inane spirantis. Disertius sic explicaveris: τύμπανον φυσᾶν is dicitur, qui tantum spiritum fundit, ut tibi tympanum exaudire videaris. Eadem analogia Graeci eum, cujus obtutus Martis Gorgonisve speciem re-

fert, Ἄρη, Γοργόνα βλέπειν dicunt. τύμπανον autem bene de κενοφώνῳ. *Quintil.* Inst. Or. V. 12. 21. *nos, qui oratorem studemus effingere, non arma, sed tympana eloquentiae demus?* Cf. *Cresoll.* Theatr. Rhet. III. 27. Thes. Gron. X. p. 172. De muliere eloquentiam et eruditionem ostentante *Juven.* Sat. VI. 440. *Verborum tanta cadit vis: Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas Pulsari, jam nemo tubas, nemo aera fatiget: Una laboranti poterit succurrere lunae.* Ad rhetores tumidos *Virgilius* in Anth. Lat. T. I. p. 426. CCXLIII. 5. *Ite hinc inanis cymbalum juventutis.* Nota paroemia ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων, a *Menandro*, ut videtur, primo usurpata, τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον. Vide *Schottum* ad Zenob. VI. 5. p. 153.

IX. Cod. Vat. p. 267. Εἰς Εὐφορίωνος τάφον τοῦ μυστοῦ τῶν Ἑλληνικῶν μυθολογημάτων ἢ τελεσιουργημάτων. Primus edidit *Holsten.* ad Steph. Byz. p. 248. *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 582. *Reiske* in Anth. nr. 608. p. 90. In Euphorionem poëtam Chalcidensem hoc carmen compositum esse, censebat *Reiskius.* Vide de eo *Toup.* in Ep. crit. p. 132. sq. et inprimis *Heynium* ad Virgil. Tom. II. p. 298. — V. 1. ποίησι. Vat. Cod. Haec verba vix aliter quam de eximia facultate poëtica, qua Euphorion excelluerit, accipi possunt. — 2. Πειραϊκοῖς σκέλεσι. In apogr. Lips. vitiose Πειραϊκοὺς legitur. Pro σκέλεσι *Majus* σκελέτοις conjecit; quem errorem humane excusat *Reiskius. Diodor. Sic.* T. I. p. 629. 5. ὥστε τὰ μακρὰ σκέλη καὶ τὰ τείχη τοῦ Πειραιῶς περιελεῖν. ubi *Wesselingius* hoc distichon excitavit. — Difficultatem movet hoc, quod Euphorion Chalcidensis a *Suida* in Syriae urbe sepultus esse narratur. In nostro igitur Epigrammate de cenotaphio, intra Piraeei crura exstructo, agi censebat *Schneiderus* in Anal. crit. p. 7. *Reiskius* Euphorionis ossa fortasse ex Syria Athenas translata esse suspicatur. Euphorion enim τῇ θέσει Atheniensis fuit. — V. 3. ἀλλὰ ῥοι. Cod. Vat. et Holst. Mystae Euphorioni malum punicum,

five aliud malum, five myrti ramum dari jubet. τῆς ῥοιῆς usum fuisse in mysteriis, apparet cum ex celeberrima illa de granis mali punici, a Proserpina comesis, fabula, tum ex *Achill. Tat.* L. III. p. 65. ubi cum Jovem Casium ῥοιὴν manu tenere dixisset, addit: τῆς δὲ ῥοιᾶς ὁ λόγος μυστικός. *Pausan.* L. II. 17. p. 148. descripta Junone Polycleti, quae ipsa quoque malum punicum manu tenebat, τὰ μὲν οὖν, ait, ἐς τὴν ῥοιὰν (ἀποῤῥητότερος γάρ ἐστιν ὁ λόγος) ἀφεθῶμεν. — Myrtis vero initiati coronabantur. Ap. *Aristoph.* in Ran. 329. chorus Iacchum celebrat ἀμφὶ κρατὶ βρύοντα στέφανον μύρτων gerentem. *Schol.:* μυρσίνης στεφάνῳ ἐστεφανοῦντο οἱ μεμυημένοι. — ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος καὶ τοὺς θεσμοθέτας φησὶ διὰ τῆς μυρσίνης στέφεσθαι· ὅτι οἰκεῖος ἔχει πρὸς τὸ φυτὸν ἡ θεὸς, καὶ ὅτι τοῖς χθονίοις ἀνιέρωτο. *Schol.* in *Sophocl.* Oedip. Colon. 713. ὁ δὲ Ἴστρος τῆς Δήμητρος εἶναι στέμμα τὴν μυῤῥίνην καὶ τὴν σμίλακα. — At *Reiskius* negat, μύστην hoc loco vulgari sua significatione accipiendum esse; *Musarum* enim *sacerdotem* significari. Hoc si dicere voluit *Theodoridas*, miror, eum sententiam non paulo disertius explicuisse, addito Μουσῶν similive verbo. Equidem non dubito, quin in muneribus, quae Euphorioni offerri jubet, ad mysteria proprie dicta respexerit. Jam vero mala et myrtus in aliis quoque mysteriis, Veneris nimirum, usum habent, quod nemo ignorat. (Vide ad *Platon.* Ep. IV. p. 340. De myrto *Kuhn.* ad *Pausan.* VI. 24. p. 514.) Hinc καὶ γὰρ ζωὸς ἐὼν ἐφίλει. *nam, dum viveret, indulgebat amori.* Euphorionem ab Alexandri, Euboeae regis, conjuge amatum fuisse, narrat *Suidas* in Εὐφορίων T. I. p. 915.

X. Cod. Vat. p. 323. ἔστι δυσγνώστον διὰ τὰ σφάλματα. Edidit *Pierson.* ad Moer. p. 409. *Jensius* nr. 41. *Reisk.* nr. 691. p. 131. Sensum optime expedivit *Toup.* ad Suid. P. III. p. 452. Scriptum est carmen in Cinesiam, foeneratorem; qui cum membris integris obiisset, justus

voca-

vocatur debitor, quippe qui morti omnia rite persolverit. — V. 1. ἄχευε τ' ἀκαίταν. Cod. Vat. unde Pierson fecit: ἔχεν ἔτ' ἀ. in quod etiam Reiskius incidit. Nostrum est ex emendatione Toupii. Idem in fine versus λάτρις acute correxit, cum in membranis esset ἄγρις. Quaedam apogr. ἄγρει. Trapezita dicitur famulus Mercurii, rei pecuniariae praesidis. — V. 2. ἐκτίσαν. Opportune comparavit Pierson Aeschinem Socraticum in Axioch. p. 1305. D. εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας, εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυσαλθές· κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοήν. Ex vetere philosopho procul dubio derivatus similis Plutarchi locus T. II. p. 106. F. διὸ καὶ μοιρίδιον χρέος εἶναι λέγεται τὸ ζῆν, ὡς ἀποδοθησόμενον, ὃ ἐδανείσαντο ἡμῶν οἱ προπάτορες· ὃ δὴ καὶ εὐκόλως καταβλητέον καὶ ἀστενάκτως, ὅταν ὁ δανείσας ἀπαιτῇ. Cum quibus comparanda sunt, quae in eundem sensum dicuntur p. 116. B. Anthol. Lat. T. II. p. 26. Reddere depositum lex est: ideoque parenti Corpus humo, manes restituoque polo. — V. 3. γηρα ἔτ' Vat. Cod. (non, ut Br. ait, γήραϊ τ') et sic Jensius. Reiskius γήρᾳ ἔτ' recte emendavit, idque ipsi Brunckio, cum Lectiones scriberet, verisimilius videbatur commento Toupii γυῖα ἔτ'. Senectutis mentio oblitteranda non erat. πάντα ἄρτια, corpore integro, nulla ejus parte senectutis onere debilitata ad inferos descenderat. Philostrat. Vit. Soph. L. I. p. 494. λέγεται δὲ ὁ Γοργίας μὴ καταλυθῆναι τὸ σῶμα ὑπὸ γήρως, ἀλλ' ἄρτιος καταβιῶναι, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἡβῶν. Id. p. 515. διετέλεσε γὰρ καὶ ἐς γῆρας βαθὺ ἀκέραιος καὶ ἄρτιος. Hieronymum narrat Lucian. T. III. p. 224. 89. ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις μηδενὸς γενόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. — V. 4. Ἀχέρων. Recte dedit Reisk. et Pierson; cum in cod. sit ἄχεων. παντροβίης Ἀχέρων exhibuit quoque Albert. ad Hesych. in καταιβάτης T. II. p. 183.

XI. Cod. Vat. p. 274. sq. Θεοδωρίδα. In Plan. p. 214. St. 311. W. edit. Flor. Aldina pr. et ed. filior. Aldi Θεοδώρου habent. Θεοδωρίδου tamen in Cod. invenit Aldus. Cf. ad Ep. III. — In Pylium, Agenoris filium, immatura morte exstinctum. ἄκριτε Μοῖρα, iniqua, nihil inter senes juvenesque discriminis statuens, κλάγιστε. Vid. *T. H.* ad Lucian. T. I. p. 179. et ad *Antip. Sidon.* Ep. XCIII. — πρώϊον ἤθρισας. *veluti cum flos succisus aratro Languescit moriens. Virgil.* Aen. IX. 435. *Euripid.* Hypsip. Fr. IV. ἀναγκαίως δ' ἔχει βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν. Conf. *Eichstaedt* de Dram. Sat. p. 148. — Αἰολίων. Thebanus fortasse fuit. Cf. *Damaget.* Ep. X. 2. — Vulgo ἥβης legitur. — V. 3. βίου κύνας. quasi canes, qui vitam mordeant et lanient. *Brodaeus.* cujus interpretationem improbat *Ruhnkenius* Epist. crit. I. p. 93. ubi corrigit: Κῆρας ἐπισσεύουσ', Ἀΐδου κύνας — comparato inprimis *Apollonio Rh.* IV. 1665. θέλγε δὲ Κῆρας θυμοβόρους, Ἀΐδαο θοὰς κύνας, αἳ περὶ πᾶσαν Ἠέρα δινεύουσαι ἐπὶ ζωοῖσιν ἄγονται. κύνας autem vocari ministros, qui deorum mandata exsequantur, post *Dan. Heinsium* ad Hesiod. p. 89. magna cum eruditionis copia demonstrat. Alia etiam exempla proferens *Schneiderus* Per. crit. p. 86. *Ruhnkenii* tamen emendationem impugnat. κῆρας varias esse mortis causas, quas fatum hominibus immittere dicatur. κῆρες βίου, ut ap. *Hipparch. Stobaei* in Flor. p. 574. 47. πολλαὶ κῆρες κατὰ πάντα τὸν βίον πεφύκαντι. et *Democrit.* p. 534. 4. *vitam* dicit πολλῇσι κηρσὶ συμπεφυρμένην καὶ ἀμηχανίῃσι. Conf. *Valckenar.* ad Hippol. p. 283. C. — Vulgo ἐπισσεύουσα legitur.

¶. 44.] *XII.* Cod. Vat. p. 321. Θεοδωρίδα. In Buheriano apogr. *Dioscoridi* tributum invenit hoc distichon *Br.* Error describentis inde ortus, quod *Dioscoridis* Epigramma praecedit. Edidit *Alberti* ad *Hesych.* v. Δηρὶ T. I. p. 935. *Jensius* nr. 30. *Reiske* in Anth. nr. 681. p. 125. — Cod. δηρίφαγον vitiose. ἀρηίφατοι. ἐν πολέμῳ

ἀναφανευμένα. *Hesych.* — κλαίω *Jens.* temere omisit. *Reiskius* καίθω dedit, Cod. lectionem non ignorans. Duriusculum enim putabat, lapidem plorare cadaver ipsi subjectum. Sed cippo haec verba tribui non plane necessarium esse videtur.

XIII. Cod. Vat. p. 290. Planud. p. 205. St. 299. W. In Dorotheum, Sosandri filium, qui pro Phthia propugnans perierat. — V. 1. τόλμα. Audacia et ad deos evehit et in Orcum detrudit mortales. *Euripid.* ap. Stob. Tit. XLIX. p. 355. οὐκ ἔνεστι στέφανος, οὐδ' εὐανδρία. Εἰ μή τι καὶ τολμῶσι κινδύνου μέτα· Οἱ γὰρ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν. Lege εὐδοξίαν. ut est in alio ejusdem poëtae fragmento ex Archelao nr. VII. *Horat.* III. Od. II. 21. *Virtus recludens immeritis mori Coelum.* — V. 2. πυρῆς. Vat. Cod. — V. 4. »Σηκῶν μεσσόθι καὶ χιμάρας. Inepte »Opsopoeus, *in medio stabulorum et caprorum.* Dubium »non est, quin haec locorum sint nomina, circa quae »commissum proelium, in quo fortiter dimicavit Doro»theus. Sed ubinam terrarum haec loca? Plinius L. IV. »initio: *In Epiri ora castellum in Acroceraumiis Chimae»ra.* Ab hoc castello longiori intervallo distat Sicum in »Dalmatia prope Salonam, ut ad Theodoridae Σηκοὺς »referri possit. In Vat. Cod. scriptum χιμέρας. Probabile »est, nomina esse ignobilium in Thessalia vicorum.« *Brunck.* *Casaubonus* in notis mstis tentavit μεσσόθι τῆς Χιμάρας. unde non multum lucramur. ἐῤῥαίσθη, interemtus est, ut ap. *Apollon. Rhod.* L. I. 617. οὐκ οἶον σὺν τῇσιν ἐοὺς ἔῤῥαισαν ἀκοίτας.

XIV. Cod. Vat. p. 290. Plan. p. 235. St. 340. W. ubi vulgo Θεοδωρίτου. Recte hoc nomen scribitur in Edit. pr. In Phaenaretam, Larissaeam, primo quem edidit partu exstinctam. — V. 1. εὐρύσορον. pro εὐρὺ simpliciter, respectu habito ad τὴν σορὸν, sub terra conditam. — V. 3. vitiose excusum in edit. Lips. προτοτόκον. Corr. πρωτοτόκον. — In fine Ed. Fl. et Ald. pr. τοκῆας.

XV. Cod. Vat. p. 324. integrum carmen servavit, cum in Plan. p. 253. St. 366. W. nonnisi prius distichon legatur. Ex Gruterianis Excerptis protulit *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 390. — In Timarchum naufragum. — V. 1. Κληῖδες sive Κλεῖδες insulae prope Cyprum, quarum situm accurate descripsit *Strabo* L. XIV. p. 1000. C. Ad *Herodotum* L. V. 108. p. 432. 79 ἐκ τῆς Κιλικίης ἔβησαν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα πεζῇ· τῇσι δὲ νηυσὶ οἱ Φοίνικες περιέπλεον τὴν ἄκρην, αἳ καλέονται Κληῗδες τῆς Κύπρου — — *Wesselingius* nostri loci non immemor fuit. — ἐσχατιαὶ Σαλαμῖνος. pro periphrasi urbis, in extrema Cypri ora (ἐν ἐσχατιαῖς) positae, habenda sunt. — V. 3. κόνιν δὲ σύ. Cod. Vat. Ap. *Burm.* δ' οὔτ' ἀμφὶ μ. Praeferenda *Brunckii* lectio. Ne cineres quidem tuos parentes acceperunt sepeliendos.

XVI. Cod. Vat. p. 248. In Planud. p. 257. St. 371. W. *Antipatro* tribuitur. — ναυηγοῦ vulgo. In Ed. pr. ναυηγοῦ. — V. 2. αἱ ἄλλαι μεθ' Plan. ἄλλαι μεθ' Cod. Vat. — Quamvis hic naufragi vides tumulum, ne tamen idcirco a mari abstineas; alii enim nautarum servantur, alii pereunt. Ego quidem cum naufragium facerem, ceteris navibus nihil mali accidebat. Hoc expressit *Leonid. Alex.* Ep. XL.

XVII. Cod. Vat. p. 290. Planud. p. 262. St. 378. W. In Theodotum juvenem. — V. 1. Planud. κηδεμόνες μ. δ. εἰς σὲ θανόντα Κύκνον. quod ne graecum quidem. In Vat. Cod. legitur κηδεμόνων μ. δ. ἐπιθανόντων. Pars igitur lectionis *Brunckianae* ex conjectura fluxit satis probabili. *Diodorus* Ep. IX. Ἀστακίῳ δὲ μέγ' ἤχησε, ἢ τε μάλιστα, θῆκεν ἑὴν ἥβην κάκουν ἠΐθεον. — §. 45.] V. 3. ἀπώλεσε. vett. edd. omnes, praeter Ascens. quae ἀπώλεσε legit, quod Stephanus recepit. Vat. Cod. ἀπώλεσε. *Brunckius*, unde suam lectionem duxerit, non indicavit; sed sic *Jos. Scaligerum* in not. mstis emendasse video.

XVIII. Cod. Vat. p. 283. Plan. p. 215. St. 313. W. Θεοδωρίτου. De Heracliti philosophi sepulcro prope viam. — V. 2. δ' ἔνδον. Cod. Vat. quod fortasse verum, servato ἔχων, ut legitur in Planud. Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 643. — V. 3. Expressa sunt haec ex *Leonid. Tar.* Ep. LXVII. μνῆμα δὲ καὶ τάφος αἰὲν ἁμαξεύοντος ὁδίτου, Ἄξονι καὶ τροχιῇ λεπτὰ παραξέεται. — In Cod. Vat. est ἔτρεψεν κεφαλαῖς ἴσον. Desidero in hoc disticho particulam, quae illud priori disticho oppositum esse significet. Fortasse scribendum:

ἀλλ' αἰὲν μ' ἔτρεψε κρόκαις ἴσον.

κρόκη idem quod κροκάλη, παραθαλάσσιος ψῆφος, ut est ap. *Hesychium.* — V. 4. τέταμαι pro κεῖμαι illustrat *Dorville* l. c. — αἰνοδίη vitiose ed. Flor. Ald. pr. et Asc. — V. 5. Quamvis cippo carens, tamen mortalibus nuntio, me divinum illum populi latratorem tenere, i. e. Heraclitum. Vide not. ad *Meleagr.* CXVIII. p. 130. Male *Brodaeus: Heraclitum, cynicum quendam philosophum;* cum de illustri illo Ephesio agatur.

POSIDIPPI EPIGRAMMATA.

T. 46.] *I.* Cod. Vat. p. 575. Edidit *Alberti* ad Hesych. v. ἰοδόχη T. II. p. 52. *Klotz* ad Tyrt. p. 62. *Warton* ad Theocrit. T. II. p. 90. *Brunckius* in omnibus conspirat cum *Schneidero* in Per. crit. p. 70. Amores, non fine ironia quadam, ut mihi quidem videtur, exhortatur, ut omnes ipsum spiculis configant suis. — V. 1. βάλλετε pro πολλοῖς. Cod. Vat. Apographa etiam depravatius εἰς ἅμα β. unde *Guieto* legendum videbatur: εἰς ἐμὲ βάλλετε. i. e. ἐγὼ σκοπὸς ὑμῖν κεῖμαι, ἔκκειμαι. *Warton* corr.: εἷς κατὰ πολλῶν. Nostrum, quod a *Salmasio* videtur profectum, reperitur in contextu apographi

Lipſ. — *Lucian.* Amor. §. 1. Tom. V. p. 257. Bip. ἄχθομαί τε, νὴ τοὺς σοὺς Ἔρωτας, οἷς πλατὺς εὐρέθης (ſic recte legit *Gesnerus* pro εὑρέθη) σκοπὸς, ὅτι πέπαυσαι διηγούμενος. Conf. *Antip. Sidon.* Ep. LXXV. 5. — V. 2. φαίνητ᾽ *Wart.* — ἦν γὰρ *Albert.* — V. 3. ἐν ἀνθρώποισιν apogr. Lipſ. Color eſt, ut ap. *Virgil.* Aen. IV. 93. *Egregiam vero laudem et ſpolia ampla refertis, Tuque puerque tuus: magnum et memorabile numen, Una dolo Divum ſi femina victa duorum eſt.* ὀνομαστοὶ, illuſtres ac celebres, illuſtravit *Elsner* in Obſſ. ſacr. p. 90. — μεγάλ. ἰοδόκ. *Guietus* adſcripſit: ἐμοῦ τοῦ βελῶν πλήρους. Non aliter accepit *Schneiderus* l. c. Videtur poëta ſe pharetram Amorum dicere, quia omnia ſua tela in eum conſumſerant. Simile, ſed minus ineptum acumen eſt ap. *Ovid.* II. Amor. IX. 35. *Fige, puer: poſitis nudus tibi praebeor armis. Hic tibi ſunt vires, hic tua dextra facit. Huc, tanquam juſſae, veniant jam ſponte ſagittae; Vix illis prae me nota pharetra ſua eſt.* Huc facit *Paul. Silent.* Ep. XX. μηκέτι τις πτήξειε πόθου βέλος· ἰοδόκην γὰρ Εἰς ἐμὲ λάβρος Ἔρως ἐξεκένωσεν ὅλην.

II. Vat. Cod. p. 587. Nemo, quod ſciam, hoc carmen ante *Br.* edidit. — Poëta ſe, dum ſobrius ſit, ſatis contra Amorem, quamvis mortalem contra deum, valere ait. Pro εὔοπλον Vat. Cod. εὔοπλος legit; et προσσὲ junctim. — Deſideramus in his verſiculis juſtam verborum antitheſin. Opponuntur ſibi θνητὸς ἐὼν et πρὸς σὲ, θεὸν ſcil. Sed εὔοπλον in altero membro non habet, quod ipſi opponatur. Ex comparatione Epigrammatis *Rufini* XXIII. quod hinc expreſſum, ſuſpiceris, lectum fuiſſe:

Εἷς μοῦνον καὶ πρὸς σὲ μαχήσομαι.

Fortaſſe tamen alterum antitheſeos membrum in ſequ. diſticho quaerendum. Te armatum non timeo; nam dum non ebrius ſum, Rationem mecum pugnantem habeo. — λογισμόν. Vide not. ad *Meleagri* Ep. LVI. p. 72.

III. Cod. Vat. p. 589. Edidit *Wolf* in Fragm. Sapph. p. 242. *Wesseling*. in *Diodor. Sic.* T. I. p. 393. *Valcken.* in Adon. p. 391. C. Callistium meretricula Venerem sibi propitiam precatur. — V. 1. *Spanhemius*, qui hoc distichon profert ad *Callim.* H. in Del. 21. p. 338. ἢ, ἦτε et ἐξοιχνεῖς habet. ἐποιχνεῖς, ut Homericum ἀμφιβέβηκας, *colendi* significationem habet. *Catull.* Carm. XXXVI. 12. *quae sanctum Idalium — colis, quaeque Amathunta quaeque Golgos.* *Virgilius* Epigr. VI. *o Paphon, o sedes quae colis Idalias.* — Μίλητον. Venus tutelare Mileti numen, ubi habebat templum ἐν καλάμοις. *Theocrit.* Eid. XXVIII. 4. πόλιν ἐς Νείλεω ἀγλαάν, Ὅππα Κύπριδος ἱρὸν καλάμω χλωρὸν ὑφ' ἀπαλῶ. ubi fortasse metri causa ἐπακτίω sive ὑπαὶ καλῶ legendum est. De Venere Milesia vide *Spanh.* ad Callim. in Dian. 225. p. 330. — V. 2. καὶ καλόν. Inserto articulo suaviores decurrent numeri:

καὶ τὸ καλὸν Συρίης ἐπιπουρότου δάπεδον.

Venus inter Syros insigni honore colebatur. *Pausan.* I. 14. p. 36. *Lucian.* T. IX. p. 86. Bip. Templum Veneris, quod Ascalone fuit, omnium antiquissimum putabatur, secundum *Herodotum* L. I. 105. p. 53. Vide, quae de Venere Syria eleganter disputavit *Manso* in Differt. mythol. p. 5. sqq. et p. 156. sq. — V. 3. ἢ τὸν —. Sic corr. in Ed. Lipf. pro ἢ τόν.

IV. Cod. Vat. p. 115. Edidit *Reiske* in Misc. Lipf. T. IX. p. 455. nr. 350. Lepidum carmen amatoris ad Philaenidem meretricem, quae, quemcunque amatorem amplexibus cum maxime fovebat, eum omnium maxime se amare profitebatur. — V. 1. πιθανῶς. Cod. quod *Reisk.* correxit. — δάκρυσι. membr. δακρύεσσι. apogr. Dresd. — V. 3. τοῦτον ὅσον *Reisk.* ex Cod. Sed recte *Brunckius* τοῦτό γ' ὅσον. Hoc loco particula γε necessario requiritur. — Vitiose apogr. Lipf. παρ' ἐμοῦ κέκλυκεν. Vera lectio non latuit editorem Lipsiensem.

¶. 47.] *V.* Cod. Vat. p. 119. Exhibuit *Reisk.* in Misc. Lips. IX. nr. 364. p. 472. Poëta, vino madens, per noctis tenebras Amore duce ad Pythiadem meretricem venit, eamque, ut se in domum recipiat, precatur. Hoc certe argumentum *Brunckius* sibi finxisse videtur. Sed res incerta, ut mox docebimus. — V. 3. *ἐκκαλέσαι.* Cod. Vat. quod *Reiskius* servavit, vertens: *sine te, per Jovem, huc evocari*; e lecto tuo scil. huc ad fores tuas. Hanc interpretationem vereor ut sermonis indoles ferat. *Brunckium* recte emendasse puto *εἰσκαλέσαι*. — V. 3. „*αἶψε δὲ σημεῖον.* E Salmasii emendatione. In „cod. scriptum est *εἶπε.*" *Br.* Sed haec lectio commodum sensum non habet. Varia frustra tentanti mihi visum est, fieri posse, ut Codicis lectio servetur: *εἰπὲ δὲ σημεῖον.* Carmen ab initio mutilum est. Poëta, quod acute intellexit *Reiskius*, servum suum ad meretricem praemittere videtur, verbis, quae ille nuntiet, mandatis. Hoc mandatum priore continetur disticho. Deinde haec addit: *εἰπὲ δὲ σημεῖον.* plane ut *Asclepiad.* Ep. XXVII. 11. 12. Ede signum, quo me agnoscat, hominem nimirum audacem et vini et amoris impotentissimum. Pro *ἦλθον* Cod. Vat. *ἦλθεν* habet. *διὰ κλωπῶν. Reisk.* *Tibull.* I. El. II. 25. *Venus — non sinis occurras quisquam, qui corpora ferro Vulneret, aut rapta praemia veste petat.* *Propertius* media nocte ad puellam vocatus L. III. 14. 5. *Quid faciam? obductis committam mene tenebris? Ut timeam audaces in mea membra manus.* — Praeferenda tamen Cod. lectio *διακλωπῶν*, i. e *κλωπευόμενος, allant à tâtons,* ut *Br.* interpretatur. — Amore duce puella *pedibus praetentat iter, suspensa timore, Explorat coecas cui manus ante vias.* ap. *Tibull.* II. 1. 77. — V. 4. *θρασεῖ ἐγρόμενον.* *Ovidius* I. Amor. VI. 9.

At quondam noctem simulacraque vana timebam:
Mirabar, tenebris si quis iturus erat.

Risit, ut audirem, tenera cum matre Cupido,
Et leviter, fies tu quoque fortis, ait.
Nec mora, venit Amor, non umbras nocte volantes,
Non timeo strictas in mea fata manus.

VI. Cod. Vat. p. 119. Ποσειδίππου ἢ Ἀσκληπιάδου. *Posidippo* soli inscribitur in Plan. p. 473. St. 614. W. *Asclepiadis* tamen potius esse, facile crediderim propter illius Ep. XIV. ubi Νικὼ occurrit. — Cleander Nicus in mari natantis amore captus, votis ad Venerem factis assecutus est, ut puella potiretur. — V. 1. ἐν Παφίῃ Κ. vulgo. *Opsopoeum* tamen Παφίη legisse, ex ejus interpretatione apparet. Ceterum nihil hoc versu ineptius, quo Cleander nonnisi *unam Nicus genam* conspexisse dicitur. Scripturae depravationem praeclare ostendit Cod. Vat. qui παρ' ἠϊόνι legit, quod vel absque codice conjectura assecutus est Anonymus Bibl. Bodl. Sed hoc nondum ad emaculandos hos versus sufficit. Scribendum est, nisi me omnia fallunt:

Σῶν, Παφίη Κυθέρεια, παρ' ἠϊόν' εἶδε Κλέανδρος
Νικὼ ἐνὶ χαροποῖς κύμασι νηχομένην.

Hujus emendationis veritatem arguit Epigr. finis: οὐκ ἀτελεῖς γὰρ Εὐχαὶ, τὰς κείνης εὔξατ' ἐπ' ἠϊόνος. Recte autem dedimus Νικὼ νηχομένην, partim auctoritate Vat. membranarum nixi, in quibus perspicue scriptum νηχομένην. — V. 3. καιόμενος libris invitis scribendum esse censet *Br. Schneideri* sententiam amplexus. In fine ἐκὼν Plan. ἄνθρακας de Veneris aestu iterum Ep. VIII. Fortasse etiam in Ep. ἀδεσπ. XXII. ubi legendum suspicor:

ἀνθρακιὴ διὰ παντός· ὅλον κατέτηκ' Ἀρίβαζος
τὰν Κνίδον· ἁ πέτρα θρυπτομένα θέρεται.

Cod. ἄθρει μοι exhibet. Conf. *Asclepiad.* Ep. XIII. 4. — V. 5. ἐνευόγει. Hinc fortasse *Macedon.* III. τὸν ναυηγὸν ἐπ' ἠπείρου φανέντα. Epigr. ἀδεσπ. LXVI. Κύπρι, κἀμὲ τὸν ἐν γῇ ναυηγὸν, φιλίη, σῶσον ἀπολλύμενον. Non solum in re ama-

toria, ſed in aliis quoque conditionibus naufragium dicuntur facere, quibus res male cedit. *Alciphron* L. I. 18. p. 69. Πέπαυσο εἰς ταῦτα δαπανώμενος, μή σε ἀντὶ τῆς θαλάττης ἡ γῆ ναυηγὸν ἀποφήνῃ, φιλῶσα τῶν χρημάτων. *Philo* Tom. I. p. 678. ἐξοκείλαντές τε καὶ ναυαγήσαντες ἢ περὶ γλῶτταν ἄθυρον ἢ περὶ γαστέρα ἄπληστον. *Patrimonio naufragus* eſt ap. *Ciceron.* pro Sull. c. XIV. *Horat.* II. Serm. III. 18. *Poſtquam omnis res mea Janum Ad medium fracta eſt.* — V. 6. „εἴχοσαν. Hujus flexionis unicum e probato ſcriptore exemplum affert Maittaire „p. 225. En tertium e Scymno Chio 694. — τηνικαῦτ' „ἐκ τῆς Σάμου Ἐπιδεξάμενοί τινας συνοίκους εἴχοσαν." *Br.* Similes verborum formas collegit *Reisk.* ad Conſtant. Porphyr. Cerem. p. 48. — V. 7. οὐκ ἀτελεῖς εὐχαί. Vota, quae ille in maris litore concepit, exitu non caruerunt. Comparat *Toup.* in Cur. nov. p. 262. *Sophocl.* Philoct. 780. ἀλλ' οὖν δέδοικα, μὴ ἀτελὴς εὐχή, τέκνον. — κείνης. Veneris in litore: quoniam Venus in litoribus colitur. Vide not. ad *Anytes* Ep. V. p. 425.

VII. Hoc carmen in Vat. Cod. p. 116. ita ut in Planud. p. 451. St. 586. W. titulum gerit: Ποσειδίππου ἢ Ἀσκληπιάδου. Alterius tamen poëtae nomen in Ed. pr. non conſpicitur. In Irenen, puellam eximie formoſam. — V. 1. εἶδον. Amores, ex Veneris thalamo prodeuntes, Irenium viderunt, omnibus gratiis ornatiſſimam. Me in his nonnihil haerere fateor. Cauſae et temporis expreſſam ſignificationem deſidero. Quid eſt enim, quod Amores ex Veneris thalamo prodeant? An forte fortuna accidit, ut prodeuntes Irenium videant? An ejus videndae cauſa prodeunt? Nonne dicendum erat, quo tempore, quave opportunitate hoc factum eſſet? Vide igitur, an ἐρχομένην ſcribendum ſit. Irenium, ut altera Pandora, in ipſis Veneris penetralibus omni venuſtate ornata et dotata, inde procedens Amorum in ſe convertit oculos, quorum adſpectus et ipſe ad augendum puel-

lae decus faciebat. — V. 3. 4. laudat *Suidas* in λύγδινα T. II. p. 465. qui ſervavit lectionem βριθομένην χαρίτων, in vett. edd. in θαλάμων depravatam. Una Aſcenſ. χαρίτων. unde *Stephanus* χαρίτων. — ἱερὸν θάλος. Vide ad *Meleagr*. Ep. LXXXVIII. p. 102. — λυγδοῦ omnes edd. vett. Non ſolum ad ſplendorem cutis, ſed etiam ad perfectam omnibusque numeris exactam puellae pulcritudinem ſignificandam faciunt verba οἷα λύγδου γλυπτήν. Statuis formoſi formoſaeque comparari ſolent. *Euripid.* Hecuba v. 560. Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 12. ſq. Ad noſtrum locum faciunt inprimis Horatiana, ex graeco fonte derivata: *Glycerae nitor Splendentis Pario marmore purius.* I. Carm. XIX. 6. Anthol. Lat. L. III. 171. *facie micat rubenti Et vibrat Parium nitens colorem.* — V. 5. πολλαῖς χερσὶν vulgata lectione πολλοὺς elegantior eſt. Sed cum hanc non Planud. ſolum, ſed Vat. quoque Cod. et *Suidas* (qui hoc diſtichon excitat in ἀρπεδόνες T. I. p. 336.) tueatur, certae Critices leges eam in contextu ſervari jubent. — ἧκεν. *Suid.*

VIII. Cod. Vat. p. 119. Plan. p. 473. St. 615. W. Conqueritur poëta, quod Venus et Amores nunquam non graviſſimis eum cruciatibus afficiant. — V. 1. τί μ' ἐγείρετε. quid me, cum vix ex incendio evaſerim, iterum ad novos amoris cruciatus perpetiendos excitatis? Cf. *Horat.* IV. Carm. I. 1. ſq. — Sic haec commode explicari poſſunt. Nondum tamen me poenitet conjecturae, quam ſimiles loci confirmant:

τί μ' ἐρείδετε, πρὶν πόδας ἆραι
ἐκ πυρὸς, εἰς ἑτέρην Κύπριδος ἀνθρακιήν;

Propert. L. III. El. IV. 39. *Me quoque conſimili impoſitum torquerier igni.* Epigr. ἀδέσπ. III. Οὔ μοι θῆλυς ἔρως ἐγκάρδιος, ἀλλ' ἐμὲ πυρσοὶ Ἄρσενες ἀσβέστῳ θῆκαν ἐπ' ἀνθρακιῇ. quod geminum germanum eſt. ἐρείδειν *ponere, imponere* paſſim. *Theocrit.* Eid. VII. 104. ἄκλητον τήνοιο

φίλας ἐς χεῖρας ἐρείσαις. *Euripid.* in Heracl. 603. λήψεσθε καὶ δάκρυ μ' ἐρείσαντε. — Ceterum Vat. Cod. post δάκρυα inserit μὲν, et in fine versus αἴρῃ, cui superscr. γρ. ἔρωι. — V. 4. „In Vat. Cod. ut et in Plan. ἄλγος ὁ μὴ κρίνων. „sed ex correctione. Aliud quid fuit antea. Apparent „voces ἄλγος et κρίνων, sed media deleta a correctore re„positum ὁ μή. Legendum ὁ μὴ κραίνων. Ordo est: καὶ „δέ μοι ἐξ 'Αφροδίτης πόθος, ὁ μὴ κραίνων ἄλγος κοινὸν τῷ „ἄγοντι. Epigramma est παιδικὸν, quod non intellexit „bonus Planudes.“ *Br.* At nec in Cephalae collectione leguntur ἐν τοῖς παιδικοῖς; nec facile *Brunckius* prudentibus de sententiae suae veritate persuadebit. Hic locus multos exercuit. Scholia Wechel.: καί μοι ἄλγος ἀντὶ λόγει, ἀντὶ τοῦ, καί μοι λύπην προξενεῖ ὁ ἐξ 'Αφροδίτης πόθος. ἤτοι Ἔρως ὁ μὴ κρίνων τὸ κοινόν. τὸ δὲ ἄγοντι, ἀντὶ τοῦ ἐμοὶ τῷ ἄγοντι, τουτέστι φέροντι κατὰ μετάληψιν. τὸ δὲ κοινὸν κρίνων διὰ τὸ μὴ ὑπὸ τῆς ἐρωμένης ἀντερᾶσθαι. Simili ratione Anonymus Bibl. Bodlej. hunc locum expedire conatus est: ἔστι δέ μοι ἄλγος ὁ πόθος ὁ μὴ κρίνων κοινὸν, τοῦτ' ἔστιν, ὁ μὴ ὢν κοινὸς, ἄγοντι, ἤγουν ἐμοὶ τῷ φέροντι, τὸν Ἔρωτα δηλαδή. Scaligeranus codex ap. *Huetium* p. 47. correctionem praebebat hanc: ὁ μὴ κιρνῶν κοινὸν ἄκοντι πόθος. Eandem reperio in notis mstis *Jos. Scaligeri.* Quem sensum singulis verbis subjecerit *Grotius*, non satis apparet ex ejus versione, quam *Burmannus* edidit ad Propert. p. 21.

Me Venus exercet semper, succedit Amori
Ilicet ex causa qualibet ortus Amor.

Schneiderus in notis mstis suspicabatur: κοινὸν ἀγῶνα πόθος. eo fere sensu, ni fallor, quem expressit *Propert.* L. I. 1. 31.

Vos remanete, quibus facili deus annuit ore,
Sitis et in tuto semper amore pares.
In me nostra Venus noctes exercet amaras,
Et nullo vacuus tempore desit Amor.

Wyttenbach. in Bibl. crit. II. 2, p. 76. ἄλγος· ὃ μὴ κραίνει κακὸς ἄλλοτε πόθος, interpretatione non addita. Nullus me Anthologiae locus minori cum fructu gravius exercuit. Ponam tamen ex variis conjecturis eam, quae mihi et contextui et poëtae ingenio maxime videtur consentanea:

ἀεὶ νέον ἐξ Ἀφροδίτης
ἄλγος ἐμοί, κνιδῶν κνισμὸν ἄγων τε πόθος.

Semper mihi novus aliquis a Venere dolor, et urticae morsibus afficiens desiderium nascitur. κνιδῶν κνισμὸν in re amatoria non ineptum judicabunt comparantes Ep. *Artemonis* II. p. 79. in puerum: ἄλλοτε μειδιόων, ὅτε δ' οὐ φίλος· ὄρα μελισσέων Ἑρμοῦ καὶ κνίδης καὶ πυρὸς ἡψάμεθα. *Urticam* pro irritamento libidinis posuit *Juvenal.* Sat. XI. 165. *Irritamentum Veneris languentis, et acres Divitis urticae.* Pro quavis cupidine id. Sat. II. 128. ubi vide Intpp. Cf. *Foes.* in Oecon. Hipp. Κνίδωσις p. 208.

T. 48.] *IX.* Cod. Vat. p. 584. Neminem scio, qui hoc carmen ante *Br.* ediderit. »Vereor, ut integrum sit hoc »carmen. Post πεποιημένη in v. 3. reliqui distichi pars et »sequentis initium deesse videntur. Tum scribendum »ἄλλ' ἐθερίζει seu potius ἐθέριζε.« *Br.* In Vat. Cod. junctim ἀλλαθερίζει. Huic lectioni si unius literae mutatione subveneris, non opus erit de carminis integritate dubitare. Scribendum puto:

ἆθλ' ἐθερίζει.

labores et aerumnas, τοὺς τοῦ Ἔρωτος πόνους, *contemnit.* Junguntur ἄλγεα et ἄεθλα in carmine T. III. p. 146. XVIII. — Jam reliqua videamus. ὁ Πόθος animam vinctam spinis imponit, ignem ei subjiciens. ὁ Μουσῶν τέττιξ anima est Musarum artibus probe instructa. Poëtae cicadis comparantur propter cantus suavitatem. Cf. Epigr. ἀδέσπ. CCCCLXVIII. Εἰ κόκκυξ τέττιγος ἐρεῖ λιγυρώτερος εἶναι, Ἴσα ποιεῖν καὶ ἐγὼ Παλλαδίῳ δύναμαι. — κομίζειν θέλει.

i. e. ſpinis tanquam lecto imponit. Comparandus inprimis, qui paſſim poëtas epigrammatarios compilavit, *Euſtathius* de Hyſm. L. III. p. 84. καὶ νὴ τὸν Ἔρωτα τὴν στρώμνην ἀκάνθινον εἶχον καὶ ὡς ἐπὶ πυρᾶς ὀπτούμενος πυκνὰ ἀντεστρεφόμενος ἦν. Erat poenae genus ap. veteres, huic, quod *Poſidippus* deſcribit, haud abſimile, ſecundum *Platon.* in Polit. X. p. 519. D. τὸν δὲ Ἀρδιαῖον καὶ ἄλλους συμποδίσαντες χεῖράς τε καὶ πόδας καὶ κεφαλὴν καταβαλόντες καὶ ἐκδείραντες, εἷλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς ἐπ' ἀσπαλάθων κνάμπτοντες. Vide *Ruhnken.* ad Tim. p. 160. — Ceterum in Vat. Cod. τῶν Μ. τέττιγα habetur. — V. 3. βέβλαις. Cod. Color eſt, ut in Epigr. ἀδεσπ. XLVII.

τὸν γὰρ ἐπαυδήσαντα πόνοις καὶ Ἔρωτι δαμέντα
οὐδὲ Διὸς τρόχει πῦρ ἐπιβαλλόμενον.

Anima in philoſophorum ſcriptis probe exercitata, labores ab Amore ipſi impoſitos nihili pendit. *Maxim. Tyr.* Diſſ. XIII. 5. ἡ μὲν οὖν ἀγαθὴ ψυχὴ καὶ διαπεπονημένη καὶ ἠσκημένη ἀμελεῖ καὶ ὡς τάχιστα ἐξίεται γυμνωθῆναι. *Syneſius* in Dione p. 62. B. τῷ τοῖς ἀδιορθώτοις τῶν βιβλίων ἐγγεγυμνάσθαι.

X. Cod. Vat. p. 595. Edidit *Reiske* in Not. ad Anth. p. 246. et hinc *Warton* ad Theocrit. II. p. 156. — V. 1. Poëta in compotatione miniſtrum jubet duo pocula in Nannus et Lydae honorem, totidemque in honorem Antimachi et Mimnermi inſundere. ἐπίχει δύο Ναννοῦς. ut ap. *Meleagr.* Ep. XCIX. ἔγχει τᾶς Πειθοῦς. Notiſſima Nanno, Mimnermi amaſia, de qua vid. *Ruhnk.* ad Hermeſ. v. 37. p. 291. De Lyda, cujus nomine Antimachus carmen inſcripſit, cf. not. ad *Aſclepiad.* Ep. XXXVI. — In exitu verſus καὶ φερεκάστου Vat. Cod. Hanc lectionem *Reiskius* pro genuina habuiſſe miror, dum vertit: *suum ſeorſim cujusque ſingula.* Nec tamen *Brunckii* emendatio ferenda eſt. Epitheton *Antimachi* nomini additum oſtendit, Mimnermum quoque epitheto a poëta fuiſſe ornatum. Scribendum puto:

καὶ φιλακρήτου
Μιμνέρμου, καὶ τοῦ σώφρονος Ἀντιμάχου.

Hoc epitheton poëtam decere apparet, qui *fine amore jocisque nil jucundum* censebat, ut est ap. *Horat.* I. Epist. VI. 65. De eodem *Hermesianax* El. v. 35. in loco depravatissimo:

Μίμνερμος δὲ, τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο, πολλὸν ἀνατλὰς,
ἦχον, καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου,
καίετο μὲν Ναννοῦς, χωλῷ δ' ἐπὶ πολλάκι κώλῳ,
κημωθεὶς, κώμους στεῖχ' ἀνακοιρανέων.

Sic haec fortasse legi debent. Poëtae comissationes agenti tribuitur κῶλον χωλὸν propter numeros impariter junctos, quibus ille primus usus esse dicitur. Notus *Ovidii* locus L. III. El. I. 8. *Venit odoratos Elegeia nexa capillos: Et, puto, pes illi longior alter erat.* Tribuuntur nonnunquam scriptoribus, quae ipsorum operibus propria sunt. Ut *Horatius* Dorsenni in scribendo negligentiam notans, *Adspice*, ait, *Quam non adstricto percurrat pulpita socco.* II. Epist. I. 174. Sed haec obiter. — V. 3. ἐμὸν Cod. ἐμοὶ *Reisk.* Pro ἑαυτοῦ, quod *Brunckii* inventum esse videtur, membranae iterum ἐκείνου exhibent. An fuit:

τὸν δ' ἕκτον ἄτου.

in sequenti autem versu:

εἴπας, ὅντιν' ἐρῶν ἔτυχες.

Sextum poculum deliciis tuis infunde, ejus, quem deperis, nomine appellato. Theocrit. XIV. 17. ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον, ᾯτινος ἤθελ' ἕκαστος· ἔδει μόνον ᾧτινος εἰπεῖν. — V. 7. 8. »Hoc distichon, quod ita in Cod. scriptum »est, ut id exhibui, manifesto corruptum est. Con»jecturam meam in textum inferre nolui, quam hic »proponam: Κύπρι· σοὶ γὰρ ἐραστὴς Νήφων τ' οἰνωθεὶς τ' »εὔχαρίς ἐστιν ὁμῶς.« *Br.* Sed, hac conjectura admissa, postremum distichon cum praecedentibus vix coit. Adde, quod relinquitur difficultas in verbis μεστὸν ὑπὲρ χείλους πίομαι, Κύπρι· quae ad quod poculum referenda sint, non

facile dictu est. Si ad praecedens, cur Venerem alloquitur? fin Veneris poculum fignificare voluit, aliquid ad fermonis integritatem requiritur. Hinc fufpicor, in κύπρι τἄλλα latere κύπελλα, et poëtam hunc fenfum voluiffe efficere: Jam Amoris pocula non, ut cetera, numerabimus. Huic fenfui verba carminis accommodare conatus fum, fic fcribens:

— — Μνημοσύνης δέκατον
μεστὸν ὑπὲρ χείλους πίομεν· τὰ κύπελλα δ' Ἔρωτος
οἰνωθέντ' ἀριθμεῖν ναιχὶ λίην ἄχαρι.

Amoris pocula ebrios numerare, nimis ineptum foret. Plurima igitur ei fe fufurum effe, nullo calculo inito, fignificat. Non tamen tantum huic conjecturae tribuo, ut eam pro genuina poëtae manu haberi velim. Viderint alii.

XI. Cod. Vat. p. 106. Edidit *Wolf* in Fragm. Sapph. p. 232. *Dorville* ad Char. p. 371. *Reisk.* in Misc. Lipf. IX. p. 144. nr. 322. Oblitus philofophorum de recte vivendo praecepta, vino et amori indulgere fibi proponit. — V. 1. Κεχραμὶ λάγυνε. lagena fictilis. Vafa fictilia, quae ap. Atticos fiebant, (ὁ Ἀττικὸς κέραμος *Athen.* L. I. p. 28. C.) in magno ap. veteres honore fuiffe, monuimus ad *Leonid. Tar.* Ep. LXXXVII. — πολύδροσον. rorulentum Bacchi laticem. *Simonid.* Ep. LIV. in Anacreontem: καί μιν ἀεὶ τέγγοι νοτερὴ δρόσος. — V. 2. βαῖνε. Cod. Vat. — συμβολική. Erat convivium, ubi de fymbolis coenabant. — V. 3. ανάσθω *Wolf.* qui inepte corrigit ανέσθω. — Zenon ὁ σοφὸς κύκνος. Ergo non poëtae tantum, fed alii quoque fcriptores cum oloribus comparantur. *Reiskius* tamen de *canitie* Zenonis poëtam cogitaffe fufpicabatur. πολιόχρως κύκνος eft ap. *Euripid.* in Bacch. 1361. et chorus fenum in Herc. fur. 692. κύκνος ὥς, γέρων ἀοιδὸς Πολιᾶν ἐκ γενύων Κελαδήσω. In fimili ad potandum exhortatione item Zeno cum Cleanthe jun-

jungitur, in Ep. *Marci Argent.* XIX. Εἰ δέ σοι ἀθάνατος σοφίης νόος, ἴσθι Κλεάνθης Καὶ Ζήνων ἀΐδην τὸν βαθὺν ὡς ἔμολον. Erat autem Cleanthes, *Zenonis auditor, quasi majorum gentium Stoicus.* *Cic.* Acad. Qu. L. IV. 126. Hinc *Claudianus* de Fl. Mallii Theod. Conf. 88. Stoicos *Cleantheam turbam* appellat.

XII. Vat. Cod. p. 114. Ποσειδίππου καὶ αὐτὸ κώμου καὶ παννυχίας μεστόν. *Reisk.* in Miscell. Lips. T. IX. p. 321. nr. 347. *Meleagri* nomine inscripsit, cujus poëtae Epigramma praecedit in Codice. Ex *Dorvillii* schedis protulit *Burmann.* ad Sicul. T. II. p. 556. Convivium poëta instruens, puerum mittit, qui majorem vini copiam potaturis suppeditet. Conf. *Asclepiad.* Ep. XXVII. et XXVIII. — V. 2. γινομένοις. Cod. — Pro ἐν Χίοy *Brunckius* verbis transpositis Χῖον ἐν legendum censet. In Χῖος enim, contracto ex Χίιος, priorem syllabam semper produci. *Suidae* locum v. Ἀθηναῖος. Ὁ Χῖος Ἴων τραγῳδίαν νικήσας Ἀθήνησιν ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων ἔδωκε Χῖον κεράμιον, *Reiskius* quoque laudavit. Ductus est ex *Athen.* L. I. p. 3. F. — V. 3. Ἀρίστιον, oenopolam puta. — V. 4. Cod. ἡμιδαής. Nostram lectionem *Posidippo* restituit *Reiskius* ex *Suida* T. II. p. 60. Ἡμιδαής· ἡμίκαυτος. ἡμιδεὴς δὲ πίθος, ὁ τοῦ ἡμίσεως αὐτοῦ ἔνδειαν ἔχων. ἐν Ἐπιγράμματι· ἡμιδεὴς π. . . . . In Schedis Dorvill. praeterea ἔνεισι erat. — V. 6. ὥρας πέμπτης. De die igitur potaturi erant. Vulgo, quod *Reiskius* ad h. l. monuit, hora nona demum compotationum fiebat initium. *Horat.* I. Ep. VII. 71. Qui prius accumbebant, *de die convivia facere* dicebantur, ut est ap. *Catull.* XLVII. 6. ubi vide cl. *Doering.* p. 143. *Potores liquidi media de luce Falerni* ingeniose emendavit *Bentlejus* ad *Horat.* I. Epist. XVIII. 91. quem consule.

T. 49.] *XIII.* Servavit Planud. p. 346. St. 486. W. In Lysippi Sicyonii Occasionem. Nobilissimam hanc statuam descripsit *Callistratus* c. VI. Cf. Exercitatt. crit.

T. II. p. 37. sqq. Veterum loca collegit *Junius* in Catal. Pict. p. 114. *Politianus* in Misc. c. XLIX. *Wernsdorf.* ad *Himer*. Eclog. XIV. p. 240. sq. In *Ausonii* Ep. XII. quod ex carmine huic nostro simillimo, conversum est, haec statua perperam Phidiae tribuitur.

Cujus opus? Phidiae, qui signum Pallados, ejus,
Quique Jovem fecit, tertia palma ego sum.

— V. 3. ἐπ' ἄκρα β. *Himerius* l. c. ἔγραψεν a statuario fictum esse ait, πτερωτὸν τὰ σφυρὰ, οὐχ ὡς μετέωρον ὑπὲρ γῆς ἄνω κουφίζεσθαι, ἀλλ' ἵνα, δοκοῦν ἐπιψαύειν τῆς γῆς, λανθάνῃ κλέπτων τὸ μὴ κατὰ γῆς ἐπερείδεσθαι. — V. 5. ξυρόν. *Phaedrus* L. V. 8. in descriptione Occasionis, *curso*, ait, *volucri pendet in novacula*. Proverbialis locutio ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἵστασθαι sculptorem commovisse videtur, ut deam novacula instrueret. σίδηρον simpliciter vocat *Himerius*. Hujus autem rei nec *Callistratus* meminit nec *Ausonius*. — Ceterum ὀξὺς passim de tempore adhibetur. Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 663. qui laborantem distinctionem vers. 7. 8. emendavit. Nam in Plan. verba ναὶ Δία interroganti tribuuntur, nunc, ut ap. *Brunckium*, Occasioni. Sed cl. *Sonntag* in Histor. Poës. brev. voculas ναὶ Δία ab hoc loco alienas esse censens, καίρια legendum esse suspicabatur; cui emendationi cave fidem habeas. Non sine elegantia et gravitate ναὶ Δία in hunc modum poni solet; et vim habet fere hanc: Quid est quod quaeras? nullam ob aliam, ut apparet, causam, nisi ut obviam facti coma apprehensa me retineant. — *Phaedrus* l. c. *Quem si occuparis, teneas; elapsum semel Non ipse possit Jupiter reprehendere.* — In fine v. 10. Cod. Vat. in quo hoc carmen recentiore manu paginis in fronte agglutinatis adscriptum est, ἐξέτεισθεν et v. 11. τοῖον ὁ τ. με δείκλασεν legit; posterius, ut in Planud. unde procul dubio descriptum est. Emendavit errorem *Dorvill.* l. c. — ἐν προθύροις. in templi vestibulo me posuit, ut mortales docerem.

XIV. Planud. p. 314. St. 454. W. Legebatur olim hoc Epigramma, vel ſaltem pars ejus ap. *Himerium* Orat. XIV. 14. p. 634. Οὐ γὰρ δὴ Λυσίππῳ ὄνομά τε ἐδίδου καὶ δόξαν Ἀλέξανδρος ὑπ' ἐκείνου πλαττόμενος, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν ποίησιν σφόδρα θαυμάσαι τὸ φιλοτέχνημα. Ἢ οὐκ ἀκούετε τὸ Ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ εἰκόνος τῆς Ἀλεξάνδρου λεγόμενον, τό· Λύσιππε πλάστα Σικυώνιε .... χείρ. Fuit, qui lacunam voce δαιδαλέη implendam cenſeret; quod non ſatis caute probavit *Wernsdorfius*, quod poëta artificem ab artificio potius quam ab audacia commendare deberet. Sed ſolent artificibus, poëtis, ſcriptoribus ea tribui, quae ipſorum operibus propria ſunt. Epigr. ἀδέσπ. CCXCV. in Ajacem Timomachi, ὁ γράψας εἶδέ σε μαινόμενον, Καὶ συνελυσσήθη χεὶρ ἀνέρι. Recte igitur Lyſippo, qui *animoſa ſigna* fingebat (*Propert.* III. 7. 9.) χεὶρ θαρσαλέη tribuitur. Comparandum inprimis Epigr. *Archelai* I. et Ep. ἀδέσπ. CCCIX. — V. 2. πῦρ ὀρᾷ. De Hercule *Euripides* in Syleo fr. IV. σὲ δ' εἰσορῶν Πᾶς τις δέδοικεν· ὄμμα γὰρ πυρὸς γέμεις, Ταῦρος λέοντος ὡς βλέπων πρὸς ἐμβολήν. — V. 4. βοῶν. non pro convicio habendum. Etiam taurus fortis et robuſtus, ſed nihil ad leonem.

XV. Servavit *Athen.* L. X. p. 412. E. Θεαγένης δ' ὁ Θάσιος ἀθλητὴς ταῦρον μόνος κατέφαγεν, ὥς Ποσείδιππός φησιν ἐν Ἐπιγράμμασιν· καὶ περὶ .... Hinc *Euſtathius* ad Odyſſ. p. 206. 36. Θεαγένης γοῦν, φασὶν, Θάσιος αὐλητὴς (l. ἀθλητὴς) ταῦρον κατέφαγε μόνος· ὅς καί φησι παρά τινι ποιητῇ, ὡς ἔφαγον Μῃόνιον βοῦν, ἤγουν Λυδὸν, πάτρη γὰρ βρώμην οὐκ ἂν ἐπέσχε Θάσος. Illuſtris fuit ille incredibili palmarum multitudine, quas in variis certaminibus acceperat. Mille et quadringentas fuiſſe, narrat *Pauſan.* L. VI. 11. p. 478. Mille et ducentas numerat *Plutarch.* T. II. p. 811. D. unde μυριάεθλος vocatus eſt ab Oraculo, quod ſervavit *Dio Chryſoſt.* Or. XXXI. Tom. I. p. 617. *Reisk.* Quae ap. *Pauſaniam* de Theagene narrantur, eadem *Suidas* de Nicone pugile narrat T. II. p. 625. — In noſtro

carmine sententiarum nexus aut nullus est, aut certe parum perspicuus; quare penitus adsentior cl. *Heynio*, qui illud integrum esse dubitabat in Comment. T. X. p. 103. — V. 1. Καίπερ vulgo, quod *Casauben.* emendavit. Devoravi quondam ex pacto bovem Maeonium. Idem fecerat Hercules, ταυροφάγος propterea appellatus; idem et alii. Exempla voracitatis congessit *Casaubon.* p. 704. — V. 2. οὐκ ἂν ἐπέσχε. Haec indicare videntur, Theagenem, quod patria ipsi non sufficeret ad victum, in peregrinas terras abiisse. Quare γὰρ ad Μῃόνιον referendum. Theagenem vitam mendicando sustinuisse, quod *Casaubonus* ait, his quidem verbis minime efficitur. — Quae sequuntur, ὅσσα φαγὼν, ἔτ' ἐπῄτεον, non magis mendici conditionem significant. Sensus est, ejus famem nunquam fuisse expletam; nam, toto bove devorato, plura tamen petebat. Hinc fortasse factum est, ut manu porrecta fingeretur. — V. 3. Θευγένει' et εἵνεκεν. vulgo. — Plures statuas χεῖρας προϊσχομένων ex antiquitate recenset *Heynius* l. c. — Ceterum Theagenis statuae, quae ap. Thasios erat, vis aegrotos sanandi tribuebatur, quod, praeter *Pausaniam*, *Lucianus* narrat in Deor. Conc, §. 12. T. III. p. 534.

Ex T. II. p. 528.] *XV*[a]. Servavit hoc Epigramma *Tzetza* in Chil. VII. 662. p. 133. unde emendatum dedit *Vossius* de Histor. gr. p. 187. in Oper. T. IV. *Tzetza Posidippo* auctore tradit, in Libycorum draconum capitibus lapides inveniri δρακοντίας, in quibus modo currus modo alius rei figura insculpta videretur; nec tamen figuram apparere prius, quam lapidem in ceram impresseris. *Philostratus*, ubi dracones Indicos describit, in Vit. Apollon. L. III. 8. p. 100. lapidum quoque illorum virtutes commemorat; sed nihil de figuris; ut nec *Plinius* H. N. XXXVII. 57. p. 789. *Draconites sive Dracontia e cerebro fit draconum: sed nisi viventibus abscisso nunquam gemmescit, invidia animalis mori sen-*

nientis. Igitur morientibus amputant. — Esse autem colore translucido, nec postea poliri aut artem admittere. Attigit hunc locum *Salmas.* ad Solin. p. 275. D. — V. 1. οὐ ποτ. Non in fluminis litore, sed in capite draconis hic lapis repertus est. — εὐπώγων. γένεια βοστρυχώδη draconibus Indicis tribuit *Philostratus.* — V. 2. κεφαλῇ Tzetz. et mox λευκῇ, quod Intpr. latinus cum κεφαλῇ junxit; et sensu et metro refragante. λευκὰ adverbii vicem implet. λευκὰ φαληριόωντα, lapidem albescentem. *Eustath.* Il. p. 321. 52. πέτρη φαληριόωσα, παρὰ Λυκόφρονι, ἡ λευκὴ πέτρα. καὶ κύματα παρ' Ὁμήρῳ φαληριόωντα, τὰ λευκά. Il. ν. 799. κυρτὰ, φαληριόωντα. — Parum eleganter τὸ γλυφὶν ἅρμα ἐγλύφετο, ut facile suspiceris, aliud olim epitheton hic lectum fuisse. — V. 4. λυγκείου. Hoc poëta videtur dicere: Currum in hoc lapide latentem non iis, quibus scalptores vulgo utuntur, instrumentis factum, sed quasi lyncei oculi obtutu intus in ipsis lapidis visceribus scalptum esse. — V. 5. Colon non in hexametri fine, sed post γλύμμα ponendum erat. Obscurum distichon. ψεῦδος χειρὸς accipio de ejusmodi fallacia, quales praestigiatores et psephopaectae observantibus struunt, dum spectatores videre cogunt, quod non videant, contra, quae videant, non cernere. Hujusmodi igitur fallaci ludo similem videri ait imaginem in interiore parte lapidis; in ipsa enim ejus area non conspici. — πρόβολος πλατὺς lata lapidis superficies. Ignoro, an πρόβολος eodem sensu occurrat alibi; nec tamen linguae analogia hanc significationem respuit. — V. 7. εἰ καί. Tzetz. — πῶς ὁ λιθουργός. Hoc mirabile, quomodo oculi, qui intenta acie hanc imaginem intra lapidem tam artificiose elaborarunt, tantam intentionem ferre potuerint.

XVI. In Cod. Vat. p. 416. prostat cum lemmate: Ποσειδίππου, οἱ δὲ Πλάτωνος τοῦ Κωμικοῦ. In Plan. p. 16. St. 27. W. titulus est: Ποσειδίππου, οἱ δὲ Κράτητος τοῦ Κυνικοῦ. Sic quoque in *Stob.* Tit. XCVI. p. 530. Gesn. 411. Grot.

Vere igitur ἄδηλον est. Poëta varias vitae conditiones recensens, omnibus multum malorum admixtum videt; ut igitur optimum sit, aut omnino non nasci, aut quam primum mori. Parodiam hujus carminis dedit *Metrodorus* Ep. I. T. II. p. 476. *Julian. Aeg.* Ep. XLIII. *Agathias* Ep. III. *Aeschines Socr.* in Axiocho c. XI. ποῖαν δέ τις ἑλόμενος ἐπιτήδευσιν ἢ τέχνην οὐ μέμφεται καὶ τοῖς παροῦσι χαλεπαίνει. Imitatus est hoc carmen *Ausonius* Eid. XV. cujus initium et finem adscribam.

Quod vitae sectabor iter? si plena tumultu
Sunt fora: si curis domus anxia: si peregrinos
Cura domus sequitur: mercantem si nova semper
Damna manent: cessare vetat si turpis egestas:
Si vexat labor agricolam, mare naufragus horror
Infamat, poenaeque graves in coelibe vita,
Et gravior cautis custodia vana maritis:
Sanguineum si Martis opus: si turpia lucra
Foenoris, et velox inopes usura trucidat.
Omne aevum curae: cunctis sua displicet aetas.
— — — — — — — *Ergo*
Optima Grajorum sententia: quippe homini ajunt
Non nasci esse bonum, natum aut cito morte potiri.

— V. 1. τάμοι. vulgo et in Vat. Cod. τέμῃ corrigit *Brunck.* ad *Aristoph.* Plut. 438. p. 291. e cod. regio Stobaei. — ¶. 50.] V. 4. ἔχεις. Vat. Cod. — V. 5. οὐκ ἀμέριμνος. *Terent.* Adelph. V. 4. 13. *Duxi uxorem; quam ibi miseriam vidi! Nati filii; alia cura!* — V. 6. ζῇς ἔτ' ἐρημότερον. *Steph.* cum Ed. pr. et Ald. pr. In Cod. Aldi, quem Ald. sec. et tertia sequutae sunt, ἐρημότερος legitur. Sic quoque Vat. Cod. ζήσῃ *Br.* recepit ex marg. *Stobaei.* In ed. Trincav. ζῇς ἔτ' ἐρημότερος. Apud *Metrodorum* quoque l. c. ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερον. — V. 9. τοῖν δυοῖν. Plan. et Vat. Cod. — ἢ τὸ γενέσθαι μήποτε ἢ τὸ θανεῖν α. Vat. Cod. — Apud *Stobaeum* ἦν ἄρα τῶν πάντων

τόδε λῷον ᾠδ. γ. Μήποτε ἢ θανεῖν. In Plan. sic est, ut *Br.* exhibuit. *Sophocles* ap. *Stobaeum* Tit. CXIX. τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον ἢ τὸ ζῆν κακῶς. cujus generis multa collegit *Wetsten.* ad N. T. II. p. 264. sq. Vide not. ad *Bacchyl.* fr. VII. p. 281. ἀνοίας, quam *Posidippus* his verbis expressit, auctorem *Silenum* facit *Cicero* in Tusc. Qu. I. 48. *Non nasci homini longe optimum esse; proximum autem quam primum mori.* Vide *Harduinum* ad *Plin.* L. VII. Prooemium T. I. p. 369.

XVII. *Athenaeus* L. X. p. 414. E. Ἡράκλειτος ἐν τῷ ξενίζοντι Ἑλένην φησὶ τινὰ γυναῖκα πλεῖστα βεβρωκέναι. — Ποσείδιππος δὲ ἐν Ἐπιγράμμασι Φυλόμαχον. εἰς ὃν καὶ τόδε ἐπέγραψεν· Φυλόμαχον .... Hoc Epigramma, quod insigniter depravatum est ap. *Athenaeum*, *Brunckius* edidit ad mentem *Toupii* in Epist. crit. p. 121. Statim in primo carminis limine nomen viri depravatum est. Scribendum Φυρόμαχον, ut legitur in antiquissimis libris et in Epitome. Phyromachum cum Corydo, et ipso helluone, jungit *Athen.* L. VI. p. 245. E. Ejusdem familiae est *Euphanes* ap. eund. L. VIII. p. 343. B. ubi vulgo depravate legitur:

Τίς ἐκ μέσου τὰ θερμὰ δεινὸς ἁρπάσαι;
Ποῦ Κόρυδος ἢ Φυρόμαχος ἢ κοίλου βία;

Manifestum est, latere nomen tertii alicujus helluonis. Fortasse:

ἢ Διοκλέους βία.

De Diocle vide p. 344. B. sive:

ἢ Κλεοῦς βία.

ut significetur nobilis illa ὀψοφάγος, de qua diximus ad *Hedyli* Epigr. IV. (T. II. p. 527.) Alius est Phyromachus, de quo *Alexis* in Tarentinis loquitur L. IV. p. 161. C. — κορώνην παννυχίην *Toupius* interpretatur cornicem νυκτίνομον, quae noctu vescitur. *Artemidor.* IV. 58. τὰ δὲ νυκτερινὰ καὶ μηδὲν ἐν ἡμέρᾳ πράσσοντά τι, μοιχοὺς

ἢ κλέπτας ἢ νυκτερινὴν ἔχοντας ἐργασίαν. ὡς γλαὺξ — καὶ κορώνη, καὶ τὰ ὅμοια. Sed sic nihil hoc epitheto frigidius. *Salmasius*, qui hoc Epigr. protulit ad Solin. p. 858. E. πανδοχικὴν (vulgo enim παννυχικὴν legitur) emendat: *cornicem tabernariam*. *Salmasii* vestigiis insistens corrigendum suspicor:

Φυρόμαχον, τὸν πάντα φαγεῖν βόρον, οἷα κορώνη,
πανδοχίου γ' ἄτην, ῥωγὰς ἔχει κάπετος.

Homo vorax et helluo, qui omnia rapit et deglutit, *macelli pestis et pernicies* vocatur, πανδοχίου ἄτη. ut ap. *Horat*. I. Epist. XV. 31. *Maenius* — *Pernicies et tempestas barathrumque macelli, Quidquid quaesierat, ventri donabat avaro*. Verba οἷα κορώνη ad voracitatem hominis referenda sunt. Vir doctus ap. *Huetium* p. 80. παννυχικὴν αὐτῇ —, quod graecum esse merito dubitabat doctissimus Praesul. Ipse corrigit: οἷα κορώνην πάννυχον, ἐν ταύτῃ ῥωγὰς ἔχει καπέτῳ. *Weston* denique in Hermesian. p. 32. in *Toupii* concedens sententiam, παννυχίην ἀκτῇ inepte tentat, quod cornices nocturnae ad mare degant. Cf. *Homer*. Od. ι. 67. — ῥωγὰς κάπετος est cavitas, rima terrae, forte exorta, cujus opportunitate usi erant ad Phyromachum, vilissimum hominem, sepeliendum. ῥωγάδες ἐκ πέτρης est ap. *Apollon. Rhod.* L. IV. 1448. Vide *Arnaldi* Lect. gr. p. 233. — V. 3. ἐν τρύχει *Casaub.* restituit pro εὐτρύχει. lacero panno penulae Pellenicae, quas penulas crassas fuisse constat ad arcendum frigus. Ap. *Pindarum* Ol. IX. 146. ejusmodi vestis ψυχρᾶν εὐδίαιον φάρμακον αὐρᾶν vocatur. Intus floccis lanae instructae erant. *Pindar.* Nem. X. 82. ἐκ δὲ Πελλάνας, ἐπιεσσάμενοι νῶτον μαλακαῖσι κρόκαις. Cf. *Pollux*. L. VII. 67. *Schol. Aristoph.* Av. 1421. *Suidas*: Πελληναῖος χιτών. ἐπὶ τῶν παλαιὰ (fort. παχέα) φορούντων ἱμάτια. — V. 4. καὶ χρεῖα εἰς τήνην vulgo. Nostra lectio est ex emendatione Viri docti ap. *Huetium*. Nec aliter emendavit *Salmasius*, qui totum hoc distichon sic restituit, ut *Br*. dedit. Seq. enim

versu αἰνόντες οἱ προκύων legitur. Stela fossae fuit imposita, quam poëta ab Attico quodam inungi coronarique vult. Caussam adjicit: εἴ ποτε σοι προκύων συνεκώμασε, si quando tecum comissationibus interfuit. Parasitum, qui, dum viveret, regem suum ubique comitatus erat, illius procyonem sive anteambulonem vocat. Non acquievit in hac emendatione *Weston*, sed corrigere conatur: καὶ γράφε εἰς θήκην, Ἀττικὲ, καὶ στ. Εἴποτε σοὶ προφαγὼν σ. „Sed „tu, Attice, inscribe hujusce conditorium titulo et co„ronam adde, si quid ante alios comedens, si helluo „iste tecum unquam comissatum iverit.“ Inepte. — ἦλθε. Jam ipse homo describitur. ἀμαυρὰ βλέψας. *Paul. Silent.* Ep. L. ἐπεὶ χρόνῳ ἀκρεμὰς ἤδη Ἦλθε κατ' ὀφθαλμῶν φροῦδα ἐπισκύνιον. — ἐκ πελίων ἐπισκ. liventibus superciliis, aetate fortasse, fortasse etiam plagis. — *Salmasius* scripsit ἐκ πελιῶν. — V. 7. 8. Nihil his versf. corruptius. Ὁ τριχὶ διαφθείρας et in fine ληναϊκὴν ἦλθ' ὑπὸ Καλλιόπην *Casaubonus* tentavit: ὦτα διαφθείρας — τῶν τότε Ληναϊκῶν ἤ. ὑ. τὰν κάπετον. *fractis auribus* (ut pugil: vide *Winkelmann. Anmerkungen zur Gesch. der K.* p. 55. et passim.) *et plagis coopertus ex Lenaïcis ludis recta in foveam descendis.* Putabat nimirum *Casaubonus*, Phyromachum pugilem fuisse, et ἀγῶνας Ληναϊκοὺς proprie de certaminibus in Bacchi honorem habitis accipiebat. Quod mihi secus videtur. Ludi illi lenaïci sive Bacchici, quos poëtas significat, compotationes sunt, in quibus etiam certamina, ἀγῶνες, sed potandi, non pugnandi, instituuntur. In ejusmodi compotatione parasitus noster exspiraverat. Quod si igitur in praec. versu πελίων de oculis plagarum impetu lividis accipiendum est, de plagis cogitare debemus, quibus parasiti in conviviis solebant affici. — *Weston* conjecit ὄμμα διαφθείρας, de oculis e caestus contusionibus sugillatis cogitans. *Toupius* ad suam emendationem firmandam *Lucianum* comparavit in Tim. 8. T. I. p. 115. ἀπαλλάξας καὶ διαφθείρας, ὡς ἐρᾷς,

ἀπολιπὼν ὑπ' αἰσχύνης τὸ ἄστυ, μισθοῦ γεωργεῖ, μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς. Quae quamvis ingeniosa sunt, non tamen propterea *Salmasii* emendatio penitus rejicienda videtur, qui ἄθριξ, εὔφθειρος scribendum censebat. Prius certe vocabulum propius abest a vulgatae ductibus, quam *Toupii* ὠχρός. — μονολήκυθος is est, qui nihil praeter lecythum habet; quo sensu etiam αὐτολήκυθος dicitur. Inprimis huc facit *Etymol. M.* Αὐτολήκυθος ὁ πένης ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῖς τοὺς ληκύθους φέρειν εἰς τὰ βαλανεῖα, οἱ δὲ ἄσωτοι παρὰ τὰς συμβολὰς ἐν τῇ ληκύθῳ ἔχειν καὶ περιφέρειν εἰς τὰ συμπόσια, ἢ ὡς αὐτὸ τὸ λήκυθον μόνον ἔχοντες. Vide *H. Valesium* ad *Harpocr.* p. 102. et *T. H.* ad *Pollux.* X. 62. p. 1221. — In fine carminis *Salmasius* corrigit ἦλθ' ὑπὸ γαιῶν vel ὑπόγαιον ὀπήν. Felicius *Toupius* ὑπὸ κοίλαν ὀπήν — quam emendationem age exemplis adstruamus. *Sophocl.* in Antig. 1323. νυμφεῖον ᾄδου κοῖλον εἰσεβαίνομεν. in Ajace 1403. ἀλλ' οἱ μὲν κοίλην κάπετον χερσὶ ταχύνετε. *Philostrat.* in Vit. Apoll. VI. 11. p. 249. χθόνιοι βόθρους ἀσπάζονται καὶ τὰ ἐν κοίλῃ τῇ γῇ δρώμενα. *Babrius* ap. *Suidam* T. III. p. 633. φωλάδος κοίλης. *Aratus* ap. *Plutarch.* de Sol. An. T. II. p. 967. ἢ κοίλης μύρμηκες ὀχῆς.

XVIII. In membranis Vat. bis legitur: p. 231. Ποσειδίππου. p. 283. sq. Καλλιμάχου. In Planud. p. 220. St. 321. W. uni *Posidippo* tribuitur. Legitur etiam in Collect. Epigr. *Callimachi* nr. LXIX. p. 331. Scriptum est in puerum trimum, qui cum in puteo imaginem suam vidisset, in aquam delapsus est, postea tamen in matris sinu exspiravit. — V. 1. τριετῆ Vat. utroque loco. — 'Αρχιάνακτα. Vat. loco pr. 'Αρχεάνακτα loco sec. In Planud. 'Αστυάνακτα. — V. 2. μορφῆς. Vat. loco pr. *Visae correptus imagine formae Rem sine corpore* (κωφόν τι χρῆμα) *amat.* *Ovid.* Metam. L. III. 416. — ἐπ' ἀπιάσατο. Vat. utroque loco. — V. 3. ἥρπασε et σκεπτομένη Idem loco pr. — V. 5. γαίνοις. Vat. pr. loco. — V. 6. κοιμηθεὶς.

Ibid. — *Sophocl.* Electr. 510. ποντισθεὶς Μύρτιλος ἐκοιμάθη. Vid. *Valcken.* ad Hipp. p. 314. D.

¶. 51.] *XIX.* Cod. Vat. p. 246. Plan. p. 245. St. 355. W. Naufragus se prope mare sepultum esse conqueritur; nihilominus tamen iis, qui ipsum sepellverint, gratias agit. — V. 1. ἄνευθε. Vat. Cod. — V. 2. *Brunckius* ναυηγῷ τλήμονι legendum censet; sine causa idonea. Licuit poëtae epitheton τοῦ ναυηγοῦ ad ejus tumulum transferre. Decebat vos miserum naufragi tumulum procul a mari erigere. — V. 3. καὶ αὔτως. Vat. — V. 4. »Corruptum est οἰκτίρετε, quod arguit Codd. »varietas. Vat. οἰκτίρετε. Planud. reg. optimus οἰκτείρετε. »Scribendum ἐκτέρετε. Est aoristus 2. verbi κτερέω, unde »κτερείζω. Verbum in aoristo esse debet.« *Br.* Hanc emendationem jam *Brodaeus* commemorat. Etiam *Jos. Scaliger* in not. mstis ἐκτάρετε sive ἐκτέρετε legit. In Ed. Flor. Ald. pr. et tertia οἰκτείρετε. Vulgata οἰκτίρετε in Ald. sec. primum reperitur. Non acquiescebat in *Brunckii* emendatione *Gilbertus Wakefield*, qui in Addendis ad Bion. et Mosch. II. 36. φικτάρετε corrigit.

XX. Servavit *Athen.* L. XIII. p. 596. C. unde *Wolfius* retulit in Fragm. Sapph. p. 102. *Athenaei* verba haec sunt: Εἰς δὲ τὴν Δωρίχαν τόδ' ἐποίησε τὸ ἐπίγραμμα Ποσείδιππος, καί τοι ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ πολλάκις αὐτῆς μνημονεύσας. ἔστι δὲ τόδε· Δωρίχα ..... *Posidippi* Aethiopia an alibi commemoretur, dubito. Vide *Fabricii* Bibl. Gr. T. II. p. 490. Fuit Dorica meretrix Naucratitis, quam Charaxus, Sapphus frater, deperibat, unde Sappho eam διὰ τῆς ποιήσεως διέβαλλε, ὡς πολλὰ τοῦ Χαράξου νοσφισαμένην, quae *Athenaei* sunt verba. Maxime huc facit *Strabo* L. XVII. p. 1161. D. pyramidem describens: Λέγεται δὲ τῆς ἑταίρας τάφος γεγονὼς ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, ἣν Σαπφὼ μὲν ἡ τῶν μελῶν ποιήτρια καλεῖ Δωρίχαν, ἐρωμένην τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς Χαράξου γεγονυῖαν, οἶνον κατάγοντος εἰς Ναύκρατιν Λέσβιον κατ.

ἐμπορίαν· ἄλλοι δ' ὀνομάζουσι Ῥοδῶπιν. (Ῥοδῶπις est ap. *Herodot.* L. II. 135. p. 168.) Ad Charaxi amores et sua in Doricam carmina respicientem facit poëtriam *Ovidius* Heroid. XV. 63.:

Arsit inops frater, victus meretricis amore,
Mistaque cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops agili peragit freta caerula remo;
Quasque male amisit, nunc male quaerit opes.
Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit.
Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.

De Rhodopide vide *Perizon.* ad Aelian. V. H. XIII. 33. — Difficile sit cum his de Dorica narrationibus nostrum carmen conciliare, quod *Brunckius* ad *Toupii* (Epist. crit. p. 121.) mentem emendatum dedit. — V. 1. σ' ἁπαλὰ κοσμήσατο δεσμῶν vulgo. Nostra lectio *Casaubono* debetur. Male Gallicus *Athenaei* interpres T. V. p. 127. vertit: *le noeud qui liait tes cheveux, et une robe qui exhalait des parfums exquis, faisaient jadis la parure de ta personne.* Nec tamen primum hunc versum *Casauboni* conjecturis persanatum esse crediderim, quibus sententiarum nexus subabsurdus exsistit: Jamdiu quidem vittae crinales et pectoralis fascia tua ossa ornaverunt; sed adhuc Sapphus carmina manent. Nisi dicere voluit: Tu quidem jamdudum periisti, sed adhuc Lesbiae illius poëtriae carmina florent. Depravatam ap. *Athenaeum* scripturam ὀστέα μὲν σπαταλὰ κοσμήσατο δεσμῶν — sic fortasse paulo audacius licebit refingere:

Δωρίχα, ἐς σποδιὴν σπατάλη μὲν ἐβρύσατο δεσμῶν.

Vittae crinales illae, quibus te olim ornasti (σπατάλη), *in cinerem quidem abierunt.* Hoc contextui saltem aptissimum. Ductus color ex *Callimachi* Ep. XLVII. — ἀλλὰ σὺ μέν που, ξεῖν' Ἁλικαρνησσεῦ, τετράπαλαι σποδιή· Αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες. Quod autem scripsi σπατάλη δεσμῶν, et a vulgata proxime abest, nec elegantia caret.

Agathias Ep. III. μαχλάδος οἰμώξεις χρυσομανῆ σπατάλην. Id. XXVII. χεῖρα περισφίγξω χρυσοδέτῳ σπατάλῃ. *Macedonius* Ep. V. τὴν χρυσοκροτάλῳ σινομένην σπατάλῃ. Etiam ap. *Philodemum* Ep. XXII. olim lectum fuisse suspicor:

λευκοΐων σπατάλην καὶ ψάλματα.

pro vulgato λευκοΐνους πάλι δεῖ. — V. 3. ἥποτε. vulgo. — Mox σύγχροος vulgo inepte vertitur *concolor* (vino nimirum, quod matutino jentaculo bibebatur) idque secutus est Gallicus interpres: *aussi vermeille que le vin qu'on bois dans la coupe du matin, tu enlaçais le beau Charaxus dans tes bras.* Sed σύγχροος hoc loco a χρώς, *cutis*, derivandum, puellam cum amante cubantem; συγχρωτίζουσαν, significat. χρωΐζειν in hac re usurpatur ap. *Theocrit.* Eid. X. 18. Vide *Valcken.* ad Phoen. p. 545. — V. 5. Σαπφῷ αἱ δὲ vulgo. *Casaubonus* Σαπφοῦς αἱ δὲ μ. Melius *Toupius* Σαπφῷαι, quod formatum ad analogiam τοῦ Λητῷος a Λητώ. — λευκαὶ σελίδες, *candidae*, i. e. *illustres, chartae.* λευκαί, λαμπραί, est ap. *Hesych.* in λευκαὶ φρένες. Vide *Heynium* ad *Pindar.* Pyth. IV. 194. p. 270. — φθεγγόμεναι. *Catull.* LXVII. 46. *Haec charta loquatur anus.* ubi vide Intrpp. — Distinctionem emendavit *Casaubonus.* Vulgo enim post σελίδες comma ponitur. Deinde v. 7. ὁ Ν. et v. 8. ἔστ' ἂν ἔῃ Ν. ν. ἐ. γεγάνῃ. Haec omnia emendavit *Casaubonus.* — Haereo in verbis οὔνομα σὸν μακάριστον. Quî enim poëta Doricae nomen, in Sapphus carminibus traductum et laceratum, felix et beatum praedicare potest? Dixeris, *Posidippum* aliam quandam traditionem secutum esse. At res in Sapphus carminibus diserte expressa esse debuit. Nec ironia locum habere videtur. Num fuit:

οὔνομα σὸν μάλα πυστόν.

talis enim fama meretrici convenit. Nihil tamen definire ausim. — ἔστ' ἄν. tuum nomen manebit, dum naves secundo Nilo in mare deferentur. Naucratis empo-

sium Aegypti celeberrimum, quod Graeci inprimis mercatores frequentare solebant. *Athen.* L. XI. p. 480. E.

XXI. Ex *Athenaei* L. VI. p. 318. D. relatum est in Append. Anth. Plan. p. 520. St. 22. W. *Athenaeus* laudato Epigrammate *Callimachi* XXXI. haec scribit: ἔγραψε δὲ καὶ Ποσείδιππος εἰς τὴν ἐν τῷ Ζεφυρίῳ τιμωμένην Ἀφροδίτην τόδε τὸ Ἐπίγραμμα· Τοῦτο ..... Scriptum in templum Arsinoës Zephyritidis a Callicrate nauta in litore maris exstructum. Positum erat hoc templum in promontorio haud procul a Nicopoli, (vide *Strabon.* L. XVII. p. 1152. B.) non ad Nili ostium, sed in ipso litore maris. Hinc colligo, poëtam non ποταμῷ scripsisse, sed

Τοῦτο καὶ ἐν πόντῳ καὶ ἐπὶ χθονὶ — —

haec enim sibi invicem opponi solent. — τῆς Φιλαδέλφου. Ptolemaei Philadelphi, fratris sui, conjux. — V. 5. ἣ δὲ καὶ vulgo. quod *Brunckius* praeter necessitatem mutavit. — V. 6. ἐκλιπανεῖ. *Ovid.* Heroid. XIX. 159. *Quod timeas non est: auso Venus ipsa favebit: Sternet et aequoreas, aequore nata, vias.* Vide not. ad *Anytes* Ep. V. p. 425. et ad *Addaei* Ep. VI.

PHANIAE EPIGRAMMATA.

T. 52.] *I.* Edidit *Dorville* ad Charit. p. 310. Poëta inter pocula puerum, jam in ipso adolescentiae limine collocatum, hortatur, ut tempore utatur, et severus esse desinat. In Vat. Cod. p. 573. Φανίου inscriptum. — V. 1. καὶ Θέμιν. Cur hanc sibi deam potissimum advocet, ignoro. An pro mera interjectione alibi occurrit, ut νὴ Δία, et similia? — ᾧ σεσάλευμαι. Conf. ad *Leonid. Tar.* Ep. XXXVII. Tom. II. p. 95. — V. 2. βαιός. Dictum videtur pro; βαιὸν χρόνον ὁ σὸς Ἔρως ἔχει. parum tempo-

sis superest, quo amore dignus videri possis. — V. 3. ποσσὶ τρίχα. sic Cod. et Dorvill. Salmasius emendabat ποσσίθριξ, quae vox an graeca sit, nescio: ex analogia ποσότριχος scribendum esset, quod non admittit metrum. „Sed proba est Cod. lectio et nihil mutandum.“ *Br.* μηρὸς ὑπὸ τρίχα. femora pilis quasi victa et superata. — V. 4. λοιπόν. In quibusdam apographis λοιπὸς et versu sequ. ἐπ' ἴχνια legi, *Dorvillius* monuit, qui de significatione adverbii λοιπὸν nonnulla dedit: *Jam nos Cupido ad aliam flammam invitat.* — μανίη de vehemente amore ap. *Antip. Sid.* LXXVI. ἡ παίδων ζωροτάτη μανίη. *Philodem.* Ep. XIV. ἡμετέρης διεπόντιδες μανίης. *Theocrit.* Eid. XI. 11. ἤρατο - ὀλοαῖς μανίαις. — V. 5. ὅτε δὴ *Dorvill.* In nostro apogr. δὴ omittitur. — σπινθῆρες. nonnullae ignis, quo puer nos incendebas, scintillae. *Strato* Ep. XXXVIII. ὀφθαλμοὺς σπινθῆρας ἔχεις. ubi vide not. — ἴχνιον simili ratione dixit *Isidorus Schol.* T. II. p. 474. οὐ σώζει προτέρης ἴχνιον ἀγλαΐης.

II. Cod. Vat. p. 197. Edidit *Kuster.* ad *Suid.* T. II. p. 319. *Reisk.* in Anthol. nr. 52. p. 319. Callon, ludimagister, senio confectus, professionis suae insignia Mercurio dedicat. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in νάρθηξ T. II. p. 597. In membranis legitur πρό ποδας γονιμάν τα τε καὶ παρα κεῖται. *Suidas* prius hemistichium omisit; in fine παρακεῖται exhibet. *Salmasius*, qui hoc distichon protulit in Diss. de Homon. Hyl. Iatr. p. 5. D. πυρσοκοῖταν pro Cod. lectione venditat. Sic etiam *Kusterus* exhibuit. Probabilem esse hanc emendationem, apparet ex *Martial.* L. XIV. 80. *Invisae nimium pueris grataeque magistris, Clara Prometheo munere ligna sumus.* νάρθηξ enim est *ferula*, quam ob usum, quem ludimagistris praebebat, *minacem* vocat *Columella* X. 119. Idem v. 21. *nec manibus mites ferulas.* Vide *Bodaeum a Stapel.* ad Theophr. L. VI. p. 582. Adde *Philostrat.* Vit. Soph. L. I. p. 483. Ferularum medulla autem igni conser-

vando et alendo inserviebat; unde Prometheus ignem diis ferulae ope subduxisse putabatur. *Schneiderus* in Per. crit. p. 18. comparat *Nicandri* Alexiph. 272. Ῥεῖα δὲ νάρθηκος νεάτην ἐξαίνυσο νηδὺν, Ὅστε Προμηθείοιο κλοπὴν ἀνεδέξατο φωρῆς. ubi vide ejusdem notas p. 164. Minime igitur admittenda est conjectura *Reiskii*, qui πυρακαύταν legit, ferulam igne duratam et ambustam significari censens, quo fortius feriret scilicet. — Lorum, ἱμάντα, quod simul cum ferula commemoratur, eidem usui inserviisse probabile est. Servos loris esse caesos, nemo ignorat. — Pro πλήκτορα in antiquis *Suidae* edd. πλήγκτορα legitur. — V. 3. ap. *Suid.* in κίρκος T. II. p. 319. κίρκον ἀπ' εὔολπαν. In membr. Vat. sic legitur, ut ap. *Br.* Hanc lectionem *Kusterus* interpretatur de vase oleario curvo et inflexo, a similitudine accipitris dicto, rostrum aduncum habentis. *Reiskius* εὐρυόπαν conjicit, εὐρεῖαν ὀπὴν ἔχοντα, annulum intelligens amplo foramine, per quod funis trajiceretur, quo ludimagister contumaces pueros alligaret. κίρκον *annulum* significare non dubito. πάντα τὰ ἐπικαμπῆ κίρκοι λέγονται. Vide *Lennep.* in Origin. T. I. p. 407. *Herodot.* L. II. p. 120. 8. Hinc κιρκόω, *annulo circumdo*, ap. *Aeschyl.* in Prom. 74. σκέλη δὲ κίρκωσον βίᾳ. Epitheto εὔολπαν autem quid faciendum sit, non video. Sinceram esse lectionem, non puto. Si annulus, quem Callon Mercurio dedicat, eum ipsi usum praestiterat, quem *Reiskius* voluit, scribendum existimaverim:

κίρκον τ' εὔολκον φιλοκαμπτέα.

annulum incurvum, attractorium. — μονόπελμον *Suidas* tuetur hoc distichon proferens v. συγχίδα T. III. p. 390. Veteres tamen ejus edd. μονόπελον habent. In apogr. Lips. μονόπελτον habetur. — In membr. et ap. *Suid.* συγχίδα. Hoc in συνχίδα mutavit *Salmasius*, qui sic exhibet scriptum ad *Tertull.* de Pall. p. 414. συνχὶς id esse videtur, quod alii συγχὰς vocarunt. *Pollux* L. VII. § 6. ἡ δὲ συγχὰς περσικὸν μὲν ἔοικεν, ὠνόμασται δὲ ἐκ τοῦ συνέχειν τὸν πόδα.

Hesych.

Hesych. Συκχίδες. εἶδος ὑποδήματος. σύκχοι Φρύγια ὑποδήματα. — De πέλμα alibi diximus. — Fortasse etiam *solea* ad puerorum castigationem referenda, secundum ea, quae de magistrorum in discipulos severitate dixit *Cresollius* in Theatr. Rhetor. V. 6. Thes. Gronov. X. p. 221. sqq. ubi etiam de *solea.* — V. 4. στεγανὸν ex *Suida* in contextum venisse videtur. In membranis enim στεναγὸν reperitur. *Reiskius*, accentu mutato, scribit στεγάναν, ut sit στέγη, κάλυμμα. Ejusdem analogiae est στεφάνη. Sed vide, an poëta scripserit:

καὶ σκέπανον κρατὸς ἐρημοκόμου.

pileum, calvi capitis tegumentum. *Leonid. Tar.* Ep. XI. καὶ πῖλον κεφαλᾶς οὐχ ὁσίας σκέπανον. — V. 5. 6. laudat *Suid.* in παίδειος T. III. p. 66. ubi σύμβολον ἀγωγῆς legitur. Pro παιδείου *Reiskius* παιδείας habet. — πολιῷ καμάτῳ gravi senectutis pondere. *Theaetet.* Ep. II. γήραϊ νουσοφόρῳ βριθομένης παλάμης. Non minus bene scripsisset *Phanias*: πολλῷ — καμάτῳ. ut *Philipp. Thess.* Ep. XXII. ἔντρομος ἤδη δεξιτερὴν, πολλοῖς ἀχθόμενος (sic scribendum, non βριθόμενος) καμάτοις. sive δολιχῷ — καμάτῳ, ut Ep. ἀδεσπ. LI. τρομερὴν ὑπὸ γήραος ὄκνῳ χεῖρα καθαρμόζων ἐκ δολιχῶν καμάτων.

III. Vat. Cod. p. 197. sq. Primus edidit *Kusterus* ad Suidam T. II. p. 421. unde illud repetivit et illustravit *Schwarzius* de Ornament. Libr. Diss. VI. p. 229. ed. *Leuschneri.* *Reiskius* in Anthol. nr. 527. p. 57. Acestondas scriba, cum inter vectigalium coactores receptus esset, prioris conditionis instrumenta Musis appendit. — V. 1. Ἀκεσώνδας apogr. Lips. — σμίλαν. scalpellum, quibus calami finduntur. γλύφανον καλάμων, πλατέος γλωχῖνα σιδήρου appellat *Damocharis* Ep. II. T. III. p. 69. σμίλαν δονάκων ἀκροβελῶν γλυφίδα *Philipp.* Ep. XVII. Vide, quae larga manu affudit *Schwarzius* l. c. p. 208. sq. *Salmasius*, ubi κάλαμον γλύφειν et σμιλεύειν illustrat, hoc

distichon profert ad Solin. p. 735. B. — V. 2. habet *Suidas* in σπόγγος T. III. p. 364. et in ψαίστερα T. III. p. 701. ubi male ἔχειν. Cod. Vat. ἔχειν, unde ortus error. Ceterum ap. Lexicographum non minus quam in Cod. ἀπὸ Κνιδίων divisim scribitur. *Brunckium* decepit apogr. Idem voculam ἀπὸ non ferens, ψαίστερα τῶν Κνιδίων corrigendum proponit. Alii tmesin maluerunt statuere ἀποψαίστερα, praeeunte *Salmasio* ad Solin. p. 917. C. ubi, de Cnidiis arundinibus agens, hunc versum iterum excitat. *Plinius* H. N. T. II. p. 26. *Chartisque serviunt calami, Aegyptii maxime, cognatione quadam papyri. Probatiores tamen Cnidii, et qui in Asia circa Anaiticum lacum nascuntur.* *Ausonius* Epist. VII. 50. *Cnidiae sulcus arundinis.* Conf. *Vossium* ad Catull. p. 89. et *Schwarz.* p. 214. sq. Spongia et abstergendis calamis et literis in tabula delendis inserviebat; nota res. Vide *Intpp. Martialis* ad L. IV. Ep. X. — V. 3. laudat *Suidas* in σελὶς T. III. p. 297. κανόνισμα φιλέρθιον illustrat *Paul. Silent.* Ep. LI. ἡγεμόνα γραμμῆς ἀπλανέος κανόνα. *Damochar.* Ep. II. κανόνα γραφίδων ἰθυτάτων φύλακα. — In fine hujus vers. Cod. Vat. ἔργματελειας σαμοθέτω κ. τ. εὐμέλανο β. quam lectionem *Reiskius* exhibuit, in versione latina miram, quam excogitavit, conjecturam exprimens: ἔργμα τ' ἐλείας ἀμμόδετον κοίτας ἐμμελανοβροχίδα. quod secundum ipsum auctorem significat: *opus palustris cubilis nodis nexum, atramento mersile.* *Brunckius* περαίας ex *Salmasii* conjectura exhibuit, quam ipse tamen ejus auctor non sequitur ad Solin. p. 644. B. ubi h. v. laudat. ἕρμα ipsius est editoris inventum. Ad τελείας γραμμῆς subaudit *Schwarzius*, qui probe intellexit, σαμοθέταν scribendum esse. γραμμὴ σαμόθετος foret linea, quae literarum situm definit. Elegantius est πορείας, etsi, vere sic emendatum esse, affirmare nolim. *Julian. Aegypt.* Ep. X. ἀπλανέας γραφίδεσσιν ἐπιθύνοντα πορείας τόνδε μόλιβδον ἄγων, καὶ μολίβου κανόνα. — ἕρμα valde blanditur.

Cum literae lineâ, quae ope regulae ducitur, quaſi nitantur, ἐρείδονται, ipſa regula recte vocatur ἔρμα ſive ἔρεισμα πορείας, fulcimentum itineris, per quod literae quaſi incedunt. ᾗς ἔπι ῥιζοῦται γράμματος ἁρμονίη. *Paul. Silent.* Ep. LII. — Mox *Kuſterus* ἐν μαλάκῃ βροχίδα exhibuit, contra Cod. fidem. — Quid βροχὶς h. l. ſignificet, nemo dixit interpretum. Ap. *Antipatrum Sid.* Ep. LXII. pro *laqueo* ponitur; quod ab h. l. alieniſſimum eſt. *Schneiderus* in Lexico Gr. a βρέχειν derivat, et *atramentarium* ſignificare exiſtimat. In reliquis tamen carminibus, ubi inſtrumenta artis ſcriptoriae enumerantur, cum *regula*, κανόνι, *plumbum*, quo verſus ſignantur, arcte conjungitur. *Damocharis* l. c. γραμματόκῳ πλήθοντα μελάσματι κυκλομόλιβδον Καὶ κανόνα – –. *Paul. Sil.* Ep. LI. τὸν τροχόεντα μόλιβδον, ὃς ἀτραπὸν οἶδε χαράσσειν Ὀρθὰ παραξύων ἰθυτενῆ κανόνα. Hoc plumbum *Phaniam* quoque ſignificaſſe, vix dubito; ſed an depravatum ſit v. βροχίδα, quidve reponendum ſit, non dixerim. — V. 5. *Suidas* in λειάντειραν T. II. p. 421. ad quem locum *Portus* emendandum cenſebat καρκίνον τε πυροῦχον, ſenſu non minus quam metro reclamante. In apogr. Lipſ. reperitur καρκίνα τ' εὐπείρου χαλεαντοιραν κ. quod *Reiskius* ex *Kuſteri* exemplo emendavit. *Schwarzius* vertit *forpicem*, *quae ſpiram habet.* σπειροῦχα vocari, quia duae forpicis partes forte per ſpiram conjungerentur. At forpicis mentio in hoc carmine non valde deſiderabatur; magisque arridet conjectura *Salmaſii*, qui τὸν διαβήτην (*le compas*) ſignificari exiſtimat. Huic ſententiae etiam *Br.* favebat. Aliter *Reiskius*, qui, quia ap. *Heſychium* κάρκινος explicatur δεσμός τις, κάρκινα σπειροῦχα de voluminibus membranae interpretatur; quae, taeniis decuſſatim ſeſe ſecantibus, colligata eſſent. In plurimis aliis, quae hinc expreſſa videntur, ejusdem argumenti carminibus nihil tale occurrit. — λειάντειρα κίσηρις. pumex membranis laevigandis adhibitus. *Philipp.* Ep. XVII. καὶ τὴν παρὰ θῖνα

κόσμον Λόχμηρὸν πόντου τρημμάτεντα λίθον. Ejusdem erat usus in acuendis calamis. Vide *Schwarz.* p. 212. — V. 6. Laudat hunc versum *Dorvill.* in Vann. crit. p. 142. ubi de colore καλλαΐνῳ agit. Vide, quae notavimus ad *Meleagr.* Ep. CXXIII. p. 135. πλινθίδα *Schwarzius* p. 229. interpretatur de conspicillo e vitro viridi, quali scribae nostris quoque temporibus ad tuendos oculos utuntur; πλινθίδα forte a forma quadrata dici existimans. At *Gaietanus* ap. *Dorvillium* l. c. *laterculum* sive *cotem Veneti coloris* interpretatur. Quae si vera est interpretatio, cotem intellige, qua scalpellum obtusum acuebant scribae. — V. 7. φιλολόχνου corrigit *Schwarzius* vertitque: *Postquam tenues panes lucratus est quaestus lucubratorii.* Scribarum enim quaestum φιλόλυχνον esse, *lucernarum amantem.* Sed φιλόλυχνος μάζα est placenta esu jucunda, qua h. l. victus paulo lautior significatur, qui scribae nostro, postquam τελώνης factus erat, contigit. — V. 8. ἄρμεν' ἀνέμασεν. *Kuster.* ἀνεκρέμασεν suspicabatur *Schwarz.* Sed in Cod. est ἀνεκρέμασεν.

¶. 53.] *IV.* Cod. Vat. p. 198. ἀλεφαλτον. Integrum carmen primus dedit *Reiskius* in Anthol. p. 58. nr. 529. unde illud emendatius protulit *Toup.* in Cur. nov. p. 240. Alcimus, postquam, terrae colendae labore fere confectus, thesaurum invenerat, instrumenta Minervae dedicat. — V. 1. 2. cum particula tertii exhibuit *Kusterus* ad Suid. T. I. p. 38. vers. 2. cum parte praecedentis *Suid.* in φάρσος T. III. p. 582. — ἀγρεῖφαν Cod. Vat. litera ν erasa; et sic legitur in apogr. Lips. *Suidas* tamen ἀγρεῖφναν legit, cujus haec sunt: ἀγρεῖφνα· γεωργικὸν ἐργαλεῖον, δι' οὗ συνάγουσι τὸν χόρτον. Ἄλκιμος ἀγρεῖφναν καὶ κενοδόντιδα καὶ φιλοδούπου φάρσος ἅμα κτ. λ. *Rastrum dentibus vacuum* interpretatur *Kusterus; Reiskius* autem rastrum, cui dentes distantes interjectisque vacuis spatiis distincti sunt. Hunc sequitur *Br.* — In fine vers. Cod. Vat. (Gothanum saltem apogr.) φιλοδάπου. φιλοδούπου ap. *Sui-*

dem utroque loco. — V. 2. ἅμα Cod. et *Suid.* quod *Reiskius* frustra explicare conatur. Veram lectionem indagavit *Toup. Suid.* ἄμη· ὀρυκτικὸν ἐργαλεῖον· ἃ ἡμεῖς σκάφιον λέγομεν οὐκ ὀρθῶς Vide inprimis *Salmas.* ad Script. Hist. Aug. T. II. p. 392. Hujus instrumenti nonnisi *frustum* (φάρσος), manubrio etiam destitutum, Alcimus dedicat. De φάρσος vide *Toupium* in Em. ad Suid. P. III. p. 536. ad quem locum *Tyrwhittus* in Not. ad Toup. Tom. IV. p. 424. sponte sua in ἅμας incidit. — στελεόν. τὸ τοῦ πελέκεως ξύλον. *Hesych.* — V. 3. »In Cod. scri»ptum: κρθροπέδαν, στήμον τε. Ap. Suidam legitur στεῖ»ρόν τε. κρθροπέδη στερεὰ nihil aliud esse potest, quam »*validum, rigidum membrorum vinculum*, quod ab hoc »loco alienum videtur. μονορύχης ὄρυξ. instrumentum »fossorium unius dentis. gallice *Pic.*« *Br.* στειρόν τε exhibuit *Reiskius*, (ex *Suida*, qui h. v. laudat v. ἀρθροπέδαν T. I. p. 330.) vinculum illud esse existimans, quo equis et bobus pascentibus pedes anteriores constringuntur, ne aufugiant. Sed hoc a fossoris conditione alienum est. *Toupius* κρατερόν τε legit, compedes, quibus servorum fossorumque pedes constringuntur, interpretatus. Ad Cod. lectionem στήμον τε nihil propius accedit, quam

στιβαρόν τε,

unde facile στεῖραν fieri potuit. ἀρθροπέδη autem, nisi me fallit opinio, tabulae sunt sive asseres pedum planta paulo majores. Hos enim fossores, ubi solum aequandum est, pedibus subnectunt, iisque induti terram calcant. — σφύραν. mallei genus, quo glebae frangebantur et comminuebantur. — Post vers. 3. Cod. Vat. legit versum 2. Epigr. *Leonid. Tar.* XII. quod proximum a nostro locum occupat. ὄρυξ. λαοξοϊκὸν σκεῦος. *Hesych.* *Glossae:* ὄρυξ. *sarculum. ligo. dolabra.* obpopa. *fossorium.* Epitheton autem μονορύχαν *Toupius* derivat de ὀρυχὴ, suis rostrum, quo terram fodit et subvertit: hinc oryx, unum rostrum sive aciem habens. — V. 5. ἀλλα-

„θωμὸς ῥοιᾶς εὐτριβέος· ἤγουν τῆς Δήμητρος σωρὸς εὖ τρί-„βεσθαι δυναμένης. Hesych. θωμός. σταχύων σωρός." *Br.* *Toupius* hunc locum sic explicat: „ἀκτὴ Κρηταιὶς *farina* „*Cretica*, quod vellem non attigisset cl. *Reiskius*. *Ari-„stippus* in Epist. ad Antisth. ap. Allat. p. 25. τῶν δὲ „ἰσχάδων ἀποτίθεσο ὧν ἔχεις εἰς τὸ χεῖμα καὶ τῶν ἀλφίτων τῶν „Κρητικῶν. ita scribendus est iste locus. Recte autem jun-„guntur ἀκτὴ et ἐρέβινθος. Porphyr. in Vit. Pythag. καὶ „ἀσφοδέλων ἀνθερικῶν, καὶ μαλάχης φύλλων, καὶ ἀλφίτων, καὶ „κριθῶν, καὶ ἐρεβίνθων. Quin et turpiculi quid hic videtur „subesse. Nam ἐρέβινθος verbum praetextatum est." Haec ille. Qui quod de nequitia latente in his verbis suspicatur, id ab hoc loco alienissimum est. ἀκτὴ de farina notum. Hoc sensu legitur in fragmento *Alexidis* comici ap. *Athen.* L. III. p. 124. A. quod sic fortasse corrigi debet:

ἀκτῆς δὲ, τῆς καθ' ἡμέραν τροφῆς, πάλιν
γλιχόμεθα τὴν μάζαν, ἵνα καλλευκὴ παρῇ,
ζωμὸν δὲ ταύτῃ μέλανα μηχανώμεθα.

Placentas e farina candidissimas esse volumus; ex eadem tamen jus nigrum conficimus. Temere *Casaubonus* vocabulum ἀκτῆς hinc removebat. — In *Phaniae* nostri carmine *Reiskius* lectionem Cod. ῥοιᾶς in ῥοίσκου mutabat; existimans, *punicum malum* εὐτριβὲς vocari, quia, ad maturitatem perductum, in plures partes diffinditur. *Crinagoras* Ep. VI. εὐσχίστοιό τε ῥοιῆς θρύμματα. Sed tum saltem scribendum: εὐτριβέος τ' ἀπὸ ῥοιῆς θ. At nec hoc, nec *Toupii* emendationem veram puto. Acutiores videant.— V. 6. ἀπὸ δορπιδίου. Vat. Cod. Et hujus vocabuli forma insolentior est, pro ἐπιδόρπιον, ἐπιδείπνιον. — Hic, ut in reliquo carmine, agnoscimus imitationem Epigr. *Leonidae Tar.* XIII. ubi inter alia est: καὶ σπονδὴν τήνδ', ὑποπυθμίδιον. — V. 7. μάζαν. apogr. Lips. Seq. vers. *Reiskius* αἰγιπόδαν exhibuit. Sana est Cod. Vat. lectio. Idem ἀργιπόδης et ἀργίπους. Utitur hoc epitheto de arietibus

Sophocl. in Aj. 237. δύο ἀργίποδας κριοὺς ἀνελών. — Qui haec munera Mercurio et Veneri offert, ſe iisdem diis, ubi haec propitio numine accepiſſent, majora olim in ſitare oblaturum eſſe promittit.

VI. Cod. Vat. p. 200. Edidit *Kuſter* ad Suidam T. I. p. 85. *Reiske* in Anth. nr. 535. p. 61. Emendare conatus eſt *Toup.* in Em. in Suid. P. III. p. 450. Carmen ſcriptum in Eugathem, tonſorem, qui ſimilis Alfeno illi ap. *Horatium* I. Sat. III. 130. quem item tonſorem fuiſſe *Bentlejus* docuit, arte relicta, in Epicuri hortos transierat; poſtea vero, fame prope conſumtus neque ſapientior factus, relictam tonſtrinam repetivit. — V. 1. Λαπιθανός. Theſſalus. Λαπίθη. Θεσσαλίας πόλις. *Steph. Byz.* — ἐσοπτρίδα. Speculum ubique inter inſtrumenta tonſtrinae numerant. *Plutarch.* T. II. p. 42. B. οὐ γὰρ ἐκ κουρείου μὲν ἀναστάντα δεῖ τῷ κατόπτρῳ παραστῆναι καὶ τῆς κεφαλῆς ἅψασθαι, τὴν περικοπὴν τῶν τριχῶν ἐπισκοποῦντα. *Lucian.* T. III. p. 124. τοὺς κουρέας — ξυρὸν καὶ μαχαιρίδας καὶ κάτοπτρον σύμμετρον ἔχοντας. Epitaphium tonſoris ap. Gualtherum in Tab. Ant. Inſc. Sic. p. 41.

Ars ſpeculi, pecten, periere novacula, thecae,
Et ſimul hic mecum cuncta ſepulta jacent.

Seneca de Brev. Vit. c. 12. *Quis eſt iſtorum — qui non comtior eſſe malit quam honeſtior? Hos tu otioſos vocas, inter pectinem ſpeculumque occupatos.* — φιλέθειρον σινδόνα, niſi in hoc contextu, de linteo capitis velamento acciperem. Sed h. l. linteum videtur eſſe, quod in pectore et circum humeros tondendorum ponitur. Hoc φιλέθειρον vocatur, quia crines de capite et barba detonſos excipit. — V. 2. φᾶρος ὑπὸ ξύριον Cod. Vat. πετασὸν φᾶρος ὑποξύριον edidit *Reiskius*, qui πετασὸν pro adjectivi forma habendum exiſtimans, *panſilem et explicabilem pannuciam* interpretatur. Vide not. ad *Conſtantin.* Ceremon. p. 48. D. — Noſtra lectio *Toupio* debetur, cui

πετάσου φάρεος ἐπιξυρίου est frustum, reliquiae *pilei tonsorii*. Tonsoribus tamen petasos prae aliis usurpatos fuisse, aliunde non constat. — V. 3. *Suidas* in ἀκίτιν T. I. p. 85. καὶ ψήκτραν ἀκίτιν ἀπέπτυσεν. nec aliter habet in ψήκτραν T. III. p. 703. et in φάσγανον T. III. p. 582. ubi hunc versum cum sequ. profert. Hac depravata lectione in errorem inductus est *Kusterus*, ut Codicis sui lectionem δουνακῖτιν (sic enim est in Vat.) prae illa contemneret, et ἀκῖτιν corrigendum putaret. Sed errorem agnovit et correxit idem in Diatribe Anti-Gron. p. 45. ubi δονακῖτιν corrigit, comparato loco *Plutarchi* de Lacon. Instit. p. 239. A. στλεγγίσιν οὐ σιδηραῖς, ἀλλὰ καλαμίναις ἐχρῶντο. quo usus est etiam *Reinesius* in Var. Lectt. p. 147. *Schneiderus* in Not. mstis monuit, per *strigilem* medicamenta in aurem aliasque corporis partes instillari et infundi; iisque veteres ad vinum et aquam hauriendam usos fuisse, teste *Aristoph.* in Thesm. 556. et *Schol.* ad Eqq. 580. In tonstrina tamen τὴν στλεγγίδα adhibitam esse puto ad deradendum smegma, quo capillus et barba inungebantur. — λιποκώπους emendavit *Toup.* *cultelli manubriis destituti.* In Cod. λιποκόπτους habetur; ap. *Suid.* v. συλόνυχας T. III. p. 394. λιποκόπους. in φάσγανον autem p. 582. λιποκόπρους. — V. 4. συλόνυχας ὄνυχας. Vat. Cod. et *Suidas.* στόνυχας jam *Salmasius* emendavit, nec aliter *Reiskius* et *Kuster.* ad Hesych. v. στόνυχες. στόνυξ cultellum h. l. significat. Sed quid impedit, quominus et ὄνυχας verum sit, quod eodem sensu usurpatur? Vide not. ad Epigr. *Anytes* I. Tom. I. p. 422. *Phaniam* hujusmodi alliterationibus delectatum esse, apparet ex Ep. IV. ubi est μουναρύχαν ὄρυγα. — In συλόνυχας ultima syllaba vi caesurae producitur. Erat autem tonsorum ungues et paronychia demere. Unde ὀνυχιστήρια λεπτὰ inter instrumenta tonsorum recenset *Pollux* L. X. 140. ad quem locum *Salmasius* dubitat, utrum haec instrumenta συλόνυχες sive συλονύχαι, an ὄνυχες in Epigrammate

nostro vocentur. Mire! — V. 5. ἔπτυσε δ' ἐυπαλέας ξ. Cod. Vat. quod R. in εὐσταλέα mutavit, epitheto et ad θρόνον et ad ξυρὰ referendo: utrumque enim leve gestatu esse atque complicatile. Nostrum est ex conj. *Toupii*, qui se veram lectionem vidisse existimabat, quia in Epigr. *Philippi* XII. reperitur: ἱστὸς δὲ πᾶς ἅλιεθεν εἰς ἅλα πτύσας. At nihil est inter utrumque locum similitudinis; nec intelligi potest, cur in mare potissimum instrumenta sua abjecerit Eugathes. Tu lege sine haesitatione:

ἔπτυσε δὲ ψαλίδας, ξυρὰ καὶ θρόνον.

In Codd. ψ saepe sic pingitur ✝; vide *Villoison.* in Anecdot. p. 165. unde facile fieri potuit, ut cum τ commutaretur. Hinc factum ἐυπαλίδας. Est autem ψαλὶς, *forfex*, inter haec instrumenta non ultimum. *Pollux* L. II. 32. ἔλεγον δέ τι οἱ κωμῳδοὶ καὶ κείρεσθαι διπλῇ ἐπὶ τῶν καλλωπιζομένων. τὴν δὲ μάχαιραν ταύτην καὶ ψαλίδα κεκλήκασιν. Idem L. X. 140. καὶ ψαλὶς δὲ τῶν κουρέων σκευῶν, ἣν καὶ μίαν μάχαιραν καλοῦσι, καὶ ξυρὸν . . . . *Julian. Anticens.* Ep. II. in hirsutum: ἀμητὸς πολύς ἐστι τεῆν κατὰ δάσκιον ὄψιν· τῷ σε χρὴ δρεπάνοισι καὶ οὐ ψαλίδεσσι καρῆναι. *Hesych.* ψαλίξαι. κεῖραι. Hinc ψαλιστὸς, *tonsilis*, quod vocabulum illustravit *Salmas.* in Script. Hist. Aug. T. I. p. 88. — V. 6. κηπολόγους. Cod. Vat. quae si vera est lectio, de Epicuri sectatoribus accipi debet, qui magistri morem imitati in hortis docebant. ἅλατο εἰς κηπολόγους Ἐπικούρου. Sive scribendum: ἅλατο κηπολόγος. In Epicuri se disciplinam commisit, ut et ipse *philosophus ex horto* fieret. — κηπολόγον ex *Salmasii* fortasse emendatione in nonnulla apogr. venit, inter quae apogr. Lips. non est. — V. 7. ἄκουσεν. Vat. Cod. De paroemia ὄνος λύρας ἀκούων vide *Erasmum* Chil. I. 4. 35. — V. 8. στέργε. *Kuster.* male.

¶. 54.] *VII.* Cod. Vat. p. 199. Planud. p. 62. St. 89. W. Phanias piscatorem hortatur, ut, si quid delicatioris cibi ceperit, de rupe descendens, hoc ipsi vem-

dat. — V. 1. καλαμευτὴς, quod ap. *Theocritum* Id. V. 111. messorem significat, h. l. de piscatore usurpatur, a κάλαμος, *arundo piscatoria*. Cf. *Theocrit.* XXI. 43. — ξερὸν forma Homerica. Odyss. ε. 402. Cf. *Eustath.* ad Il. p. 24. 35. — πετρας. Vat. — V. 2. λάβεν ἄρχὰν vulgo. Nec aliter in Vat. Cod. Eleganter *Toupius* in Epist. crit. p. 16. vocabulis melius divisis: λάβ' εὔαρχον. *Etymol. M.* Εὔαρχος. οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ Κύκνος διὰ τὸ ἐπιτυχῶς καινίσαι τὸ δόρυ τοῦ Ἀχιλλέως. καὶ γὰρ οἱ μετάβολοι εὐφημιζόμενοι τοὺς πρώτους ὠνητὰς εὐάρχους καλοῦσι. Idem vocabulum attigit *Berkelius* ad Steph. Byz. p. 424. — *Casaubonus* in Not. mst. ἀγρεῖν προίκιον ἢ. conjecit. — V. 3. μελανουρὶς nihil diversus videtur a μελανούρῳ, qui ex sparorum est genere, et hodie parvi aestimatur. Vide *Camus* Notes sur Aristotle p. 499. — μορμύρον sive μορμύλον. Vide *Oppian.* Halieut. I. 100. Hic piscis hodiedum eandem appellationem servat, monente *Duhamel* Traité de Pêches P. II. Sect. 4. ch. 2. — κίχλην cum σκάρῳ jungit *Leonid. Tar.* Ep. XCIII. — Is piscis, quem *Phanias* σμαρίδα appellat, recentiores Graeci *marida* vocant. Magnum hujus generis numerum Massiliae capi, eosque ibi sale condiri, notavit *Camus* l. c. p. 775. — V. 5. αὐτὸν κὐδάσεις μετόν. Vat. Cod. Nec hoc plane sincerum, nec quod vulgo legitur. Naevus videtur haerere in αὐτόν τ'. — Se ὀψοφάγον profitetur *Phanias*, qui non carnem, sed pisces, θάλασσαν, magni faciat. Quae sequuntur, *Toupius* ita accipit, ut poëta se mari delectari dicat, quod pisces alat, cibum jucundissimum. ψαφαροῦ κλάσματος ἀπάτην enim *cibum* esse *suavissimum et delicatissimum*. Satis probabiliter. Sed hunc sensum, cum in ipsis verbis quaerimus, intelligimus laborare. ἀπάτην pro voluptate, τέρψει, positum illustravimus ad *Meleagr.* Ep. II. et *Nicandri* Ep. I. ψαφαρόν. εὔθραυστον. *Suid.* Ap. *Hesychium*: ψαφαρόν. ξηρόν. αὐχμηρόν. ἀσθενές. ἐλαφρόν. Potest igitur κλάσμα ψαφ. de

esca tenui et delicata accipi, quae in lingua posita facile comminuitur et tantum non liquescit; sed vereor, ut contextus hanc explicationem ferat. Est potius h. l. victus aridior (ξηρὸς), qualis est panis, quem victui de piscibus posthabet Ph. Ut illum igitur quodammodo gratiorem et jucundiorem reddat, se pisces quaerere ait. εἰς ἐπάστῳ ψ. κ. ad taedium aridi cibi fallendum et superandum. Utinam teneamus, quomodo *Grotius* haec verba aut correxerit, aut explicuerit. Vertit ea in hunc modum:

Nam mare, non carnes cordi mihi: piscis amore
Me spectas alios in mare ferre cibos.

Ceterum haud scio, an hoc distichon melius post v. 2. collocetur. Continuatur enim descriptio τοῦ ἰμπολέος, et oppositio est in verbis αἴτε σύ γ' — σμαρίδα et χαλκίδας ἢν δὲ φέρῃς, quae melius apparet tertio disticho post primum posito. — Pro ἐπάστῳ Cod. Vat. ἐπάσταν legit. — V. 7. χαλκίδας. Viliorem fuisse piscem, spinisque horrentem, ex h. l. cognoscitur. Alibi enim nihil de eo reperio, quod cum *Phaniae* judicio conveniat. Fuerunt, qui eum pro halece haberent. Vide *Camus* Notes s. A. p. 183. sq. qui rem incertam esse pronuntiat. — θρίσσας idem est procul dubio, quem alii θρίσσαν vocant, quod ipsum h. l. reponendum esse existimabat *Scaliger* in not. msr. et *Schneiderus*, quem vide ad *Aelian.* V. H. VI. 32. p. 197. τῶν ἀκανθηρῶν generi annumeratur ap. *Aristotelem* H. N. IX. 37. — φιλακανθίδας Cod. Vat. — οὐδέγγρα. Inter eas est formulas, quibus contemtum significabant veteres; quarum nonnullas explicuit *Valcken.* ad Hippol. p. 178. B. — λιθίναν φάρυγα. ut vel durissima quaeque deglutire possim; quod voracis est et helluonis.

VIII. In Planud. p. 216. St. 314. W. Θεοφάνους est. Φανίου γραμματικοῦ inscribit Vat. Cod. p. 292. In Mantithei cenotaphium, a patre ipsi exstructum. — V. 1.

πολυκλαύτου ἐπὶ παιδὸς *Brunckius* revocavit ex veteribus Planudeae editt. cum quibus Vat. Cod. conſpirat. Prima edit. Aſcenſ. πολυκλαύτῳ — παιδὶ, eamque ſecutus eſt *Stephanus.* — V. 2. Λ. ἔχων. vulgo. Noſtram lectionem Vat. Cod. ſervavit. — V. 3. οὔνομα. nihil niſi inane ipſius nomen ſepelivit, cum ipſius viri reliquiae in parentum manus non pervenerint. Mantitheum naufragio periiſſe, ſuſpicor; miror tamen, poëtam hoc non diſertius indicaſſe. Niſi fortaſſe olim ſcriptum fuit:

ἤλυθε ναυηγοῦ λείψανα — — —.

CHAEREMONIS EPIGRAMMATA.

¶. 55.] *I.* Planud. p. 205. St. 298. W. In. Vat. Cod. p. 321. ζτ. ὅτι ἀδιάγνωστόν ἐστι τὸ ἐπίγραμμα. A Planude, ſive etiam a librariis interpolatum videtur. In Vat. enim Cod. prius diſtichon ſic concipitur:

τοῖς Ἄργει παρθένισαι χέρες, ἶσα δὲ τεύχη
συμβάλαμεν· Θυρέαι δ' ἦσαν ἄεθλα δορί.

In edit. pr. Plan. χἠμῶν omittitur. Cum hoc Epigramma ſcriptum ſit in Spartanos et Argivos, qui de agro Thyreatico pugnaverunt, nullus dubito, quin in παρθένισαι lateat Σπαρτῆθεν ἶσαι. Fortaſſe igitur ſcribendum:

Ἀργόθε καὶ Σπαρτῆθεν ἶσαι χέρες — —

Totidem manus eorum fuerunt, qui Sparta, quam eorum, qui Argis huc venerant; eademque arma commiſimus. — Mox Θυρέαι probum eſt. Non minus enim plurali quam ſingulari numero hujus oppidi nomen effertur. *Stephanus Byz.* v. Θυρέα. . . λέγεται καὶ πληθυντικῶς [καὶ] κατὰ συναίρεσιν Θύρη. Sic ſcribendus locus, ubi vulgo καὶ deſideratur. Sic etiam in *Lentuli* Ep. II. p. 166. *Brunckius* edidit: Θυρέαι δ' ἦσαν ἄεθλα δορός. quamvis ibi Cod. Vat.

Θυρέα exhibet. — V. 3. ἀπεσφάλεισται. quovis praetexto, quo pugna relicta domum reverteremur, abjecto, avibus mortem nostram nuntiandam mandavimus.

II. Cod. Vat. p. 321. Primus edidit *L. Holsten.* ad St. Byz. p. 141. *Jensius* nr. 29. (*Reisk.* Anthol. p. 125. nr. 680.) Ille carminis initium mutilum exhibuit: κλευνάσου τοι μοι ὑπερ —, cum in Vat. Cod. habeatur: κλευάσου τοίμοικλειος ὑπέρ. In fine idem ἀμφιτεμνόμενος. Hinc *Heringa* in Obss. p. 199. emendare conatus est: Κλεόβουλ' εἰμοι κλεινὸς — ἀμφιλόγου γᾶς ἐπ' ἀποφθίμενος. *Reiskius* autem: Κλευᾶς οὗ τὺ μοι ἄκλειος ὑπὲρ Θυρέας δ. τ. κ. Ἀμφιλόχων γᾶν ἀμφιτεμνόμενος. quae mera est scabrities. Cod. Vaticani lectiones exhibuit *Dorvill.* ad Charit. p. 365. nihil ipse correctionis expromens. *Brunckius* carminis initio expressit acutam et elegantem emendationem *Ruhnkenii* in Epist. cr. p. 119. qui pentametrum sic exhibet scriptum: Ἀμφιλόχων γαῖαν ἐπεσσάμενος. Praeferendum ἀμφίλογον, incertam, cujus gentis esset, multaeque adeo rixae causam. Sed in fine versus *Brunckium* Ruhnkenianae emendationi suam praetulisse miror. Codicis lectio γαναμφιτεμνόμενος, plane eo ducit, ut legamus:

γαῖαν ἐφεσσάμενος.

sic enim malim pro ἐπεσσάμενος, ut corruptae lectionis ductibus quam maxime inhaereamus. *Nicomach.* T. II. p. 283. ἱερατὴν πάτρην κεῖμαι θ' ἐφεσσάμενοι. Vide *Hemsterh.* ad Hesych. v. ἐπιέσσασθαι γῆν. Nomen *Cleuas* occurrit ap. *Livium* L. XLIII. 21. 23. ap. *Strabon.* L. XIII. p. 832. *Etymol. M.* p. 498. l. 32. Κλέης καὶ Κλεύης, καὶ τροπῇ Δωρικῇ Κλεύας.

III. Cod. Vat. p. 281. »Editum a Du Fresne in »CP. Christiana P. II. p. 193. sine lectionis diversitate. »Non videtur ejusdem Chaeremonis esse, qui superio»rum fuit auctor.« *Br.* Athenagoras rhetor commemoratur ap. *Ammian.* Epigr. I. ubi vide not. Post Εὔβουλος

Cod. Vat. δ' inserit. An carminis initium periit? — ὀλιγοχρόνιον μοῖρα. brevis aevi virum.

DEMODOCI EPIGRAMMATA.

¶. 56.] *I.* Cod. Vat. p. 539. In Planud. haec tria Epigrammata deinceps leguntur p. 168. St. 244. W. Prius hoc distichon ductum est ex Epigrammate *Phocylidis* X. (T. II. p. 522.) quod *Demodocus* leviter immutavit. In fine vers. minoris vulgo καὶ Πρ. δὲ Χῖος. quod Vat. quoque habet. Sed Χῖος priorem producit. Orta lectio ex verbis archetypi: καὶ Προκλέης Λέριος. Ceterum quid *Demodocus* in Chiis tantopere reprehenderit, difficile sit conjectura assequi. — In eadem Codicis Vaticani pagina *Demodoco* tribuitur hoc distichon:

Πάντες μὲν Κίλικες κακοὶ ἀνέρες· ἐν δὲ Κίλιξιν
εἷς ἀγαθὸς Κινύρης· καὶ [Cod. δὲ] Κινύρης δὲ Κίλιξ.

II. Cod. Vat. p. 539. Legitur etiam apud *Constantin. Porphyr.* L. I. Themat. 11. p. 7. ed. *Bandur.* una cum sequente. — Quam viles apud veteres Cappadoces fuerint, quippe quos ad servitutem natos arbitrabantur, satis constat. Veterum loca collegit *Brodaeus.* Demodocus eos h. l. ut malignos et veneni plenos traducit. — V. 1. καὶ αὐτή. Cappadox ille itaque periit, sed una cum eo vipera quoque, venenato ipsius sanguine gustato, exstincta est. Melius itaque et probabilius noster, quam *Lessingius* Epigr. LXXXIII. T. I. p. 50. qui hoc distichon imitatus, cum sententiam acutiorem reddere conaretur, aculeum revera retudit.

III. Cod. Vat. p. 539. *Constantinus Porph.* l. c. ultimum distichon omisit. Vide *Banduri* in Not. p. 8. — V. 1. Codd. *Constantini:* Καππάδοκας φαῦλοι μ. ἀ. ζώνης δ'. εἵνεκα

ἀρίστα φ. — ζώνη, cingulum militare, ipſam militiam denotat. Cappadoces, homines ignavos, in bello etiam ignaviores eſſe ſolito, ait. — V. 3. δράξωνται ex Ald. pr. et Aſcenſ. recepit *Stephanus*. Veteres enim edd. reliquae δράξονται. — In interpretatione verborum μεγάλης ἀπήνης et *Opſopoeus* a vero aberravit, nec *Brodaeus* verum vidit. Recte *Grotius*:

Quod ſi praeterea ſumat bis terve curules,
Ilicet evadit peſſimipeſſimina.

ἀπήνη *carrucam* ſignificat, quatuor equis junctam aureisque laminis inductam, qua magiſtratus utebantur inſigniores. Jam ἀπήνη ponitur pro ipſo magiſtratu, fortaſſe praefectura urbium provinciarumque imperio. Vide *Reiskium* in Notis ad Conſtant. Porph. Ceremon. p. 116. — Cum vocabulo φαυλεπιφαυλότατοι, riſus movendi cauſa ficto, *Huetius* p. 17. comparat *Nicarchi* λεπτεπιλεπτότερος in Ep. XVI. — V. 5. μὴ τετράκις. Ne, quaeſo, patere, Cappadocem quarta vice ejusmodi magiſtratum inire, ne omne humanum genus paulatim in Cappadocum mores et indolem delabatur.

HIPPIAE ELEI EPIGRAMMA.

¶. 57.] In lucem protraxit hoc carmen *Gualterus* in Inſcript. Sic. p. 27. ed. Panorm. p. 6. ed. Meſſan. Hinc *Muratorius* in Theſaur. p. 748. 4. *Dorvill.* ad Charit. p. 186. Tractaverunt illud *Placid. Reynam* in Notit. Urbis Meſſanae P. I. p. 162. et *Leichius* in Miſc. Lipſ. T. I. p. 500. et iterum in Curis ſecundis p. 51. Apte *Gualterus* comparaverat *Pauſaniam* L. V. 25. p. 442. ubi narratur naufragium triginta quinque puerorum Mamertinorum, qui Rhegium ad feſtum ibi celebrandum miſſi, una cum chori magiſtro in illo freto perie-

runt. Horum statuae positae Olympiae ἔργα Ἠλείου Καλλῶνος. Antiquum autem Epigramma, eodem *Pausania* tradente, has statuas significabat ἀναθήματα εἶναι τῶν ἐν πορθμῷ Μεσσηνίων· χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἱππίας ὁ λεγόμενος ὑπὸ Ἑλλήνων σοφὸς τὰ ἐλεγεῖα ἐπ' αὐτοῖς ἐποίησεν. Hujus loci auctoritate igitur *Brunckius* hoc Epigramma *Hippiae* tribuendum censuit. Conjectura probabilis, quamvis non omnino certa. Quod si tamen *Hippiae* sunt versus, *Platonis* carminibus in I. Vol. praeponendi erant. Ceterum cum hoc Epigramma Messanae ad Fretum Siculum inventum sit, *Dorvillius* suspicatur, Messanenses exemplar hujus inscriptionis, quae Olympiae erat, in sua civitate collocandum curasse. — V. 3. 4. apud *Gualt.* sic leguntur: αὐτος ἐχει ποθης εν και . . . τευξειλυτροισν: ιοις ουτο καλον κοσμει περικειμενον ουνομα τυμβους ου γλυκυς εσθημεν καν φθιμενοις ζηνερως. Idem tamen in Omissis sic eundem locum exhibet: αὐτος ἐχει ποθης εν καν . . . . τευξε λυγροις μ. . . ματα μυρομενο ου etc. in fine autem: καμφθιμενοισιν ερως. unde *Leichius* p. 51. haec extudit:

αὐτὸς ἔχεις πόθεν ἦν καὶ τύμβον . . . . .
δάκρυσι τεῦξε λυγροῖς ὄμματα μυρομένη.
οὐ τὸ καλὸν κοσμεῖ περικείμενον οὔνομα τύμβους.
οὐ γλυκὺς ἐσθ' ἡμῖν κἀν φθιμένοισιν ἔρως.

Ipse tenes unde eram et tumulum . . . . . Exstruxit, tristibus lacrymis oculos perfusa. Non pulcrum appositum nomen tumulos ornat, Non dulcis nobis etiam inter mortuos amor est. Parum feliciter. *Brunckius* exhibuit correctiones *Dorvillii*, quae, quamvis ingeniosae, longius tamen absunt a literarum in marmore ductibus, ut iis confidere queas. Fortasse fuit:

πάντας τ' αὐτὸς ἔχει πορθμὸς, καὶ εἰκόνας αὐτὸς
μοίρης τεῦξε λυγρῆς μνήματα μυρόμενος —

Similiter *Schneiderus*, qui minori versui sic succurrebat: τεῦξε λυγρῆς μοίρης μνήματα μυρόμενος. — V. 5. Unus has

imagines fecit, unus, cujus pulchrum nomen hunc cippum ornat, quemque nos etiam apud inferos amore prosequimur. Nomen artificis, quod his verbis circumscribitur, Κάλλων fuit; hinc οὗ καλὸν οὔνομα. Similes propriorum nominum periphrases vidimus ad *Meleagr.* Ep. I. 24. et 44. *Dervillius* comparavit Ep. ἀδέσπ. CXC.

EURIPIDIS EPIGRAMMA.

Vide Tom. I. p. 319.

ARCHELAI EPIGRAMMATA.

T. 58.] *I.* Cod. Vat. post titul. Ἀρχελάου ἢ Ἀσκλη... δου (Ἀσκληπιάδου). Sic quoque Planud. p. 314. St. 454. W. In statuam aëneam Alexandri, Lysippi opus. Hinc expressum Ep. Incert. CCCIX. Consulendum Ep. *Posidippi* XIV. Posterius distichon excitat *Plutarch.* T. II. p. 331. A. et p. 335. B. qui locus inprimis huc facit: Λυσίππου δὲ τὸν πρῶτον Ἀλέξανδρον πλάσαντος, ἄνω βλέποντα τῷ προσώπῳ πρὸς τὸν οὐρανὸν, (ὥσπερ αὐτὸς εἰώθει βλέπειν Ἀλέξανδρος, ἡσυχῇ παρεγκλίνων τὸν τράχηλον) ἐπέγραψέ τις οὐκ ἀπιθάνως· αὐδασοῦντι .... Idem in Vita Alexandri c. IV. T. I. p. 666. B. Τὴν μὲν οὖν ἰδέαν τοῦ σώματος οἱ Λυσίππειοι μάλιστα τῶν ἀνδριάντων ἐμφαίνουσιν .... καὶ γὰρ ἃ μάλιστα πολλοὶ τῶν διαδόχων ὕστερον καὶ τῶν φίλων ἀπεμιμοῦντο, τήν τ' ἀνάτασιν τοῦ αὐχένος εἰς εὐώνυμον ἡσυχῇ κεκλιμένου, καὶ τὴν ὑγρότητα τῶν ὀμμάτων, διατετήρηκεν ἀκριβῶς ὁ τεχνίτης. Ex his locis sua hausit *Tzetza* in Chil. XI. 368. — V. 2. Λύσι ..... χαλκός. Vat. Cod. — V. 3. αὐδάσοντι vulgo. Nostrum est ap. *Plutarchum.* — αὐδᾷ ...... χάλκεος. Vat. — V. 4. ἐμοὶ omittit Cod. Vat.

Ex Tom. III. p. 330.] *II.* Servavit hoc carmen *Antig. Caryst.* c. XCVI. p. 146. ed. Beckm. Ἴδιον δὲ καὶ

τοῦτο νεκρῶν τινων, τοῦ μυελοῦ σαπέντος, ἐκ τῆς ῥάχεως ὀφίδια γίνεσθαι, ἐὰν πρὸ τοῦ τελευτᾷν τεθνηκότος ἐλκύσωσι τὴν ὀσμήν κ. τ. λ. Vulgarem hanc ap. veteres opinionem fuiſſe, apparet ex *Plin.* H. N. X. 66. p. 579. *Anguem ex medullis hominis ſpinae gigni, accipimus a multis.* Quum Cleomenes Spartanus Alexandriae cruci affixus eſſet, et ſerpens prope eum apparuiſſet, res miraculi loco habita eſt, populo Cleomenem diis exaequante, ἄχρις οὗ κατέπαυσαν αὐτοὺς οἱ σοφώτεροι, διδόντες λόγον, ὡς μελίττας μὲν βόες, σφῆκας δ' ἵπποι κατασαπέντες, ἐξανθοῦσι, κάνθαροι δ' ὄνων τὸ αὐτὸ παθόντων ζωογονοῦνται· τὰ δ' ἀνθρώπινα σώματα, τῶν περὶ τὸν μυελὸν ἰχώρων συῤῥοήν τινα καὶ σύστασιν ἐν ἑαυτοῖς λαβόντων, ὄφεις ἀναδίδωσι. *Plutarch.* Vit. Cleom. c. 39. T. V. p. 203. ed. Tubing. — V. 1. *Xylander* edidit σφαργίζεται, quod *Meurſ.* in σφραγίζεται mutavit; non ſatis apparet, quo ſenſu. Nam nec *ſignandi* nec *confirmandi* ſignificatio hic locum habet. *Niclas*, V. clar., qui *Antigonum Car.* criticis inſtruxit et exornavit notis, σφαραγίζεται corrigit; comparans *Heſiod.* Theog. 706. σὺν δ' ἄνεμοι ἔνοσίν τε κόνιν θ' ἅμα ἐσφαράγιζον. ἠχοῦντες συνετάρασσον. Senſum igitur vult eſſe: *Aevum omnia perturbare ac permiſcere.* At in verbo σφαραγίζεσθαι ſtrependi et ſonandi dominatur notio, quae ab h. l. aliena eſt. Videndum igitur, an pro ταράττειν ſimpliciter occurrat.— V. 4. ὃς ad νέκυος referendum videtur: qui ex hoc monſtro (ſerpente illo puta, quem hominis medulla progenuit) novum ducet ſpiritum. At certe ex ejuſmodi ſerpentibus homines denuo fieri, *Archelaum* dixiſſe, parum fit credibile. Quare poſt τέρας incidendum puto, ὃς autem referendum ad ὄφις, qui ex illa medulla (τέρας vocat propter effectum,) novum ſpiritum ſumit, vitalemque naturam ex defuncto ducit.

Ex Tom. III. p. 330.] *III.* et *IV.* Etiam haec duo diſticha ſervavit *Antigon. Caryſt.* c. XXIII. p. 35. φασὶ δὲ καὶ τὸν κροκόδειλον σκορπίους γεννᾷν καὶ ἐκ τῶν ἵππων σφῆκας

γεννᾶσθαι. In alterius distichi v. 2. Xylander edidit: σφᾶκασι δὲ ζώων. quod *Meursius* emendavit. *Pisides* in Mundi Opif. v. 1312. Οὐδ᾽ ὡς λέγουσιν ἐκ μὲν ἵππου σήψεως Σφηκῶν κίνησιν, ἐξ ὄνου δὲ κανθάρων, Βοὸς δὲ τὴν μέλισσαν τὴν φιλεργέτιν. quae derivata sunt ex *Aeliano* H. A. II. XXXIII. p. 62. ed. *Schneid.* Plurimum huc facit *Varro* de R. R. L. III. 16. p. 236. ed. Bip. *Primum apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in Epigrammate ait, eas esse* βοὸς φθιμένης πεποτημένα τέκνα. *Idem,* ἵππων μὲν σφῆκες γενεά, μόσχων δὲ μέλισσαι.

PHILOXENI EPIGRAMMA.

Cod. Vat. p. 410. Primus edidit *Salmasius* Exerc. in Plin. p. 648. F. Inter Jensian. nr. 140. *Reisk.* Anthol. nr. 791. p. 171. *Dorvill.* ad Charit. p. 433. In Tlepolemum Polycritis filium, qui Mercurii signum in stadii carceribus posuerat. — *Salmasius*, qui ad repagulum, quo stadium claudebatur, duos hermulas exstitisse arbitrabatur, qui fune demisso repagulum solverent, ex hoc carmine censebat effici, ut Tlepolemus hermularum in carceribus ponendarum auctor fuerit. Hunc vero Tlepolemum eundem esse suspicatur, qui ap. *Pausaniam* L. V. 8. p. 395. Lycius fuisse dicitur. Μύρα enim Lyciae oppidum. — V. 1. ἕρμα. Sic est in Cod. Junge: Τλη. θῆκεν Ἑρμᾶν, ὥστε εἶναι τοῖς ἱεροδρόμοις ἕρμα ἀφετήριον. Mercurii signum, unde stadiodromi currendi initium facerent. Haec autem meta ἕρμα vocatur propterea, quod lapide ibi posito signata erat. Quaecunque enim vel aliis rebus fulcro sunt, vel ipsae aliquo fundamento firmiter nituntur, ἕρματα appellantur. Sed *Dorvillius* non ἕρμα, sed Ἑρμᾷ legit, idque longe elegantius esse judicat: Tlepolemus

Mercurium posuit Mercurio. Ἑρμᾶς enim et ipsum deum significat et statuam, seu truncum Hermae, solitum adhiberi pro meta, carceribus, repagulis, initio curriculi. — V. 2. ἱεροδρόμοι stadiodromi sunt. *Jensius* ἰσοδρόμοις conjicit, quam conjecturam *Dorvillius* refutavit. — Nomen Πολυκρίτου, quod in Cod. est, *Reiskius* in Πολυκράτου mutavit, sine causa idonea. *Polycriti* nomen est ap. *Polybium* L. IX. 34. 10. — V. 3. haereo in verbis δὶς δέ κ' ἀπὸ σταδίων, quae *R.* vertit: *ad spatium viginti stadiorum*; sensu parum expedito. An στάδιον pro νίκη ἐν σταδίῳ positum? ut poëta dicat, Tlepolemum post viginti victorias, e cursus certamine reportatas, hanc statuam posuisse? Alii videant. — ἐναγώνιον cum Ἑρμᾶν jungendum. ἐναγώγιον ap. *Dorvillium*, vitiose.

DURIDIS EPIGRAMMA.

¶. 59.] Bis legitur in Cod. Vat. p. 430. sq. 432. in Planud. p. 101. St. 150. W. ubi Δούριδος Ἐλεάτου legitur. Ἐλαίτου exhibet Cod. Vat. et *Stephan. Byz.* qui hoc carmen profert v. Ἔφεσος p. 282. Ἡ δὲ πόλις ἐν κοίλῳ τόπῳ κατοικισθεῖσα, χειμῶνος κατεκλύσθη, καὶ μυρίων ἀποθανόντων Λυσίμαχος τὴν πόλιν μετέθηκεν, ἔνθα νῦν· ἐκάλεσε δὲ Ἀρσινόην αὐτὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς Ἀρσινόης. οὗ τελευτήσαντος ἡ προτέρα κλῆσις ἀνελήφθη. φέρεται δὲ Δούριδος ἐπίγραμμα τοῦ Ἐλαίτου εἰς τὸν κατακλυσμὸν οὕτως· Ἠέριαι . . . Lysimachum post hanc calamitatem Ephesiis persuasisse narrat *Strabo* L. XIV. p. 640. ut in novas sedes concederent. Coëgisse hunc regem Ephesi incolas, ut ad maris litus habitarent, ait *Pauson.* L. I. 9. p. 23. VII. 3. p. 528. *Salmasius* vulgatis meliora se daturum professus in Exercit. Plin. p. 569. E. F. pusillam rem in fine emendavit; in reliquis nihil mutavit. — V. 1. ποιοῦσαι. Wechelia-

nae vitium servavit *Salmas.* Hunc versum c. sequente laudat *Eustath.* ad Dionys. Perieg. v. 828. — V. 2. ἀστεμφεῖ. fatali illa et crudeli nocte. ἀστεμφὲς enim sive ἀστεμβὲς est τὸ ἀμετακίνητον, ut interpretatur *Eustath.* ad Il. p. 178. 7. τὸ τραχὺ, τὸ χαλεπὸν, secundum *Hesychium.* — V. 3. Totam regionem ita devastatam fuisse significat, ut Libyae potius deserta referret, quam cultissimi illius agri, quo Ephesus olim conspicua fuerit, praeberet speciem. — Pro μακρῶν, quod ex *Salmasii* emendatione profluxit, vulgo legitur μακάρων, in Plan. ap. Steph. Byz. et in Vat. Cod. utroque loco. Non offendit haec lectio *Grotium*, qui vertit — *et secli tot melioris opes.* Gravior tamen sensus evadit ex nostro: μακρῶν δὲξ ἐτέων κτέανα, opes inde a multis annis congestae et collectae. — V. 5. σαωτῆρες. Diana inprimis, tutelare Ephesi numen. ἔτρεπον. Plan. et Vat. Cod. ἅμμα. vulgo in Plan. ὄμμα legendum esse, jamdudum viderant *Brodaeus* et *Opsop.* nec aliter habetur in Vat. Cod. et ap. Steph. Byz. *Jos. Scaliger* tamen in ἅρμα inciderat. — V. 6. πολλῶν vulgo ap. Steph. Byz. — V. 8. πεπταμένοις. omnes, praeter *Salmasium.* Vulgata lectio accipienda de fluminibus extra litora effusis latoque adeo alveo manantibus. Si legis κεῖνα — πεπταμένα, opes sunt et divitiae direptae et per undas dispersae. Aliud quid *Grotium* in mente habuisse, suspicari licet ex ejus versione:

Omnia cum ventis cumque amnibus illa voluta
In mare fluxerunt, ut levis unda solet.

Legit itaque:

εἰς ἅλα σὺν ποταμοῖς ἔδραμε σύν τ' ἀνέμοις.

XENOCRATIS EPIGRAMMA.

Anth. Plan. p. 327. St. 467. W. Mercurius conqueritur, quod, palaestrae cum praesit, sine manibus pedibusque fingatur. — V. 2. *τὸ κολοβὸν δηλοῖ τὸ μὴ ἔχον ὁλότητα.* *Eustath.* Il. p. 917. 18. Apte *Brodaeus* excitat *Plutarch.* T. II. p. 797. F. *διὸ καὶ τῶν Ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους ἀχείρας καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν.* Causam hujus rei allegoricam affert *Cornutus* de N. D. p. 167. *πλάττεται καὶ ἄχειρ καὶ ἄπους ὁ Ἑρμῆς — ἐπεὶ (ὁ λόγος) οὔτε ποδῶν οὔτε χειρῶν δεῖται πρὸς τὸ ἀνύσαι τὸ προκείμενον αὐτῷ.* adde *Dion. Cassium* LIV. T. I. p. 739. 11. ibique *Fabricium.* — V. 3. *χειρονομεῖν. πυκτεύειν.* *Suid.* quo sensu hoc vocabulo usus est *Pausanias* L. VI. 10. p. 475. *σκιαμαχοῦντος δὲ ὁ ἀνδριὰς παρέχεται σχῆμα, ὅτι ὁ Γλαῦκος ἦν ἐπιτηδειότατος τῶν κατ' αὐτὸν χειρονομῆσαι πεφυκώς.* Initio procul dubio hoc verbum de iis usurpatum est, qui in saltatione manus rite moverent; deinde generaliori significatione adhibuerunt veteres. De Hippoclide pedibus gesticulante *Herodot.* L. VI. p. 498. 7. *τὴν κεφαλὴν ἐρείσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε.* — V. 4. *ἀμφοτέρων ἐς βάσιν.* *utroque, quo ambulem, pede orbatus,* vertit *Brodaeus.* Vix recte. Junge potius *ἱστάμενος ἐς βάσιν* (pro *ἐν βάσει*) *ἀμφοτέρων ὀρφανός.* cum sic manibus pedibusque orbatus in basi collocatus sim.

PARRHASII PICTORIS
FRAGMENTA.

¶. 60.] *I.* et *II.* Servavit *Athen.* L. XIII. p. 543. D. E. *Καὶ Παῤῥάσιον τὸν ζωγράφον πορφύραν ἀμπέχεσθαι, χρυσοῦν στέφανον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα ἱστορεῖ Κλέαρχος ἐν τοῖς*

βίους. οὗτος γὰρ παρὰ μέλος ὑπὲρ τὴν γραφικὴν τρυφήσας, λόγῳ τῆς ἀρετῆς ἀντελαμβάνετο, καὶ ἔγραφε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἐπιτελουμένοις ἔργοις·

ἁβροδίαιτος ἀνὴρ ἀρετήν τε σέβων τάδ' ἔγραψε,

καί τις ὑπεραλγήσας ἐπὶ τούτῳ παρέγραψε·

ῥαβδοδίαιτος ἀνήρ.

ἐπέγραψε δὲ ἐπὶ πολλῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ τάδε·

ἁβροδίαιτος . . . . τέχνης.

ηὔχησε δ' ἀνεμεσήτως ἐπὶ τούτοις, ἅτε οὐκ ἄπιστα τοῖς κλύουσι λέγων·

φημὶ γὰρ . . . . βροτοῖς.

Ad subscriptionem illam, qua Parrhasius utebatur, *Plinius* respexit H. N. XXXV. p. 693. 16. *Foecundus artifex, sed quo nemo insolentius et arrogantius sit usus gloria artis. Namque et cognomina usurpavit, Abrodiaetum se appellando, aliisque verbis principem artis et eam ab se consummatam.* De Parrhasii mollitie et delicato cultu quaedam ex *Theophrasto* narrat *Aelian.* L. IX. c. XI. ubi *Perizonius Athenaei* locum interpretatur. — V. 1. Haud scio, an melius scribatur: *ἀρετὴν δὲ σέβων. Vir delicatus quidem, virtutis tamen amans.* Particula *μὲν* in priore membro frequenter omittitur. — V. 3. In verbis *ὅς γ' ἀνέφυσε* mire inepta mihi videtur particula *γε.* Fortasse scribendum:

ὅς νιν ἔφυσε.

Quod *ἐξελαθόμην* praecessit, huic correctioni non obstat. Hoc poëta ex sua persona dicit; de Parrhasio pictore tanquam de tertio quodam agens. Vulgo distinctione hic versus laborat. — Negat *Valckenar.* ad Herodot. p. 727. 21. graece dici *τὰ πρῶτα φέρειν,* dicendum esse *φέρεσθαι.* Praeter nostrum tamen sic quoque locutus est *Eustath.* de Hysm. IX. p. 400. *τὰ πρῶτα τῶν ἐν Αὐλικώμιδι φέροντι.* — Ceterum primum hujus Epigrammatis versum *Athenaeus* iterum laudat L. XV. p. 687. 13. ubi *τάδ' ἔγραφεν* habetur.

Ad II. fragmentum haec notavit *Brunckius:* „Hoc „fragmentum legitur etiam in Ariſtidis Orat. περὶ τοῦ „παραφθέγματος p. 386. ex cujus cum Athenaeo compa„ratione video primum hexametrum integrum ſuper„eſſe et ſic ſcribendum:

„οὐχὶ κλύουσιν ἄπιστα λέγω τάδε· φημὶ γὰρ ἤδη — —

„Legitur enim ap. *Ariſtidem:* ἀλλ' ἐμὲ πρώην ἀνὴρ ἑταῖρος „— ζωγράφου τι ἐπίγραμμα ἐξεδίδασκε τουτονὶ κἄπιστα κλύουσι „λέγω τάδε· φημί .. Manifeſtum eſt, verba, quae apud „Athenaeum et Ariſtidem leguntur tanquam illorum, „partem eſſe verſiculi Parrhaſii. Zeuxidis pictoris ſimi„lis ſententiae elegos, ſed mutilos, ibidem refert „Ariſtides:

„Ἡρακλεία πατρίς, Ζεῦξις δ' ὄνομ'· εἰ δέ τις ἀνδρῶν
„ἡμετέρης τέχνης πείρατά φησιν ἔχειν,
„δείξας νικάτω . ! . . . . δοκῶ δέ φησιν
„ . . . . . . ἡμᾶς οὐχὶ τὰ δεύτερ' ἔχειν.“

— In illis ap. *Ariſtidem* verbis verſus initium eſſe, nec *Palmerium* fugerat in Exercitatt. p. 490. qui tamen vitioſum procudit verſum: Κἄπιστα κλύουσι λ. τ. Non enim fieri poteſt, ut κλύειν priorem producat. Οὐ ab initio lectum fuiſſe, ex *Athenaeo* apparet. Sed vide, an *Parrhaſius* ſcripſerit:

Οὔ κεν ἄπιστα κλύουσι λέγω τάδε· φημί . . . . .

— V. 2. τῆς τέχνης ap. *Ariſtidem.*

III. Exſtat ap. *Athen.* L. XII. p. 543. F. 544. A. de Parrhaſio: τερατευόμενος δὲ ἔλεγεν, ὅτι τὸν ἐν Λίνδῳ Ἡρακλέα ἔγραφεν, ὡς ὄναρ ἐπιφαινόμενος ὁ θεὸς σχηματίζοι αὐτὸν πρὸς τὴν τῆς γραφῆς ἐπιτηδειότητα· ὅθεν καὶ ἐπέγραψε πίνακι· Οἷος . . . . *Plinius* H. N. XXXV. 36. 5. p. 694. Parrhaſium gloriatum eſſe ait, *Herculem, qui eſt Lindi, talem a ſe pictum, qualem ſaepe in quiete vidiſſet.*

PHILEMONIS FRAGMENTUM.

§. 61.] Anthol. Plan. p. 117. St. 169. W. *Vitae Euripidis* hos ſenarios addidit *Thomas Mag.* quos *Opſopoeus* ex Philemonis Comoedia ductos ſuſpicatur. Huic ſententiae ſuffragatur *Clericus* in Fragm. Philem. nr. LXX. p. 365. — Habentur hi verſus etiam in Vat. Cod. p. 436.

ZENODOTI EPHESII EPIGRAMMATA.

I. Anthol. Plan. p. 38. St. 56. W. Ap. *Stob.* in Flor. T. LXI. p. 289. Gesn. 253. Grot. In Amoris ſtatuam prope fontem collocatam. Poëta ante oculos habuit *Antip. Sidon.* Ep. V. Μὴ κλαίων τὸν Ἔρωτα δόκει, Τηλέμβροτε, πείσειν, Μηδ' ὀλίγῳ παύσειν ὕδατι πῦρ ἀτενές.

II. Anth. Plan. p. 218. St. 318. W. ubi ἄδηλον. Vat. autem Cod. p. 253. Ζηνοδότου, οἱ δὲ Ῥιανοῦ, inſcribit. In Timonis tumulum, quem ipſe Timon ſentibus obſtrui et obduci optat, ne vel avis ad eum accedat. Expreſſum videtur ex *Hegeſippi* Ep. VIII. ubi vid. Not. T. II. p. 176. — V. 1. τρηχεῖαν. Alii contra rogant ſuperſtites, ut tumulum a vepribus purgare velint. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. LXXXIII. T. II. p. 138. Idem color eſt in contraria ſententia ap. *Philodemum* Ep. XXXI. Φῦε κατὰ στήλης, ἱερὴ κόνι, τῇ φιλοβάκχῳ Μὴ βάτον, ἀλλ' ἁπαλὰς λευκοΐων κάλυκας. — V. 2. ἄγρια κῶλα. Plan. et Vat. Cod. σκῶλον. ἕτεροι εἶδος ἀκάνθης φασὶν, ἥτις πυρωθεῖσα εὔτονος γίνεται. *Euſtath.* ad Il. p. 923. 7. Etiam pro σκόλοψ ponitur. σκῶλα. ξύλα ὀξυμμένα. *Heſych.* Hoc ſenſu vocabulum accepit *Br.* cujus haec eſſe videtur emendatio: *fera ſpinarum impedimenta.* Haec lectio ſi ex cod. fluxit, me-

rito in contextum recepta est; sin ex conjectura, eam minime necessariam esse arbitror. κῶλα pro *pedibus* saepenumero obvium ap. veteres. Jam vero plantis et arbustis, quae per terram serpunt, pedes poëtae tribuere solent. *Philippus* Ep. XLV. λάθριον, ἑρπηστὴν, σκολιὸν πόδα, κισσὲ, χορεύσας. Sed vide, quae notavimus ad *Simmiae Theb.* Ep. I. Tom. I. p. 330. sq. Notanda epithetorum permutatio, pro σκολιὰ ἀγρίας βάτου κῶλα. Sed sic solent poëtae. — V. 4. ἀγαμένη est in nonnullis editt. — V. 6. γνήσιος. amatus et desideratus. Conf. *Reiskium* ad Constant. Ceremon. p. 89.

III. Ducti sunt hi senarii ex *Stobaei* Florileg. Tit. II. p. 30. Gesn. p. 11. Grot. — V. 1. „κηρύσσεται αἰεὶ ἡ „ἀρετή. *Stob.* Scribendum: κηρύσσετ' αἰεὶ ἡ ἀρετή. In ἡ ἀ — „fit synizesis. Sic apud eundem *Stobaeum* p. 70. ἀλλ' „ἡ φρόνησις ἡ ἀγαθὴ, θεὸς μέγας. et p. 79. ὅτῳ δ' ἐλεύθερον „δοκεῖν ἡ κλῄθει' ἄγει. Vide *Toup.* Cur. Nov. p. 261. (ed. „Lipf.)" *Brunck.*

ARCESILAI EPIGRAMMATA.

T. 62.] *I.* Servavit *Diogen. Laërt.* L. IV. p. 246. unde relatum est in Append. Planud. p. 527. St. 24. W. Scriptum in victoriam ab Attalo ex certaminibus Olympicis reportatam. — V. 2. αὐδᾶται. κηρύσσεται. In stadio Olympico, simul cum victoris nomine, ipsius patria praeconis voce celebrabatur. — V. 4. πολλὴν ἀοιδοτέρη. aliis scilicet victoriis. — Pro θνατῷ vulgo ap. *Diogen.* θνατῶν legitur. Illud est in Msc. regio.

II. Ap. *Diogenem* l. c. Εἰς Μηνόδωρον τὸν Εὐδάμου ἑνὸς τῶν συσχολαστῶν ἐρώμενον. Appendix Planud. p. 527. St. 25. W. — V. 1. Thyatira, Macedonum colonia. Vide *Strabon.* L. XIII. p. 625. — V. 3. ἴσα κάλλιστα. Anaxa-

gorae hoc dictum tribuitur ap. *Diogen. Laert.* II. 11. πρὸς τὸν δυσφοροῦντα, ὅτι ἐπὶ ξένης τελευτᾷ, Πανταχόθεν, ἔφη, ὁμοία ἐστὶν ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις. Paulo aliter *Cicero* in Tusc. Qu. L. I. 43. *Praeclare Anaxagoras: qui cum Lampsaci moreretur, quaerentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, auferri, Nihil necesse est, inquit; undique enim ad inferos tantundem viae est.* ubi vide *Davisium*, et quae notavimus ad *Tymn.* Ep. V. — V. 4. ὡς δεῖν' ἔσσ' ἀνδρῶν correxisse dicitur *Huetius* p. 81. sed aliud quid scripsisse doctissimum praesulem probabile est. In vulgata subaudiendum ἔφη. Depravationem suspicabatur quoque cl. *Wakefield* in Sylv. crit. T. I. p. 53. ὦ 'δῖτα, πάντων πάντοθεν μ. — V. 5. Εὐδάμου. Hujus viri mentionem facit *Plutarch.* in Vita Philopoem. c. 1. Ἤδη δὲ τοῦ Φιλοποίμενος ἀντίπαιδος ὄντος Εὔδημος (vulgo Ἔκδημος) καὶ Δημοφάνης, οἱ Μεγαλοπολῖται, διεδέξαντο τὴν ἐπιμέλειαν, Ἀρκεσιλάῳ συνήθεις ἐν Ἀκαδημίᾳ γεγονότες καὶ φιλοσοφίαν μάλιστα τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἐπὶ πολιτείαν καὶ πράξεις προαγαγόντες. Cum in Εὔδαμος media syllaba necessario producatur, vide, an scribendum sit:

σῆμα δέ σ' Εὔδαμος τόδ' ἔρεξεν ἀριφραδές, ᾧ σὺ — —

σ' pro σοὶ positum. — V. 6. Verba πολλῶν πενεστέων προσφιλέστερος paroemiae speciem prae se ferre, notavit *Menagius.* Sensus esse videtur, Eudamum a Menodoro, tanquam virum ingenuum et vere amicum, pluris esse habitum, quam maximas opes; πενέσται enim apud Thessalos nobiles pars divitiarum erant, sicuti hodie in Russia servi glebae adscripti. De penestis vide *Harpocrat.* p. 285. et *Valcken.* ad Ammon. p. 192. Servos poëta viro ingenuo, multos uni opponit.

DORIEI EPIGRAMMA.

¶. 63.] Relatum est in Append. Planud. p. 519. St. 21. W. ex *Athenaeo* L. X. p. 412. F. ubi, post quaedam ingentis voracitatis exempla laudata, Φύλαρχος δέ φησιν, ait, ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν, τὸν Μίλωνα ταῦρον καταφαγεῖν κατακλιθέντα πρὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διός. διὸ καὶ ποιῆσαι εἰς αὐτὸν Δωριέα τὸν ποιητὴν τάδε· Τοῖος ἔην . . . . Hoc Epigramma, ni fallor, respexit *Solin.* p. 6. B. *Milonem quoque Crotoniensem egisse omnia supra quam homo valet. Etiam hoc proditur, quod ictu nudae manus taurum fecit victimam: eumque solidum, qua mactaverat die, absumsit solus non gravatim. Super hoc nihil dubium: nam factum elogium exstat.* Vide *Salmasium* p. 27. C. D. Quae de Milone vulgo narrabantur, in Aegonem transtulit, nonnullis mutatis, *Theocrit.* Eid. IV. 35. — V. 6. πρόσθεν. Haec *Athenaeus* interpretatur sic: κατακλιθέντα πρὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διός. Ante Jovis aram et in ipso Jovis Olympici adspectu taurum devoravit. — V. 8. Suspiceris πάντα καθ' ἕν. Sed vulgatam, in qua particula οὖν valde elumbis est, tuetur *Eustath.* ad Od. p. 206. 38. Περὶ δὲ Μίλωνος τοῦ Κροτωνιάτου φησὶ Δωριεύς, ὅτι, ὃν ἐπόμπευσε βοῦν, εἰς κρέα τόνδε κόψας πάντα κατ' οὖν μοῦνος ἐδαίσατό νιν.

ARCHIMELI EPIGRAMMATA.

¶. 64.] *I.* Illatum in Append. Anth. Plan. p. 519. St. 21. W. ex *Athen.* L. V. p. 209. C. Scriptum est in sumtuosissimam navem, quam, ostentationis causa exstructam, Hiero Ptolemaeo dono misit. Hujus navis structuram et ornamenta accurate descripta vide ap. *Athen.* l. c. p. 206. C. Similis magnificentiae navem,

Ptolemaei Philopatoris fortasse, (conf. *Athen.* L. V. p. 203. sqq.) descripsit *Maxim. Tyr.* Diss. I. 3. in qua fuisse ait παστάδας καὶ εὐνὰς καὶ δρόμους. Novissimam vocem sollicitat *Marklandus*; sed temere. Satis eam tuetur *Athen.* p. 207. D. κατὰ δὲ τὴν ἀνωτάτω πάροδον γυμνάσιον ἦν καὶ περίπατοι, σύμμετρον ἔχοντες τὴν κατασκευὴν τῷ τοῦ πλοίου μεγέθει. Archimeli nostri carmen magnificentius, quam pro ejus praestantia, remuneratus est Hiero. *Athen.* p. 209. B. Ἱέρων καὶ Ἀρχίμηλον, τὸν τῶν Ἐπιγραμμάτων ποιητὴν, γράψαντα εἰς τὴν ναῦν Ἐπίγραμμα, χιλίοις πυρῶν μεδίμνοις, οὓς καὶ παρέπεμψεν ἰδίοις δαπανήμασιν εἰς τὸν Πειραιᾶ, ἐτίμησεν. — V. 3. »δρυόχων. trabes erectae cari»nam sustinentes, quibus ea imponitur, quando ex»struendae navis exordiuntur opus naupegi. *Eustath.* ad »Homer. p. 1878. in fin. ubi v. 3. 4. hujus carminis »laudat.« *Brunck.* in Not. ad Aristoph. Thesm. v. 52. — V. 5. Αἴτνας. *Antip. Sidon.* Ep. LI. χῶμα — Ἀθωίας ἶσον ἐρίπνᾳ. Quae sequuntur, ex eodem poëta derivata sunt: ἢ τοῖοι χθονὸς υἷες ἀνυψώσαντο Γίγαντες. Haec de mole dicta, nemo facile reprehenderit; de nave, eadem longe ineptissima sunt. — V. 9. τριελίκτους. Intelligit triplicem navis contignationem. θώραξ. πύργος. *Hesych. Suid.* Sic *Horat.* I. Epod. v. 1. 2. *Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula.* ubi vide Intpp. — Navis, poëta ait, summis antennis et velis coelum contingit, ipsum corpus suum intra nubes condit. In νεφέων haerebat *Jos. Scaliger*, qui ὑφέων conjecit, improbante *Casaubono*. Aliter judicat *Brunckius*, cujus haec sunt: »Parum con»gruum est epitheton μεγάλων. Quumque jam dixerit »ἄστρων γὰρ ψαύει καρχήσια, nubium mentio fere inutilis »videtur. Ideo Scaligeri emendationem probo, repo»nentis, ἐντὸς ἔχει ὑφέων, quod hujus loci sententiae non »adversatur. Triplex enim contignatio Terrigenis ad »coelum scansuris scalae instar erat. Vide Scaligerum »ad Catulli Carm. de Nupt. Pel. et Th. v. 10.« Emen-

dationis necessitatem plane non video. Nubes sideribus inferiores; recte itaque poëta ait, antennas sidera, ipsum navis κύτος autem nubes attingere; imo ejusmodi acumine, quod in meliore poëta vix tuleris, nihil versificatore nostro dignius. μεγάλων non valde aptum est epitheton; fateor; sed quid impedit, quominus lenissima mutatione unius literae corrigamus:

θώρηκας μελάνων ἐντὸς ἔχει νεφέων.

— V. 11. Anchorae hujus navis funibus nituntur, quales ii erant, quibus Xerxes Hellespontum junxit. Hi funes quam crassi fuerint, diserte docet *Herodotus* L. VII. 36. p. 527. 20. Rem auxit *Tzetz.* Chil. I. v. 599. — V. 15. Hinc *Casaubonus* intellexit, navis inscriptionem fuisse hanc: Ἱέρων Ἱεροκλέους βασιλεὺς Συρακοσίων τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησι καὶ ταῖς νήσοις τοῦτο τὸ σιτηγὸν πλοῖον. Subaudiendum: κατεσκευάσατο. — V. 16. δωροφόρον. *Athen.* In Excerpt. Hoeschel.: καρπῶν πίονα δωροφόρον. Emendavit *Casaubonus* δωροφορῶν. Sed prior lectio videtur verior. Navis ipsa, frumento onusta, vocatur πίων δωροφόρος καρπῶν. Tum ad accusativum subaudiendum verbum ἔπεμψε.

II. Cod. Vat. p. 215. Ἀρχιμήδους. σκωπτικόν. ut exhibuit etiam *Dorvillius* ad Charit. p. 387. qui primus hoc carmen integrum edidit. Nam in Planud. p. 274. St. 395. W. postremum distichon desideratur, et auctoris nomen deest. Scopticum esse, inepte pronuntiat lemmatis auctor, quem medii distichi sensus fefellisse videtur. In laudem Euripidis scriptum est, cujus orationem, quamvis specie facillimam, nemo facile cum successu imitandam susceperit. — V. 1. ἐπὶ βάλλου. Vat. Cod. — ἀδέβατον οἶμον. Similiter *Oppian.* Cyneg. L. I. 20. τρηχεῖαν ἐπιστείβωμεν ἀταρπόν, Τὴν μερόπων οὔπω τις ἑῇς ἐπάτησεν ἀοιδαῖς. — ἀοιδοθέτης formatum ad analogiam τοῦ ὑμνοθέτης. de quo vide ad *Meleagr.* Ep. I. T. I. p. 3. —

V. 3

V. 3. λεπτὴ μ. γ. l. καὶ ἐπίῤῥοθος. Vat. Cod. Melius hoc loco Planudes: λείη — quod verum esse, oppositionis lex et norma evincit. Diotim Ep. VII. λείῃ μνᾶμα παρὰ τριόδῳ. Ductus color ex loco celeberrimo Hesiodi O. et D. 290. μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν, Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι, Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα. — ἐπίῤῥοθος. Cum, quae vulgo huic vocabulo significatio tribuitur, ad hunc locum nihil faciat, Dorvillius eleganter emendavit ἐπίκροτος. *via frequentata, multum rotis pulsata, et ideo adplanata.* Vocem usurpat *Xenoph.* de Off. Mag. Eq. c. III. 14. ἐν τῷ ἐπικρότῳ ἐν Ἀκαδημίᾳ ἱππεύειν. ubi *Brodaeus* tamen ἱπποκρότῳ malit. — Mox Cod. Vat.

κ

ἢν δέ τις α. εἰσβαίνει, et in exitu pentametri σκόπελος. Ad vulgatam lectionem inprimis facit *Lucian.* V. Hist. L. II. 30. Tom. IV. p. 289. Bip. ἧς δ' ἐπέβημεν, τοιάδε ἦν· κύκλῳ μὲν πᾶσα κρημνώδης καὶ ἀπόξυρος, πέτραις καὶ τράχωσι κατεσκληκυῖα . . . . περῶμεν διά τινος ἀκανθώδους καὶ σκολόπων μεστῆς ἀτραποῦ. *Barnesius* in Vita Euripid. §. XX. σκοπέλῳ legendum conjicit. — V. 4. 5. »Ultimum distichon αἰνικτὸν sane. Videtur Tragoediam Medeae, ut summi »artificii drama laudare. Sed pentameter mihi obscurus »manet, licet verba aperta. An mansit in metaphora? »Et si alias quidem Euripidis tragoedias quis velit aemu»lari, asperam inventurus sit viam, licet appareat levis »et facilis: at si tentet Medeam, praecipitatum iri ta»lem poëtam et omni poëtica gloria privatum iri.« Haec *Dorvillius.* Vitium videtur haerere in χαράξῃς. Quid, si legeris:

ἢν δὲ τὰ Μηδείης Αἰητίδος οὐ παραθρέξῃς,
ἀμνήμων κείσῃ νέρθεν — ´ —

τὰ Μηδείης est Medeae historia, qualem *Euripides* in celeberrima illa tragoedia exposuit; ipsam igitur tragoediam significat. Nisi enim Medeam superaveris, ignotus et inglorius inter umbras versaberis. Quare tibi suadeo,

ut totum illud tragoedias ſcribendi negotium omittas. Facile οὔπαρα in ἄκρα abire potuit. ἀμνάμων κείσῃ ductum ex *Sapphus* carmine Fr. X. ap. *Br.* κατθανοῖσα δὲ κείσεαι· οὐδέ τι μναμοσύνα σέθεν ἔσσεται.

DEMETRII BITHYNI DISTICHA.

¶. 65.] *I. II.* Duo haec Epigrammata leguntur in Vat. Cod. p. 477. et in Plan. p. 304. St. 444. W. ſine lectionis diverſitate. Prius diſtichon expreſſit *Auſonius* Ep. LXIII.

Me vitulus cernens, immugiet: irruet in me
Taurus amans: paſtor cum grege mittet agens.

HERODICI BABYLONII EPIGRAMMA.

Servavit *Athenaeus* L. V. p. 222. A. unde *Stephanus* illud in Appendicem retulit p. 524. Wecheliani idem inſeruerunt Libro II. c. X. p. 199. et iterum repetiverunt in Append. p. 23. In Grammaticos, nugarum captatores, invehitur. Facit ad ſenſum hujus carminis locus in *Wolfii* Prolegg. in Homer. p. CCXXXV. „Poſt„quam Zenodoti et aliorum in optimos verſus et uni„verſa carmina graſſantium, libidinem nimium ſenſiſſent „vetuſta monumenta, ars iſta jure coepit in crimen et „reprehenſionem modeſtorum et prudentium incurrere, „notarique a multis cenſoria inſolentia et acerbitas et „frigida cura rerum minutiſſimarum.“ Conf. inprimis *Antiphan.* Epigr. V. *Philippi* Ep. XLIII. XLIV. — V. 1. φεύγετ'. Ex Homero haec ducta. Il. β. 159. Ἀργεῖοι φεύξονται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης. In verſ. ſq. fortaſſe re-

fpicitur *Alc. Meff.* Ep. XXII. 6. — V. 3. γωνιοβόμβυκες. qui in angulorum tenebris et fordibus verfantur. *Lucian.* in Pfeud. 24. Tom. III. p. 181. de verbis obfoletis agens: ποῦ γὰρ ταῦτα τῶν βιβλίων εὑρίσκεις; ἐν γωνίᾳ που τέχα τῶν ἰαλέμων τινὸς ποιητῶν κατορωρυγμένα, εὐρῶτος καὶ ἀραχνίων μεστά. — V. 4. τὸ σφὶν καὶ σφῶϊν. vulgo ap. *Athenaeum.* καὶ τὸ σφῷν correxit *Pierfon.* ad Moer. p. 340. — V. 5. δυςπέμφελοι. δυςάρεστοι. δύςκολοι. δυςμετάπειστοι. ut *Euftath.* interpretatur ad Il. p. 1111. 41. laudans *Hefiod.* in 'Ε. καὶ 'Η. 722. Cf. Il. π. 748. — V. 6. ὑὰς Wechel. 'Ελλάς. Herodicus fe Ariftarcheis illis praeponit feque dignum judicat, ut, illis ex Graecia relegatis, in eadem terra maneat floreatque.

PTOLEMAEI REGIS EPIGRAMMATA.

¶. 66.] I. Saepe hoc carmen eft editum. Primus dedit *Fulvius Urfinus* in Virgilio c. Gr. coll. p. 15. ed. Valck. Emendatius ex fuis conjecturis *Victorius* ad calcem commentarii Isagogici Eratofthenis f. Hipparchi εἰς τὰ Φαινόμενα. unde id fumfit *Fabricius* in Bibl. Gr. T. IV. p. 92. ed. nov. *Fellus* in Vita Arati fol. 3 a. *Scaliger* ad Manil. ubi graecos Phaenomenorum auctores recenfet, p. 7. Cum Grotii verfione *Burmann.* in Addend. ad Anth. Lat. T. II. p. 729. — Arati carmen Hegefianactis et Hermippi operibus ejusdem argumenti longe praeferendum effe judicat poëta. — V. 3. σκηπτοῦ δ' ἀπὸ πάντες ἅμαρτον Ἀλλά γε λεπτόλογος ὁ Ἄρατος ἔχει. *Urfin.* Sic, ut hic legitur, hoc diftichon exftat ap. *Fellum* et *Scaliger.* cum in notis ad Manil. tum in iis, quas edidit *Villoifon.* Epp. Vinar. p. 79. — τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον. acutae fubtilitatis principatum Aratus obtinet. In hoc enim poëmatum genere, quod in artium tractatione

versatur, praecipue laudatur τὸ λεπτὸν sive ἡ λεπτοσύνη, *subtilis tenuitas.* Cf. Not. ad *Callim.* Ep. XXXV. T. II. p. 290.

II. Cod. Vat. p. 455. Planud. p. 67. St. 96. W. Suspicabatur *Stephanus*, in titulo scribendum esse Εἰς Πτολεμαῖον. Deinde haec notavit: *Synesius* in libello περὶ δώρου (ad Paeonium p. 311. D. ed. Petav.) hujus Epigrammatis mentionem faciens, τὸ μὲν ὕστερον, ait, τὸ τετράστιχον, ἀρχαῖόν ἐστιν, ἁπλούστερον ἔχον Ἀστρονομίας ἐγκώμιον. Οἶδ' ὅτι .... — V. 1. In Catal. Codd. Bibl. Laurent. T. I. p. 489. hic versus sic legitur: Οἶδ' ὅτι θνητὸς ἔφυν καὶ ἐφήμερος. — θνητὸς etiam Cod. Vat. — V. 2. πυκνὰς. Cod. Laur. ἴχνεσιν πυκινάς. *Synes.* Utroque loco in v. 3. ordine inverso legitur: ἐπιψαύω γαίης ποσί. — V. 4. διοτρεφέος. Plan. διοτροφέος. Synes. Ζηνὶ θεοτροφέος. Cod. Laur.

III. Cod. Vat. p. 252. Plan. p. 218. St. 317. W. Timon tumulum suum praetereuntibus mortem imprecatur. Expressum ex Ep. quod *Leonidae Alexandrino* tribuit *Br.* nr. XXXIX. T. II. p. 198. sed quod aut *Tarentini* aut *Antipatri* est.

ZENODOTI STOICI EPIGRAMMA.

¶. 78.] Ex *Diogene Laërt.* L. VII. 30. p. 383. ubi diserte *Zenodoto* tribuitur, relatum est in Append. Plan. p. 527. St. 25. W. *Suidas*, qui postremum distichon profert v. Κάδμος Μιλήσιος T. II. p. 217. tanquam *Zenonis* laudat. — Exstat in Vat. Cod. p. 224. — Laudatur Zeno, rigidae virtutis veraeque libertatis inter homines auctor. Facit huc *Varro* ap. *Nonium* v. *Desubulare*, quem locum, praeeunte *Lipsio* in Antiq. Lect. I. p. 19. sic corrigo: *Viam veritatis Zenon monuisse, duce*

virtute; hanc esse nobilem; alteram Carneadem desubulasse, bona corporis secutum. — V. 1. ἱκνέεο. Vat. Cod. a pr. man. Vett. *Diogen.* editiones κτήσας. — Frugalitatis, paucis iisque, quae natura flagitat, contentae, fundamenta posuisti. De αὐταρκείᾳ vide *Gatacker.* ad Antonin. p. 24. et p. 85. — V. 3. λόγον. Sapientiam virilem primus invenisti. Zenonis philosophia eorum sententiae opponitur, qui finem bonorum non in virtute, sed in voluptate ponebant. — ἐνηθλήσω *Stephano* debetur; vulgo ἀνεθλήσω legitur. *Meibomius* ἀναθλήσω. Vir doctus in Cod. Scalig. ap. *Huetium* p. 81. ἐεθλήσω. Ipse *Huetius* ἀνετλήσω. Post προνοίᾳ incidendum esse, monet *Lennep.* ad Phalar. p. 149. Cui obtemperans, necesse est, αἵρεσιν cum λόγον arcte conjungas. Si verba recte intelligo, ἐνηθλήσω προνοίᾳ significant: tu providentiae propugnasti, quam Stoici inprimis divinae naturae solebant adjungere. — Zenonis autem disciplinam poëta ματέρα ἐλευθερίας vocat, quandoquidem sapiens *solus recte liber* vocatur, *nec dominationi cujusquam parens, neque obediens cupiditati: recte invictus, cujus etiam si corpus constringatur, animo tamen vincula nulla injici possint*; ut *Cicero* ait de Stoicorum philosophia agens, de Finib. L. II. 75. Non omittendum, lectionem ἐνηθλήσω confirmari a *Suida*, qui h. l. laudat v. ἄτρεστος T. I. p. 374. — ἐλευθερίας. Vat. Cod. et *Suid.* (In ed. Lipf. corrige: αἵρεσιν, ἀτρέστου.) — V. 5. ἦν καὶ Κάδμ. *Suidas* vitiose v. Κάδμος T. II. p. 217. *Menagius* legendum suspicabatur ἔνθεν ὁ Κ. — Negat *Lennep.* l. c. formulam τίς ὁ φθόνος eo sensu, quo hic ponitur, usurpari. Legendum itaque: εἰ δὲ πάτρη Φοίνιξ, οὐδεὶς φθόνος· ἦν καὶ — —. *Si patria Phoenix, nil refert, erat etiam Cadmus* (Phoenix), *ille, a quo* etc. *Jo. Goropius Becanus*, teste *Pantino* ad Mich. Apostol. p. 378. correxit: ἔστι πάτρα Φοίνισσα· τ. ὁ. φ. εἰμὶ δὲ Κάδμος. — — Ceterum color, ut ap. *Meleagr.* Ep. CXXVII: εἰ δὲ Σύρος, τί τὸ θαῦμα; μίαν, ξένε, πατρίδα κόσμον ναίομεν

μων. — Pro κεῖνος *Meibomius* κλεινὸς tentat, citra necessitatem. Vulgata etiam gravior.

CORNELII SYLLAE EPIGRAMMA.

Ex Lect. p. 267.] „Servavit *Appian.* de Bell. civ. „L. I. p. 411. Cornelius Sylla Veneri coronam aut „securim dedicat. In τόνδε intelligitur στέφανον, vel „πέλεκυν; nisi forte olim τούςδε, ad utrumque referen„dum, scriptum fuerit." *Brunck.* Huic conjecturae patrocinatur latina inscriptio ap. *Pithoeum* L. IV. p. 146. et in Anthol. Lat. T. I. p. 39. LXIV.

Haec tibi, diva Venus, deponit munera Sylla,
Ut somno monitus, Martis armatus in armis,
Pugnantem atque acies armatas inter agentem.

Grotii versionem protulit *Burm.* ad Anth. Lat. T. II. p. 705. — Sylla se sub singulari Veneris tutela esse existimabat, quare tropaea inscripsit: Κορνήλιος Σύλλας Ἐπαφρόδιτος. *Plutarch.* T. II. p. 318. D.

ARTEMONIS EPIGRAMMATA.

T. 79] *I.* Edidit *Dorville* ad Chariton. p. 196. In formosum puerum, sive Demum sive Echedemum appellatum, quem poëta Apollini comparat. In Cod. Vat. p. 576. lemma est: ἄδηλον, οἱ δὲ Ἀρτέμωνος. — V. 1. Apollo in insula Delo, Echedemus Athenis imperium habet. — αὐχένα. De locis altis et montosis, quae per angustum tractum porriguntur. Conf. *Wesseling.* ad Herodot. L. I. p. 35. 86. — V. 3. „Scriptura Codicis est: „Κεκροπίαν δ' ἔχει Δῆμος. Divisas sic voces in nomen pro-

»prium Ἐχέδημος conjungi nolebat *Buberius*, qui car-
»men hoc in Atheniensem Δῆμον factum censebat, Pyri-
»lampis filium, de quo videndus *Meursius* Attic. Lectt.
»IV. 5. Nihil est in ipso carmine, quod huic opinioni
»adversetur; at obstat sequens, in quo idem nomen
»Ἐχέδημος occurrit.« *Brunck.* Lectt. p. 318. Idem in Notis ad *Aristophanis* Vesp. 98. T. II. p. 205. ἴχε Δῆμος exhibuit, Vaticanas quoque membranas sic exhibere affirmans. In quo fallitur. Codex habet, ut *Dorvillius* edidit, Ἐχέδημος, quam scripturam sequens Epigr. confirmat. *Ecbedemi* nomen Atheniensibus non incognitum fuit. Cf. *Livium* L. XXXVII. 7. — ἴχε ex superioribus facile suppleri potest. — V. 4. Hunc versum respexit *Alberti* ad Hesych. v. ἀβροκομᾷ. — ἔλαμψεν. vi transitiva positum, ἔδωκε λαμπρὸν ἄνθος. ut ap. *Antip. Thess.* Ep. XIII. λάμψω φέγγος ἀκουστότερον. — V. 5. Athenae, quae virtute et armis mari et terra regnabant, nunc pulcritudinis quoque imperium exercent. *Julian. Aegypt.* Ep. III. Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων Λαὶς θῆκεν ἑῷ κάλλεϊ ληϊδίην. — In fine Vat. Cod. ὑπαιγάγετο.

II. Cod. Vat. p. 587. ἄδηλον, οἱ δὲ Ἀρτέμωνος. Primum hujus carminis distichon edidit *Warton.* ad Theocr. T. II. p. 103. Argumentum, propter medii distichi depravationem, obscurum est. — V. 1. λάθρῃ et παρὰ φαινὴν Cod. Vat. Bene emendatum παρὰ φλιήν. *Warton.* φλιῆς dedit. Finge tibi puerum in angulo prope januam latentem furtimque prospicientem interdum. — V. 3. »In Codice valde depravata est hujus distichi scriptura:

»δειμαίνων καὶ γάρ μοι ἐνύπνιος ἦλθε φαρέτρην
»αἰτταίων καὶ δοιὰς ᾤχετ' ἀλεκτρυόνας.

»quod dedi, e *Salmasii* conjectura est. Sed in vers. quarto »αἰτῶν nihili est. Scribo αἴρων, i. e. φέρων. Tum mallem: »καὶ δοιοὺς ἦγετ' ἀλεκτρυόνας. *ducebat, comites habebat.*« *Br.* At haec nec *Salmasio* nec *Brunckio* digna. Si insomnium

vidit poëta, quid, quaeſo, in eo inerat, quod ipſius animum timore percelleret? Si vero puer pharetram gerens galloſque gallinaceos ſecum ducens, ſecundum philoſophiam ὀνειροκριτικὴν aliquid mali portendebat, id a poëta diſertius explicandum erat. Sed non opus eſt, diu in his conjecturis refutandis immoremur. — Rem ipſam ſpectemus. Ea, de quibus hoc carmine agitur, in patria Echedemi domo facta eſſe videntur. Puer, a patre cuſtoditus, ut ſe tamen amanti morigerum gereret, cuſtodiam fallens, deſcenderat ad januam, ibique latens non ſine gravi timore, partem noctis cum amante transegerat. Hoc argumentum ſi probabiliter a nobis fingitur, verba depravatiſſima ſic reſtituenda ſuſpicor:

δειμαίνων· παῖς γὰρ μεσονύκτιος ἦλθε ΘΥΡΕΤΡΟΝ,
εἶτ' ἀΐων κελάδους ᾤχετ' ἀλεκτρυόνος.

Haec, ni fallor, ſenſum efficiunt valde commodum, et a Codicis ſcriptura proxime abſunt. δειμαίνων cum praecedentibus arcte jungendum eſt. *Tibull.* I. El. VI. 59. *Haec mihi te adducit tenebris, multoque timore Conjungit noſtras clam taciturna manus.* Conf. *Marc. Argent.* Ep. XIII. — μεσονύκτιος, ut *Theocrit.* XIII. 69. ἱστία δ' ἠΐθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθαιρον. Cf. Eid. XXIV. 11. et quae collegit *Wetſten.* ad N. T. I. p. 624. θύρετρον pro θύραν, forma apud poëtas obvia. *Homer.* Il. β. 415. *Tibull.* I. Eleg. IX. 43. *Saepe inſperanti venit tibi munere noſtro* (puella) *Et latuit clauſas poſt adoperta fores.* *Propert.* L. II. VII. 92. *Furtim miſero janua adoperta mihi.* — εἶτ' ἀΐων. Vix quidquam poterit reperiri, quod propius accedat ad Cod. lectionem αἰταίων; quantillum autem interſit inter ΚΑΙΔΟΥΣ et ΚΕΛΑΔΟΥΣ, in oculos incurrit. Vocabulum κέλαδον de galli cantu recte dici poſſe, nullus dubito, cum non ſolum de quovis ſtrepitu, verum etiam de ſono muſico uſurpetur. κέλαδον ἑπτατόνου λύρας. *Euripid.* Iphig. T. 1129. — Puer, audito galli

gallinacei cantu, in thalamum rediit. Multa his similia ap. veteres exstant; sed unum laudasse suffecerit *Lucianum* T. III. p. 42. Puella εἰσελθοῦσα περιβάλλει τὸν Γλαυκίαν, ὡς ἂν ἐμμανέστατα ἐρῶσα, καὶ συνῆν ἄχρι δὴ ἀλεκτρυόνων ἠκούσαμεν ᾀδόντων. — Ille autem puer minus constanti erat animo, sed modo arridebat amanti, modo infestum in eum monstrabat animum: ἄλλοτε μειδιόων, ὁτὲ δ' οὐ φίλος. — Pro ἄρα in Cod. Vat. est ἀνά. In marg. apographi Lips. ἀλλὰ legitur. — Amorem suum poëta apium examini, urticae et igni similem dicit, quandoquidem animum tranquillum esse non patiatur. De libidinibus, quae animum irritant et exstimulant, *Juvenal.* Sat. XI. 165. *Irritamentum Veneris languentis et acres Divitis urticae.*

DIODORI ZONAE EPIGRAMMATA.

¶. 80.] *I.* Vat. Cod. p. 513. cujus auctoritate *Diodoro* tribuitur; nam in Plan. p. 180. St. 264. W. ἄδηλον est. Sensus perspicuus. Postulat poëta, sibi dari poculum testaceum, qualia in Attica praesertim (vid. ad *Leonid. Tar.* Ep. LXXXVII.) et in Samo fingebantur. — V. 2. γενόμην. Plan. Vat. Cod. — ὑφ' ᾗ. Vat.

II. Cod. Vat. p. 159. Edidit *Kuster.* ad Suidam v. λιπαρή T. II. p. 474. *Reiske* in Anth. nr. 409. p. 6. *Toup.* in Em. ad Suid. P. II. p. 255. Heronax, macri agelli possessor, Cereri et Horis primitias quasdam offert. — V. 1. 2. 3. laudat *Suid.* in λικμαία T. II. p. 447. V. 2. et 3. iterum in ὀλιγηροσίῃ T. II. p. 676. — Ceres λικμαίη, quae grana ventilantibus praeest. — ἐν αὐλακοφοίτισιν divisim Vat. et *Suid.* — Pro πενιχρῆς, quae est Cod. lectio, ap. *Suid.* in λικμαίῃ legitur πενιχρῶν, unde *R.* πενιχρὸν fecit. Idem ὀλιγηροσύνης edidit. Sed vera est lectio, quam Cod. praebet, ὀλιγηροσίῃ, de agro angustis

finibus circumscripto. — V. 3. „ἀλωρήταις. Sic docte et „vere *Reiskius*, qui simul Suidam emendat, cujus forte „in integrioribus Codd. exemplum hoc reperiretur: nam „verisimile est admodum, eum huc respexisse in hac „glossa, quae sic scribenda est: ἀλωρῆται. οἱ τὰς ἅλως „φυλάσσοντες. Male legitur: οἱ τοὺς ἅλας. In apogr. Bu„heriano scriptum ἀλωρῆται. In margine haec notata: „*In Msc. est* ἀλωεῖται. *Forte legendum* ἀλωίτα, *genitivus* „*doricus ab* ἀλωίτης. ἀλωίτας στάχυς. ἀλωίτα στάχυος. „Suum ἀωρεῖται sibi habeat Toup, quo omnino carere „possumus: nam in his dedicatoriis Epigrammatibus „nihil frequentius ellipsi verborum donandi, dedicandi, „consecrandi etc. quod ipse alicubi etiam vir doctissi„mus observavit.“ *Br.* In Cod. Vat. est ἀλωεῖται. ap. *Suid.* ἀλοεῖται. *Kusterus* conjecit: μοῖραν ἀλεύρου καὶ — *primitias farinae et spicarum*; ipse huic conjecturae diffidens. *Tyrwhitt* in Not. ad Toupii Emend. T. IV. p. 420. ἀλωεινᾶς conjicit. *Secundus* Ep. II. ἵπποις ἀλωειναῖς. — V. 4. ὅς πρὶν Vat. Cod. ὡς πρὶν *Kuster.* ὄσπρια *Reiskii* inventum est: ὄσπρια πάντων σπερμάτων. *legumina ex omni genere seminum prognata. Suidas:* ἡ ἐκ τῶν ὀσπρίων μῖξις. — Haec munera ponit ἐπὶ πλακίνου τρίποδος, in tabula marmorea, tribus pedibus fulta. — V. 5. πεπατο. Vat. in marg. γρ. πέπαστο. quae scioli sunt emendationes, de metro male solliciti. — V. 5. 6. *Suidas* in γεώλοφον. ὄρος. ὕψωμα γῆς. T. I. p. 475. in λυπρῇ T. II. p. 474. in πέπατο T. III. p. 76. *Reiskius*, cum in apogr. Lips. describentis vitio γεωφιλῇ reperisset, γεωφελῇ edidit, quod ipse a φελλεύς derivat. Unice vera est scriptura Codicis.

III. Vat. Cod. p. 144. nomen auctoris adscriptum non habet. *Zonae* tribuitur auctoritate Planudeae p. 430. St. 564. W. Priapo primitiae quaedam ex horto consecrantur. Expressit hoc carmen *Philipp.* Ep. XX. — V. 1. excitat *Suidas* in ἀργιχανῆ Tom. I. p. 339. —

malum punicum paulo ante ruptum, quod maturitatis signum. ἰόσχιστον ῥοιὴν vocat *Crinagor.* Ep. VI. — ἀρτίχνουν. Infra Ep. VI. μάλων χνοῦν ἐπικαρπίδιον. Quod noster χνοῦν appellat, ap. *Philipp.* l. c. λεπτὴ ἄχνη vocatur. De malis lanatis sive cydoniis agitur, quae λασιόμαλα dicuntur. *Hesych.* λασιόμαλον. μῆλον τὸ ἔχον χνοῦν. Vide *Bod. a Stap.* ad Theophr. L. IV. p. 340. Ubi de malis cydoniis agit *Athen.* L. III. p. 82. A. B. *Nicandri* locum laudat ex Ἑτεροιουμένοις·

αὐτίχ' ὅγ' ἐκ Σιδόεντος ἢ Πλείστου ἀπὸ κήπων
μῆλα ταμὼν χλοάοντα τύπους νωμήσατο Κάδμου.

Scribendum puto χνοάοντα. De Acontio videtur agi, qui ad decipiendam Cydippen cydonio malo usus esse dicitur ap. *Aristaenet.* L. I. Ep. X. p. 23. In eadem pagina corrigendi sunt versus *Antigoni Carystii:*

ἦν δέ μοι ὡραίων πολὺ φίλτερος ἢ λασιμήλων
πορφυρέων, Ἐφύρῃ τάπερ αὔξεται ἠνεμοέσσῃ.

Vulgo: ἠχὶ μ. ὡ. π. φ. ἠδ' ἀριμήλων. Fraudi fuit librariis genitivus post comparandi particulam, quae in hoc schemate abundat. Vide *Abresch.* Auct. Diluc. Thucyd. p. 414. — V. 2. ap. *Suid.* in ῥυτὶς T. III. p. 272. ἐπ' ὀμφάλιον divisim Vat. Cod. »ἐπομφάλιον non est *rotundum*, »ut Brodaeus explicuit, sed *umbilicum habentem.* Nican»dri Schol. in Alexiph. 348. ὀμφαλόεσσαν. ἢ τὴν τῷ ὀμ»φαλῷ προσιζάνουσαν, ἢ τὴν ἐκ σύκων τῶν ὀμφαλοὺς ἐχόντων. »τὰ γὰρ σῦκα κάτω ὀπὰς ἔχουσι δίκην ὀμφαλοῦ, δι' οὗπερ ὁ »ὀπὸς αὐτῶν ῥεῖ.« *Br.* Ficum cum pediculo lectam interpretatur *Schneider.* ad Nicandr. p. 188. De ficuum umbilico vide etiam *Bodaeum* ad Theophr. L. IV. p. 382. — V. 3. laudat *Suid.* in πιδακίων T. III. p. 112. ubi πυκνοῤῥᾶγα. quod *Br.* restituendum censet. In Planud. editt. vett. πυκνοράγον. In Ascens. πυκνοῤῥάγον. Cod. Vat. πορφυρέην τε β. μεθυπίδακα πυκνοῤῥᾶγα. — Uvam purpuream, succo tumentem, abundantem acinis. De μεθυ-

κίδαρα vide ad *Philodemi* Ep. XVIII. 7. — V. 4. Ap. *Suid.* in ἀντίδορον T. I. p. 222. τὸ τοῦ δέρματος δέρμα. ἐν Ἐπιγρ. καὶ κάρυον χλωρῆς ἀντίδορον λ. Sic plane legitur in Cod. Vat. et hinc *Br.* χλωρῆς sumsit pro vulgato λεπτῆς. *Philipp.* Ep. XX. καὶ κάρυον χλωρῶν ἐκφανὲς ἐκ λεπίδων. ἀρτίδορον esset *recens excoriatum*; sed in Planud. et ap. omnes alios ἀντίδορον legitur. Quam vim praepositio in hac compositione habere possit, non video; an fuit ἀμφίδορον? — V. 5. ap. *Suid.* in ἀγροιώτης T. I. p. 41. una cum v. 6. in Πρίαπος T. III. p. 172. In Vat. Cod. ἀγροιῶτα, »μο»νοστόρθυγγι. Hoc ad Priapi veretrum referri non potest. »Inepta est Brodaei explicatio. μονοστόρθυγξ est μονόξυλος, »*ex uno stipite dolatus* — Quis Horatii Priapum ignorat »e ficulno trunco factum?« *Br.* In Vat. Cod. superscriptum μονόποδι, et in marg. ἐπὶ ἑνὶ ποδὶ ἱστάμενος. στόρθυγξ δὲ λέγεται πᾶν εἰς ὀξὺ λῆγον· καὶ ὁ τῆς ὑὸς ὀδούς. Λυκόφρων· στόρθυγξ δέδουπε· τὸν κτανόντ' ἠμύνατο. Recte *Scholiasten* explicuisse v. στόρθυγξ, apparet ex versu *Sophocl.* ap. *Aelian.* H. A. VII. 39. cerva attollens κεραοφόρους στόρθυγγας εἶρπεν ἴκηλος. De Priapo bene peculiato locum interpretatur *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 813. qui *Huetium* in errorem induxit, ut p. 41. suspicaretur scribendum esse ὀνοστόρθυγγι· nam Priapum partis obscoenae magnitudine cum asino certare.

IV. Bis in Cod. Vat. legitur, p. 161. et p. 191. Planud. p. 434. St. 568. W. Teleson, venator, Pani belluae exuvias cum clava dedicat, ut ipsi venanti in posterum faveat, rogans. — Expressum est carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. XXXIV. — V. 1. τοῦτό τοι Vat. loco sec. — ἀγρευκάδος, Vat. loco pr. ἀγρείης πλατάνου est ap. *Leonidam.* Primum hoc distichon laud. *Suidas* in ὑλωρύτης T. III. p. 528. v. secundum idem in λυκοῤῥαίστης T. II. p. 469. ubi Τελέβων. male. Utroque loco edit. Mediol. ἐκρέμασε Τ. recte scribit. In edit. Anthol. Aldin. pr. et sec. nomen Τελέσων penitus desideratur. —

¶. 81.] V. 3. 4. *Suid.* in κότινος T. II. p. 356. Clavae ex oleastro solebant fieri. Cf. Not. ad *Leonid. Tar.* Ep. XI. — V. 4. χειρός. Vat. loco pr. — V. 5. βουνῖτα. Vat. utroque loco. Πὰν βουνίτης, qui in collibus colitur. Conf. *Eustath.* Il. λ. p. 831. 32. et *Valcken.* ad Herodot. IV. p. 352. 41. — V. 6. *Brunck.* hunc versum sic edidit, ut in Plan. legitur. Vat. Cod. scriptura discrepat. Loco pr. habetur: εὐάγρει τῷδε πέτρασσον ὄρος. Loco sec. εὐάγρῃ τῷδε πέτρασσον ὄρος. Fuitne igitur:

καὶ εὔαγρον τῷδε πέτρασσον ὄρος.

ei *montem feris refertum pande.* Vulgatam tamen praetulerim.

V. Cod. Vat. p. 408. Plan. p. 26. St. 40. W. Vetat Epigramma, ne quis quercus, unde primum hominum genus prodierit, excidere velit. — V. 1. τὰν βαλ. Plan. τὰν β. τὰν μ. Vat. Cod. — V. 4. πρῖνον ἢ κόμαρον. Haec passim junguntur. *Amphis* ap. *Athen.* L. II. p. 50. F. φέρει ὁ πρῖνος ἀκύλους, ὁ κόμαρος μιμαίκυλα. *Eupolis* ap. *Macrobium* Saturn. L. VII. 5. capras induxerat de victus copia jactantes, πρίνου κομάρου τε πτόρθους ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι. De κομάρῳ nonnulla collegit *Bod. a St.* ad Theophr. L. III. p. 242. — V. 5. A quercu securim prohibe, nam majores nostri tradiderunt, nos e quercubus procreatos esse. Hominum ex quercubus originem attigit *Virgil.* Aen. VIII. 315. *Haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant, Gensque virum truncis et duro robore nata.* *Juvenal.* Sat. VI. 12. *Homines, qui rupto robore nati Compositive luto nullos habuere parentes.* κοκκύαι. (vulgo κοκκίαι.) οἱ πάπποι καὶ οἱ πρόγονοι. *Hesych.* Ionicum esse vocabulum, notavit *Etymol. M.* *Suidas* v. κοκκύαι. αἱ πρόγονοι, ἀφ' ὑμέων κοκκύησι καθημένῃ ἀρχαίῃσι. quem locum *Toupius* tentavit in Emend. P. II. p. 232. parum feliciter. In voculis ἀφ' ὑμέων auctoris nomen latere videtur, fortasse Εὐφορίων. — In Plan.

κεκονῇ, accentu in ultima pofito. — Pro ἐντὶ Cod. Vat. ἦντι.

VI. Cod. Vat. p. 392. fq. Planud. p. 85. St. 124. W. Apes exhortatur, ut diligenter mella conficiant. Comp. *Niciae* Ep. VII. *Antiphili* Ep. XXIX. — V. 1. Εἰ δ' ἄγετε. Plan. — V. 2. ἢ θυμί. Vat. Cod. ἢ θύμων. Plan. male; nam θύμος priorem corripit. Pro περικνίδια Ed. pr. πεκνίδια. Huic vocabulo quis fenfus tribuendus fit, non conftat: *rugofos ramufculos* vertit *Opfop. furculos Brodaeus*; quae hariolatio eft. περικνίδια a κνίζειν derivatum antepenultimam debet producere, ut κνίδη, quod metri leges in hoc verfu non patiuntur. Depravata videtur fcriptura, nec tamen probabilem emendationem reperio. — V. 3. μάκωνος ἢ ἐσταφειτιδικαρῶγα Vat. Cod. — V. 5. ἄγγεα. Pro alvearibus pofuit *Phocylides* v. 163. fi vera eft emendatio *Ruhnkenii* fcribentis:

κάμνει δ' ἠεροφοιτος ἀριστοπόνος τε μέλισσα
ἢ κοίλης πέτρης κατὰ χοιράδος ἢ δονάκεσσιν,
ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος, ἔνδοθι σίμβλων
σμήνεσι μυριότρητα κατ' ἄγγεα κηροδομοῦσα.

— V. 6. μελισσοσόας. Cod. Vat. — ἐπικυψέλιος, a κυψέλη. Pan apium cuftos. ut et Pan partem fuam accipiat, et is, qui mel alvearibus eximet, et vobis quoque pars relinquatur. — καπνώσας. *Si quando fedem auguftam fervataque mella Thefauris relines; prius haustu fparfus aquarum, Ora fove fumosque manu praetende fequaces.* *Virgil.* Georg. IV. 228. — βλιστηρίδι χειρί. ἀπὸ τοῦ βλίττειν. Vide ad *Antip. Sid.* Ep. LXXIX. Male *Stephanus* ex Afcenf. recepit βλυστηρίδι. Vera lectio eft in Ed. Flor. et Ald. pr.

Ex Tom. III. p. 331.] *VI*[a]. Cod. Vat. p. 451. Elegantiffimum hoc Epigramma *Br.* primus edidit. Pan Nymphas rogat, an Daphnin lavantem viderint, et an,

ipſis pulcher ſit viſus. — V. 1. In Cod. Vat. non eſt, ut *Br.* ait, ναρκίδαις, ſed Νηρηΐδες, et in marg. δινηΐδες. Illud reponendum. Lectio marginalis ipſa illius ſcripturae veſtigia habet clariſſima. — De forma vocis Νηρηΐδες vide *Valckenar.* ad Ammon. p. 163. ſq. — V. 2. χθιζὸν ἠ. ὡς ἠ. κόμην. In marg. κόνιν. „ἐπαχνιδίαν ſi rectum eſt, „de quo forte quis ambiget, quum nullibi, quod ſciam, „haec vox reperiatur, ſignificabit, lanugini cutis adhae„rentem. ἄχνη enim eſt lanugo. Pronum eſſet reponere „ἐπωμαδίαν." *Br.* Tum vero κόμην revocandum. Sed ἐπαχνίδιος mihi quidem longe videtur elegantius. Eſt autem κόνις ἐπαχνιδία, pulvis, tanquam ἄχνη, ſive lanugo quaedam, corpori inhaerens. — V. 3. σειριόκανθος invenit *Br.* in apogr. ſuo. At in noſtro σειριόκαντος eſt, nec ſequenti verſu μάλλα παρηΐδα reperio, ſed μάλα παρηΐδα. Hinc *Schneiderus* ſuſpicatur καλὰ παρήϊδα. *Rufin.* Ep. XI. φοινίσσετο χιονέη σάρξ. *Muſaeus* v. 58. ἄκρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν. — V. 5. ἐγὼ Vat. Cod. et mox μοῦνον ἐγνώθην et κραδίην. Senſus eſt: Dicite mihi, an vobis pulcher fuerit viſus? an ego, ſicuti pedibus incedo hircinis, ſenſu quoque et judicio, non humano, ſed hircino ſim praeditus?

VII. Cod. Vat. p. 259. Edidit *Reiske* in Anth. nr. 593. p. 82. Charontem poëta monet, ut Adonidi, delicato puero, ad inferos deſcendenti manum porrigat. — V. 1. Ἀΐδη Cod. Vat. et ſic *R.* edidit, qui Charontem deſignari cenſet, niſi forte vertendum ſit: Inviſe, non conſpiciende mortalibus. *Br.* ἀΐδῃ edidit, hanc vocem cum βᾶριν jungendam eſſe ratus: κελαινὲ Χάρων, ὃς κωπεύεις ἀΐδῃ βᾶριν νεκύων ἐλαυνομένην ἐν τῷ ὕδατι κ. λ. Nam ἐλαυνομένην quoque ex conjectura dedit, pro ἑλὼν ὀδύνης. *Salmaſius* conjiciebat αἰδοῖ' (αἰδοῖε Χάρων) et ἐλαυνόδυνον. Aliam viam, haud paulo meliorem, inſtitit *Schneiderus* in not. mſt. ubi et ἄϊδος et in fine pentametri ἰδὼν ὀδύνας

τοῦ κ. corrigendum proponit. *Leonidas Tar.* Ep. LIX. Ἀΐδεω λυπηρὲ διηκόνε, τοῦτ' Ἀχέροντος Ὕδωρ ὃς πλώεις πορθμίδι κυανέῃ. *Archias* Ep. XXXIV. ἄϊδος ὦ νεκυηγὲ κεχαρμένε δάκρυσι πάντων, Ὃς βαθὺ πορθμεύεις τοῦτ' Ἀχέροντος ὕδωρ. — Non omittendum, quod Vat. Cod. a pr. man. κωπεύῃ habet, et v. 3. ἐκβαίνοντι. v. 4. Χάρον. v. 5. θῆναι. — *Reiskius* verba ἔχων ὀδύνας, sic enim exhibuit, ad Charontem refert, qui cymbam non sine sudore impellat; memor fortasse querelarum laboriosissimi senis in Contempl. §. 1. *Luciani* Opp. T. III. p. 31. ed. Bip. Deinde idem scribit τὸν Κινύραν. In proximis *Reiskium* scriptura apogr. Lips. πλάτει in errorem induxit, ut θεράπει corrigeret; eidem mox debetur θεῖναι. Quamvis fortasse acquiescendum est in *Schneideri* emendatione, nondum tamen me poenitet conjecturae, olim propositae in Emendatt. in Epigr. Gr. p. 24.

Ἀΐδος ὃς ταύτης καλαμώδεος ὕδατι λίμνης
κωπεύεις νεκύων βᾶριν, ἔχοντι δύας
τῷ Κινύρου τὴν χεῖρα βακτηρίδος ἐμβαίνοντι
κλίμακος ἐκτείνας, δέξο κελαινὲ Χάρων.

Ad v. καλαμώδεος conf. *Propert.* II. El. XX. 71. *Jam licet et sedeat Stygia sub arundine remex.* ubi vide Intrpp. et *Ruhnkenium* ad Hermesian. v. 5. p. 286. — In ἔχοντι δύας finge tibi puerum delicatulum, qui nec sandalia ferre, neque nudis pedibus per litoris arenam incedere potest. Inprimis huc facit *Philostrat.* Epist. XXII. μαλακώτερον διετέθης ὑπὸ τοῦ σανδαλίου. θλίβει σε, ὡς πέπεισμαι. δεινοὶ γὰρ δακεῖν σάρκας ἁπαλὰς αἱ τῶν δερμάτων καινότητες. et paulo infra: τί οὖν οὐκ ἀνυπόδητος βαδίζεις; τί δὲ τῇ γῇ φθονεῖς; λαύτια (l. βλαύτια) καὶ σανδάλια — νοσούντων ἐστὶ φορήματα. — δύη pro dolore, aerumna, passim ap. poëtas obvium. V. *Suidam* in κακοπάθεια. *Aeschyl.* Prom. v. 524. δύην ἐμβύγησε βαρεῖαν. *Apollon. Rhod.* L. I. 120. — V. 3. βακτηρίδος — κλίμακος, quae verba cum ἐκτείνας jungenda sunt, idem quod τῆς ἀποβάθρας, *scalae navalis.*

Dor-

Dorvill. ad Charit. p. 597. *Manum a scala porrige in gratiam filii Cinyrae, eumque in cymbam accipe.* — Simili humanitate Charontem excepturum esse Glauciam puerum, auguratur *Statius* II. Silv. I. 186. *quin ipse avidae trux navita cymbae Interius steriles ripas et adusta subibis Litora, ne puero dura ascendisse facultas.*

¶. 82.] *VIII.* Cod. Vat. p. 214. Διοδώρου. Nusquam antea editum carmen in Aristophanis cippum scriptum est. Ipse poëta comicus *μνᾶμα ἀρχαίης χοροστασίης*, monimentum veteris comoediae, vocatur.

IX. Cod. Vat. p. 267. Ζωνᾶ Σαρδιανοῦ. εἴς τινα ἔμπορον ναυαγήσαντα καὶ ἐπὶ ψάμμου ταφῆς εὐμοιρήσαντα. In Plan. p. 254. St. 368. W. Ζωνοῦ est in lemmate, quod *Fabricius* Bibl. Gr. T. II. p. 726. in Ζωνᾶ mutandum esse monuit. Pius quidam viator, naufragi cadaver in litore offendens, illud parvo pulveris munere impertit. — V. 1. ἐπ' ἀμήσομαι. Cod. Vat. In talibus ἐπαμήσασθαι *aggerere, congerere* significat. Ulysses Od. ε. 482. εὐνὴν ἐπαμήσατο χερσὶ φίλῃσιν Εὐρεῖαν. Vide *Eustath.* p. 353. 4. *Apollon. Rhod.* L. I. 1305. Τήνῳ ἐν ἀμφιρύτῃ πέφνε καὶ ἀμήσατο γαῖαν Ἀμφ' αὐτοῖς. Vide inprimis *Valckenar.* ad Herodot. L. VIII. p. 630. 12. et *Dorvill.* ad Charit. p. 366. sq. — *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 100. corrigit: ψυχρά σοι κεφαλά. — V. 3. σου Vat. Cod. — V. 4. „ἀλεξάντῃ. Corruptelae suspicione non vacat. „ἀλεξάντων in Vat. Cod. scriptum. Mirum est eum, qui „hominis incogniti cadaver fluctibus in litus ejectum „sepulturae mandat, hominis, hujus matrem nomine „compellare posse. Forte scribendum: οἶδεν ἀλεξάντου τὸν „μόρον εἰνάλιον. Sed neque hoc placet. Pro οἶδεν Flor. „εἶδεν [et sic Vat. Cod.] in duobus Planudeae codd. et- „iam observatum." *Br.* *Wakefield* l. c. corrigit: εἶδεν ἀλεξάντῃ σοὶ σορὸν εἰνάλιον. *Curabat tibi tumulum litoralem.* Comparat idem *Euripid.* Rhes. v. 199. ubi ἐπιδεῖν

curandi et profpiciendi fignificatione occurrit. Sed hujus loci diverfa eft ratio. Mihi olim in mentem venerat fcribere:

οὐ γάρ σευ μήτηρ ἐπιτύμβια κωκύουσα
εἶδεν ἁλίξαντον σῶμα τόδ' εἰνάλιον.

Non enim matri tuae, ad cenotaphium tuum ploranti, contigit, ut hoc fluctibus laceratum et in undis jactatum corpus videret; fed jaces in deferto litore — —. Elegia ad Liviam v. 95. *At miferanda parens fuprema nec ofcula fixit, Frigida nec fovit membra tremente finu. Non animam appofito fugientem excepit hiatu, Nec traxit caefas per tua membra comas.* ἁλίξαντον σῶμα, ut λείψανον ξανθὲν ὑπὸ σπιλάδι in Epigr. *Antip. Sid.* XIV. Vide, quae de hoc vocabulo collegit *Markland.* ad Suppl. p. 150. et *Toup.* ad Suid. P. III. p. 375. — V. 5. »ἠϊόνες. Sic »Vat. Cod. et Planudeae regius optimus. Editiones »ἠϊόνος. Unde probabiliter *Reiskius*: δέξοντ' Αἰγαίης γεί»τονες ἠϊόνος. quod aliis lectionibus praeferendum cen»feo, modo fcribatur: δέξαντ'. πλαταμῶνες ipfa litora »non funt, fed ὕφαλοι πέτραι, ὁμαλαὶ πέτραι ὀλίγον ἐξέχουσαι »τῆς θαλάσσης, *litorales rupes*; ut exponunt Grammatici »veteres. Eae ἠϊόνες dici non poffunt. Tum quid funt »ἠϊόνες γείτονες γαίης, tanquam fi litus terra non effet?« *Br.* In conjecturam, qua *R.* textum fanavit, inciderat etiam *Jof. Scaliger* in not. mft. Huic non praeferenda fufpicio cl. *Wakefield:* δέξονται γαίης γείτονες ἠϊόνες. In Vat. autem Cod. a pr. quidem manu ἠϊόνες legitur, fed deinde ἠϊόνος correctum. — V. 7. μόριον βραχύ. *Horat.* I. Carm. XXVIII. *Pulveris exigui prope litus munera.* — πολύ. Cod. Vat. — Pro ἔχε μὲν Plan. conjunctim ἐχέμεν. i. e. ὥστε σε ἔχειν. Praeferenda fcriptura Vat. Cod.

Diodoro noftro Vat. Cod. tribuit Epigr. *Heliodori* T. II. p. 306.

PHILODEMI EPIGRAMMATA.

T. 83.] *I.* Cod. Vat. p. 595. Edidit *Dan. Heinsius* de Sat. Horat. II. p. 224. et ex eo *Sam. Petitus* in Obss. L. L. p. 93. Ex *Dacierii* Versione Horatii idem repetivit *La Monnoye* in Menagianis T. III. p. 371. Poëta meretricis et ingenuae puellae amore inflammatus, hanc sibi magis desiderabilem videri ait. — V. 5. »Δημάριον» »in Cod. Quod variis emendationibus et expositionibus »locum dedit, quibus sensus et venustas carminis perit. »Petitus demonstravit scribendum esse Δημαρίου. Δημὼ »et Δημάριον idem nomen. Hoc ὑποκοριστικόν. Λέξω τὴν »παρθένον Θέρμιον ποθεινοτέρην Δημαρίου.« *Br. Moneta* in Menagianis l. c. ἡ γὰρ ἕτοιμα suspicatur legendum: *paratam Venerem amo, sed magis desidero diu negata gaudia.* Nihil hic mutandum. Sententia est, qualis apud *Ovidium* II. Amor. XIX. 3.

Quod licet, ingratum est; quod non licet, acrius urit,
Ferreus est, si quis quod sinit alter amat.

Callimach. Epigr. I. μισέω καὶ περίφοιτον ἐρώμενον — σικχαίνω πάντα τὰ δημόσια. Idem Ep. XI. χοὐμὸς Ἔρως τοιόσδε· τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν Οἶδε, τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρπέταται — Quod ap. *Philodemum* τὸ φυλασσόμενον vocatur, *Horatio* sunt *interdicta, valle circumdata*, quae matronarum amantem *insanum reddere* ait. I. Serm. II. 96.

II. Cod. Vat. p. 104. Planud. p. 469. St. 610. W. Quatuor se puellas amasse ait, nomine Δημοῦς appellatas, unde sibi Philodemi nomen fatale esse suspicatur. — V. 3. Pro Ἀσιακῆς Cod. Vat. ὑσιακῆς legit, quod suspicionem facit, aliud quid in hoc versu olim lectum fuisse. Nomen urbis vel provinciae desideratur. Plura conjici possunt. Fortasse:

καὶ πάλι Ὑκκαρικῆς Δημοῦς τρίτον.

Demus fortasse Hyccarica, ut Laïs. Vide *Athen.* L. XIII. p. 588. B. C. et *Burmann.* ad *Propert.* II. El. 5. p. 249. — V. 5. Ipsae igitur Parcae me Philodemum appellarunt, ut me nunquam non Demus cujusdam teneret desiderium. *Et semper causa est, cur ego semper amem. Sive ita nascenti legem dixere sorores, Nec data sunt vitae fila severa meae.* Sappho in Epist. ap. *Ovid.* XV. 80. Protesilao Parcas hoc nomen tribuisse, ut futurum ejus casum significarent, dixit *Ausonius* Ep. XX. 4. *Protesilae tibi nomen sic Fata dederunt, Victima quod Trojae prima futurus eras.* Cum *Philodemo* cf. *Meleagrum* Ep. XXXI. Vide Not. T. I. p. 51. sq.

III. Cod. Vat. p. 95. Edidit *Reiskius* in Misc. Lips. IX. p. 114. nr. 291. Poëtae cum meretrice perquam humana colloquium. — V. 1. καὶ σύγχαιρε. apogr. Lips. — Mox in puellae responso Cod. Vat. non τί δὲ, ut *R.* sed σὺ δὲ exhibet. Haec et quae proxime sequuntur, obscuriora sunt. *Reiskius* vertit: *Quo nomine oportet te citare? — Quid vero hoc ad te? Nondum hoc quaere. — Seria es? — Neque tu esto serius.* Sed haec non bene cohaerent. Verborum ordo fortasse nonnihil turbatus est. Certe nihil obscuritatis remanebit, si scripseris:

α. τί δεῖ σε καλεῖν; β. σὺ τί τοῦτο;
α. μὴ σὺ φιλόσπουδος. β. μήτε σύ.

A. *Quo nomine appellanda es?* B. *Quid hoc quaeris?* A. *Ne tu tantopere festines.* B. *At nec tu.* Finge tibi puellam porro euntem; quare amator eam retinet verbis μὴ σὺ φιλόσπουδος. Eadem illa retorquet: nec tu tam festinanter agas. Elegans in his ambiguitas, qualem diverbia amant. Festinatio viri in eo se declaraverat, quod statim post primam salutationem puellam rogaverat nomen. — V. 3. αἰεὶ τὸν φιλέοντα. eum semper habeo, qui me habere cupiat. — V. 4. εὖτ' ἀπὸ σοῦ π. apogr. Lips. unde *R.* εἶτ' ἀπὸ σοῦ. vertens: *anne vero*

sponte tua venies? Optime *Valckenar.* in Diatr. p. 286. B. εἶτα πόσου παρέσῃ; *quo mihi pretio aderis?* Eodem modo, praepositione suppressa, *Antip. Sid.* Ep. VI. δραχμῆς Εὐφράταν τὴν Ἀτθίδα – ἔχε. *Strato* Ep. LXXVI. οἶδα τὸ ποῦ, καὶ πῶς, καὶ τίνι, καὶ τὸ πόσου. *Machon* ap. *Athen.* L. XIII. p. 580. D. μειράκιον ὁ καλὸς, φησὶ, πόσου ἵστης, φράσον. ut eleganter correxit *Lennep.* ad Phalar. p. 95. 1. Lectione Vat. Cod. εὖγε servata *Schneiderus* in Per. crit. p. 105. hunc versum sic correxit, ut ap. *Br.* legitur. — V. 5. Viro puellae aliquid arrhabonis offerente, id illa recusat; quod cum hic admiretur, ut rem a meretricum consuetudine alienam, puella illecebris artibusque suis confisa, tantum sibi pretii paciscitur, quantum ipsi post rem peractam fuerit visum. — V. 7. ποῦ γίνῃ. *ubi habitas.* *mittam, qui te arcessat.* καταμάνθανε. *Reisk.* haec sic accipit, quasi puella amanti domicilium suum digito indicet. Si res Londini, Parisiisve ageretur, meretriculam viro tabellam porrigere dixeris, in qua et nomen et mansio perscripta esset. — V. 8. πρόαγε. De puero nimis morigero *Strato* Ep. XXVI. ἐκίνευσεν Ὀφρύσι, καὶ φανερῶς αὐτὸς ἐρεῖ, πρόαγε, Οὐ γὰρ ἀνάβλησις.

¶. 84.] *IV.* Hoc carmen *Philodemo* tribuitur auctoritate *Planud.* p. 470. St. 611. W. Vat. Cod. p. 140. τοῦ αὐτοῦ inscribit (i. e. Ἀντιφίλου, cujus carmen praecessit) ἢ μᾶλλον Φιλοδήμου. — V. 1. τί τοι Plan. — V. 3. μετὰ σοῦ. aliquem, qui te arcessat. Sed hoc sensu praepositio μετὰ cum accusativo jungitur. Vide *Brunck.* ad *Apoll. Rh.* I. 4. Quare *Scaliger* in not. mst. σ' οὖν correxisse videtur. At hoc languet. Interpretare igitur: mittam tecum, cui domum monstres. — V. 4. ὑγίαινε. Dicebatur, ut χαῖρε, sed eo discrimine, ut hoc matutino potissimum tempore, illud vespertino adhiberetur. Vide *Thom. Mag.* v. Χαίρειν p. 909. Hinc *Strato* Ep. XIX. Ἑσπερίην Μοῖρίς με, καθ' ἣν ὑγιαίνομεν ὥραν – ἠσπάσατο. — οὐδ' ὑγίαινε λέγεις. *nec salutem quidem reddis?* Hoc imita-

tus est *Strato* Ep. XXVIII., ubi superbientem describens puerum, ἄχρι τίνος ταύτην τὴν ὀφρύα τὴν ὑπέροπτον, Μένιππε, τηρήσεις, μηδὲ τὸ χαῖρε λέγων. — V. 5. πρὸς ἐλεύσομαι. Vat. Cod. — οἶδα μαλάσσειν. et te duriores emollire scio, pecunia scil. data. *Marc. Argent.* Ep. X. ἀλλ' ἴμπης αὐτὴν ὑγρεύσομεν, ἥν ἐπιπέμψω Κύπριδος ἰχνευτὰς ἀργυρέους σκύλακας.

V. Cod. Vat. p. 104. Φιλοδήμου εἰς τὴν ἑαυτοῦ μοιχαλίδα νυκτὸς πρὸς αὐτὸν ἐλθοῦσαν. *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 137. nr. 316. Mulier loquitur, quae, conjuge relicto, nocte intempesta ad inertem amasium venerat. — V. 1. τὸν ἐὸν κλέπτουσα edidit *R.* Schedae Lacroz. ἐμὸν, ut est in Vat. Cod. unde etiam κλέψασα. Hunc versum profert *Alberti* ad Hesych. in συνεύνιον. — V. 2. Depravata lectione versus praecedentis in errorem inductus *Reiskius* ἦλθεν dedit. Deinde πυκνῇ τ. ψακάδι. In Cod. Vat. est πυκινῇ τ. ψακάδι. Nihil hic interest, ψεκὰς an ψακὰς scribatur. Vide *Intrpp. Moeridis* p. 419. Retinenda igitur scriptura Codicis. *Tibullus* de artibus agens, quas Venus amantes doceat, L. I. El. II. 23. *Nec docet hoc omnes, sed, quos nec inertia tardat, Nec vetat obscura surgere nocte timor. — Non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis, Non mihi, cum multa decidit imber aqua.* — V. 3. »Bona est versus tertii scriptura; non retinenda tamen Salmasii conjectura: τοὔνεκεν ἄπρηκτοι κατακείμεθα, quod, ob verbi praesertim significantiam, »praeferendum videtur.« *Br.* *Reiske* dedit ἐν εὐπρήκτοισι. quod merito repudiavit *Toupius* in Em. in Suid. P. III. p. 456. qui tamen, omisso in fine interrogandi signo, parum recte haec verba interpretatur sic: dicit puella, se media de nocte ad Philodemum clam marito venisse, sed ita frigore et pluvia defatigatam, ut nihil agerent. — Est potius vir, qui ἄπρηκτος jacet, de quo puella conqueritur: Hanc igitur ob causam noctis pericula, frigus et pluviam non extimui, ut nunc segnes et inertes jaceremus, et minime sic, ut amantes decet? Desidero ta-

mea in hac interrogatione particulam ἄρα. Fortasse fuit:

τοὔνεκ' ἐν ἀπρήκτοις ἄρα κείμεθα;

ἐν ἀπρήκτοις pro ἄπρηκτοι. Apte *Toupius* comparat *Diogen. Laërt.* IV. 2. 3. de Phryne: καὶ τέλος πολλὰ ἐκλιπαρεῦσα, ἄπρακτος ἀναστῆναι. Similem reprehensionem Cynthiae suae refert *Propert.* L. II. El. XII. 5. *Illa meos somno lapsos patefecit ocellos Ore suo, et dixit: Siccine lente jaces?* Idem II. XI. 13. *Nec mihi jam fastus opponere quaerit iniquos Nec mihi ploranti lenta jacere potest.* i. e. ἄπρηκτος. Hoc vocabulo de segnibus et inertibus utitur *Manetho* L. IV. 517. ναυχελίες τε πέλουσι καὶ ἄπρηκτοι καὶ ἄτολμοι. Plura, quae huc pertineant, collegit *Dorville* in Charit. p. 159. — Verba ὡς εὕδειν – ad λαλεῦντες, non ad totam enuntiationem referenda sunt. Amantes se invicem verbis et grata loquacitate juvare decet. *Ovidius* III. Amor. XIV. 24. *Illic nec voces, nec verba juvantia cessent.* Art. Am. II. 705. *celeberrima verba loquentur, Nec manus in lecto laeva jacebit iners.*

VI. Cod. Vat. p. 140. Planud. p. 467. St. 607. W. In amantem (qualem se Petala habere ait ap. *Aristaenet.* I. Ep. XXXVI. p. 162. ἐγὼ δὲ ἡ τάλαινα θρηνῳδόν, οὐκ ἐραστὴν ἔχω) qui, postquam multis et precibus et lacrymis a puella id, quod petierat, consecutus est, iners et cunctabundus sedet, nec occasione sibi oblata fruitur. — V. 1. περίεργα θεωρεῖς. In re amatoria passim. *Strato* Ep. XVII. τίς καλοὺς οὐ περίεργα βλέπει; *Achilles Tat.* p. 9. περιεργότερον ἔβλεπον τὸν Ἔρωτα. Idem p. 50. ἤδη δὲ καὶ αὐτὴ περιεργότερον εἰς ἐμὲ βλέπειν ἐθρασύνετο. *Philostrat.* Epist. LIII. p. 940. meis oculis συνέγνωκα δεινὴν περιεργίαν. *Aristaenet.* L. II. Ep. XXI. p. 105. περίεργος διατελῶ πρὸς τὰ γύναια πανταχῇ, οὐχ ἵνα τούτων ἅψαιμι. — V. 3. ταῦτα μὲν ἐστιν ἐρῶντος. *Xenoph. Ephes.* L. III. 2. p. 54. καὶ τὰ πρῶτά γε τοῦ ἔρωτος ὁδοιπορεῖ φιλήματα καὶ ψαύσματα καὶ πολλὰ παρ' ἐμοῦ δάκρυα. *Aristaenet.* L. I. Ep. XXVIII.

Horatius l. c. *Quin etiam illud Accidit, ut cuidam testes caudamque salacem Demeteret ferrum.*

IX. Hoc Epigr. *Reiskius* reperit in apogr. Lipſ. in fine Sepulcralium nr. 651. (p. 111.) et in Schedis Lacrozianis. In has unde venerit, penitus ignoramus; a Vat. enim Cod. abeſt. Nec in aliis apographis eſſe videtur, cum illud et *Heinſium* et *Bentlejum* latuerit, utrumque in Horatii elegantiis ex graecorum Epigrammatum fontibus illuſtrandis admodum ſedulum. Fraudem recentioris graeculi ſuſpicatur *Chardon de la Rochette* in Muſeo Encyclop. Ann. IV. T. I. p. 563. Elegans tamen Epigramma, nec vetere poëta indignum. — Philodemus, qui ſimul Romanam puellam paulo ſeverioris ingenii et Corinthiam laſciviſſimam amare fingitur, meretriculam matronae praeferendam exiſtimat. — V. 4. ἀπὸ κεκρυφάλου. Immutavit poëta locutionem paroemiacam ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, qua plures poſt *Homerum* uſi ſunt. *Talos a vertice pulcher ad imos. Horat.* II. Ep. II. 4. — V. 5. χόδην παρέχει. Hinc *Strato* Ep. XLII. τὸν εὖ θέλοντα καὶ παρέχοντα χόδην. Proprie de meretricibus et pueris meritoriis παρέχειν. — V. 6. πλαστουργ. Idem de muliere impudica *Tibullus* I. El. IX. 63. *Illa nulla queat melius conſumere noctem, Aut operum varias diſpoſuiſſe vices.* Luſus in Priap. III.

Obſcoenis rigido deo tabellas
Ducens ex Elephantidos libellis,
Dat donum Lalage: rogatque, tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.

Quae hic *figurae* ſunt, apud *Philodemum* τόποι vocantur. De Elephantide ejusque libro vide *Intrpp. Suetonii* ad Tiber. XLIII. *Fabric.* Bibl. Gr. T. VI. p. 811. — V. 7. τί δὲ μίαν. Sched. Lacroz. ἂν dedit *Reisk.* quod cum ἐπιτέλλεις ſoloecum eſt. εἰ correxit *Toup.* in Em. in Suid. P. II. p. 158. — Ἄκεον αἴρειν. apogr. Lipſ. Ποῖεόν μ'

αἱρεῖν. Schedae Lacr. Hoc merito probavit *Toupius* prae *Reiskii* μ' αἱρεῖν. Piſo autem, quem hic poëta alloquitur, Lucius ille Piſo eſt, in quem *Ciceronis* exſtat oratio. cf. cap. XXVIII. — V. 8. εἰν 'Εφόρῳ. Corinthiam mihi puellam ſumo. γ' ἄλλος apogr. Lipſ. In marg. Γάλλος. et comparatio loci Horatiani I. Serm. II, 120. Eandem notam Lacroz. ſchedae exhibent. Haec lectio, fateor, levem fraudis ſuſpicionem excitare poſſit; certe, qui fraudem infucare voluiſſet, non aliter egiſſet. Nemo ignorat *Horatii* verba:

Illam, post paulo; sed pluris; si exierit vir;
Gallis hanc, Philodemus ait; ſibi, quae neque magno
Stet pretio, neque cunctetur, cum eſt juſſa venire.

Inepte *Toupius* dubitat, an Venuſinus poëta mentem *Philodemi* recte ceperit; ſibi enim lectionem apogr. Lipſ. τὴν δ' ἄρα γ' ἄλλος ἔχοι veriorem videri. In quo neminem ſibi aſſentientem habebit, qui fruges a glandibus discernere didicerit. Sed ſic nonnunquam vir acutiſſimus ipſo acumine ſuo in transverſum rapitur. — Ceterum hoc loco reperto — modo ſincerum ſit carmen — refellitur, et eorum conjectura, qui ap. *Horatium, Philo, demus, ait,* legendum putarunt, et *Bentleji* opinio, qui majorem diſtinctionem poſt *Gallis* ponebat. Similis color ap. *Martialem* L. IX. 33.

Hanc volo, quae facilis, quae palliolata vagatur:
Hanc volo, quae puero jam dedit ante meo:
Hanc volo, quam redimit totam denarius alter:
Hanc volo, quae pariter ſufficit una tribus.
Poſcentem nummos et grandia verba ſonantem
Poſſideat craſſi mentula Burdigali.

X. Cod. Vat. p. 104. ſq. Εἰς Φιλίννιον ἑταίραν. Planud. p. 469. St. 610. W. In puellam, amantibus, ſaepe nulla mercede accepta, in omnibus morigeram. — V. 1. 2. 3. laudat *Suidas* in μαγαρίζειν T. II. p. 480.

Puellae nomen incertum. In Vat. Cod. hoc versu legitur Φιλίννιον, ut in lemmate; versu quinto autem Φιλαίνιον. Planud. utroque loco Φιλαίνιον, quod nomen passim occurrit in Anthol. Vide Indicem. — Parvam quidem et subnigram puellam esse ait; eandem tamen haec vitia multis virtutibus compensare. — σελινων. Cod. Vat. σελίνων verum est. τὸ οὖλον apio tribuitur ap. *Philostratum* II. Icon. VI. p. 818. κότινοι καλοὶ καὶ κατὰ τὴν τῶν σελίνων οὐλότητα. De crinibus crispis cogitasse videtur *Philodemus*. *Theocrit.* Eid. XX. 23. χαῖται δ' οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο. *Lucian.* in Imag. §. 5. T. VI. p. 31. ed. Bip. ποιητῶν — οὔλους τινὰς πλοκάμους ἀναπλεκόντων, καὶ σελίνοις τοὺς μηδὲ ὅλως ὄντας εἰκαζόντων. Similis est comparatio ap. *Alciphron.* L. III. 1. p. 274. βοστρύχους ἔχει βρύων οὐλοτέρους. Crispis capillis praeditum *Archilochus* τρίχουλον, *Telesilla* οὐλοκίκιννον appellavit secundum *Pollucem* L. II. 23. — V. 2. „καὶ μνοῦ. Sic Suidas in μνοῦς. „(T. II. p. 569.) Male in Anthologia legebatur καὶ „ἀμνοῦ, quod Salmasius jam emendaverat, et postea vidit „etiam sagacissimus Toup. ad Suidam. P. II. p. 269. „Lips. — Quod autem Kusterus in Suida v. μαγείρισσα „ediderit κάμνοῦ, id mirari subit. Si e Msc. cod. petita „haec lectio, monere debuisset; sin, supinam negligen„tiam prodit: nam Suidas in hoc loco ex altero corri„gendus erat, aut repraesentanda Mediolanensis editio„nis lectio, quae habet καί μου." *Br.* μνοῦς est lana prima, pilus tenerrimus. *Suid.* μνοῦς. ἡ ἁπαλὴ θρὶξ. *Hesych.* ἔριον ἁπαλώτατον, καὶ ἡ πρώτη τῶν ἀμνῶν καὶ πάλιν ἐξάνθησις· καὶ τὸ λεπτότατον πτερὸν, κυρίως δὲ τῶν χηνῶν. *Pollux* L. X. 38. εἴποις δ' ἂν οἶμαι καὶ χνοῦν καὶ μνοῦν ἐπὶ τῶν μαλακῶν. ubi vide *Jungermannum*. — V. 3. κεστοῦ. quae quum loquitur, tot habet illecebras, ut Veneris cingulum induisse videatur; vel cujus voces etiam plus philtri habent, quam Veneris κεστός. *Alciphron* L. I. Ep. 38.

p. 178. ὅσοις ταῖς ὁμιλίαις αὐτῆς συνέβη ἐνίδρυντο. ὡς δὲ ἤδη τι καὶ ἐκνήχεται ἀπὸ τῶν φιλημάτων νέκταρ' ἔσταζεν. ἐπ' ἄκροις μοι δοκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν ἡ Πειθώ. ἅπαντα ἐκείνη γε τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο. Hinc hortulos suos irrigavit *Aristaenet.* L. I. 1. p. 4. *Plutarch.* T. II. p. 141. C. ἄμαχον οὖν τι γίνεται — ἡ γυνή — ἂν ἐν αὑτῇ πάντα θεμένη καὶ προῖκα καὶ γένος καὶ φάρμακα καὶ τὸν κεστὸν αὐτὸν, ἤθει καὶ ἀρετῇ κατεργάσηται τὴν εὔνοιαν. *Himer.* Or. III. §. 8. p. 440. οὐδ' εἰ τὸν κεστὸν ἔχων τὸν Ὁμήρου φθέγξαιτο. — V. 4. παντὶ suspicatur *Jos. Scaliger* in not. mst. male. Non hoc laudat *Philodemus*, quod Philaenium omnibus, sed quod sibi omnia, quaecunque poposcerit, praebeat. Rem extra dubium ponit *Macedon.* Epigr. IV. πεῖθεν' ἐμοὶ ξόμπαντα, καὶ οὐκ ἀλέγιζεν ἐμεῖο Κύπριδι παντοίῃ σώματος ἀπτομένου. — »καὶ αἰτῆσαι πολλάκι φειδομένη. Ridiculi »sunt vulgati interpretes, quorum explicatione nihil »ineptius. Alter, *prius dans quam rogetur.* Alter, *preces »minime expectans.* Immo, *pecuniam minime poscens. »Gratis saepissime copiam corporis sui faciens.*« *Br.* De verbo αἰτεῖν, in hac re usurpato, cf. not. ad *Asclepiad.* Ep. I. T. II. p. 21. — ἄχρις ἄν. Se non semper eam amaturum promittit, sed usque dum aliam hac etiam perfectiorem repererit.

XI. Cod. Vat. p. 91. Φιλοδήμου εἰς Ἡλιοδώραν τὴν ἑταίραν. Plan. p. 468. St. 608. W. Quamvis utroque in loco *Philodemo* hoc carmen tribuitur, Heliodorae tamen nomen et totus scribendi character efficit, ut illud *Meleagri* esse suspicer. — V. 2. τοὺς πρίν. cruciatuum, quos olim perpessa est, probe memor.

T. 86.] *XII.* Cod. Vat. p. 511. Neminem scio, qui hoc carmen ante *Br.* ediderit. De virium suarum deminutione conqueritur. — V. 3. οἴμοι καὶ τοῦτο. Vat. Cod. et sic schedae Lacroz. ex quibus *Reiskius* hoc carmen in suas schedulas retulit, φθίνει μοι corrigens. Ex *R.* igitur

conjectura sic edidit *Brunckius*, (vide Praef. nostr. p. XXIII.) quam nec certam, nec verisimilem existimo. Continuandam puto orationem, et fortasse corrigendum:

— — ἐς ἥλιον·
οἴμοι καὶ τοῦτ' αὐτὸ μάλα βραδύ — — —

Sic haec bene cohaerent: *et semel tantum, et lento motu; quin saepenumero ne ad finem quidem res perducitur.* — V. 4. »τὸ τερμόριον. Sic cod. τὸ τοῦ τέρματος μεθόριον. »Nisi forte τερμόνιον legendum est. Pro ἡμιθανὴς, quod »genuinum non videtur, reponendum censeo ἡμιτελής.« *Br.* Utinam vera lectio tam clare appareat, quam sensus loci. Significare voluit poëta, se in medio nonnunquam Veneris stadio corruere, (ἥμισυ κελεύθου κυπριδίης ἀνύσας. *Paul. Sil.* Ep. XII. 4.) quum olim puella officium suum tota nocte valere experta fuerit, ut *Propertius* loquitur L. II. XVIII. 24. *Rufinus* Ep. V. ἔκλυτος ἀπαλῷ γυῖα κέκμηκα πόνῳ. Quare vide, an scribendum sit:

πολλάκι δ' ἤδη
ἡμιτελὴς θνήσκει, οὐδ' ἐπὶ τέκμαρ ἰκόν.

Postrema haec probabilitate non carent. τέκμαρ. πέρας. τέλος. *Hesych.* In his omnibus subaudiendum τὸ βινεῖν. *Martial.* L. III. Ep. LXXIX. *Rem peragit nullam Sertorius, inchoat omnes; Hunc ego, cum futuit, non puto perficere.* — V. 5. Similes querelas *Ovidius* fundit Amor. III. El. VII. 17. cum iners juxta amicam jacuisset: *Quae mihi ventura est, (siquidem ventura) senectus, Cum desit numeris ipsa juventa suis?* et mox: *Exigere a nobis angusta nocte Corinnam, Me memini numeros sustinuisse novem.*

XIII. Cod. Vat. p. 106. Plan. p. 469. St. 610. W. Animae suae a Xanthippe, jam pubescere incipiente, magnum auguratur incendium. — V. 1. λαλιῇ. Vat. Cod. male. — κωτίλον ὄμμα. oculi diserti et loquaces. λαμυρὰ ὄμματα vocat *Meleager* Ep. L. — πῦρ καταρχόμε-

τον. *Haec est venturi prima favilla mali. Propert.* L. I. IX. 17. Conf. Ep. XV. — V. 3. ἐκ τίνος. ex qua causa. Plane huc facit idem *Propert.* II. El. I. 75. *nec causam, nec apertos cernimus ictus, Unde tamen veniant tot mala, caeca via est.*

XIV. Cod. Vat. p. 513. unde emendatum et auctori suo vindicatum edidit *Dorville* ad Charit. p. 529. Nam in Plan. p. 180. St. 264. W. ἀδέσποτον est et mutilum. In edit. pr. plane desideratur. Insequentes edd. illud ex Lectionibus Aldinae pr. receperunt. — Poëta, jam medio vitae suae spatio peracto, se amori adhuc et voluptatibus indulgere fatetur. — V. 2. βρότου. Vat. Cod. Notanda locutio βιότου σελίδες, *vitae pagina*, pro vitae summa. Ducta videtur metaphora a tabella, in quam rationes referuntur. — V. 3. Similis color ap. *Tibull.* L. I. El. I. 71. *Jam subrepet iners aetas, nec amare decebit, Dicere nec cano blanditias capite.* — Hunc vers. omittit Planud. — V. 4. συνετῆς. Hinc *Apollonid.* Ep. I. ἀλλ' ἄγ' ἐπείγου Ἡ συνετὴ κροτάφων ἅπτεται ἡμετέρων. *Sera et sapientior aetas* ap. *Ovid.* I. A. A. 65. — V. 5. μέλλοντα. Aldinae edd. — Mox veteres quaedam edd. ἐπλείστῳ. — V. 7. 8. desiderantur in Planud. αὐταὶ suspicatur *Br.* in Lectt. p. 318. κορωνίδα γράφειν dicuntur scribae, cum librum ad finem perduxerunt; est igitur finem imponere. Optat Philodemus, ut Musae, sub quarum tutela vitam agit, Xanthippes amorem sibi coronidis loco scribant, in eoque ipsum desinentem faciant. De locutione κορωνίδα γράφειν sive ἐπιτιθέναι disputavit *Schwarz* de Ornam. Libror. p. 76. sq. — Μοῦσαι δεσπ. μαν. *Propert.* L. I. El. IX. 41. *Sunt igitur Musae, neque amanti tardus Apollo: Queis ego fretus amo.*

XV. Cod. Vat. p. 105. Planud. p. 468. St. 608. W. In Lysidicen, puellam tenera aetate adhuc, sed jam omnibus splendentem veneribus. — V. 1. κάλυκες sunt

rosae, quae h. l. vernantem puellae pulcritudinem significant. γυμνόν. quia se nondum penitus prodit, nondum tota e calice prorupit. — βότρυς. Nigrescit uva, cum ad maturitatem pervenit. Lysidicen igitur viro nondum maturam esse ait. Saepissime ab uvis metaphorae ad aetatem significandam traducuntur. Onestes Ep. I. puellam, quam velit, describens, εἴη, ait, μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀσταφίς. Similiter in Ep. ἀδεσπ. LXIX. ὄμφαξ οὐκ ἐπένευσας· ὅτ' ἦς σταφυλή, παρέπεμψω. De πρωτοβολῶν dictum est ad Ep. Platonis VI. 4. — V. 3. τόξα. Pro sagittis passim. — T. 87.] V. 5. Fugiamus, dum Amores spicula nondum imposuerunt nervo. — Mox pro μεγάλης, quae est Cod. Vat. lectio, Planud. πολλῆς legit. Res eodem redit. — Plato Ep. VI. ἃ δειλοί, νεότατος ὑπαντιάσαντες ἐκείνης Πρωτοβόλου, δι' ὅσης ἤλθετε πυρκαϊῆς. Obversabatur hoc carmen Antiphilo Ep. II.

XVI. Cod. Vat. p. 91. Plan. p. 468. St. 608. W. Poëta quamvis se in Cydillae amore nullis non periculis obnoxium esse sciat, amoris tamen impotentiae resistere nequit. Cydilla igitur matrona fuisse videtur. Cf. not. ad Ep. VIII. *Pseudo-Plutarch.* T. II. p. 5. B. de juvenum perditorum flagitiis agens, ἤδη δέ τινες, ait, καὶ τῶν νεανικωτέρων ἅπτονται κακῶν, μοιχεύοντες καὶ καταφθορεύοντες, καὶ μίαν ἡδονὴν θανάτου τιμώμενοι. — V. 1. ὑποκόλπιος. *Theocrit.* Eid. XIV. 37. ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος. — V. 3. παρὰ κρ. Vat. Cod. — παρὰ κρημνὸν πόρον τέμνειν paroemiae speciem habet de iis, qui caput magnis periculis objiciunt. *Non ego per praeceps et acuta cacumina vadam. Ovid.* A. A. I. 381. — τέμνειν πόρον eleganter, ut *viam secare* ap. Latinos. *Lucian.* T. VI. p. 50. ed. Bip. οὐδὲ ἐγὼ πρῶτος ταύτην ἐτεμόμην τὴν ὁδόν. *Eurip.* Phoen. v. 1. ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν. Conf. *Gottleber.* ad Thucyd. II. 100. p. 407. *Elsner.* Obss. Sacr. T. II. p. 311. sq. — κύβον ῥίπτειν et ἀναῤῥίπτειν plures illustrarunt. Vide not. ad *Antip. Sid.* Ep. XCIII. et *Dorvill.*

ad

ad Charit. p. 88. — Hunc versum cum parte praecedentis laudat *Suid.* v. κόρος T. II. p. 389. — V. 5. οὖν, quod me in vulgata magnopere offendit, a Vat. Cod. abest, quod corruptelae suspicionem auget. Fortasse legendum:

ἀλλὰ τί μοι πλέον ἐστίν; ἄγαν θρασύς – –

Quanta incurram pericula, non ignoro. Quid autem? nimis audax, nimis violentus est amor, qui, cum amantem aliquo trahat, nullum prorsus timorem novit. — V. 6. πάντοτ' Ἔρ. et φόβον. Plan. et Vat. Cod. — φόβον praebet Ed. Flor. pr. ἀρχὴν adverbialiter est positum, quod fraudi fuit librariis. Vide *Lennep.* ad Phalar. p. 82. sqq. — οὐδ' ὄναρ. Graviter negat. Cf. notas ad *Callim.* Ep. XV. T. II. p. 272.

XVII. Cod. Vat. p. 88. Φιλοδήμου εἰς Φιλαινίδα τὴν νεωτέραν. Plan. p. 467. St. 608. W. ubi ultimum distichon deest. Elegans carmen. Philaenida ancillam, lucerna accensa, exire jubet poëta ex thalamo, in quo cum puella cubat. A versu quinto ipsam puellam alloquitur. — V. 1. τὸν σιγῶντα – λύχνον. μύστην λύχνον vocat *Pompejus* Ep. II. p. 105. Hinc *Meleager* Ep. LXXI. λύχνον συνίστορα dixit, ubi vide notas. Adde *Burm.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 684. — τῶν ἀλαλήτων. eorum, quae silentio premi, et occultari volunt, qualia sunt Amoris mysteria. Hoc sensu vocabulum ἀλαλήτων accipiendum esse, contextus docet; nec etymologia obstat. *Tibull.* I. El. II. 33. *Parcite luminibus, seu vir, seu femina fiat Obvia: celari vult sua furta Venus.* — V. 2. ἐκμεθύσασα. affundens oleum. μεθύειν dicuntur, quae repleta sunt et saturata. *Homer.* Il. XVII. 390. βοείην – μεθύουσαν ἀλοιφῇ. Attigit *Toup.* in Not. ad Hesych. T. I. p. 255. — V. 4. πυκτήν. Vulgo. πυκτήν Vat. Cod. Hoc in πτυκτὴν mutandum videtur. Intelligitur janua valvata, δικλίς. πτύχες autem sunt tabulae, quibus janua operitur. Vide

Salmas. in Plin. p. 651. F. — Nec tamen ſpernenda *Br.* emendatio πηκτὴν θύραν, quod nititur auctoritate *Heſychii:* πηκταὶ θύραι, καὶ εὔπηκτοι καὶ εὔθυροι. Confer *Rufin.* Ep. XXVII. τὸ πρόθυρον σφίγγου. — In fine verſus θύρην. Vat. Cod. — V. 5. φιλη et φιλεράστρι' ἄκοιτις Vat. Cod. — Hunc verſum a *Br.* penitus emendatum eſſe, valde dubito. Quid enim eſt ξανθῷ? quo ſenſu accipiendum eſt? Vix verbum reperiri poterit, quod apte ſuppleatur. Deinde hoc me male habet, quod puella, in cujus amplexus poëta ſe ruere fingit, bis appellatur. Pro meo ſenſu oratio ad ancillam continuatur, usque ad verba: σὺ δ' ὦ φ. κ. Quare vide, an poëta ſcripſerit:

καὶ σὺ φύλαξ ἂν δῶμα . . . Σὺ δ' ὦ φ. κ.

Et tu quidem, o Philaeni, cuſtos in domo maneas. — Tu autem —. Ancillae excubias in limine agentes paſſim obviae. — Jam his omnibus diſpoſitis puellam ad peragenda Veneris myſteria exhortatur. τὰ λειπόμενα. *Cetera quis neſcit? laſſi requievimus ambo.* *Ovid.* I. Amor. V, 25.

XVIII. Cod. Vat. p. 89. „Hujus Epigrammatis duo „tantum diſticha, primum et tertium, in vulgata Anthol. „leguntur. p. 468. St. 609. W. Philodemo valde in„fenſus fuit Planudes. Secundum integrum exſtat ap. „Suidam in λόγδινα (T. II. p. 465.), quod unde decerptum „eſſet, mirum non eſt ignoraſſe Kuſterum; et partim „in κυνοειδές. (T. II. p. 365.) Hinc corrigendus Suidas, „ap. quem male legitur: περιτρομάδες." *Br.* Charito, ſexaginta annorum mulier, ſed adhuc multis veneribus conſpicua, hoc carmine laudatur. — V. 1. Vulgo corrupte in Plan. λυκάβαντος ἐς ὥρας. *Joſ. Scaliger* in notis mſt. ἰδέρας emendavit, neſcio quo ſenſu. *Huetius* p. 46. triplicem proponit conjecturam: ſive τελεῖ λυκάβαντας ἐς ὥρας. ſive πέλει λυκάβαντος ἐ. ὥ. ſive πελᾷ λ. ἐ. ὥ. Veram lectionem Vat. Cod. dedit. Vulgatae tamen patrocinatur *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. III. p. 57. qui hanc

locutionem τελεῖ ἐς ὥρας, *venit ad sexaginta anni tempestates*, exquisitae venustatis esse affirmat. Dicitur enim τελεῖν ἐς, ut ἀνύειν, omisso ὁδὸν, quod *W.* illustrat in *Sylv. crit.* T. II. p. 2. *Musgr.* ad Hippol. 750. et *Markland.* ad Suppl. 1142. — In mulieris nomine est diversitas lectionis. Cod. Vat. Χαριττώ. In Edit. Fl. et Ald. pr. Χαρικλώ. Reliquae Ald. Χαριτώ. — V. 3. 4. omittit Plan. pudori consulens. — κἂν Vat. Cod. — λύγδινα. Vide ad *Antip. Sid.* Ep. XXIV. *Lucilius* ap. *Nonium* v. *Stare: Hic corpus solidum invenies, hic stare papillas Pectore marmoreo.* quem locum apte comparavit *Toup.* in Cur. nov. p. 249. ubi tria priora hujus carminis disticha ex Cod. protulit. *Paul. Silent.* Ep. VIII. quod et ipsum in vetulam venustam conscriptum est: μαζὸν νεαρῆς ὄρθιον ἡλικίης. *Sororiantibus papillis* conspicuam mulierem uno vocabulo εἰαρόμασθον appellavit *Rufin.* Ep. XIX. — V. 4. ἕστηκε. Vel nullo strophio papillas ambiente et erigente, stant tamen firmae et solidae. Ejusmodi μαστοῖς opponuntur *mammae inclinatae*, ut ap. *Propert.* L. II. El. XII. 21. *Necdum inclinatae prohibent te ludere mammae.* Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. I. p. 516. — περιδρομάδος est in Vat. Cod. περιτρομάδος *Suid.* quod *G. Wakefield* in περιτροχάδος mutat. Acquiescendum est in lectione Codicis. — V. 5. ἀμβροσίη. Ed. Fl. Ald. pr. et tertia et Vat. Cod. Ed. Ascens. ἀμβροσίην. — V. 6. πάσας. Edd. vett. praeter *Stephan.* quae πᾶσαν exhibet. πάσαν (sic) Vat. Cod. πᾶσαν etiam *Wakefield* legendum suadet, jungens πειθὼ πᾶσαν, *totam, qualis quantaque sit, suadelam.* — ἐπιστάζει. Ald. pr. et Ascens. In marg. Vat. Cod. γρ. ἀπό. Suavior est vulgata lectio et gravior. — V. 7. 8. absunt a Planud. »Ultimi distichi hexameter valde corruptus est in membranis, quarum scripturam hic repraesentabo, ut de »mea emendatione judicent eruditi, et meliorem afferant, quibus mea non placuerit; talis autem est: ἀλλὰ

» τιτθῆς ὀργῶντας ὅσοι μὴ φλέγετ᾽ ἐρωταί. ‛ Cetera e Cod. » Vat. meliora dedi.« *Br.* In apogr. Gothano non τίτθης, sed τίτθους legitur. In Brunckiana lectione primum me offendit particula γε, quam in hoc loco nemo facile desideraverit; deinde ὀργῶσας, quod, sic nude positum, mihi quidem non satis commodum videtur. Jejunus enim evadit sensus, si *succi plenas* verteris, (quis enim non succulentum corpus macilento praetulerit?) sin *prurientes et libidinosas*, vereor, ne hoc contextui parum conveniat. Perspicacissimus *Wakefield* corrigit:

ἀλλὰ τιτθοὺς ὀργῶντας ὅσοι μὴ φεύγετ᾽ ἐρασταὶ,
δεῦρ᾽ ἔτι τρεῖς ἐτέων λῃθόμενοι δεκάδας.

Metro se non timere scribit; posse enim priorem in τιτθοὺς corripi, aut τιθοὺς emendari; idem enim τιθὴ et τιτθὴ, τιθὸς et τιτθός. At si hac ratione sanandus sit locus, saltem scripserim:

ἂ τιτθοὺς ὀργῶντας — —

Ceterum eadem emendatio sese obtulerat cl. *Eichstaedt*, qui eam mecum per literas communicavit. Hoc unum mihi in hac lectione displicet, quod poëta sic ad singulam partem venerum Chariclus delabitur, cum jam antea et hujus et aliarum partium mentionem fecerit. Optime sic res procederet, si tertium distichon abesset; sed cum poëta post papillarum commemorationem etiam ambrosium cutis odorem, oris suadelam, reliquasque innumeras mulieris gratias praedicaverit, mirarer, si nunc iterum de papillis sermonem faceret. Quare reconditius quiddam latere suspicor. Fortasse in lectione codicis, ἀλλὰ πιθωνοργῶντας ὅσοι μὴ φλεγετερωταί, latent haec:

ἀλλὰ μεθυσπαργῶντας ὅσοι μὴ φεύγετε ῥᾶγας.

Vetulam, succi plenam, cum acino uvae, bacchico liquore turgente, comparat. Supra Ep. XV. de puella: οὐδὲ μελαίνει βότρυς ὁ παρθενίους πρωτοβολῶν χάριτας. Galateam suam Cyclops ap. *Theocrit*. Eid. XI. 21. φιαρωτέρα

esse ait ἔμφαιος ὑμᾶς. In ipsa igitur imagine nihil est, quod a *Philodemi* nostri elegantia abhorreat. Jam singula verba videamus. ῥᾶγες sunt uvarum acini. Hi ubi tument, σπαργᾷν dicuntur et ὀργᾷν. *Aristaen.* L. I. Ep III. p. 19. βότρυς δὲ οἱ μὲν ὀργῶσιν, οἱ δὲ περκάζουσιν. *Pollux* L. I. 230. ἐπὶ φυτῶν καὶ δένδρων καρποφόρων ἴδοις ἀκμάζειν, ὀργᾷν, σπαργᾷν. Vide *Ruhnken.* ad Tim. p. 234. Recte autem μεθυσπαργῶν, *uva mustis tumens* (*Ovid.* I. Amor. XV. 11.), ut ap. *Diodor. Zon.* Ep. III. πορφύρεόν τε βότρυν, μεθυπίδακα, πυκνόῤῥαγα. Ipsa vitis ἡμερὶς μεθυτρόφος ap. *Simonid.* Ep. LIV. Acinum turgentem *ebriosum*, μεθύοντα, appellat *Catullus* XXVII. 3. *Posthumiae ebriosa acina ebriosioris.* — Ut autem hoc loco mulier juvenili vigore florens et succulenta eum uva tumente comparatur, sic contra vetula *uvis aridior passis* est in Lusibus XXXIII. ubi *Burmannum* consule.

¶. 88.] *XIX.* Cod. Vat. p. 103. Planud. p. 468. St. 609. W. Poëta, canis admonitus, pristinam licentiam relinquit, et ludum incidit. — V. 2. ἀλλ' ἐμάνην. Haec paulo gravior reprehensio; sed facile repellitur, culpa in Amorem conjecta. Sic poëta in Anth. Lat. L. III. Ep. CXVII. *Institit et stimulis ardentibus, institit actum, Sive fuit fatum, seu fuit ille deus.* — Non omittendum, in Plan. κεκώμακα legi, pravaque verborum distinctione omnem hujus distichi tolli elegantiam. — V. 3. ἐῤῥίφθω. *Brodaeus* supplet ἔρως, in quo *Opsopoeum* sibi consentientem habet. — μελαίνῃ θρίξ. Juvenilem aetatem indicat. *Horat.* I. Ep. VII. 25. *reddes Forte latus, nigros angusta fronte capillos.* Male in Plan. post θρὶξ distinguitur. — συνετῆς. Idem dixit Ep. XIV. 4. — V. 5. παίζειν ὅτε καιρός. Sic Latini *ludere*, ut *Horat.* I. Ep. XIV. 35. *Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.* Ad sensum facit idem II. Od. III. 13. *Huc vina – ferre jube – Dum res et aetas et sororum Fila trium patiuntur atra.* — V. 6. λωοτέρως. Vulgo.

XX. Cod. Vat. p. 102. qui *Philodemo* hoc carmen vindicat, quod in Planud. p. 484. St. 628. W. ἄδηλον est. Puellae, a se relictae, pristinas, quibus frustra usus fuerit, minas in mentem revocat. — V. 1. φιλεῖν πάλι conjecit *Jos. Scaliger* in not. mst. Eadem est sententia in Ep. ἀδεσπ. XXXVII. Est hoc ex viri boni officio, amicis et benevolis omni ratione bene facere, hostes contra quovis modo laedere. De Thespesio *Plutarch.* de S. N. V. p. 85. ed. *Wyttenb.* οὔτε γὰρ δικαιότερον περὶ τὰ συμβόλαια γινώσκουσιν ἕτερον Κίλικες ἐν τοῖς τότε χρόνοις γενόμενον, οὔτε πρὸς τὸ θεῖον ὁσιώτερον, οὔτε λυπηρότερον ἐχθροῖς, ἢ βεβαιότερον φίλοις. Conf. *Luzac.* in Exercitt. Academ. Spec. III. p. 153. sq. — τόν με δακόντα. eum, qui me laeserit. *Musonius* ap. *Stobaeum* XIX. p. 170. 25. καὶ γὰρ δὴ τὸ μὲν σκοπεῖν, ὅπως ἀντιδήξεταί τις τὸν δάκνοντα καὶ ἀντιποιήσῃ κακῶς τὸν ὑπάρξαντα, θηρίου τινὸς, οὐκ ἀνθρώπου ἐστίν. — V. 3. λίην. Plan. et Vat. Cod. — μηδ' ἐρέθιζε, majore distinctione in versus fine posita, et v. seq. μὴ θέλε Planud. legit. Anonymus Bibl. Bodl. emendavit: ἐρεθίζειν τ. β. μὴ θέλε. sive ἐρέθιζε τ. β. μηδ' ἔλε. Veram lectionem ex schedis Tryll. restituit *Schneider.* in Per. crit. p. 10. Similiter *Propertius* perfidae puellae minatur L. II. El. IV. 3. ubi scribo:

Haec merui sperare? dabis mihi, perfida, poenas,
Nobis Archilochi, Cynthia, virus erit.
Inveniam tamen e multis fallacibus unam,
Quae fieri nostro carmine nota velit,
Nec mihi tam duris insultet moribus, et te
Vellicet: heu sero flebis amata diu.

Pro στέργοντα Schedae Tryll. στέργοντι. male. — V. 5. ταῦτ'. Plan. — ἴσα πόντῳ. *Horat.* III. Od. VII. 21. *Scopulis surdior Icari voces audis.* *Euripides* Medea v. 28. ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος κλύδων ἀκούει νουθετουμένη φίλων. Similia vide ap. *Valcken.* in Hippol. p. 196. C. — V. 7.

τοὶ γάρ. Vat. Cod. qui etiam in fine versus vitiose habet βαύζοις et v. sq. ἥμεραι παιδάδος. Nulla causa erat, cur *Br.* vulgatam βαύζεις lectioni Codicis postponeret. Non enim optative haec efferuntur, sed indicative. Id, quod poëta puellae jamdudum minatus erat, jam factum est: ipse in alius puellae amplexibus haeret, illa autem κλαίουσα βαύζει. Canum proprium est vocabulum βαύζειν. *Theocrit.* Eid. VI. 10. Conf. *Valcken.* ad Ammon. p. 231. 13. Translatam significationem illustravit *Stanlei* ad Aeschyl. T. II. p. 765. — ἐν κόλποις ἥμεθα. *Tibull.* I. El. IX. 79. ad delicias suas: *Tunc flebis, cum me vinctum puer alter habebit, Et geret in gremio regna superba suo. Ovid.* Amor. L. II. 2. 62. *in gremio judicis illa sedet.*

XXI. Cod. Vat. p. 106. Planud. p. 469. St. 610. W. Puellae opicae veneres mente admiratione perculsa celebrat. — V. 1. ὦ Vat. Cod. per totum hoc carmen; male. Haec fortasse obversabantur *Horatio* I. Serm. II. 92. *ne corporis optima Lyncei Contemplere oculis, Hypsaea caecior illa, Quae mala sunt, spectes: O crus! o brachia! Verum depygis* —. *Ovid.* I. Amor. V. 19. *Quos humeros, quales vidi tetigique lacertos! Forma papillarum quam fuit apta premi! Quam castigato planus sub pectore venter! Quantum et quale latus, quam juvenile femur!* — V. 2. κτενός. *Pollux* L. II. 174. αἰδοῖα καὶ τῶν γυναικῶν· ὧν τὸ μὲν σύμπαν κτείς, ἐπίσειον. *Clemens Alex.* Coh. ad Gent. T. I. p. 36. κτεὶς γυναικεῖος· ὅ ἐστιν εὐφήμως καὶ μυστικῶς εἰπεῖν, μόριον γυναικεῖον. — V. 3. ὤμοιν. Vat. Cod. — V. 5. ὦ κατὰ τεχ. Vat. Cod. Veram lectionem servavit *Planudes.* Hinc *Automedon* Ep. III. ὀρχηστρίδα τὴν κακοτέχνοις Σχήμασιν ἐξ ἁπαλῶν κινυμένην ὀνύχων. Talem in se lasciviam a Phaone laudatam esse ait *Sappho* ap. *Ovid.* Her. XV. 45. *Haec quoque laudabas: omnique a parte placebam, Sed tum praecipue, cum fit amoris opus. Tunc te plus solito lascivia nostra juvabat, Crebraque mobili-*

tas, aptaque verba joco. — V. 5. περὶ ἄλλων. Vat. Cod. — κλαύμαθα ex *Brodaei* emendatione in contextum venit. In vett. editt. κλαῦμαι legitur; in sola Ascens. κλάομαι, unde *Canterus* Nov. Lect. IV. 27. p. 234. κάομαι emendandum proposuit. Quum in Vat. membranis ὁ τῶν Θέαρα φ. legatur, majoris corruptelae oritur suspicio. — V. 7. „Codd. et libri excusi εἰ δ' ὀπικὴ καὶ φλωρά. ὀπικὴ vox est „latina, quam graece usurpavit Philodemus. φλωρὰ nec „graecum nec latinum est. χλωρὰ etiam scripsisse video „Martinium in Lex. philol. quem vide in *Opicus*." *Br.* χλωρὰ est ex emendatione *Brodaei*, qui apte comparat *Ovid.* Heroid. XV. 35.

Candida si non sum, placuit Cepheïa Perseo
Andromeda patriae fusca colore suae.

ubi *N. Heinsius Philodemi* versus excitavit. Idem II. A. A. 643. *Nec suus Andromedae color est objectus ab illo, Mobilis in gemino cui pede penna fuit.* τὸ χλωρὸν est in vitiis coloris. *Theocrit.* Eid. II. 88. καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ. χλωρός. ξανθός. Tamen hoc ipsum vitium amantibus nonnunquam placere ait *Plutarch.* T. II. p. 84. F. οἱ ἐρῶντες καὶ τραυλότητας ἀσπάζονται τῶν ἐν ὥρᾳ καὶ ὠχρότητας. — Pro φλωρὰ *Huetius* p. 46. φλαῦρα dubitanter proponit. Et in hoc fortasse vocabulo reconditius quid latet. — *Opicum* inter convitia fuisse, quibus Graeci Romanos peterent, apparet ex loco *Catonis* ap. *Plin.* H. N. XXIX. 1. 7. *Nos quoque dictitant barbaros, et spurcius nos quam alios Opicos appellatione vocant.* *Juvenal.* Sat. III 207. *divina Opici rodebant carmina mures.* ubi Schol.: Ὀπίζειν *Graeci dicunt de iis, qui imperite loquuntur. Alii Opicos dicunt eos, qui foedam vocem habent.* Idem Sat. VI. 455. de muliere putide docta: *Nec curanda viris opicae castigat amicae.* Schol.: *Imperitae, male pronunciantis.*

¶. 89.] *XXII.* Cod. Vat. p. 512. Poëta se caras illas delicias, quibus opulenti utuntur homines, vinum

Chium, unguenta pretiosa, meretricem magna mercede conductam, et quae his sunt similia, relinquere ait, viliori voluptate nec care emenda contentum. — V. 2. laudat *Salmasius* in Exerc. Plin. p. 745. E. et 747. F. qui utroque loco sic exhibet, ut est ap. *Br.* In Cod. tamen legitur: καὶ π. δὴ σμ. ἔχειν Συρίην. Haeremus in voce λευκοΐνους, quam in λευκόϊον mutandam esse puto. Idem suspicabatur cl. *Schneiderus*, cui nec λευκοΐους displiceret, i. e. στεφάνους. Nec δεῖ hic locum habet, sed δὴ scribendum, ut versu seq. Si audaciori esse liceat, scripserim:

Λευκοΐων σπατάλην, καὶ ψάλματα — —

Vide ad *Posidippum* Ep. XX. Sed erunt fortasse, qui illud πάλι, in sequentibus toties repetitum, nec hoc loco obliterandum esse existiment. Ceterum τὸ λευκόϊον, quod est e praestantioribus floribus coronariis, opponitur τῷ ναρκίσσῳ vers. 5. flori viliori. Infra Ep. XXXI. φῦε — τῷ φιλοβάκχῳ Μὴ βάτον, ἀλλ' ἁπαλὰς λευκοΐων κάλυκας. Lycidas ap. *Theocrit.* Eid. VII. 62. amici reditum celebraturus ἀνήθινον ἢ ῥοδόεντα Ἢ καὶ λευκοΐων στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων. *Theophrastus* ap. *Athen.* L. XV. p. 680. E. στεφανωματικὰ δὲ ἄνθη καταλέγει Θεόφραστος τάδε· ἴον, Διὸς ἄνθος, ἴφυον, φλόγα, ἡμεροκαλές. πρῶτον δὲ τῶν ἀνθέων ἐκφαίνεσθαι τὸ λευκόϊον. — Vinum Chium reliquis omnibus anteponunt cum alii, tum *Hermippus* ap. *Athen.* L. I. p. 29. E. ubi de vino Thasio:

τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον
τῶν ἄλλων οἴνων μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.

— V. 2. σμύρνα Συρίη est ex pretiosissimis unguentis. Vide *Salmas.* l. c. et p. 367. D. — V. 3. καὶ ἔχει. Vat. Cod. — διψάδα πόρνην. sive bibulam, sive cupidam et rapacem. Verbum διψῆν de appetitu vehementiore usurpatum illustravit *Alberti* in Obss. phil. p. 29. et *Wetsten.* ad N. T. I. p. 288. Maxime huc facit *Artemidor.* Oneirocr. I. 68. τὸ μὲν γὰρ διψῆν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἐπιθυμεῖν.

δίψα Ἀφροδίτης de voluptatis desiderio dixit *Oppian.* Hal. L. III. 56. δίψα γυναικῶν ἔχει σε. *Erycius* Ep. VI. — V. 5. πλαγιαύλων γεύσατε. Notanda locutio. Proprie γεύειν dicuntur, qui alicujus rei gustum praebent. vide *Valcken.* ad Herodot. p. 532. 77. Si igitur vera est lectio, πλαγιαύλων γεύσατε vertendum: tibiarum mihi cantum percipiendum date. Insolentius tamen dictum. — V. 6. κροκίνοις μύροις. Crocinum igitur unguentum, *Philodemi* quidem aevo, inter viliora numerabatur. — V. 7. πνεύμονα τέγξατε. Vide not. ad *Eratosth.* Ep. I. T. II. p. 312. — V. 8. φωλάδα. meretricem e lupanari. Reptilia, quaeque sub terra latent bestiae, ἐν μυχοῖς γῆς φωλεύειν dicuntur. αἱ τοιαῦται δὲ φωλάδες λέγονται, ὅτι φωλοῦσιν. *Eustath.* ad Od. λ. p. 431. 49. Vide ad *Antip. Sid.* Ep. XXXVII. *Horatius* II. Od. XI. 21. *Quis devium scortum eliciet domo Lyden.* — Loca autem, ubi volutantur ferae, (φωλεοὶ) et meretricum diverticula a Latinis eodem vocabulo *lustra* appellata esse, nemo ignorat.

XXIIII. Cod. Vat. p. 512. De convivio, ubi de symbola coenabatur. Cum servo loqui videtur poëta, cui, et quid adsit apparatus, et quid praeterea comparandum sit, indicat. — V. 2. βολβίσκους. Hanc vocem lexica ignorant. Diminutivum esse videtur vocis βολβός. Bulbos inter alia olera in coenae apparatu commemorat *Ammian.* Ep. XX. θρίδακες, πράσα, βολβοί. Sed vide inprimis *Athen.* L. II. p. 63. sq. ubi *Alexidis* locus est sic leviter corrigendus:

πίννας, κάραβον,
βολβοὺς, κοχλίας, κήρυκας, ὠὰ, ἀκροκώλια,
τοσαῦτα τούτων ἄν τις εὕροι φάρμακα,
ἐρῶν ἑταίρας, χἄτερα χρησιμώτερα.

— V. 3. ἡπάτιον. jecur, anserinum fortasse, quod magni faciebant veteres. *Plin.* H. N. X. 27. T. I. p. 555. ubi vide *Harduinum.* *Athen.* L. IX. p. 384. — V. 5. οἶνον.

Ovis veteres coenam auspicatos esse et terminasse, docent *Interpp. Horatii* I. Serm. III. 6. Conf. Not. ad *Asclepiad.* Ep. XXVII. 8. — σάμβαλα i. e. σάνδαλα (vid. *Hesychium* v.) in coenae apparatu non facile exspectasses. Sed tenendum, Romanos, ad quorum mores *Philodemus* sese composuisse videtur, *soleas* non gestasse, nisi in tricliniis et coenaculis. Vide *Turneb.* Advers. XXIV. 17. Hanc ob causam tribulis ap. *Horatium* L. I. Ep. XIII. 15. ad coenam properans soleas sub ala portat. Cf. *Gellium* L. XIII. 21. — V. 6. τῆς δεκ. ex *Reiskii* emendatione recepisse videtur *Br.* Sic enim ille in Schedis correxit, cum in Cod. καὶ legatur. Hora decima igitur convenire statuerant. Vide ad *Posidipp.* Ep. XII. 6. ὥρας γὰρ πέμπτης πάντες ἀθροιζόμεθα.

XXIV. Cod. Vat. p. 493. Plan. p. 41. St. 60. W. Venerem poëta precatur, ut ipsum fluctibus agitatum in portum deducat. — V. 1. γαλαναίη. Plan. et in fine vers. δοκαίοις. Utrumque ex Vat. Cod. mutatum est. — V. 3. κροκαίων. Vat. Cod. Se νεόνυμφον coactum esse ait sponsam et thalamum relinquere. Miror, *Jos. Scaligerum* pro κροκέων tentasse ῥοδέων. Thalamus ap. veteres croco spargebatur. *Antip. Sidon.* Ep. XCVIII. Ἤδη μὲν κροκόεις — παστὸς ἔσω θαλάμων. Obversabatur poëtae locus de Protesilao, a quo καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Φυλάκῃ ἐλέλειπτο Καὶ δόμος ἡμιτελής. — V. 4. ναιφόμενον. Cod. Vat. — Hunc versum dubites utrum proprio sensu accipias, an allegorico. Fortasse poëta unum ex nobilibus Romanis in Galliam secutus erat; quare illius regionis frigus ipsum animum suum penetrasse ait. At χιόνες Κελτικαὶ paroemiae vim habent. Frigidi cujusdam scriptoris orationem describens *Lucian.* de Hist. Scr. §. 19. T. IV. p. 181. Bip. τοιαύτη ψυχρότης ἦν ὑπὲρ τὴν Κασπιακὴν χιόνα καὶ τὸν κρύσταλλον τὸν Κελτικόν. *Petron.* c. XIX. ubi Encolpius, terrore perculsus gravi, *Ascyltos quidem*, ait, *paulisper obstupuit: ego autem frigidior hieme Gallica factus, nullum*

potui verbum emittere. ubi recte comparant *Theocrit.* Eid. II. 06. πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον. — In hunc sensum *Schol.* in edit. Wech. *Philodemi* versum accepit: δεδοικότα. οἱ γὰρ φοβούμενοι φρίττουσι καὶ ῥιγοῦσι. Finge tibi poëtam in medio mari versantem et tempestatibus vexatum. — V. 5. „κωφά. *stulte. inepte.* Non is erat Philo„demus, qui gloriaretur nihil tale dixisse. Scribendum „κοῦφα, i. e. *superbe.* οὐδενὶ pro οὐδὲν e Cod. Vat. re„posui." *Brunck. Antiphil.* Ep. XLIII. κοῦφον ἔπος, dictum temerariae confidentiae, qua nihil est quod deorum iram magis excitet. *Tibull.* I. El. II. 79. *Num: Veneris magnae violavi numina verbo, Et mea nunc poenas impia lingua luit.* — In *Mesomedis* Hymno I. Nemesis τὰ κοῦφα φρυάγματα θνατῶν ἐπέχειν dicitur. — V. 6. σέο πελάγει. Sub Veneris enim tutela mare. Duplicem interpretationem dedit *Schol.* alteram allegoricam, quandoquidem amantes passim dicuntur in Veneris undis versari. Cf. Epigr. ἀδέσπ. XXXI. Not. ad *Meleagri* Ep. XXIX. Simplicior et, ut mihi quidem videtur, verior est eorum interpretatio, qui ipsum mare intelligunt. — V. 8. Ῥωμαϊκούς. Romam itaque revertitur poëta, nescio ex quibus regionibus. At vulgata lectio minus certa est. In Cod. enim Vat. legitur: ναϊακοὺς ἤδη δεσπότη. In qua lectione quidvis potius quam ῥωμαϊκοὺς latet, quod *Planudis* fortasse inventum est. Lubrica in ejusmodi locis conjectura; sed vide, an scribi possit:

ἀκτιακοὺς ἤδη, δέσποτι, πρὸς λιμένας.

Philodemo nimirum ex Italia in Graeciam proficiscente. Actium in Acarnania jam antiquitus nobilis propter portum urbs. Vide *Strabon.* L. X. p. 693. B.

¶. 90.] *XXV.* Cod. Vat. p. 206. Edidit *Dorville* ad Charit. p. 181. *Reiske* in Anth. p. 66. nr. 546. Deos maris rogat, ut se salvum in Piraeeum conducant. — V. 1. γλαυκίης. Vat. Cod. quod *Reisk.* in γλαυκοῦ.

mutavit. Nostrum dedit *Dorvillius.* — Pro σύ τε apogr. Lips. σὺ δέ. — V. 3. Νηρηΐδων. Cod. Vat. in quo vocabulo aut synizesin admittendam aut Νηρῄδων scribendum existimat *Dorvill.* — V. 5. φορεῖτε *Dorv.* — φυγόντα. proficiscentem; nihil amplius. — V. 6. γλυκὺν ἢ. Πειραίος. Vat. Cod. In marg. ap. Lips. γρ. γλαυκήν. ζωὴν ἐπὶ γλυκερήν. *Dorvill.* et *Reisk.*

XXVI. Cod. Vat. p. 549. *Philodemo* hoc carmen vindicat. In Plan. p. 132. St. 191. W. ἄδηλον est. Scriptum in astrologum mollem, ineptum et gulosum. — V. 5. κεράστης. Hoc pertinet ad arietem, quod animal „stolidum est et salax. μαλακὸς ad Geminos, quorum con„junctio masculam Venerem notat. ὀψοφάγος ad pisces, „qui voraces et ipsi proprie ὄψα vocantur." *Huetius* p. 14. — V. 6. μαλακῶς ἐστί. vitiose Vat. Cod.

XXVII. Cod. Vat. p. 186. Φιλοδήμου, οἱ δὲ Ἀργενταρίου. Soli *Philodemo* tribuitur in veteribus Planud. edd. et in Steph. p. 412. In Wechel. autem p. 547. auctoris nomen omissum est. Charmus, Lycini fil., victoria in ludis Isthmicis parta, Neptuno frena, phaleras, et quae alia ad equorum usum pertinent, dedicat. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in κημὸς T. II. p. 308. versum secundum iterum in στέργοις T. III. p. 372. φιλορρώθωνα κημὸν hinc profert *Heinsius* ad Hesych. in ῥώθωνες. μυκτῆρες. Quid sit κημὸς, diserte docuit *Eustath.* ad Od. ω. p. 833. 21. Circumligabatur equorum aliarumque bestiarum ori, ne morderent; nonnunquam etiam homines sibi κημοὺς alligabant, quando opus faciendum erat summa cum munditie. Conf. *Xenophon* de Re Equ. V. 3. p. 116. ed. *Zeun.* et *Schol. Aristoph.* Equ. 1147. Hoc instrumentum, quod Latini *capistrum* vocant, quia nares ambit, φιλορρώθων appellatur. — V. 2. ὀδοντοφόρον. Fuisse videtur lorum, dentibus distinctum, pectora equi ambiens, quale

ornamentum et hodie equis adhiberi solet. — V. 3. καὶ σινύην ῥάβδον. Plan. *Brunckius* exhibuit emendationem *Salmasii*, quam *Brodaeus* occupavit κοιουύην legens. οἰσυΐνην *Jos. Scaliger* quoque in not. mstis. Idem tamen ap. *Huetium* p. 38. καὶ σιβύνην καὶ ῥάβδον. In Cod. Vat. ita legitur, ut in Planud. — V. 5. ψήκτραν. *Sophocles* in Oenomao ap. *Polluc.* L. X. 56. in fragmento a *Brunckio* omisso, quod sic emendandum videtur:

διὰ ψήκτρας σ' ὁρῶ
ξανθὴν καθαίρονθ' ἵππον αὐχμηρὰς τρίχας.

— V. 7. Λυκῖνον. Vat. Cod. Fortasse idem est Lycinus, cujus mentionem fecit *Pausanias* L. V. 2. p. 454. Spartanus fuit: ἀγαγὼν δ' ἐς Ὀλυμπίαν πώλους καὶ οὐ δοκιμασθέντος ἑνὸς ἐξ αὐτῶν, καθῆκεν εἰς τῶν ἵππων τὸν δρόμον τῶν τελείων τοὺς πώλους καὶ ἐνίκα δι' αὐτῶν. Commemoratur etiam Lycinus, qui in pugilatu victoriam inter pueros retulit. *Pausan.* VI. 7. p. 470.

XXVIII. Anthol. Plan. p. 337. St. 477. W. Scriptum est in statuam, quae simul Pana, Herculem et Mercurium referebat. *Winkelmann.* Monim. Ined. T. II. p. 48. hoc non de una, sed de pluribus statuis accipiebat, (un groppo) in quo sibi non assentientem habet *Heynium* in Comment. X. p. 90. qui animadvertit, hoc signum male cum Hermerote confundi ab *Harduino* ad *Plinium* H. N. XXXVI. 4. 10. De more veterum plurium deorum signa in unum conflandi egit *Huetius* ad h. l. p. 32. Huic mori fortasse locum dedit nobilissima ap. *Homerum* descriptio Il. β. 479. μετὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων, Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ, Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι. — §. 91.] V. 5. Est, quae ad homines invitandos valeat, commoditas, quod uno sacro tres sibi deos faventes reddere possunt.

XXIX. Cod. Vat. p. 504. *Philodemo* vindicat carmen, quod in Plan. p. 122. St. 175. W. ἄδηλον est. Te-

nebris sensum hujus carminis involvit depravata primi versus lectio, τὴν πρότερον θυμέλην, quam *Brodaeus* de deliciis et veluti scenico apparatu (tabulae), aut etiam de magno illo quaestu, quem is, de quo agitur, olim fortasse in scena fecisset, interpretatur. Sed hoc hariolari est, non interpretari. θυμέλης *scenae*, ab hoc loco prorsus aliena est mentio. *Joseph. Scaliger* in notis mst. de puella Θυμέλῃ cogitasse videtur; sic enim hoc vocabulum, initiali majore, scribi jubet. At nec hoc ad rem facit. Scribendum puto:

Τὴν πρόϊμον φίβαλιν μήτ᾽ ἔμβλεπε, μήτε παρέλθῃς.

Divites praecoces amare fructus, et, quae suo tempore nummo emturi essent, ante tempus auro emere, satis constat. Haec stultitia hoc carmine tangitur. *Caricas praecoces ne adspicias, nec praetereas*; ne eorum adspectus salivam moveat. πρόϊμον in hac re fere solemne est. *Hesych.* πρόϊμον. σῦκον πρωακμάζον. τῶν φιβάλεων σύκων multi veterum mentionem fecerunt. Vide *Athenaeum* L. III. p. 75. B. C. *Aristoph.* in Acharn. v. 802. τί δαί; φιβάλεως ἰσχάδας; ubi Schol.: τόπος Μεγαρίδος. ἄλλοι Ἀττικῆς. γένος δὲ συκῆς ἡ φίβαλις. *Hesych.* φιβάλεα. εἶδος σύκων, καὶ ἡ συκῆ ὁμωνύμως. τινὲς δὲ ἰσχάδας. Caricas Atticas cum aliquando vidisset Xerxes, juravit, se non prius praestantissimas has φιβάλεις gustaturum esse, quam terra, quae tales fructus ferret, potitus esset. Quare *Eusebius* in Chron. L. I. p. 53. 14. Ὁ Μηδικὸς πόλεμος ἐπαύσατο, διὰ φιβάλεις ἰσχάδας συστὰς Πέρσαις καὶ Ἀθηναίοις καὶ πᾶσιν Ἕλλησιν ἐπ᾽ αὐτοῦ. Φιβάλεις δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς. Confer. *Potterum* ad Clem. Alex. Paedag. L. II. p. 164. 7. 8. De voce φίβαλις quaedam collegit *Bod. a Stap.* ad *Theophr.* L. IV. p. 387. — V. 2. Ad macellum mittitur homo inops, ubi famem omaso, drachma emto, expleat. δραχμῆς, ὤνια scil. — κολοκορδόκολα. ἡ χολὰς καὶ ἔντερα καὶ χορδάς. *Schol.* Obscurum vocabulum, a κόλον derivandum, quod intestina significare apparet ex *Hesych.* v. κόλον. Sed

quae sint κορδύκαλα, penitus ignoro. Fortasse hoc vocabulum labis non immune; fortasse saltem χορδύκαλα scribendum a χορδαὶ, quod *Schol.* significat. — V. 3. Hic procul dubio cum *H. Stephano* et *Jos. Scaligero* scribendum ἂν γίνεται. Totum autem versum propter antithesin, quae est in verbis ἢν δ' ἀναμείνῃς, sic concinnaverim:

νῦν σῦκον δραχμῆς ἂν γίνεται.

Nunc una ex illis praecocibus ficubus drachma emitur; quod si exspectaveris, mille eodem pretio emes. — V. 4. τοῖς πτωχοῖς. Haec paroemiae habent speciem. — Deum τὸν Καιρὸν *Menander* dixerat, secundum *Pallad.* Ep. CXVIII. εὖγε λέγων τὸν Καιρὸν ἔφης θεὸν, εὖγε, Μένανδρε. *Sophocl.* Electr. 179. χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θεός.

XXX. Cod. Vat. p. 428. Plan. p. 53. St. 76. W. Ex poëtae sodalitio Antigenes et Bacchius subitanea morte exstincti erant. Hoc tam inopinato casu graviter afflictus, se epularum apparatu non delectari ait, nec ad litus epulandi causa, ut antea, iturum esse. Perperam *Opsopoeus* existimavit, poëtam sodales dehortari, ne in litus ad epulandum descendant, quod heri duo ex amicis suis fracto litore perierint. — V. 1. Inest in his veris descriptio, quod anni tempus potissimum ad fructum vitae invitat. — καυλεῦ male Vat. Cod. καυλοὺς κράμβης cum lente et cochleis commemorat *Automed.* Ep. VI. *Martial.* L. X. 48. in descriptione apparatus coenae: *Et faba fabrorum, prototomique rudes.* *Columella* L. X. 369. *Sed jam prototomos tempus decidere caules.* Cf. *Bod. a Stap.* ad Theophr. L. VII. p. 775. — V. 3. ζαλαγεῦσα. Vat. Cod. et Plan. *Jos. Scalig.* in not. mst. σελαγεῦσα corrigit; *Stephanus* λαλαγεῦσα et ζαγλαγεῦσα legi monet; posterius vocabulum derivat a ζα et γλάγος. λαλαγεῦσα legendum vidit *Lascaris*, qui tamen μαίνη pro herbae genere habuit, quae secta sonum quendam ederet. μαίνη nihil diversa videtur a μαινὶς, qui piscis est e sparorum genere.

genere. Vide *Gesner.* de Aquatil. p. 612. *Schneider.* ad *Aelianum* H. A. XII. 28. p. 394. Sunt quidam pisces, qui sonum putantur edere, quorum nonnullos recenset *Aelian.* X. 11. — ἀλίτυρος. cascus bene salsus et vixdum coactus. — V. 4. θριδάκων. lactuca sativa, quae distinguitur a θριδακίνη. Vide *Salmas.* in Plin. p. 896. *Bod. a Stapel* ad Theophr. VII. p. 778. Hujus folia cur ἀφροφυῆ appellentur, non satis apparet; *Schneiderus* malit ἀρτιφυῆ. — V. 5. ἀκτῆς. Homines gulae et voluptatibus dediti, in litore convivari solebant. Inter voluptatis instrumenta *actae* commemorantur ap. *Ciceron.* c. Coelium §. 35. *Accusatores quidem libidines, amores, adulteria, Bajas, actas, convivia, commessationes, cantus, symphonias, navigia jactant.* Magis etiam illustris est locus in Verrinis Or. V. §. 96. *Ac primo ad illa aestiva praetoris accedunt, ipsam illam ad partem litoris, ubi iste per eos dies, tabernaculis positis, castra luxuriae collocarat. Actas et voluptates* conjungit *Cicero* Epp. ad Famil. IX. 6. — Hunc versum cum sequente laudans *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 157. ἄποψιν de zeta interpretatur, quae prospectum maris habeat. — ὡς αἰεί. ut olim, eodem anni tempore, nunquam non solebamus facere. Nisi fallor, in fine hujus distichi interrogandi signum ponendum est: Quod si feceris, sensus exsistet fere hic: Tempus anni nos ad pristinas voluptates renovandas invitat. Quid est igitur, quod non ad actam properemus ibique in locis amoenis epulemur, ut antea? Non cessare debet, si quis vita frui cupiat. Ipsa vitae brevitas et rerum vicissitudines nos admonent, ut ne fruendi opportunitatem nobis patiamur elabi. Habemus exempla, eaque non longe quaerenda, quae nos fragilitatis nostrae admoneant, Antigenem et Bacchium, qui heri (paulo ante) luserunt, hodie sepeliuntur. — Hanc poëtae mentem esse, *Brodaeus* quoque existimasse videtur, cum scribit:

ἐχθὲς ἔπαιζον. *paucis ante diebus. Quam brevis sit vitae humanae cursus, cur voluptates aspernamur?*

XXXI. Vat. Cod. p. 240. Εἰς Τρυγόνιον ἑταίραν τοῦ Σαβακῶν ἔθνους ὡρμωμένην. Plan. p. 226. St. 329. W. Nihil falsius lemmate Vat. Codicis. Scriptum est in mortem Trypherae, puellae, dum viveret, delicatissimae. In ejus tumulo suavissimos flores poëta nasci optat. — V. 1. laudat *Suidas* v. μίθος T. III. p. 255. ubi recte legitur Τρυφέρας pro τρυφερῆς, quod est in Plan. et Cod. Vat. *Tryphera* est puellae nomen ap. *Meleagr.* Ep. LXVIII. *Asclepiad.* Ep. XXVIII. Ep. ἀδέσπ. DCCXXI. — Quod autem sequitur vocabulum τρυγόνιον, ab interpretibus pro nomine proprio habitum, *Toupius* in Em. in Suid. P. III. p. 406. ex amantium blanditiis esse docuit. *Plautus* Asin. III. 3. 103. *Dic igitur me anaticulam, columbulam, vel catellum.* — V. 2. habet *Suidas* T. III. p. 272. σαβακῶν. διονυσιακῶν. Ibidem σαλμακίδων interpretatur ἑταιρῶν. Diceretur igitur Tryphera *flos meretricum Bacchicarum.* Quid Baccho, Σαβαζίῳ, cum meretriculis sit commercii, non satis apparet. Vix enim, et ne vix quidem admittenda est *Brodaei* explicatio, *quae Thyadum instar παροινεῖν atque debacchari consueverunt, sese coagitantium.* Veriorem interpretationem nobis suppeditat *Hesych.* Σαβακός. ὁ σαθρός. Χῖοι. ubi Intrpp. nostrum locum afferre non neglexerunt. Jam vero τὸ σαθρὸν non solum de rebus, quae propter vetustatem labuntur et corruunt, sed omnino de marcidis et languescentibus usurpatur, ut *putris* ap. Latinos, quod τῷ σαθρὸς ad amussim respondet. — ἄνθεμα pro ἄνθος positum satis adstruxit *Brodaeus*; *Dorvillius* tamen ad Char. p. 717. pro ἀνάθημα accipere malit. In quo fallitur. Graeci rem eximiam et inter alias excellentem ἄνθος, ἄωτον, (vide *Fischer.* ad Anacr. Fragm. I. 4. p. 328.) non ἀνάθεμα appellare solent. — V. 3. „ἧ Κυβέλη καὶ δοῦπος ἐνέπρεπεν. Sic Salmas. ad Hist. Aug. p. 493. (T. II. p. 823.) pro cor-

„rupto δεῦμος recte δεῦπος repofuit, quae emendatio mul„to probabilior eft ea, quam Toup. ad Suid. III. 115. „(p. 406.) protulit. Sed librorum omnium καλύβη mu„tandum non erat. Hoc quidem perperam interpreta„batur Scaliger ad Copam, quem jure reprehendit Sal„mafius; fed ideo genuina lectio ejicienda non erat, „quam etiam in vetuftiffimis membranis repererat, et „quam ipfe recte exponit. Καλύβη eft παστὰς feu θάλαμος „Matris Deûm, circa quam faltabant hujuscemodi mu„lieres miniftrae et θαλαμηπόλοι Cybeles cum tympanis „et crotalis caputque jactabant bacchabundae. Repo„nendum itaque ἡ καλύβη καὶ δοῦπος ἐνέπρεπεν. Jam eft in „feq. verf. Κυβέλη, nam ea eft μήτηρ θεῶν. Depravata eft „etiam lectio Ep. VI. Satyrii Thyilli, quod fuo loco vi„debitur." *Br.* δοῦπος correxit etiam *Jof. Scaliger* in not. mft. ἡ Κυβέλη καὶ δοῦπος dubitanter *Brodaeus*. ἡ Κυβέλη καὶ κῶμος *Toupius*, qui fe fic eleganter correxiffe gloriatur. καλύβαι aediculae erant in interiore et fecretiore aedium parte, in quibus deorum fimulacra et pulvinaria erant. Vide not. ad *Diofcorid.* Ep. VII. — Mox Planud. ἡ φιλοπαίγμων Στωμυλίη μήτηρ. ἣν ἐφίλησε θέων. et fic Vat. Cod. — Interpretes cogitabant de Theone, fophifta, hominum mordaciffimo. — Nihil hac lectione ineptius. θεῶν ad marg. Cod. fui emendavit *Jof. Scaliger.* — V. 5. ἀμφὶ γυναικῶν *Toupius* effe vult *feorfim a mulieribus*; Trypheram enim Veneris facra non in conventu mulierum, fed clanculum cum commilitone fuo celebraffe. Quae vix vera interpretatio. Junge potius τὰ ὄργια ἀμφὶ γυναικῶν, quae eft periphrafis facrorum, quae mulieres celebrant. ὄργια. τὰ τῆς Ἀφροδίτης ὄργια dixit *Ariftoph.* Lyfiftr. 832. — V. 6. ἀψαμένα. Vat. Cod. a pr. man. Trypheram venuftate et illecebris proxime ad Laïdem acceffiffe ait. — V. 7. 8. Similia vota paffim. Ex noftro fortaffe expreffum Ep. ἀδ. DCCV.

Ex Lect. p. 144.] *XXXII.* Cod. Vat. p. 454. Hoc carmen, quod *Brunckius* sic exhibuit, ut in Cod. est, praeterquam quod ibi non μυρόκρει, sed μυρόχροι habetur, *Schneiderus* in Schedis sic ingeniose restituit:

Ξανθὼ, κηρόπλαστε, μυρόχροε, μουσοπρόσωπε,
εὔλαλε, διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα Πόθων,
ψάλλον μοι χερσὶν δροσίναις μύρον· ἐν μονοκλίνῳ
δεῖ με λιθοδμήτῳ, δέσποτι, πετριδίῳ
εὕδειν ἀθανάτως πουλὺν χρόνον· ᾆδε πάλιν μοι,
Ξανθάριον, ναὶ, ναὶ, τὸ γλυκὺ τοῦτο μέλος.

Cum his versibus conjungendum est distichon, quod *Br.* dedit in Lect. p. 145. (in ed. Lips. p. 79. nr. XXXIV.) tanquam peculiare carmen; in Vat. autem Cod. non separatim, sed conjunctum cum illo carmine legitur.

οὐκ ἀΐεις, ἄνθρωπε, τονογλύφος; ἐν μονοκλίνῳ
δεῖ σ' ἄβιον ναίειν, δύσμορε, πετριδίῳ.

Hoc Epigramma sic ex *Schneideri* mente emendatum, scriptum est in puellam Xantharium, quam poëta rogat, ut sibi carmen canat, quo avari et foeneratores futuri fati admoneantur. Videamus singula. — V. 1. puella vocatur κηρόπλαστος, tanquam e cera formata, (ut ap. *Sophocl.* ξανθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον, in *Schol.* ad *Eurip.* Phoen. 116. et *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 565. sq.) propter pulcritudinem. Imaginibus ex marmore cerave fictis pulcri pulcraeque comparantur. Fortasse etiam ad colorem solum respicitur. Pro μυρόχροε, cujus cutis unguentis uncta est, *Br.* μυρόπνοε suspicabatur. Cod. lectionem haud facile mutaverim; μυρόχρους idem, quod ἡδύχροους; nam quodcunque suave et jucundum est, μῦρον vocatur. — Etiam epitheton μουσοπρόσωπε ad puellae pulcritudinem non minus quam ad doctrinam citharistriae referendum videtur. — V. 2. εὔλαλε. ἡ λαλιὰ, jucunda garrulitas, nonnunquam in laudem dicitur. *Ruhnken.* Ep. cr. II. p. 297. — καλὸν ἄγαλμα. alatorum Cupi-

dinum decus et ornamentum. In hunc ſenſum vocem ἄγαλμα acceperim, ut in *Muſaeo* v. 8. λύχνον Ἔρωτος ἄγαλμα. ubi vide *Heinrich.* p. 41. ſq. — V. 3. Quum forma δρόσινος alibi non occurrat, ſuſpiceris, ſcriptum fuiſſe δροσίμαις, ſive

χερσὶ ῥαδιναῖς.

ut ap. *Theognid.* v. 6. φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη. *Ovid.* I. A. A. 622. *teretes digitos.* Sed nolim huic conjecturae multum tribuere. δροσερὸν et δρόσιμον de rebus delicata teneritate inſignibus uſurpatur. Vide *Spanhem.* ad Ariſtoph. Nub. 974. *Strato* Ep. L. ἢ τρυφεροῖς σφίγξει περὶ χείλεσιν, ἢ κατὰ μηρῶν Ἑλίξεις δροσερῶν. ubi ſibi invicem reſpondent epitheta. — ψάλλον μοι μόρον. Fatum mihi fatale, i. e. carmen de morte cane. Niſi forte fuit: ψάλλον μοι χ. ἃ. μέλος. Quae ſequuntur, pro carmine ipſo habenda ſunt. Fortaſſe etiam ſcribendum:

ψάλλον μοι χερσὶν δροσίμαις μύρῳ· ἐν μ. — —

manibus unguento delibutis. Hoc ſimpliciſſimum. — V. 4. πετριδίῳ. De ſepulcro in rupe exciſo mox dicemus. — V. 7. 8. (Ep. XXXIV. in ed. Lipſ.) *Br.* edidit ex emendatione *Salmaſii* in Plin. p. 850. A. qui tamen τόκων γλύφος legit. In Vat. Cod. ſic habetur:

οὐ καὶ εἰς, ὤνθρωφοτοκογλυφος ἐν μονοκλίνῳ
δεῖ σε βίου καὶ δόρμοςι πετριδίῳ.

Philodemus non ſine gravitate ad foeneratores convertitur, et ab iis quaerit, an illius carminis ſententiam recte perceperint, quae ejusmodi eſt, ut mortales ab omni divitiarum colligendarum ſtudio deterreat. Fortaſſe nulla fere mutatione legendum:

οὐκ ἀΐεις, ἄνθρωφ' ὁ τόκων γλύφος — —

Audisne, homo, te appello, qui foenus computas digitis? — τοκογλύφοι ſive τόκων γλύφοι comica fuiſſe videtur appellatio foeneratorum. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* L. I. 25. p. 102. Vide ad *Pallad.* Ep. LXXXVI.

Longè diverſam viam in hoc Epigrammate emendando inſtituit Vir doctus, qui *Philodemi* noſtri opus de Muſica ex Voluminibus Herculanenſibus edidit, in Prolegg. p. 5. 6. qui illud in hunc modum corrigere conatus eſt:

Ξάνθ', ὦ κηροπλάστα, μυροῤῥόε, μουσοπρόσωπε,
εὔλαλε, διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα Πόθων,
ψίλου μοι χερσὶ δροσίμαις μύρον, ἐν μονοκλίνῳ
δεῖ με λιθοδμήτῳ δέ ποτε πετριδίῳ
εὕδειν ἀθανάτως πουλὺν χρόνον· ᾆδε πάλιν μοι
ξανθάριον, ναὶ ναὶ, τὸ γλυκὺ τοῦτο μέλος.
οὐκ ἀΐεις, ἄνθρωπε τοκογλύφος; ἐν μονοκλίνῳ
δεῖ σ' ἄβιον ναίειν, δύσμορε, πετριδίῳ.

Auctor harum emendationum toto hoc carmine poëtam verba ad apem facere exiſtimat, in qua opinione et ipſe olim fui, antequam elegantes *Schneideri* correctiones videre contigerat. Huic ſententiae lectiones accommodavit ille. — V. 1. Apis vocatur κηροπλάστης, mellis ſive cerae opifex. πλάττειν proprie de apibus. *Antipat. Sid.* XLVIII. ξουθὸς περὶ χείλεσιν ἑσμὸς Ἔπλασε κηρόδετον, Πίνδαρε, σεῖο μέλι. Idem vir doctus proponit ξανθοῦ κηροῦ πλάστα. quod minime elegans. ξανθαὶ et ξουθαὶ paſſim vocantur apes; ut in fragm. *Sophoclis* ſupra laudato, ap. *Theocrit.* Eid. VII. 142. *Platon.* Ep. XXIX. — μυροῤῥόε. quae unguentum fundis. Unguenti autem nomine τὸ μέλι ſignificari, arbitratus eſt V. D. — μουσοπρόσωπε ſic tuetur: „Si toti Epigrammati eam tribueris ſententiam, quam „ſupra adſcripſimus, continuo fatearis oportet, noſtrum „poëtam novam ſibi apis formam procudiſſe. Quam „enim tantum βομβεῦσαν Theocritus dixit, ipſe εὔλαλον „appellat, ejusque bombum, revera ineptum et moleſtum non modo γλυκὺ μέλος dicit, ſed et παραμυθητικὸν „ſibi eſſe affirmat. Quid porro mirum, ſi tam bene apteque ſibi canentem μουσοπρόσωπον vocet? Quid cerebroſo „facies poëtae?“ Ad hanc explicationem confirmandam

laudat *Meleagr.* Ep. CXII. ubi locuſta ἀρουραίη Μοῦσα vocatur; ejusd. Ep. XC. ubi culex φιλόμουσος occurrit; et *Mnaſalc.* Ep. X. — Imaginem, qua poëta in pentametro utitur, V. D. non attigit; etſi haec quoque probabiliter exornari poſſit. ἄγαλμα Πόθων in hoc contextu non foret, ut ſupra haec verba interpretati ſumus, *ornamentum*, ſed *imago, ſimulacrum Cupidinum.* Quis non meminerit carminis Theocritei XIX. 7. τὸ δ' οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις; Ὅς τυτθὸς μὲν ἐὼν, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς; et *Meleagri* Ep. CVIII. *Straton.* Ep. LXXXVIII. Similitudo eſt in eo, quod et apis et Amor ſpiculis vulnerat. — V. 3. ψίλον. Nihil vetare ait emendationis auctor, quominus hoc verbum, quod vulgo *denudare*, *deglabrare* ſignificat, pro *attenuare* accipiatur. Unguenti autem majus fuiſſe pretium, cum attenuatum eſſet. At, ſi nihil aliud, uſus dicendi vetat, ne ſic legamus. Nunquam veteres verbo ψιλόω hac ſignificatione uſi ſunt. Mox recte V. D. δροσίμαις, quod nos ſupra ab eo mutuati ſumus. — *Brunckius*, quod ſupra monere neglеximus, pro ψίλον conjecit σπεῖσον, poſt hoc vocabulum aliquid excidiſſe putans. Recte monuit academicus Neapolitanus, fieri non poſſe, ut apis unguentum roſcidis manibus fundere dicatur. Fingere autem poëtam, ſibi audito apis bombo ſuccurriſſe, ejusdem miniſterio mel ad cadaver ſuum condiendum apparari: qua recordatione ipſum minime perterritum, quinimo exhilaratum, utpote cui mors nihil poſſet ſurripere, eam rogare, ut feſtinet ipſi unguentum elaborare. Deinde docere inſtituit, τὸ μύρον h. l. vel abſolute mel eſſe, vel certe unguenti genus, quod melle inprimis conſtaret. Quasdam autem gentes melle ad condienda cadavera uſos eſſe, conſtat ex *Lucretio* L. III. 904. De Aſſyriis *Strabo* L. XVI. T. II. p. 1082. B. θάπτουσι δὲ ἐν μέλιτι κηρῷ περιπλάσαντες. Judaeos autem, in quorum terra *Philodemus* degebat, ſepulcris in ſaxo excilis uſos fuiſſe, nemo ignorat, niſi

qui historiam de Christi sepultura ignorat. — V. 5. *εὕδειν ἀθανάτως* *Brunck.* illustrat allato versu *Lucretii* L. III. 882. *mortalem vitam mors quoi immortalis ademit.* Majorem in hoc vocabulo emphasin frustra quaerebat Neapolitanus editor, qui vertit: *immortalium deorum instar,* qui itidem in marmoreis loculis inertes nullaque re indigentes sedent. Poëtam igitur apem hortari, ut bombum suum iteret, quem sibi gratum esse affirmet, quandoquidem mortem laborum finem in animum sibi revocet. Propterea eum quasi ἐπιμυθευόμενον ad foeneratorem sese convertentem rogare; cur ipse hujusmodi susurrum non exaudiat, qui memoriam illius temporis ipsi refricet, cum sibi tantopere pecuniae inhianti, omnibus vitae commodis orbato in arca lapidea habitandum sit. — Male excusum est in v. 4. δέ ποτε, cum V. D. procul dubio δή ποτε voluerit dari. — V. 8. praeter Salmasianam lectionem aliam profert, quae propius accedit ad scripturam Codicis: δεῖ σε βιοῦν αἰεί. Sed verbum βιοῦν huic contextui minus accommodatum.

Ex Lect. p. 145.] *XXXIII.* Hanc carminis particulam *Brunckius* repetivit ex *Salmasii* Not. in Histor. Aug. T. II. p. 633. Integrum carmen, quod exstat in Vat. Cod. p. 513. primus protulit editor Neapolitanus *Philodemi* de Musica in Praef. p. 10. In Codice sic habetur:

Αὔριον εἰς λιτήν σε καλιάδα, φίλτατε Πείσων,
    ἐξ ἐνάτης ἕλκει μουσοφίλης ἕταρις,
εἰκάδα δειπνίζων ἐνιαύσιον· εἰ δ' ἀπολείψῃς
    οὔθατα καὶ Βρομίου χιογενῆ πρόποσιν,
ἀλλ' ἑτάρους ὄψει παναληθέας, ἀλλ' ἐπακούσῃ
    Φαιήκων γαίης πουλὺ μελιχρότερα.
ἢν δέ ποτε στρέψῃς καὶ ἐς ἡμέας ὄμματα Πείσων
    ἄξομεν ἐκ λιτῆς εἰκάδα πιοτέρην.

Philodemus Pisonem invitat, ut secum vicesimum mensis diem coena celebret. Praeclare monuit Neapolitanus

editor, agi hoc carmine de anniverſario feſto, quod Epicurei in magiſtri ſui natalibus celebrare ſolebant, unde εἰκαδισταὶ appellati ſunt. Sed non ſolum natalem ſuum, ſed viceſimum quemque lunae diem epulis celebrari per teſtamentum juſſerat. *Cicero* de Fin. L. II. §. 101. *Quaero autem, quid ſit quod, cum diſſolutione ſenſus omnis exſtinguatur — tam diligenter tamque accurate caveat et ſanciat, ut Amynomachus et Timocrates, heredes ſui, de Hermachi ſententia dent, quod ſatis ſit ad diem agendum natalem ſuum quotannis, menſe Gamelione: itemque omnibus menſibus viceſimo die lunae dent ad eorum epulas, qui una ſecum philoſophati ſint, ut et ſui et Metrodori memoria colatur.* Vide inprimis *Menagium* ad *Diog. Laert.* X. 18. p. 454. Philodemum vero ex Epicureorum fuiſſe familia, novimus ex *Ciceronis* Or. in Piſon. c. 28. et 29. — Domum ſuam ſive coenaculum καλιάδα vocat; ſic enim appellantur aediculae ex ligno exſtructae, quae eaedem ſunt καλιαί. Vide not. ad *Apollonid.* Ep. IX. — Pro ἑταῖρις editor ἑταῖρος corrigit. — Invitat autem eum, ut *hora nona* coenatum veniat, quo tempore negotioſi homines et ſobrii inibant coenam. Conf. *Salmaſium* ad Scr. Hiſt. Aug. l. c. — V. 3. ἀπολείψῃς. Vix ſincerum. Saltem ſcribendum ἀπολείψεις et ſeq. verſ. πρόπιεις. Quod ſi ſumina et Chium vinum deerit, amicos invenies ſinceros et acroamata exaudies, Phaeacum acroamatis longe jucundiora. οὔθατα. Quanti Romani ſumina fecerint, multa veterum loca declarant. Vide *Interpp. Martial.* L. XIII. 44. — V. 5. ἐπακούσεαι legendum. — V. 6. Φαιήκων. Comparat editor *Homer.* Od. Θ. 248. αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε χοροί τε. — V. 7. 8. Editor in his verbis praederaſtici quid ſibi animadvertere viſus, efflagitationem illam τοῦ τρέπειν ὄμματα εἰς αὐτὸν (nam edidit τρέψῃς) nihil aliud eſſe putabat, niſi turpis rei modeſtam ſollicitationem. Inepte. Philodemus, Graeculus, Piſonem, virum nobilem eumque Romanum ad

coenam invitat; qui si venerit, poëtamque, *qui aquam praebet*, placidis adspexerit oculis, ille sibi coelum digito attigisse videbitur. Sensus est igitur, quem ille in versione latina minus recte reddidit: Si in me converteris oculos, illud anniversarium non exiguum et tenue, sed pingue et opimum festum a nobis celebrabitur. In his igitur verbis summae est reverentiae, qualis clientem erga patronum decet, significatio *).

ARCHIAE EPIGRAMMATA.

¶. 92.] *I.* Cod. Vat. p. 97. Edidit *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 124. nr. 300. Optat, ut Amor omnia tela in se unum effundens, postea non habeat, quomodo alios configat. Haec fortasse ante oculos habuit *Lucian.* in Amor. §. 2. T. V. p. 257. Bip. Ἔγωγ' οὖν ἅπασαν αὐτῶν κενὴν ἀπολελεῖφθαι φαρέτραν νομίζω, κἂν ἐπ' ἄλλον τινὰ πτῆναι θελήσωσιν, ἄνοπλος αὐτῶν ἡ δεξιὰ γελασθήσεται. *Propert.* L. II. El. X. 1. *Non tot Achaemeniis armantur Susa sagittis, Spicula quot nostro pectore fixit Amor.* — V. 1. τὸ κρίγυον. Vat. Cod. Superscriptum γρ. τὸ κήρινον. Male *Reiskius* hunc versum distinxit, puncto post πορθμεῖς με posito. — τὸ κρήγυον eleganter pro κρηγύως, i. e. ἀληθῶς. Vide *Valcken.* in Decem Eid. Theocr. p. 68. — V. 3. ἕλῃς corrigit *Br.* — V. 4. ἔχεις Cod. Vat. Fuisse videtur ἕλοις et ἔχοις. *Reiskius* tamen ἔχῃς ex apogr. Lips. protulit. — Ad sensum conf. *Paul. Silent.* Ep. XX.

*) His scriptis in manus mihi venit liber bonae frugis plenissimus, *Magasin encyclopédique*, qui Parisiis prodit cura Viri cl. *A. L. Millin.* In ejus Tomo V. nr. 20. nostrum carmen edidit et illustravit Vir eruditissimus *Chardon de la Rochette* p 488. sqq. qui ultimum distichon sic, ut nos, interpretatur, Neapolitani editoris sententia repudiata.

II. »In Planud. p. 481. St. 624. W. hoc diſtichon »ſubjungitur alteri, quod cum eo nullam ſententiae »rationem habet. Duo diverſa ſunt Epigrammata, ſin»gula unius diſtichi. Alterum eſt Capitonis et legitur »infra p. 199.« *Br.* In Vat. Cod. p. 101. inſcriptum: ἄδηλον. οἱ δὲ Ἀρχίου. Peculiare hoc carmen eſſe, intellexit *Joſ. Scaliger.* Nihil ſibi loci relictum eſſe ait ad nova Amoris tela recipienda. Sed hoc diſtichon diſtinctione laborare, vix dubito. σκοπὸς ipſe eſt poëta ſive illius animus. Jam, quaeſo, quid eſt, quod dicat: Para, Venus, tela et ad me vulnerandum accede. *Alium* enim vulneris locum non habeo. Diſtinguendum videtur:

καὶ εἰς σκοπὸν ἥσυχος ἐλθὲ
ἄλλον· ἐγὼ γὰρ ἔχω τραύματος οὐδὲ τόπον.

Suadet igitur Veneri, ut alium tandem ſcopum figat. *Propert.* L. II. IX. 18. *Si pudor eſt, alio trajice tela tua.* — V. 2. ἐγὼ γάρ. Sic fere Hercules ap. *Eurip.* in Herc. Fur. 1245. γέμω κακῶν δὴ, κοὐκέτ' ἔσθ' ὅπη τεθῇ. Similis color in Ep. *Macedonii* VIII.

Λῆξον, Ἔρως, κραδίης τε καὶ ἥπατος· εἰ δ' ἐπιθυμεῖς
βάλλειν, ἄλλο τι που τῶν μελέων κατάβα.

III. Cod. Vat. p. 97. *Archiae* vindicat. In Plan. p. 486. St. 631. W. ſine auctoris nomine legitur. Expreſſum videtur ex Ep. *Leonid. Tar.* LIII. — V. 1. δαῖ. τὴν Cod. Vat.

IV. Cod. Vat. p. 175. Ἀρχίου γραμματικοῦ. Edidit *L. Holſten.* ad Steph. Byz. p. 145. *Reisk.* Anth. p. 20. nr. 452. »Expreſſum eſt ex *Tymnis* Ep. I. Inde hic »verſu 2. recte ſcriptum Μίκκος. Hîc Codex habet Παλ»λαναῖος, at in Tymnis carmine Πελλαναῖος. Utrum ex »altero emendandum ſit, dicat, qui Miccum hunc »aliunde ſibi notum ſciverit, cujas fuerit, quod ego »prorſus ignoro. Utroque in loco Παλλαναῖος ſcribendum

„esset, si de gentilibus nominibus vera tradidisset Ste„phanus in Πελλήνη, quem redarguit Holstenius." *Br.* Vide not. ad Ep. Tymn. I. In apogr. Lips. hoc quoque loco Πελλανεῖος scribitur. De diversitate orthographiae in hoc vocabulo vide *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. I. p. 572. — V. 2. ἀριβρεμέταν. Vat. Cod. a pr. man. ubi pro nomine viri σμικρὸν legitur, ex glossa procul dubio, quam ante *Br.* correxerat *Reiskius. Holstenius* Νικαῖς. — V. 3. ᾗ ποτε. Vat. Cod. — In fine vers. ap. Lips. ἴμελπε. — V. 4. στονοχᾶς. pugnae signum canens. εὐνομίης. pacis. Vide *Verbeyk.* ad Anton. Liber. IV. p. 24. ubi εὐνομίη opponitur πολέμῳ, ἔριδι, στάσει. *Antip. Sidon.* Ep. XI. in eodem argumento: Ἁ πάρος αἱματόεν πολέμου μέλος ἐν δαῒ σάλπιγξ Καὶ γλυκὺν εἰράνας ἐκπροχέουσα νόμον.

V. Cod. Vat. p. 178. Edidit *Kuster.* ad Suid. v. κεκρύφαλον T. II. p. 292. *Reiske* in Anth. p. 25. nr. 461. et hinc *Toup.* in Ep. crit. p. 98. Expressum est ex Ep. *Antipatri Sid.* XXI. cum quo illud in singulis comparavit cl. *Ilgen* in Opusc. phil. T. II. p. 80. sqq. Quatuor Aristotelis filiae Veneri munera afferunt. — V. 1. Male in Ed. Lips. βίττινα. Majori initiali scribendum. — In Cod. Vat. πολύπλαγκτόν τε Φ. *Kuster.* et *Reisk.* πολύπλεκτον. Sed sic χαίτας est sine epitheto, quod *Toupius* ei tribuit πολυπλέκτου scribendo, ex *Antip. Sid.* l. c. φιλοπλέκτοιο κόμης σφιγκτῆρα. — Nostrum ante oculos habuisse videtur Auctor Ep. ἀδεσπ. CXV. τόν τε κόμης ῥύτορα κεκρύφαλον. — V. 2. laudat *Suid.* in κεκρύφαλον T. II. p. 292. — V. 3. In contextu Cod. Vat. omittuntur verba inde a νόθον usque ad Ἡράκλεια τόδε, quae tamen in marg. leguntur antiqua manu scripta. In nonnullis apogr. desiderantur, ut in eo, quo *Kusterus* usus est. — νόθον κεύθουσαν ὄνημα. Vat. κεύθουσα νόημα. ap. Lips. unde *Reiskius* τεύχουσαν ἄημα dedit. Hujus vestigiis insistens *Toupius* nostrum invenit. Ducta est flabelli descriptio ex *Dioscorid.* Ep. XII. ῥιπίδα τὴν μαλακοῖσιν ἀεὶ πρηεῖαν ἀήταις.

Cum νόθῳ κύματι, *vento factitio*, comparandus *Nonn.* Dionys. L. III. p. 108. ubi nutrix pallio moto ventum facit infantibus, καὶ ἔσβεσε καύματος ὁρμὴν Ἀντίτυπον φύσημα χέων ποιητὸς ἀήτης. — V. 4. ἀμυνομένην. Vat. Cod. Doricam terminationem servat *Suid.* in μαλερὸν T. II. p. 486. — ¶. 93.] V. 5. προκαλ. προσ. velum tenuissimum, tanquam ab aranea textum. *Antipater Sid.* l. c. ἔργον ἀραχναίοις νήμασιν ἰσόμορον. — ἀρπεδόνες, quod de laqueis passim occurrit, de reti hoc loco accipiendum est. *Apollonid.* Ep. XV. ἀρπεδόνην καὶ στάλικας jungit. De serum filis *Pausan.* VI. 26. p. 519. τὰ δὲ ἄλλα εἴκασται ταῖς ἀράχναις — ῥήγνυνταί τε ὑπὸ πλησμονῆς καὶ ἀποθανόντος οὕτω τὸ πολὺ τῆς ἀρπεδόνης εὑρίσκουσιν ἔνδον. Hunc vers. cum praeced. laudat *Suid.* in ἀρπεδόσι T. I. p. 336. — V. 7. αἱ δέ. Ap. Lips. στείρημα. Vat. Cod. — Quo sensu verba περισφυρίου δράκοντος accipienda sint, vide ad *Antip. Sid.* l. c. — V. 8. ἐνεικαμένα. Ap. Lips. — V. 9. 10. Ad verba *Herodoti* L. II. p. 169. 79. φιλέουσι δέ κως ἐν τῇ Ναυκράτι ἐπαφρόδιτοι γίνεσθαι αἱ ἑταῖραι — *Wesselingius* hoc distichon excitat sic ut ap. *Kusterum* et *Br.* scriptum. In Vat. Cod. legitur: αἱ γυάλων Ναυκρατίδες.

VI. Cod. Vat. p. 172. Plan. p. 432. St. 566. W. Argumentum hoc carmine tractatum primus tractasse videtur *Leonidas Tar.* Ep. XIX. Carmina, quae in eodem versantur argumento, recensuit *Ilgen* in Opusc. phil. T. II. p. 65. sqq. — V. 1. θαλάσσας a man. sec. Vat. Cod. — V. 3. Πίγρις. Idem a man. pr. — V. 5. χερσαίαισιν. Idem. — V. 6. πλωτοῖς. Plan. — Ἀγρεύς. ὁ Πάν. *Hesych.*

VII. Cod. Vat. p. 143. Plan. p. 431. St. 565. W. Primum distichon laudat *Suidas* v. σκοπιήτης T. III. p. 335. — V. 1. In ed. Lips. vitiose σύναιμα pro σύναιμοι excusum. — V. 2. λινοστασίης. Plan. et Vat. — τρισσῆς.

Plan. et Suid. — V. 3. δᾶμις et Πίγρις. Vat. — πετη-

νῦν. Idem. — V. 5. ἐς αὖθις. Idem. — τὸν δ' ἔτι. Vat. et Plan.

VIII. Cod. Vat. p. 172. Plan. p. 432. St. 566. W. — V. 1. 2. laudat *Suidas* T. I. p. 432. βιαρκέος. τῆς εἰς τὸ ζῆν ἐπαρκούσης. — V. 3. Πίγρις. Vat. a pr. man. — δειραχθές. Vat. Plan. et *Suid.* qui h. v. excitat T. I. p. 534. in δειραχθέε. τὸ τὴν δειρὴν ἀλγῦνον. *Brunckius* tamen δειραγχὲς genuinum esse censebat. *Philipp.* Ep. VIII. καὶ πάγας δειραγχέας. *Antip. Sid.* Ep. XVII. ἀνασπαστούς τε δειράγχας. — πεπαυῶν. Vat. — V. 4. ὑλανόμων Cod. Vat. — V. 5. αἴθρης. Plan. — V. 6. καὶ πελάγευς καὶ γᾶς. Vat. Cod.

¶. 94.] *IX.* Cod. Vat. p. 173. Plan. p. 432. St. 566. W. — V. 1. οὐρείοι καὶ κ. Vat. — V. 2. vulgo σοὶ τάδε Π. ἐ. Nec aliter est in Vat. Cod. γέρα igitur ex *Brunckii* correctione legitur. Haud facile dixeris, quid olim hic lectum sit; nam totum hoc hemistichion, σοὶ τάδε Πὰν ἔθεσαν, ductum esse videtur ex Ep. *Alexandri Aetoli* I. — V. 3. Πίγρις. ut supra, Vat. Cod. — V. 4. ἔπορεν. Vulgo et in Vat. — V. 5. ἠερίοισιν Vat. — V. 6. εἰὸν ὁ δ' ἐν π. ἄρκυν εὔστοχον ἄρκυν ἔχοι. Vat. Vulgo ἄγραν.

X. Cod. Vat. p. 174. sq. ἀνάθημα τῷ Πριήπῳ παρὰ Φιντύλου. Edidit *Kuster.* ad Suid. T. I. p. 462. *Reisk.* Anth. p. 19. nr. 450. Phintylus piscator, senectute confectus, instrumenta artis Priapo ponit. Expressum ex *Leonid. Tar.* XXV. Similia plura sunt in Planud. L. VI. c. 3. — V. 1. δ̓ιναῖα Πριήπῳ. Vat. Cod. *Kuster.* comparavit Ep. Λέοντ. CXXVIII. δέξο σαγηναίοιο λίνου τετριμμένον ἄλμῃ λείψανον. — V. 2. ἐχρέμασεν. Vat. — V. 3. 4. laudat *Suidas* in γάμψον T. I. p. 462. ubi ἱππείησι est, ut in Vat. Cod. — *Reisk.* ex ap. Lips. ἱππείοισι dedit. In Ep. Λέοντ. supra laudato: καὶ βαθὺν ἱππείης πεπλεγμένον ἅμματι χαίτης — λιμνοφυῆ δόνακα. — V. 5. *Suid.* in τρετά-

τυετον T. III. p. 506. Arundinem *admodum longam* ſignificare videtur. Reliqua hujus verſiculi cum v. 6. idem excitat in φελλὸς T. III. p. 591. et in βολὶς T. I. p. 440. Totum hunc verſum ſibi vindicavit Auctor Ep. Incert. ſupr. l. — βόλον h. l. aut rete aut naſſam eſſe, in aqua depreſſam, ſimilium locorum docet comparatio. Suberini enim cortices naſſis et retibus aptabantur, ut, in aquae ſuperficie natantes, illorum in fundo ſedem indicarent. *Philipp.* Ep. XXII. ἀπαγγελτῆρα δὲ κύρτου φελλόν. Idem Ep. XXIII. τὸν ἀεὶ φελλοῖς κύρτους ἐλεγχομένους. *Julian. Aeg.* Ep. VI. φελλοὺς κύρτων μάρτυρας εἰναλίων. *Plutarch.* T. II. p. 592. ὥσπερ τοὺς τὰ δίκτυα διασημαίνοντας ἐν τῇ θαλάσσῃ φελλοὺς ὁρῶμεν ἐπιφερομένους. Ex his locis ſimul apparet, quam temere *Reiskius* textum immutaverit, legens: φελλὸν, ἁλικρυφίων σῆμ' ἀναδόντα βόλων, *jactuum undis abditorum ſurſum edens indicium.*

XI. Cod. Vat. p. 147. Plan. p. 423. St. 557. W. Tres Xuthi et Melitae filiae artis textoriae inſtrumenta, quibus pauperem vitam diu ſuſtentaverant, Minervae dedicant. Expreſſum eſt hoc carmen ex *Leonidae Tar.* Ep. IX. *Antip. Sid.* XXVI. — V. 1. καὶ Εὔκλεια Vat. Cod.
αν
a pr. man. — V. 2. ξουθου. Vat. Cod. — V. 3. *Suidas* laudat in ἀράχνειον νῆμα T. I. p. 309. et cum v. 4. in ἄτρακτον T. I. p. 373. et in μίτος T. II. p. 567. *Leonid. Tar.* l. c. τὸν μιτοεργὸν ἀειδίνητον ἄτρακτον. — Fuſos ſimul cum longa colo. ἠλακάτη pars ἀτράκτου, ut videtur. — V. 5. *Suidas* Tom. III. p. 147. in πολυσπαθής. ὁ πλειστάκις ὑπὸ σπάθης ἐνεργηθείς. — πέπλοι πολυσπαθεῖς ſunt concutes, bene condenſatae veſtes. Vide *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 410. — V. 6. τριπάτη. Vat. Cod. — V. 8. σοὶ in Vat. Cod. lineae ſuperſcriptum. Parum ſuaviter ad aures accidunt haec: ταῦθ' αἱ σαὶ σοὶ, quorum fortaſſe olim reperietur emendatio.

T. 95.] *XII.* Bis exstat in Planud. L. IV. c. 7. et c. 11. utroque loco sine auctoris nomine. Scire velim, qua auctoritate a *Brunckio* tributum sit *Archiae;* nam a Cod. Vat. abest hoc carmen cum omnibus aliis, in quibus artis opera describuntur. Si unus ex Planudeae Codd. quibus cl. editor usus est, *Archiae* nomen adscriptum habuit, id indicandum erat. — Scriptum est in aprum Calydonium ex aere. — V. 1. ἤνυσε. vulgo. — V. 3. θηκτόν. omnes veteres edd. praeter Stephan. quae θνητὸν habet, quod Wechel. receperunt. Poëta expressisse videtur locum *Hesiodi* in Scut. 388. θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα Δοχμωθείς, ἀφρὸς δὲ περὶ στόμα μαστιχόωντι Λείβεται, ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἔικτην, Ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας ἀμφί τε δειρήν. Similis est apri descriptio ap. *Homer.* Il. ν. 473. φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν· Ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον· αὐτὰρ ὀδόντας θήγει. Cf. Il. λ. 415. *Philostratus* I. Icon. XXVIII. p. 803. Ὁρᾷ δὲ αὐτὸν καὶ τὴν χαίτην φρίττοντα, καὶ πῦρ ἐμβλέποντα, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ παταγοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς. — V. 5. δεδευμένα. Vulgo. — οὐκ ἔτι. Plan. — Non amplius mirandum, cum tam terribilis fuerit aper Calydonius, si delectorum juvenum turbam perdidit. Secundum *Homer.* Il. ι. 546. πολλοὺς δὲ πυρῆς ἐπέβησ' ἀλεγεινῆς.

XIII. In Planud. p. 326. St. 465. W. In Apellis Venerem Anadyomenen. Expressum ex *Leonid. Tar.* Ep. XLI. et *Antip. Sidon.* XXXII. ubi vide not. — V. 2. γυμνήν. Sic in Ep. *Platoni* tributo nr. IX. ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης; — V. 4. De puellae capillis *Ovid.* I. Amor. XIV. 33. *Illis contulerim, quas quondam nuda Dione Pingitur humenti sustinuisse manu.*

XIV. Anth. Plan. p. 321. St. 460. W. Λουκιανοῦ, οἱ δὲ Ἀρχίου. Confer cum eleganti hoc carmine Ep. ἀδέσπ. CCLXXIV. — V. 2. ἀντίτυπον φθογγήν. *Satyr. Thyill.* Ep. II. μέλπεται Ἀχὼ Ἀντίθρουν — ὄπα. *Julian.* Epist. LIV. p. 441.

p. 441. ὅτι ἐστὶν ἠχὼ φωνῆς εἰς ἀέρος πλῆξιν ἀντίτυπος ἠχὴ, πρὸς τοὔμπαλιν τῆς ἀκοῆς ἀντανακλωμένη. Vide *Elsnerum* in Obss. sacr. T. II. p. 407. sq. — ᾀδομένην est in ed. pr. et Ascens. ᾀσομένην in Aldinis. — V. 3. Variarum vocum vocalem *imaginem;* ut *Virgil.* Georg. IV. 50. *Psittacus — loquax, humanae vocis imago. Ovid.* II. Amor. VI. 37. Locus montanus πάντων τῶν λεγομένων μιμητὴν φωνὴν ἀποδίδων. *Longus* L. III. p 87. 20. — V. 4. ὅσσα λέγεις. *quae audita reportas*, ut ait *Ovid.* III. Metam. 369. Epigr. ἀδέσπ. her. XXIX. p. 149. ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.

XV. Cod. Vat. p. 362. Ἀρχίου, οἱ δὲ Παρμενίωνος. Uni Archiae inscribitur in Plan. p. 50. St. 73. W. Ingeniose Echo docet, sua lingua nullam aequiorem esse. — V. 1. γλώσσῃ vulgo. τὰν λ. Vat. Cod. et Plan. Conf. *Ovid.* III. Metam. 356. *Vocalis Nymphe, quae nec reticere loquenti, Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo.*

¶. 96.] *XVI.* Cod. Vat. p. 490. Plan. p. 76. St. 111. W. Priapus in Bosporo Thracico collocatus, se nautis, qui numen implorent suum, praesens auxilium ferre et propterea ab iisdem nunquam non donis et honoribus coli gloriatur. — V. 1. κυμοπλῆγος. Vat. Cod. — V. 4. κατὰ πρύμνης. ventum secundum, πόμπιμον, a puppi flantem, quem inde πρυμναῖον appellabant; cui oppositus πνεῦμα ἐκ πρώρας, ut ap. *Sophocl.* Phil. 640. Cf. *Dorville* ad Charit. p. 115. — V. 5. »κνίσσαν. Sic Vat. Cod. perperam. Scripturam hanc temere et inconsiderate se»cutus sum. Frequentissime in veteribus libris occurrunt »κνῖσα et composita, unico σ et producto ι. Defendi pos»set auctoritate Herodiani Grammatici ap. Eustathium »cum alibi, tum p. 1819. l. 39. ἡ δὲ κνίσσα, κοινότερον μὲν »διὰ δύο σ γράφεται. Ἡρωδιανὸς δὲ ἐθέλει ἀπὸ μέλλοντος αὐτὴν »γενομένην τοῦ κνίζω κνίσω, δι' ἑνός τε γράφεσθαι σ, καὶ ἔκτα»σιν λαβεῖν τοῦ ι. Sed falsum est. Cum enim futurum

„κνίσω primam corripiat, κνίσα inde deductum eundem „syllabae modulum servare debet. Recte itaque Etymol. „M. Auctor: κνίζω, κνίσω, κνίσα. τὸ κνί βραχύ. τὰ γὰρ „διὰ τοῦ ιζω ῥήματα τὸ ι βραχὺ ἔχουσι. Hinc ubi metri lex „syllabam productam requirit, κνίσσα scribendum est. „Producitur ι in κνίδη, deducto a praesenti κνίζω." *Brunck.* — V. 7. Aram meam nunquam non odoribus et victimis ornatam videbis. Eadem sibi fieri narrat Priapus ap. *Catullum* nr. XIX. 10. *Florido mihi ponitur picta vere corolla Primitu', et tenera virens spica mollis arista.* — *Sanguine hanc etiam mihi, sed tacebitis, aram Barbatus linit hirculus, cornipesque capella.* — Mox vulgata ἐν δ' ἑκατόμβῃ, quae sensum non habet, emendata est ex Cod. Vat. qui paulo ante v. 6. ἐμῶν legit. — τιμή. Idem ait Thanatos ap. *Eurip.* in Alcest. 54. Vide *Valck.* ad Hippol. p. 161. D.

XVII. Cod. Vat. p. 490. Plan. p. 57. St. 82. W. Priapus rudi arte elaboratus, se piscatoribus et nautis opem ferre ait, numenque suum adeo operibus potius quam forma manifestum fieri. — V. 1. ἐπ' αἰγιαλίτιδα divisim Plan. et Vat. Cod. — χηλὴ proprie portus brachia, sed saepe etiam, significatione paulo generaliore, aggeres, moles, curvamine quodam in mare productae, sive natura sive artis opera, quae verba sunt *Dorvillii* ad Charit. p. 116. sq. — V. 2. αἴθυιας οὔποτε ἀντιβίας. Vat. Cod. et Plan. nisi quod hic ἀντιβίης legitur; quod *Brodaeus* de mergis nunquam in Priapi, falce eos deterrentis, adspectum venientibus interpretatur; et sic *Grotius*: *Cujus in adspectu mergus adesse timet.* His nimirum obversabantur haec *Tibulli* I. El. I. 17. *Pomosisque ruber custos ponatur in hortis, Terreat ut saeva falce, Priapus, aves.* Sed non satis apparet, cur Priapus in litoris arena positus, ubi nulla pomorum cura, mergos terrere dicatur. Quare melior sensus ex *Brunckii* lectione emergit, ubi deus Hellespontiacus se in hac regione avibus

infestum esse negat. Jam litora mergi inprimis frequentare solent. Paulo aliter *Jos. Scaliger* in not. mst. αἰθυίαις οὔποτε ἐντριβίην. Si quid mutandum, nostram lectionem praeferendam censeo. — V. 3. φοξός. capite fastigiato, ut fere in monimentis conspicitur. *Homer*. Il. β. 219. φοξὸς ἔην κεφαλήν. Cf. *Eustath*. p. 156. 44. — ἄτυπους οἰονεικον. vitiose Vat. Cod. et mox ξέουσιν. *Ego haec, ego arte fabricata rustica, Ego arida, o viator, ecce populus.* *Catull.* XX. 1. 2. Lusus in Priap. LXIV. 9. *me terribilem deum fuste Manus sine arte rusticae dolaverunt.* Ejusmodi enim deorum signa *properanti falce dolabantur*, ut *Propertius* de Vertumno ait IV. 2. 59. — V. 6. πνοιῆς. quovis vento pernicior. Comparatio passim obvia. Vide *Valcken.* in Diatr. p. 108. B. — V. 7. τὰ θέοντα. De piscibus sunt qui accipiant. Quod secus videtur. Opis, quam piscatoribus Priapus affert, satis in praecedentibus facta est mentio; idem vero praeterea nautis opitulari solet. Quare τὰ θέοντα καθ' ὕδατος naves esse videntur, per omne mare quae *currunt*. *Leonid. Tar.* Ep. XC. Λιβυκοῦ μέσσα θέων πελάγευς. — V. 8. γνωστὸν τύπον. Deorum indoles ex eorum operibus cognoscitur. τύπος est signum, quo quid cognoscitur; vestigium alicui rei impressum; nonnunquam etiam rudis rei delineatio, quam sibi describit artifex. Vide *Alberti* Obss. phil. p. 428. θεῖον τύπον, *divinam speciem*, dixit *Rufin*. Ep. XI. κραδίῃ γνωστὸς ἔνεστι τύπος. *Meleag*. Ep. LIII. ubi vide not. p. 70. De charactere accipiendum in locutionibus τὸν τύπον νοεῖν, ἐννοεῖν, de quibus nonnulla dedit *Toup*. ad Longin. p. 308. sq.

XVIII. Cod. Vat. p. 227. sq. Planud. p. 237. St. 344. W. Continetur his versibus laus Ajacis, cui, cum summa virtute pro Graecis pugnasset, virtutis praemium, Achillis arma, fato jubente, detracta esse poëta affirmat. — V. 1. ἐναιρομένῃσιν corrigere tentat *Opsopoeus* et *Brodaeus*, qui hanc vocem cum νηυσὶ conjungit ver-

titque, *quas ab incendio servavit.* Similiter *Jos. Scaliger* in not. mst. ἐναιρομέναισιν. Jam ἐναίρειν de rebus usurpari, pro *perdere*, docet locus in Odyss. T. 263. μηκέτι νῦν χρόα καλὸν ἐναίρεο. ubi *Eustathius* hoc verbum per ἀφανίζειν, αἰσχύνειν interpretatur. Vix tamen putaverim, hac emendatione opus esse. οἱ ἐναιρόμενοι Achivi sunt a Trojanis caesi, pro quibus Ajax, ne a Trojanis spoliarentur, propugnavit. Hoc autem fiebat potissimum scuto praetento. Jam lege Il. ρ. 132. Αἴας δ' ἀμφὶ Μενοιτιάδῃ σάκος εὐρὺ καλύψας Ἑστήκει. Ad hunc locum respexit *Archias*. In *Sophocl.* Ajace 1269. Teucer conqueritur, quod Agamemnon beneficiorum, quae ab Ajace acceperit, plane sit immemor — οὐ σὺ πολλάκις Τὴν σὴν προτείνων προὔκαμες ψυχὴν δορί. — Jam versu secundo alterum laudis argumentum est illustris pugna ad naves, ubi solus Ajax naves ab Hectoris impetu defendebat. Conf. Il. XV. 415. sqq. Rem tragico spiritu persequitur *Sophocles* in Aj. v. 1273. sqq. — Pro ὑπέρμαχον Vat. Cod. ὑπέρμαχος; versu sq. autem αἰὲν (cum Plan.) et ἄρην. *Suidas*, qui hoc distichon excitavit v. ἐναίρειν T. I. p. 740. αἰὲν quoque legit. Nihil hac vocula in hoc contextu languidius; nec fieri posse puto, ut herois, qui hoc carmine celebratur, nomen in decem versibus ne semel quidem ponatur. Probanda igitur *Brunckii* lectio, cujus fontem, ut multis aliis in locis, hic quoque indicare neglexit. — Ceterum ἄρην, quod membranae Vat. offerunt, non respuendum. Vide *Maittaire* de Dial. p. 361. C. — V. 3. ἄσεν. Vat. Cod. — Laudat h. v. *Suidas* in χερμαδίῳ T. III. p. 664. — V. 5. προβλής. προβλῆτι. τόπῳ προβεβλημένῳ καὶ προνενευκότι εἰς τὴν θάλασσαν. *Etym. M.* Ducta fortasse comparatio ex Il. ο. 618. ἴσχον γὰρ πυργηδὸν ἀρηρότες, ἠύτε πέτρη Ἠλίβατος, μεγάλη, πολιῆς ἁλὸς ἐγγὺς ἐοῦσα. Conf. *Virgil.* Aen. X. 693. *Sophocl.* in Aj. 1212. καὶ πρὶν μὲν οὖν ἐννυχίου Δείματος ἦν μοι προβολὰ καὶ βελέων θούριος Αἴας. — V. 6. ἱδρυθείς. Vat. Cod. — λαίλαπι.

Tempeſtatibus ſimiles pugnae. Multa hujus generis ex vett. collegit *Klotz.* ad Tyrt. IV. 8. — ¶. 97.] V. 7. De hac ὅπλων κρίσει, in qua Ajax Ulyſſi, fortiór verſutiori, cedebat, veterum loca collegimus ad *Tzetzae* Poſthomer. v. 481. ſqq. — V. 9. τάδ' ἤμπλακεν. Peccavit quidem, ſed fato jubente peccavit. ἄμπλακεν. Vat. Cod. Idem mox σὺ σῇ pro vulgato τεῇ. Nemo dignus erat, qui de tali viro referret victoriam; hinc factum, ut ſe ipſe occideret.

XIX. Anth. Plan. p. 350. St. 489. W. In annulum ex jaſpide viridiſſimo, cui boves inſculpti. In Vat. Cod. p. 479. τὴν ἴασπιν legitur. χλοηκομέειν. quaſi herbam paſcentibus ſubjiciens. Conf. Ep. Platonis XVII.

XX. Cod. Vat. p. 371. Ἀρχίου νεωτέρου. Edidit *Jenſius* nr. 108. *Reiske* p. 157. nr. 759. — V. 1. membranae Κωρυκίου. *Reiske* Κωρύκου emendavit. Nam Corycum eſſe nomen urbis in Cilicia; Corycium eſſe promontorium et antrum urbi vicinum. Poſſe quoque Κωρυκίαν, πόλιν ſc. legi. Priorem hanc conjecturam metri lex reſpuit; nam in Κωρύκου media corripitur. Optima eſt *Br.* lectio Κωρυκίων, *Coryciorum urbem.* Vide *Steph. Byz.* p. 499. ed. Berk. — V. 2. Ad ὁσίῃ in marg. ſcribitur νῦν τῇ θυσίῃ. Quam gloſſam *Reiskius* ex conjectura in textu poſuit. *Suidas:* Ὁσίαν. κηδείαν. τὴν ἐπὶ νεκροῖς τιμήν. — λιτὴ ὁσίη eſt igitur *honor modicus*, *parvum munuſculum* deo ab homine, ut ſuſpicari licet, paupere allatum.

XXI. Cod. Vat. p. 413. Ἀρχίου Μιτυληναίου. Planud. p. 30. St. 46. W. *Stobaei* Floril. T. IX. p. 99. Gesn. 59. Grot. In corvum a ſcorpione, quem rapturus erat, percuſſum. — V. 1. μελαίνπτερος. Gesn. „μελάμπτερος. Sic „ap. *Stobaeum* legitur in Florilegio *Grotii.* Perperam „Planudea μελάντερος. Vat. Cod. μελάντερον. unde genui„nam lectionem eſſe credo μέλαν πτερόν. numeri enallage „νομέων τὰ μέλανα πτερὰ ἐν αἰθέρι.“ *Brunck.* In μελάμπτερος

inciderat etiam *Jos. Scaliger* in not. mst. et *Musgrav.* ad Euripid. Alcest. 846. — Pro νεμῶν Ald. pr. et Junt. νομῶν. *Soter* in Epigr. quae ex Planudea excerpta dedit ao. 1525. καίων, procul dubio ex conjectura. — V. 2. ὧδε. *Steph.* male. Aldinae omnes εἶδε legunt. — V. 3. μάρψας. Ed. Fl. Ald. pr. et Junt. μάρψαν ex Lect. Ald. pr. in contextum venit. Et sic Vat. Cod. Conatus indicatur, non factum. — V. 4. ἐν πέτρᾳ. vitiose Vat. — V. 5. ζωᾶς μέν. Idem. — τὰ δ' ὄσσων. Plan. et Vat. C. — Inepta lectio, cui nihil respondet in altero enuntiationis membro. Quare *Br.* leni mutatione — nam ex Codd. profectam esse emendationem dubito — ὡς ἂν scripsit. Eandem conjecturam in *Jos. Scaligeri* schedis reperio.

XXII. Cod. Vat. p. 316. Ἀρχίου Μιτυληναίου. Planud. p. 220. St. 321. W. Nymphae Marsyam in pinu suspensum lugent, quod dulcem tibiae cantum, quo ipsas olim delectaverit, non amplius auditurae sint. Frustra Interpretes in hoc carmine ironiam quaesiverunt. Quos falsa, quam de Marsya imbiberant, opinio fefellit. Non contemnendus ille musicus, quamvis nihil ad Apollinem. *Hygin.* Fab. CLXV. *quas* (fistulas) *Marsyas, Oeagri filius* (*Hyagnis fil.* corrigit *Seldenus* ad Epoch. Gr. p. 1496. Si quid mutandum, *Olympi* potius scripserim.) *pastor, unus ex Satyris invenit; quibus assidue commeletando, sonum in dies suaviorem faciebat.* De Marsya vide not. ad *Dioscorid.* Ep. XV. — V. 1. αἰωρῇ. Marsyae pellis Celaenis in acropoli monstrabatur suspensa, ubi Marsyae fluvii fontes. *Herodot.* L. VII. 26. p. 523. 99. ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς (ἐν τῇ πόλι omittendum judicat *Valcken.*) ἀνακρέμαται. Conf. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIII. 21, et *Zeunium* ad Xenoph. Ἀ. Κ. L. I. 2. 8. p. 11. Locis, quos hi attulerunt, adde *Agathiam* L. IV. p. 128. ed. Vulc. ἀποδαρὲν αὐτῷ τὸ δέρμα καὶ ἐπὶ δένδρου ἠωρημένον. Anthol. Lat. T. I. p. 100. Ep. CXXXVIII. *Aëria victus dependet Marsya ramo, Nativusque probat pectora*

sensa rubor. — V. 1. θήριον ὁ. δέρμας. Vat. Cod. — θήρειον δέμας. Satyri enim θῆρες. — V. 3. αἰώρῃ. Vat. Cod. — ἀνάρσιον ἔρον. gravem et fatalem. Vide *Eustath.* ad Il. p. 1489. 33. *Ruhnken.* ad Tim. p. 30. — V. 4. κελαινίτην. Vat. Cod. — πρῶνα. Rupem illam procul dubio, ubi *Nymphas Marsyae amore retentas considere* poëtae dixerant, tradente *Curtio* L. III. 1. 2. — V. 6. τὰς δὲ ἄκρας et in fine πευσόμενον. Vat. Cod.

T. 98.] *XXIII.* Cod. Vat. p. 414. Plan. p. 84. St. 124. W. Historia de merula simul cum turdis in laqueos incidente, sed liberata. Expressum ex Ep. *Antip. Sid.* LXII. ubi vide not. — V. 1. »In Planudea legitur αὐταῖς, quod nihil significat, et depravatum videtur ex λιτταῖς, unde διτταῖς scripsi.« *Br.* αὐταῖς etiam membr. Vat. Vix vera *Brunckii* emendatio. In talibus enim αὐταῖς idem est, quod ἅμα, nisi plane abundare dixeris. *Homer.* Il. ι. 194. ταφὼν δ' ἀνόρουσεν Ἀχιλλεὺς Αὐτῇ σὺν φόρμιγγι. *Xenoph.* K. Π. L. II. p. 46. ὁ δὲ νεανίας ἐκεῖνος εἵπετο τῷ λοχαγῷ αὐτῷ σὺν τῷ θώρακι. *Athen.* L. XIII. p. 575. E. καταλιπὼν ἔν τινι τόπῳ αὐτῷ ἅρματι τὸν ἁρματηλάτην. Plane abundat αὐταῖς ap. *Theocrit.* Eid. VII. 70. αὐταῖσι κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων. — V. 2. νεφέλῃς. λίνου νεφοειδέι κόλπῳ dixit *Paul. Silent.* Ep. LXXII. νεφέλαι et νέφεα, retia tenuissima. Vide *Huetium* p. 10. — V. 3. θώμιξ. Vat. Cod. — θώμιγξ. λεπτὸν σχοινίον. θώμιγγες, δεσμοί. ὁρμιαί. σχοινία. χορδαί. σπαρτία. κανάβινα. *Hesych.* Primitus retis limbum designasse, suspicatur *Arnaldus* in Lectt. gr. p. 185. Vide *Fischer.* ad Anacr. p. 359. *Scaligerum* ad Festum v. *Thomices.* — V. 4. αὖ μεθῆκε. Vat. Cod. αὖθι μεθῆκε. Plan. — V. 5. ἱερόν. Vat. — ἔτυμον Vat. et vett. edd. omnes. ἐτύμως Steph. — In fine vers. πολλή. Vat. Cod. — *Antipater* l. c. ἦν ἄρ' ἀοιδῶν φειδὼ κὴν κωφαῖς, ξεῖνε, λινοστασίαις. — πτηνῶν. Vulgo.

XXIV. Cod. Vat. p. 361. Ἀρχίου Μιτυλην. Planud. p. 45. St. 65. W. Equi sortem poëta conqueritur, qui, post multas victorias ex gymnicis certaminibus reportatas, molam agere cogebatur. — V. 1. ἀελλοπόδων. Ex *Simonid.* ap. Aristot. Rh. L. III. 2. χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων. Similia collegit *Bochartus* in Hieroz. II. c. IX. p. 161. — Αἰετός. a pedum pernicitate. *Oppian.* Κυν. L. I. 280. de equis Hispaniae: κείνοισιν τάχα μοῦνος ἐναντίον ἰσοφαρίζοι Αἰετὸς αἰθερίοισιν ἐπιθύνων γυάλοισιν. De nominibus equorum vide T. I. P. I. p. 405. — V. 2. κῶλα. Equorum itaque in certaminibus pedes taeniis ornabantur. Vide *Brodaeum.* — V. 4. πτανοῖς. Harpyiae, equi, ap. *Hesiod.* Theog. 268. αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται ὠκείῃς πτερύγεσσι. *Apollon. Rhod.* L. IV. 220. Αἰήτης ἵπποισι μετέπρεπεν, οὕς οἱ ὄπασσεν Ἠέλιος πνοιῇσιν ἐειδομένους ἀνέμοιο. Hujus et similium comparationum fons est in *Homer.* Il. XVI. 149. XIX. 415. — V. 5. νεμέῃ. vitiose Vat. Cod. — V. 7. δειρῇ et χαλινὸν Cod. Vat. — κλοιῷ. Loco freni nunc ligneo collari instructus sum. κλοιὸν (vide ad *Antip. Sid.* Ep. XVII.) itaque hujusmodi equi in cervicibus gerebant, unde lora, ni fallor, alligabantur. — V. 8. Vulgo ἐλᾷ et ὀκρυόεντι. Vat. Cod. ἐλαί, quod eodem redit. ἀλεῖ *Casaubonus* emendavit in not. mst. et *Jo. Pierson.* ad Moer. p. 18. ὄνοι ἀλοῦντες sunt ap. *Aelian.* in H. A. XII. 34. *Plutarch.* T. II. p. 157. τῆς ξένης ἤκουον ᾀδούσης πρὸς τὴν μύλην, ἐν Λέσβῳ γενόμενος· ἄλει, μύλα, ἄλει. Huc facit *Aesopi* Fab. CXCIII. γέρων ἵππος ἐπράθη πρὸς τὸ ἀλήθειν· ζευχθεὶς δὲ ἐν τῷ μύλωνι στενάζων εἶπεν· Ἐκ ποίων δρόμων ἐς οἵους καμπτῆρας ἦλθον. Haec pro recepta lectione afferri possunt. Non tamen valde offendor vulgata ἐλᾷ. Proprie quidem lapis molaris ἐλαύνεται, quo facto fruges ἀλήθονται, *franguntur.* Jam igitur poëtae licebat dicere: καρπὸν ἐλᾷ λίθῳ, pro λίθον ἐλαύνων τὸν καρπὸν ἀλεῖ. Sic solent poëtae. — V. 9. ἴσαν. Vat. — Elegia in Maecen. v. 69. *Impiger Alcide,*

multo defuncte labore, Sic memorant curas te posuisse tuas. Conf. *Ovidii* Heroid. IX. 81.

XXV. Hoc carmen, quod idem argumentum, sed longe brevius et elegantius, enarrat, in Planud. p. 48. St. 69. W. Λεόντειος inscribitur. In Vat. Cod. p. 361. auctoris nomen non additur; sed lemma est: Εἰς τὸ αὐτὸ ὁμοίως. Qua igitur commotus auctoritate *Brunckius* hoc carmen inter *Archiae* poëmata retulerit, non constat; sed conjecturam potius quam Codicis cujusdam auctoritatem secutus esse videtur. *Ilgen* Vir. cl. qui in Opusc. philol. T. II. optime de *Archiae* carminibus meruit, p. 73. *Archiae Antiocheno* illud tribuere malit; nisi potius pro Λεόντειος Λεοντίου, vel etiam Λεωνίδου corrigendum sit. Hoc enim poëta dignum, ejusque nomen cum *Leonis* nomine confundi; verisimile denique, ex hoc exemplari superius carmen expressum esse. Jam vero, *Archiam Leonidae* inprimis scrinia compilasse, ex multis exemplis patere. — V. 1. ὦ 'νερ, ὁ τὸ πρὶν Διος. Vulgo. Et sic in Vat. Cod. ubi τὸ lineae superscriptum. Nec hoc placet, nec *Brunckianum*. Loco vocabuli ὦνερ, quo facile carere possumus, equi nomen lectum fuisse probabile est. Longe sine dubio elegantior foret lectio sic:

Ὁ πρὶν ἐπ' Ἀλφειῷ στεφανηφόρος Αἰετὸς, ὁ πρὶν — —

Vix tamen putaverim, librarios tantopere a veritate aberrasse. Quare vide, an corrigi possit:

Ὁ πρὶν ἐπ' Ἀλφειῷ στεφανηφόρος, ἱερὸν ὁ πρὶν
δισσάκι κηρυχθεὶς Κασταλίης παρ' ὕδωρ.

Junge ἱερὸν παρ' ὕδωρ. Vocabulum ἱερὸν primam syllabam modo producit, modo corripit. Recte autem et ex poëtarum consuetudine Castaliae aqua vocatur *sancta*. *Senec.* Oedip. 276. *Frondifera sanctae nemora Castaliae.* Idem 220. *Sancta fontis lympha Castalii stetit.* — V. 4. πτηνοῖς. Vat. et Plan. Non dubito, quin legendum sit:

ὁ πρὶν πτανοῖς ἶσα δραμὼν τ' ἀνέμοις.

Duplex est comparatio, altera alterâ gravior, cum equus primum aves, deinde etiam ventos currendo aequare dicatur. Sic plane *Hesiod.* in Theog. 268. quem locum supra laudavimus. — V. 6. στεφάνων ὕβριν. Vulgo. Nostrum est in Vat. membranis.

¶. 99.] *XXVI.* In Plan. p. 120. St. 173. W. hoc carmen cum alio in Medeam, quod *Br.* retulit inter Ep. *Leonidae Alex.* nr. XXXI., *Archiae* inscribitur, sed falso. In Vat. Cod. p. 414. utrumque *Leonidae* est illius, et quidem ἰσόψηφον, quo lusuum genere ille oblectabatur. Error inde ortus, quod in Anthol. Constantini, unde Planudes suam excerpsit, *Archiae* Epigramma (nr. XXIII.) proximo loco praecessit. — Scriptum in hirundinem, quae in tabula Medeae imaginem exhibente nidum construxerat. — V. 2. γραπτῇς νοσσοτροφεῖς πυκτίδι. Vat. Cod. — νεοσσοτροφεῖς. Ald. pr. — *Suid.* πυκτίον. τὸ βιβλίον. τὸ πινακίδιον. Idem πυκτίς. tabula. *Jos. Scaliger* tamen mallet πυξίδι. πυξίδα. δίπτυχα. *Hesych.* — V. 3. Sperasne, fore, ut, quae ne suis quidem liberis perpercerit, ea tuis pullis praestet fidem? — Idem argumentum, sed diversa ratione, tractavit *Philippus* Ep. LIII.

XXVII. Plan. p. 308. St. 448. W. Ἀρχίου nomen omissum in Ed. *Jani Lascaris*, accessit in Ald. pr. unde in sqq. edd. pervenit. — Monentur agri Nemeaei incolae, leone interfecto ne amplius timeant. Tum ad Herculem conversus poëta, eum, ut Junonis iram placare pergat, hortatur. — V. 1. ταυροβόροιο. Frequens ap. poëtas leonum epitheton. Conf. *G. Wakefield* in Delect. Trag. T. II. p. 195. — Quum Hercules, leonis quaerendi causa, in agrum Nemeaeum venisset, οὐδέ μὲν ἀνθρώπων τις ἔην ἐπὶ βουσὶ καὶ ἔργοις φαινόμενος — Ἀλλὰ κατὰ σταθμοὺς χλωρὸν δέος εἶχεν ἕκαστον. Carmen inter *Theocrit.* XXV. 218. sqq. — V. 4. ἀγχόμενος. Fauces leoni prae-

cludens Hercules passim in priscae artis monimentis occurrit. Auctor carminis modo laudati v. 266. ἤγχευ δ' ἐγκρατέως, στιβαρὰς σὺν χεῖρας ἐρείσας Ἐξόπιθεν. — V. 5. Jam licet greges iterum in pascua educi. Comparanda similis imago regionis ab hostium incursionibus liberatae ap. *Theocrit.* XVI. 88 — 93. — V. 7. πάλιν. Haec non satis perspicua sunt. ῥινὸς potest esse scutum, quo nonnulli Herculem armaverunt. Vide not. ad Ep. *Theocriti* XIX. Sed pronum est de leonis exuviis cogitare, quibus thoracis loco utebatur. Tum sensus: Iterum atque iterum arma sume, (clavam, arcum, leonis pellem) novisque semper facinoribus editis Junonis novercae iram placare studeas. Hac enim arte *vagus Hercules Enisus arces attigit igneas*, ap. *Horat.* III. Carm. III. 9. 10.

XXVIII. Cod. Vat. p. 235. Planud. p. 264. St. 380. W. In picae loquacissimae mortem. — V. 1. 2. *Suidas* T. I. p. 231. in ἀντίφθογγον, ὅμοιον, hoc distichon proferens, legit ἡ πάρος ἀ. ἀποκλάγξασα, ut Vat. Cod. In idem incidit *Jos. Scal.* in not. mst. Hoc restituendum. Il. κ. 276. ἐρωδιοῦ — κλάγξαντος ἄκουσαν. Il. μ. 207. αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο. — Pica pastoribus, piscatoribus et lignariis respondens et quodammodo cum iis certans fingitur. Similiter *Theocr.* XVI. 94. ἀνίκα τέττιξ Ποιμένας ἐνδίους πεφυλαγμένος, ὕψοθι δένδρων Ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσι. — V. 3. »πολλάκι δέ —, sic codices, Florentina, et Suidae »princeps editio, apud quem integrum hoc distichon »legitur v. κερτόμιος. (T. II. p. 302.) ubi male pro »κρέξασα legitur κράξασα. Nescio an non melius scribe»retur: οἷά τις ἀχὼ κέρτομος.« *Br.* — V. 3 - 6. *Suidas* iterum laudat v. ἀντῳδὸν T. I. p. 232. et v. 5. 6. in ἀγλωττία T. I. p. 31. Si quid mutandum sit, malim equidem:

πολλάκι δὲ κρέξασα, πολύθροος οἷά τις ἀχώ,
κέρτομον ἀντῳδοῖς χείλεσιν ἁρμονίαν.

quae epithetorum structura poëtarum consuetudini et

elegantiae accommodatissima. Vulgo πολλάκι δὴ legitur. In Vat. Cod. ἀντ' ᾠδοῖς. — V. 5. *Suidas* neglecto dorismo μιμητὴν ζῆλον ἀνημμένη. — μιμητὴς ζῆλος, illud voces cum hominum tum bestiarum imitandi studium. *Ovid.* II. Amor. VI. 1. *Psittacus Eöis imitatrix ales ab Indis.* et 23. *Non fuit in terris vocum simulantior ales, Reddebas blaeso tam bene verba sono. Statius* II. Sylv. IV. 2. *Humanae solers imitator, psittace, linguae – affatus etiam meditataque verba Reddideras: at nunc aeterna silentia Lethes Ille canorus habes.*

XXIX. Cod. Vat. p. 238. Planud. p. 265. St. 382. W. In cicadam a formicis confectam. In prioribus duobus distichis color ductus ex Ep. *Meleagri* CXI. et *Mnasalc.* Ep. X. — V. 1. χλοερεῖς. Vulgo. — πτόκης. Vat. Cod. a pr. man. — ¶. 100.] V. 3. 4. excitat *Suid.* v. ἕξον T. II. p. 120. qui ἀχέτα legit, ut est in Ed. Flor. et Aldin. omnibus. ἠχέτα Steph. dedit ex Ascens. — V. 4. τερπνότερον. Vat. Cod. *Suidas* et Plan. Nec temere spernenda haec lectio. Neutrum τερπνότερον ad totam enuntiationem referendum est: τοῦτο τὸ κρέκειν μολπὰν οἰονόμοις τερπνότερον χέλυος. Similis est generis enallage ap. *Aristoph.* in Acharn. 1115. πότερον ἀκρίδες ἥδιόν ἐστιν ἢ κίχλαι. — V. 6. *Suidas* v. ἀπροϊδὴς T. I. p. 304. — ἀμφ' ἐκάλυψε. Cod. Vat. — V. 7. 8. *Suidas* in Μαιονίδας T. II. p. 512. Cicadam, voce musica pollentem, cum summo poëtarum comparat. συγγνωστόν. Non tam indigne hoc fatum ferendum est. — κοίρανος ὕμνων. *Antipater Thess.* Ep. XXIV. ὕμνων σκᾶπτρον Ὅμηρος ἔχει. *Hermesianax* El. v. 28. ἥδιστον πάντων δαίμονα μουσοπόλων. *Propert.* I. El. VII. 3. *Atque ita sim felix, primo contendis Homero.* — Fabula de Homeri morte satis nota. Vide ad *Alc. Messen.* Ep. VII. — V. 8. ἴθανεν. Vulgo et in Vat. Cod.

XXX. Cod. Vat. p. 238. sq. Bis *Kusterus* exhibuit ad *Suidam* T. III. p. 230. et p. 459. *Reiskius* Anth.

p. 76. nr. 574. Lemma in Cod.: Ἀρχίου εἰς δελφῖνα ἐκβρασθέντα ἐκ θαλάσσης ἐν τῇ χέρσῳ. — Imitatus eſt auctor Ep. *Anytes* XII. — V. 1. ἅλμας ex correctione legit Vat. Cod. — Mox *Kuſteri* et apogr. Lipſ. vitioſam lectionem ποιήσεις optime emendavit *Reisk.* πτοιήσεις, quod nunc ipſae membranae confirmant. *Erycius* Ep. VII. κύνες ἀνεγείρομενες ἐπτοίησαν θῆρα μέγαν. Interpretationis loco eſt *Oppianus* Hal. V. 433. οἱ δ' ἔκτοσθεν ἐπαΐσσοντες ὁμαρτῇ Δελφῖνες φοβέουσι. — V. 3. „οὐδὲ πρὸς εὐτρήτοιο. „Sic recte Reiskius. Scriptum in Cod.: οὐδὲ πολυτρήτοιο. „Oppian. ἁλ. α. 455. de delphino: καὶ κελαδεινῇ τερπόμενος σύριγγι λιλαίετο πάσιν αὐτοῖς μίσγεσθαι. Plinius: „*Delphinus non homini tantum amicum animal, verum et* „*muſicae arti; mulcetur ſymphoniae cantu et praecipue* „*hydrauli ſono.*" *Br.* Vide, quae notavimus ad *Arionis* Hymnum, Vol. I. P. I. p. 179. ſq. — V. 4. ἀναρρίψαις. Vat. Cod. — V. 5. 6. laudat *Suidas* in πρῆνες T. III. p. 171. ſic: ἢ Γάργαρον ἴσον πρηῶνι Μαλείης, ᾧ ἐκυκήθη κῦμα πολυψάμμους ὦσεν ἐπὶ ψαμάθους. Sic pentameter legitur in Cod. Vat. Initio hexametri autem idem legit εἰ, quod in ἢ mutandum, ut *Kuſterus* loco priore edidit. Ἴσον πρηῶνι. *Lucian.* T. III. p. 254. καὶ τὸ κῦμα πολλάκις αὐτῷ ἰσομέγεθες τῷ σκοπέλῳ. — V. 6. „Scriptum in Cod. κῦμμα „πολυψάμμους ὦσεν ἐπὶ ψαμάθους. quod manifeſto corru„ptum. Emendabat Salmaſius πολυψήφους ὦσε σ' ἐπὶ ψαμά„θους. Quum non mala eſſet Toupii lectio, ab ea disce„dere nolui. Plurimis tamen modis emendatio tentari „poterat, et quod mihi optimum videtur proponam: „πολυψάμμους σ' ὦσεν ἐπ' αἰγιαλούς. Conf. Anytes Ep. XII. „ex quo hoc expreſſum." *Br.* *Reiskius* dedit πολυψάλμου σ' ὦσεν ἐ. ψαμάθου. quod ſecundum ipſum auctorem *litus planctuoſum* ſignificat. *Toupius* πολυξάντους ſcripſit, *litus a maris fluctibus verberatum*, ex *Qu. Maecii* Ep. VIII. ἁλιξάντοισι χοιράσι. At hoc epitheton, quod rupibus egregie convenit, quas unda verberando excavat et tantum

ter *Theſſ.* l. c. καὶ νέκυν ἀπρήϋντος ἀνιήσει με θάλασσα. Quod hic ἀπρήϋντον mare appellat, illi eſt ἄγρυπνον. — Ἰονίου, πόντου ſcil., ut ap. *Theaet. Schol.* Ep. II. ἄτρομος Ἰονίου τέρμα θαλασσοπόρει. *Diodor.* Ep. XVI. ἔῤῥοις, Ἰονίοιο πολυπτοίητε θάλασσα. — V. 3. Vulgo ποτὶ χοιράσιν. ut in Ep. *Qu. Maecii* VIII. Noſtrum eſt in Vat. Cod. δειράδες. οἱ τραχώδεις τόποι τῶν ὀρῶν. *Suid.* Etiam de rupibus prope mare. *Eurip.* Iph. T. 1090. παρὰ τὰς πετρίνας πόντου δειράδας. et 1240. ἀπὸ δειράδος ἐναλίας. *Antipater* l. c. ἐρημαίῃ κρυπτὸν ὑπὸ σπιλάδι. — V. 4. ξείνου. Vat. Cod. — V. 5. Junge κύω καὶ ἐν νεκύεσσι. — V. 6. δοῦπον ἐπερχόμενον. Vulgo. Longe gravior eſt Vat. lectio. — V. 7. με κατ' ἔναυσεν. Vat. Cod. Ne mors quidem me liberavit a moleſtiis. — V. 8. θανὼν τελείῃ. Sic membranae Vat. unde *Brunckius* emendavit τελέῃ.

XXXIV. Cod. Vat. p. 217. ſq. cujus auctoritate *Archiae* tribuitur. Nam in Plan. p. 284 b. St. 420. W. ſine auctoris nomine proſtat. Expreſſum eſt hoc carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. LIX. ubi vide not. — V. 3. laudat *Suid.* in καμόντων T. II. p. 236. εἴδωλα καμόντων dixit *Homer.* Od. λ. 475.

Ex Tom. II. p. 528.] *XXXV.* Hoc carmen, quod in Vat. Cod. p. 226. et in Plan. p. 239. St. 347. W. auctoris nomine caret, tanquam incognitum dignumque, quod Anthologiae insereretur, ex Cod. Mſc. in quo *Archiae* tribuitur, *Barneſio* prolatum eſt ad Il. ω. 729.— Trojam poëta ait cum Hectore, Pellam cum Alexandro concidiſſe. Urbes et terras igitur virorum gloria, non viros patria ſua celebrari. — V. 1. Τροίη. Vat. — χεῖρας ἀντ. Non amplius Danaorum impetum ſuſtinuit. — V. 3. σὺν ἐπώλετο. Vat. Cod.

TUL-

TULLII LAUREAE EPIGRAMMATA.

¶. 102.] *I.* Cod. Vat. p. 572. Duo priora hujus carminis disticha *Reiskius* protulit in Notit. Poët. p. 226. sq. Poëta, cum Polemo puer, quem in deliciis habebat, se in iter daret, vota ad Apollinem fecerat, si puer rediisset salvus. Ille barbatus rediit; quare se voti damnatum esse negat ille. In eodem argumento versatur *Flaccus* Ep. II. et *Strato* Ep. XII. XIII. Ex his carminibus *Br.* scribendum censet v. 1. ἀνῆλθεν. v. 3. ῥέζειν. v. 6. ἦλθεν ἔχων. De re perfecta enim sermonem esse: ἦλθε δὲ σὺν πώγωνι. Aliter temporum rationem non constare. — V. 1. *Reisk.* χαρτόσυνος. In versu minore lacuna est in Cod. Vat. οιοσα κοίρανε πεμπόμενος (sic). Hanc inepte explevit, qui Buherianum Cod. scripsit: οἷος ἀφ' ἡμείων κ. In Gaulmini apogr. margine οἷος ἀπόλλω σοι κ. *Brunckius Salmasii* conjecturam recepit. *Reiskius* legit: οἷος ἀπῆρε, νεῶν κοίρανε. Quae omnia valde jejuna sunt. Felicius res successit *Schneidero*, qui in schedis sic corrigit:

Εἴ μοι χαρτὸς ἐμὸς Πολέμων καὶ σῶος ἀνέλθοι,
οἷος ἔην, Δήλου κοίρανε, πεμπόμενος,
ῥέξειν, οὐκ ἀπόφημι, τὸν ὀρθροβόην ἐπὶ βωμοῖς
ὄρνιν, ὑπ' (malim ἐν) εὐχωλαῖς ὡμολόγησα, τεοῖς.

— V. 5. ἢ ante πλέον in Cod. omittitur. Supplevit *Reisk.* in apogr. sui margine. — V. 7. 8. In apogr. Lips. hoc distichon hoc loco omissum, insertum est Epigrammati *Scythini* I. (post versum secundum), quod in membranis in eadem pagina legitur. *Klotzius*, qui *Scythini* carmen edidit ad *Tyrtaeum* p. 79. non intellexit, quam alienum hoc distichon ab illo carmine esset. In Vat. Cod. τὴν θυσίην πρὸς σὲ legitur, quod recte emendatum est in marg. apogr. Gaulmini. *Klotzius* prorsus inepte: πρὸς θεὸν εὐξάμενος.

II. In Plan. p. 247. St. 358. W. Στατυλλίου inscribitur. Cujus erroris causa praeclare patet ex Vat. Cod. p. 250. ubi legitur: Τατυλλίου Λαυρέα. De piscatore, qui, cum tempestate in undis periisset, paulo post manibus abrosis in litore inventus est. — V. 1. ἀλιτρεύτας. De hominibus passim. ἀλιτρεύτοιο γέροντος *Theocr.* Eid. I. 45. H. l. de cymba, fluctibus multum quassata. Notanda vox κύμβη, hac significatione rarius obvia. *Athen.* L. XI. p. 482. E. ὅτι δὲ καὶ πλοῖον ἡ κύμβη, Σοφοκλῆς ἐν Ἀνδρομέδᾳ φησίν· Ἵπποισιν ἢ κύμβαισι ναυστολεῖς χθόνα; ubi vide *Brunck.* et *Intpp. Hesych.* in κύμβη, νεὼς εἶδος. — V. 3. ἐκ abest a Cod. Vat. — κατ' ἴδυσι. Vat. — V. 4. Idem mare eundem mane ejecit in litus. — κροκάλην vulgo. Accentum mutavit *Br.* ut hoc vocabulum adjectivi vim indueret, de quo jam *Huetius* p. 23. cogitavit, cui primo ἠϊόνος arridebat.

¶. 103.] *III.* Cod. Vat. p. 210. Plan. p. 279. St. 404. W. Sappho loquitur. Tumulum ab hominibus sibi exstructum brevi deletum iri; mortalia enim opera diu durare non posse; sed carmina, quae ab ipsis Musis accepisset muneri, nomen suum ad omnem posteritatem propagatura esse. — V. 3. 4. laudat *Suid.* in ληθεδὼν T. II. p. 438. — V. 5. Μουσέων αἰτήσης χ. Vulgo. *Stephanus*, ut metro succurreret, Μουσῶν scripsit. Nostrum est in membranis. Quod si pretium mihi ex honore, a Musis mihi habito, statueris, facile intelliges, me Orci tenebras effugisse. — ἐννεάδι. Ex hoc uno loco, ni fallor, constat, Sapphus carmina lyrica in novem libros descripta fuisse. Octavum τῶν μελῶν librum laudat *Photius* in Bibl. Cod. CLXI. p. 176. Ceterum color idem, qui in Epigrammate in Herodotum ἀδέσπ. DXXXII. Ἡρόδοτος Μούσας ὑπεδέξατο· τῷ δ' ἄρ' ἑκάστη Ἀντὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίαν. — V. 7. ἀίδα σκότος. Vulgo. Similia passim poëtae de gloria, praestantissimo laborum suorum praemio. *Ovid.* I. Amor. XV. 7. *Mortale est quod quaeris*

opus: mihi fama perennis Quaeritur, in toto semper ut orbe canar. Vel illustrissima monimenta *Concutiet, sternetque dies, quoque altius exstet Quodque opus, hoc illud carpet edetque magis. Carmina sola carent fato, mortemque repellunt; Carminibus vives semper, Homere, tuis.* Anthol. Lat. III. p. 448. *Martialis* L. X. Ep. 2. *At chartis nec furta nocent, nec secula praesunt, Solaque non norunt haec monumenta mori.*

SCYTHINI TEII EPIGRAMMATA.

¶. 104.] *I.* Cod. Vat. p. 572. Σκυθίνου. Ex apogr. Lips. edidit *Klotz.* ad *Tyrtaeum* p. 79. Quum ad poëtam venisset puer pulcherrimus et venustissimus, ille sibi gravissimos ex amoris, quo se correptum sentit, flamma cruciatus auguratur. — V. 1. ἦλθέν μοι. Vat. — Pro Ἠλεῖος *Br.* in not. ad *Apollon. Rhod.* I. 215. p. 14. Ἰλισσὸς legendum suspicatur; nomen pueri ductum de nomine amnis in Attica celeberrimi. Hoc ipsum *Reiskius* monuit in apogr. sui margine. — V. 3. Sedecim annos natus, quae aetas ad amores pueriles accommodatissima. *Strato* Ep. IV. ἑξεκκαιδέκατον δὲ θεῶν ἔτος. — V. 4. πάσας καὶ μ. Vat. Cod. et *Klotz.* — V. 5. Haec omnia poëta ἐν ἤθει proferre videri debet. Laudat vocem mellitam; labia ad osculandum veluti formata, et ἀμεμπτόν τι πρὸς τὸ ἔνδον λαβεῖν. His verbis lucem affundit *Stratonis* Ep. XCVII. — Ex verbis καὶ πρὸς ἀναγνῶναι suspiceris, Ilissum puerum Scythino magistro fuisse traditum, qui eum legere et recitare doceret. Quam saepe Grammatici opportunitate ipsis oblata ad flagitia abusi sint, plures veterum dicunt. Conf. *Straton.* Ep. XXIX. — V. 7. Formulam τί πάθω; et τί γὰρ πάθω; illustravit *Valcken.* ad Phoeniss. p. 335. *Brunck.* ad Arist. Lysistr. 884. —

Quae ſequuntur, *φασὶν γὰρ ὁρᾷν μόνον*, ad puerum referenda videntur: dicunt enim, eum amantibus nihil niſi adſpectum concedere, eum amantes nonniſi intueri. Fortaſſe tamen aliquid latet. — V. 8. *χειρομαχεῖν.* Satis facete rem turpem et flagitioſam expreſſit.

II. Cod. Vat. p. 604. Nemo, quod ſciam, ante *Br.* edidit. — Comparandus *Ovid.* III. Amor. VII. 65. *Noſtra tamen jacuere velut praemortua membra Turpiter, heſterna languidiora roſa. Quae nunc ecce vigent intempeſtiva valentque, Nunc opus expoſcunt militiamque ſuam. Quin iſtac pudibunda jaces, pars peſſima noſtri?* Luſus in Priap. LXXXIII. *Silente nocte candidus mihi puer Tepente cum jaceret abditus ſinu, Venus fuit quieta, nec viriliter Iners ſenile penis extulit caput.* *Strato* Ep. LVIII. *Νῦν ὀρθή, κατάρατε, καὶ εὔτονος, ἡνίκα μηδέν· Ἡνίκα δ' ἦν ἐχθὲς, οὐδὲν ὅλως ἀνέπνεις.* — V. 2. *ἐντέταϲ' αἰδῶς ἄν.* Vat. Cod. In apogr. Lipſ. *ἐντέτασαι δ' ὡς ἐάν.* — V. 3. *μοι* abeſt a God. — V. 4. Malim *ἃ ἤθελον.* — V. 5. 6. In apogr. Lipſ. boc diſtichon a ſuperioribus ſejunctum eſt. In eodem vitioſe: *ὅλως χ. ἐπ' ἡμετέρης.*

POMPEJI JUNIORIS EPIGRAMMATA.

¶. 105.] *I.* Cod. Vat. p. 362. *Πομπηΐου, οἱ δὲ Μάρκου νεωτέρου.* Eandem inſcriptionem habet Plan. p. 99. St. 146. W. De Mycenis, temporis vetuſtate dirutis et everſis. Ipſa urbs loquitur. Quantum olim valuerit, Trojae ruinas indicare et Homeri teſtimonium. Conf. *Alphei* Ep. VIII. *Munatii* Ep. T. II. p. 240. — V. 2. *ἀμαυροτέρη σκ.* rupe nuda obſcurior et ignotior. *ἀμαυροῦν*, imminuere, pulchritudine et ſplendore detracto, ap. *Simonid.* Ep. XV. — V. 3. *ἧς ἐπάτησα τείχεα.* Proprie de victore, qui pede ſuperbo dirutae urbis cineres et rui-

nas calcat. *Horat*. Epod. XVI. 11. *Barbarus heu cineres insistet victor, et Urbem Eques sonante verberabit ungula.* Omnino autem verbis πατεῖν et καταπατεῖν adhaesit contemnendi et despiciendi notio. *Hesych.* πατέουσι, καταφρονήσουσι. Vide *Fischer.* ad Anacr. p. 101. — V. 6. Μαιονίδης. Homeri, tanti praeconis, testimonium mihi sufficit. Vide *Wasse* ad *Thucyd.* L. II. p. 423. ed. Bip. qui hoc distichon, sed vitiose scriptum, laudat.

II. Cod. Vat. p. 240. Plan. p. 225. St. 328. W. In Laïdis tumulum. — V. 1. τὸ καλὸν ἄνθ. Sic *Theocrit.* Eid. III. 3. ubi vide *Valcken.* — V. 2. laudat *Suidas* in λείρια T. II. p. 437. Mulier, cui praestantissima a Gratiis munera obtigerant, τῶν Χαρίτων λείρια δρέψασθαι dicitur. Similiter poëtae Musarum flores dicuntur decerpere; cujus generis nonnulla collegimus ad *Nossid.* Ep. XI. T. I. P. I. p. 420. — V. 3. „δρόμον in omnibus libris „est. *Suidas* (in χρυσοχάλινον T. III. p. 694.) aut memo„ria lapsus, aut pravo deceptus Cod. habet φάος in χρυ„σοχάλινον, quam vocem inepte interpretatur λαμπρὸν, „τερπνόν. Versum vertit Kusterus; *non amplius aureum* „*adspicit lumen solis.* χρυσοχάλινος δρόμος est *cursus, qui* „*aureis equorum frenis regitur.* Epitheton hoc cum δρό„μον bene, cum φάος neutiquam conjungi potest.“ *Br.* Epitheton χρυσοχ. quod proprie ad ἠελίου pertinet, more poëtarum ad alterum substantivum translatum est. — V. 5. 6. profert *Suidas* in ζηλώματα T. II. p. 7. et in κνίσματα T. II. p. 335. Utroque loco *Kusterus* ποθεόντων exhibuit. At in Ed. Mediol. et in Anthol. edd. omnibus ποθεύντων legitur. — μύστην λύχνον. nocturnae Veneris clandestinum testem. Sic *Meleager* Ep. CXIV. λύχνον, Κύπρι φίλη, μύστην σῶν θέτο παννυχίδων. Vide ad *Meleagri* Ep. LXXI. p. 87.

Ovidiani II. Amor. II. 43. *Quaerit aquas in aquis et poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.*

MYRINI EPIGRAMMATA.

¶. 107.] *I.* Cod. Vat. p. 161. Edidit *Kuster.* ad Suid. v. κεράντορες T. II. p. 369. *Alberti* ad Hesych. v. θυηπόλος. *Reiske* in Anthol. nr. 413. p. 9. Diotimus Panas, sacro facto, rogat, ut greges ipsius augere velint. — V. 2. laudat *Suid.* v. βουχίλου T. I. p. 450. et in κεράντορες l. c. Temere *Guyetus* βουθήλου tentavit. In Cod. Vat. βουχείλου. — Est Arcadia boves nutriens, a χιλός. Vide *Eustath.* ad Il. α. p. 12. 4. — Versu praec. Cod. Vat. χαροπαῖκται, quod in nonnullis apogr. emendatum est. — Πᾶνες plurali numero dixit etiam *Columella* X. 427. et *Propert.* III. El. XV. 34. *Capripedes calamo Panes biante canent.*

II. Cod. Vat. p. 190. Edidit *Kuster.* ad Suid. in θέριστρον T. II. p. 187. *Reiske* Anth. nr. 504. p. 47. *Brunckius* hoc carmen dedit scriptum ad mentem *Toupii* Em. in Suid. P. III. p. 539. Est in Statyllium, hominem mollem, qui, cum ad inferos descensurus erat, apparatum mollitiei suae Priapo dedicavit. — V. 1. Στατύλλιον ἀνδρόγυνον. Recte intellexit *Reiskius*, hominem pathicum significari, qui, quia muliebria patiebatur, ἀνδρόγυνος vocatur. ἀνδρογύνους ἔρωτας dixit *Lucian.* Amor. 28. Tom. V. p. 290. ed. Bip. Hoc hominum genus quali ornatu fuerit, et quam impudenter mollitiem suam jactaverit, ex multis veterum locis apparet. *Petron.* c. XXI. *Ultimo cinaedus supervenit; myrtea subornatus gausapina, cinguloque succinctus.* et mox de eodem c. XXIII. *Perfluebant per frontem sudantis acaciae rivi, et inter rugas malarum tantum erat cretae, ut putares, de-*

rectum parietem nimbo laborare. — Eundem hominem, qui in Veneris sinistrae servitio consenuerat, Παφίης δρῦν μαλακὴν appellat *Myrinus;* Graecis enim quicquid annosum δρῦς appellatur, monente *Reiskio* et *Toupio.* Hic laudat *Artemidorum* II. 25. δρῦς δηλοῖ καὶ πρεσβύτην διὰ τὸ πολυετές. De vetula *Horat.* IV. Carm. XIII. 9. *Amor — importunus transvolat aridas quercus.* — V. 3. 4. profert *Salmas.* in Plin. p. 193. B. et inde *Bod. a Stapel* ad Theophr. L. III. p. 239. Idem habet *Suidas* in θέριστρον. θερινὸν ἱμάτιον· τὸ ἐκ κόκκου βαφὲν καὶ ὑ. θ. Καὶ τοὺς ἀνδρολιπεῖς κ. τ. Idem T. III. p. 567. ὕσγινος. βάμματος εἶδος· τὰ κόκκοιο βαφέντα καὶ ὑσγίνοιο θέριστρα. In Cod. Vat. legitur τὰκκόκκου β. κ. ὑστίνοιο (man. rec. corr. ὑσγίνοιο) — et v. seq. τοὺς ἀνδρολιπεῖς. Emendatiorem lectionem *Kuster.* et *Reisk.* in apographis suis repererunt. — θερίστρια, ut est ap. *Theocrit.* Eid. XV. 69. sive θέριστρα, tenuia vestimenta fuerunt, quae per aestatis calorem induebantur. *Harpocrat.* Σιέριον ἐκάλουν λεπτὸν ἱμάτιον ἀσπάθητον, οἷον θέριστρον. Eadem nihil fortasse a Ταραντινιδίοις diversa fuisse, suspicatur *Valcken.* in Adoniaz. p. 368. C. — ὑσγίνοιο, Fuit color hysginus e coccino purpureoque commistus. De purpura agens *Plinius* IX. 65. p. 528. *Quin et terrena miscere coccoque tinctum Tyrio tingere, ut fieret hysginum.* ubi vide *Harduinum*, et *Salmasium* l. c. — V. 4. παρδολιπεῖς. Optima depravati vocabuli ἀνδρολιπεῖς emendatio, quam *Salmasio* deberi suspicor. — Ceterum hominem muliebris elegantiae crines suppositios gestasse, non miraberis. Talibus Galli quoque ἀνδρόγυνοι instructi fuerunt. — V. 5. *Suid.* T. III. p. 588. φαικά. ἐν Ἐπιγράμματι· φαικὰ δ' αὐτ' εἶτ. ubi Lexicographum prava Codicis sui lectione in errorem inductum fuisse apparet. φαικὰς *Toupius* idem fuisse putat, quod φαικάσιον. *Eratosth.* ap. *Polluc.* L. VII. 90. Πέλμα ποτιῤῥάπτεσκεν ἐλαφροῦ φαικασίοιο. — V. 6. τρυτοδόκην κ. παμβακίδων. Cod. Vat. et depravatius etiam *Kuster.* κοντίδα. *Reiskius*, qui

recte κοιτάδα dedit, haec poëtica licentia existimabat dicta, pro κοιτὰς ἢ δοχεῖον παμβακίδων γρυτῶν. Intelligi autem lintea carpta, quibus chirurgi in vulneribus obligandis utuntur. His autem Statyllium usum fuisse ad condendas in illis tibiarum ligulas, quae a vi quacunque paulo majore laedi potuissent. *Toupius* γρυτοδόκην emendat, arculam interpretatus, in qua mulieres suppellectilem suam asservabant: nam Graecos ejusmodi mercimonia γρύτην appellare. Vide *Salmas.* ad Scr. H. A. T. II. p. 535. *Hesychius:* Γρυμαία. ἐσθής. καὶ ἀγγεῖον, σκευοθήκη, ἐν ᾧ ἡ γρύτη· ἤδη δὲ καὶ τὰ λεπτὰ σκευάρια, ἃ καὶ γρύτην λέγομεν. *Schol.* ad *Aristoph.* Plut. v. 17. γρύτη· τὰ λεπτὰ σκεύη. καὶ γρυτοπώλης, ὅπερ οὐκ εἴρηται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ἀλλ' ἀντὶ τούτου ῥωποπώλης. — Ceterum *Suidas* T. I. p. 414. βάμβαξ. ἢ πάμβαξ. καὶ παμβακίς. τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον βαμβάκιον· ἐν Ἐπιγρ. καὶ τὴν γρυτοδόκην κοιτίδα παμβακίδων. Eadem repetit in πάμβαξ T. III. p. 11. Idem denique T. III. p. 513. γρυτοδόκη. ἡ θήκη τῆς γρυτάνης. Vocem βαμβακίδων sic interpretatur *Toupius:* „Est βάμμα „sive βάμβα *fucus muliebris* sive *tinctura*, qua homines „molliusculi et elegantiores in capillis colorandis et cute „curanda uti solebant. *Hesych.* βάμβα. τὸ χρῶμα καὶ μύρου „τι γένος. βάμβα Κυζικηνόν. Κυζικηνοὶ διὰ τὸ Ἴωνες εἶναι ἐκω„μῳδοῦντο ἐπὶ μαλακίᾳ. βάμμα Σαρδιανικόν. τὸ Φοινικοῦν. διά„φορα δὲ ἦν τὰ ἐν Σάρδεσι βάμματα. *Etymol. M.* βάμμα „Κυζικηνόν. τὴν ἀκάθαρτον ἀσχημοσύνην Ἀττικοὶ λέγουσιν: διὰ „τὸ τίλημα. (l. τίλμα) ἐσκώπτοντο γὰρ ἐπὶ μαλακίᾳ. τίλλειν „in obscoenis est. Atque hinc βαμβακίδες, *mulieres tinctri„ces et depilatrices*, quae a cute et capillis erant scilicet. „Βαπτρίας vocat Eupolis ap. Polluc. VII. I. Idem βαμβα„κίδες et βαμβακεύτριαι, ut φαρμακίδες et φαρμακεύτριαι. „*Hesychius:* βαμβακεύτριαι. μαγγανεύτριαι. οἱ δὲ φαρμακεύτριαι. „τὸ δὲ βαμβακείας χάριν, φαρμακείας χάριν. Vulgo βαμβαχίας „legitur. Quare per κοιτίδα βαμβακίδων nihil aliud intel„ligendum quam cista tinctoria sive arcula, qua mulie-

„res istae tinctrices pigmenta, unguenta et reliquam „suam supellectilem, quam γρύτην Graeci appellant, re„condebant." Haec *Toupius.* — V. 7. ἑταίροις. Vat. Cod. — ἐπὶ προθύρων. in vestibulo sacelli, Priapo sacri.

III. Cod. Vat. p. 318. Planud. p. 283ᵃ. St. 410. W. Tabulae pictae argumentum hoc carmine enarrari suspicor. Thyrsis, qui Nympharum greges solebat pascere, in pini umbra dormit; prope adstat Amor, pedoque sumto, pastorem agit. Pro Amore sollicitus poëta Nymphas monet, ut Thyrsidem expergefaciant, ne Amor ferarum praeda fiat. — V. 1. ὁ τὰν ν. Vat. Cod. — V. 3. οἰνοπότῃ Vat. et τὰν πίτυν. — V. 4. Dii nonnunquam pastoribus adesse eorumque munera finguntur suscipere. *Anton. Liber.* c. XXII. p. 142. de Terambo, musico praestantissimo: ἐγένετο δὲ αὐτῷ θρέμματα πλεῖστα, καὶ αὐτὰ ἐποίμαινεν αὐτὸς, Νύμφαι δὲ συνελάμβανον αὐτῷ, διότι αὐτὰς ἐν τοῖς ὄρεσιν ᾄδων ἔτερπεν. — V. 5. Apud *Hesych.* ex hoc loco pro λυκοθρασεῖς *Toupius* Em. in Hesych. T. IV. p. 335. corrigit: λυκοθαρσεύς. θρασύς. — V. 6. γένηθ' ὁ Ἔ. Vulgo.

¶. 108.] *IV.* Vat. Cod. p. 518. Plan. p. 134. St. 193. W. Vetulae, quae juvencula videri volebat, consilium dat poëta, quomodo repuerascere possit. *Martial.* I. 101. comparat *Lessing.* de Epigr. Tom. I. Opp. p. 298. sq.

Mammas atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum
Dici et mammarum maxima mamma potest.

— V. 1. ὗ τετρακόσι' ἐστί. ὗ est interjectio admirantium, docente *Schol.* ad *Aristoph.* Plut. v. 896. unde *Suidas:* ὗ, ἐπίῤῥημα θαυμαστικόν. Jam finge tibi vetulam, infantium in morem omnia admirantem, ore balbutiente et blaeso. Quae cum frequenter illa interjectione ὗ, ὗ, utatur, poëta hoc maligne interpretatur sic, ut eam annorum suorum numerum clamare dicat, Litera Υ autem

inter numeros designat CCCC. In Cod. Vat. τετρηκόσι' legitur. — V. 2. τρυφερὴ Λαΐ. tu, quae mollis, delicata, tenera, et altera Laïs videri cupis. Sic malim, vetulam a poëta Laïdem vocari, ut eam irrideat; si quis tamen existimaverit, illud ipsum vetulae nomen fuisse, non valde refragabor. — κορὼν ἑκάβη. Vat. Cod. cui debetur optima lectio Λαὶ, cum in Plan. legatur: τρυφερὴ πεντακόρων' Ἑκάβη. ἔλαφος τετρακόρωνος est in fr. *Hesiodi* ap. *Plutarch.* T. II. p. 415. C. unde plures profecerunt, quos comparavit *Ruhnken.* in Ep. crit. I. p. 112. sq. inter alios *Alciphr.* I. Ep. XXVIII. τρικόρωνον καὶ ταλάντατον γερόντιον, ut emendavit *Dorvill.* ad Charit. p. 444. probante *Valcken.* in Praef. ad Phal. Ep. XII. — Nova nec infaceta compositione noster κορωνεκάβη, cujus anni ad cornicis et Hecubae annos accedunt, vel Hecubarum decrepitissima. — V. 3. μάμη. Vat. Cod. *Eustath.* ad Il. ξ. p. 457. 41. οἱ παλαιοὶ ἀκύρως μάμμην καὶ μαῖαν. μάμμην γὰρ Ἀττικοὶ καὶ μαμμαῖαν τὴν μητέρα καλοῦσι. — Similiter de vetula in Lusibus nr. LVIII. 3. *Quae forsan potuisset esse nutrix Tithoni Priamique Nestorisque, Illis ni pueris anus fuisset.* *Martial.* L. X. 39.

Consule te Bruto quid juras, Lesbia, natam?
Mentiris; nata es, Lesbia, rege Numa.
Sic quoque mentiris. Namque, ut tua secula narrant,
Ficta Prometheo diceris esse luto.

Idem L. X. 67.

Pyrrhae filia, Nestoris noverca,
Quam vidit Niobe puella canam,
Laërtes aviam senex vocavit,
Nutricem Priamus, socrum Thyestes;
Jam cornicibus omnibus superstes — —.

— V. 4. λέγε πᾶσι τατᾶ. Commode *Brodaeus* advocavit *Nonium* II. 97. *Quum cibum ac potionem buas ac papas vocant, matrem mammam, patrem tatam.* Plures hanc

vocem illuſtrarunt, quos vide ap. *Gesner.* in Theſ. v. *Tata.* Adde *Scaligerum* in Lect. Auſon. L. I. c. 29. et *Fabric.* in Bibl. Gr. T. III. p. 58. ed. nov. Eſſe eam puerorum balbutientium et nutricularum, cum infantibus blaeſo ore loquentium, ſponte apparet. Quare vetulae noſtrae Myrinus ſuadet, ut omnes viros patres, idque balbutiendo appellet, quo magis puella et juvencula videatur. Balbutire autem moris fuiſſe inter puellas elegantiores, ex *Ovidio* conſtat III. A. A. 293. ubi de puellarum artibus agit:

Quid? cum legitima fraudatur litera voce,
Blaeſaque fit juſſo lingua coacta ſono:
In vitio decor eſt, quaedam male reddere verba,
Diſcunt poſſe minus, quam potuere, loqui.

Conf. not. ad *Aſclepiad.* Ep. VI. Tom. II. p. 25.

ARISTOCLIS EPIGRAMMA.

Servavit hos verſus Aelian. in H. A. XI. 4. Vide *Meurſii* Graeciam feriatam in χθόνια. *Gronovii* Theſaur. Antiq. T. VII. p. 865. ſq. et *Schneider.* ad *Aelian.* l. c. p. 347. Hermionae, nobili Argolidis urbe, (vide *Waſſe* ad *Thucyd.* T. II. p. 438. ed. Bip.) Ceres Chthonia colebatur multis cum caeremoniis, quas deſcribit *Pauſan.* II. 35. p. 194. ſq. Hic ſcriptor inter alia haec habet: τοῖς δὲ τὴν πομπὴν πέμπουσιν ἕπονται θήλειαν ἐξ ἀγέλης βοῦν ἄγοντες διειλημμένην δεσμοῖς τε καὶ ὑβρίζουσαν ἔτι ὑπὸ ἀγριότητος. ἐλάσαντες δὲ πρὸς τὸν ναὸν, οἱ μὲν ἔσω φέρεσθαι τὴν βοῦν ἐς τὸ ἱερὸν ἀνῆκαν ἐκ τῶν δεσμῶν, ἕτεροι δὲ ἀναπεπταμένας ἔχοντες τέως τὰς θύρας, ἐπειδὰν τὴν βοῦν ἴδωσιν ἐντὸς τοῦ ναοῦ, προσέθεσαν τὰς θύρας, τέσσαρες δὲ ἔνδον ὑπολειπόμεναι γρᾶες αὗται τὴν βοῦν εἰσιν κατεργαζόμεναι. Cum igitur *Aelianus* ex *Ariſtocle* noſtro narrat, Cereris Chthoniae ſacerdo-

omnium praeclarissime. — V. 2. Μαιωνίδας. Vat. Cod. — V. 3. τὸ χάραγμα. nummos. Vide *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 337. et 518. — φίλος. Pro vocativo habendum est; de quo dicendi usu vide *Koen.* ad Gregor. p. 47. *Valcken.* ad Phoen. v. 1332. — οὔτε θυρωρὸς ἐν ποσίν. nec janitor tibi impedimento erit. *Ovid.* III. Amor. VIII. 31. sqq. *Me probibet custos: in me timet illa maritum. Si dederim, tota cedet uterque domo.* Ap. *Propert.* IV. El. V. 47. lena puellam fraudem dolosque docens, *Janitor*, ait, *ad dantes vigilet: si pulset inanis* (ὁ οὐδὲν φέρων), *Surdus in obductam somniet usque seram.* — Ad nostrum autem locum inprimis facit *Tibullus* L. II. 4. 30. Postquam tenues vestes lapidesque pretiosi in honore esse coeperunt,

clavem janua sensit,
Et coepit custos januis esse canis.
Sed pretium si grande feras, custodia victa est,
Nec probibent claves, et canis ipse tacet.

De canibus, quos veteres in aedium custodiam nutrire solebant, nonnulla dedit *Casaubon.* ad Theophr. Char. IV. p. 55. nostri loci non immemor, ut nec *Gatacker.* in Adverf. misc. posth. 38. p. 827. Ap. *Aristoph.* in Thesm. 414. mulier conqueritur, quod viri, Euripidis in mulieres conviciis incensi,

— ταῖς γυναικωνίτισιν
σφραγῖδας ἐμβάλλουσιν ἤδη καὶ μοχλοὺς,
τηροῦντες ἡμᾶς, καὶ προσέτι Μολοττικοὺς
τρέφουσι, μορμολυκεῖα τοῖς μοιχοῖς, κύνας.

In *Antipatro* nostro *Br.* pro δέδεται malit ὑλάει. Hoc plane conveniret cum loco *Tibulli:* — *et canis ipse tacet.* Nec tamen necessaria emendatio. δέδεται positum pro ἐστί. Quod si canis postibus alligatus est, nihil tamen prohibet, quominus adulterum latrando abigat. — V. 5. ἄτερως. Si sine muneribus veneris, ipsum reperies Cerberum.

berum. — Lectio πλεονέκται οἱ πλούτου mihi parum videtur elegans. Legerim:

ὦ πλεονέκται

πλούτου, τὴν πενίην — —

Postrema haec optime expressit *Grotius*, cujus versionem *Burmannus* protulit ad *Propert.* p. 798. *facitis quot mala pauperibus!* Nec admittenda *Opsopoei* conjectura, Παφίην pro πενίην legentis: qua mutatione omne hujus dicti acumen perit.

III. Cod. Vat. p. 92. ὅτι πάσας τὰς ὕλας ἡ ἡδονὴ ἀσπάζεται, καὶ χωρὶς χρυσοῦ ἑταίρα οὐχ ἁλίσκεται. Edidit *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 106. nr. 183. unde *Toup.* in Cur. nov. p. 286. Sensus carminis est, quem his verbis inclusit *Tibullus* II. 3. 49. *Heu, heu, divitibus video gaudere puellas; Jam veniant praedae, si Venus optat opes.* — V. 1. ἀργύρεον. Ap. Lips. vitiose. — V. 2. τὰ νῦν. Cod. Vat. — V. 5. Νέστωρ. Nestorem quendam poëta alloquitur. Causa non est, cur haec lectio vitiosa videatur. *Toupius* tamen corrigit: καὶ τοὺς ἀργυρέους οὔ ποτ' ἀποστρέψεται Νέστορας ἡ Παφίη. *senes bene nummatos.* Huic conjecturae calculum adjicit *Br.* eamque in textu ponendam censet; in qua sententia a se discrepantem habet *Thomam Tyrwhitt* in Not. ad Toup. Em. in Suid. T. IV. p. 429. Et sane *Toupii* lectio aliquid infert, quod ab argumento hujus carminis alienum est. Hodiernae puellae, ait, et aurum accipiunt, et argentum et quodvis denique nummorum genus. Senes sint, juvenesve, qui pecuniam afferant, hoc loco non quaeritur. Inter alia praecepta, quibus lena puellam imbuit ap. *Propert.* IV. 5. 53. etiam hoc est: *Aurum spectato, non quae manus adferat aurum.* Aliter tamen sentiebat illa ap. *Aristaenetum* L. I. Ep. XVIII. p. 46. τοὺς πρεσβύτας [f. καὶ π.] παντελῶς ἀτηρεῖς καὶ πόῤῥωθεν ἀποφεύγεις· κἂν τις γέρων προτείνοι Ταντάλου θησαυρούς, οὐχ ἱκανὸν ταῦτα παρα-

μόθιον κρίνεις πρὸς ἀναφρόδιτον πολιάν. Qui locus mihi alium in mentem revocat ejusdem fcriptoris L. I. Ep. X. p. 27. Ἀκόντιος οὐκ ἂν ἠλλάξατο τὸν Μίδου χρυσὸν, οὐδὲ τὸν πάντα πλοῦτον ἰσοστάσιον ἡγεῖτο τῇ κόρῃ. Nihil inficetius verbis τὸν πάντα πλ. poft *Midae* inprimis *aurum*. Repone: τὸν Ταντάλου πλοῦτον. Vide Paroemiographos in Ταντάλου τάλαντα. — V. 6. χρυσοῦ Vat. Cod. — Danaës fabulam in eundem modum interpretatur *Horatius* III. Carm. XVI.

¶. 110.] *IV.* Cod. Vat. p. 550. Ἀντιπ. Θεσσαλ. — Alterum difttichon protulit *Valcken.* in Adon. p. 210. ubi pro γοῖ, γοῖ, legendum cenfet Γοργοῖ, quam conjecturam merito repudiat *Brunckius*, e cujus longiore nota ea adfcribam, quae ad rem faciunt. „Lectorem docere „debuiffet vir doctiffimus, quare hic Γοργοῖ fcribendum „fit, et unde pendeant illi in primo difticho accufativi. „Ni mutilum eft carmen et difttichon deeft, quo inchoa„batur, integrum autem effe credo, mordicus retinendi „funt adverbia deteftandi et abominandi γοῖ, γοῖ, quae „fi graeca non funt, aut in his, quae ad nos pervene„runt, graecorum fcriptis non occurrunt, forte funt „Syriaca, graece ab Antipatro adhibita, ut σαλομ et „αυδονις in Meleagri Ep. CXXVI. Hoc extra controver„fiam eft, recepto Γοργοῖ nullam in his conftructionem „fore, nifi hic γοργοῖ interjectio fuerit feu adverbium, „cujus exempla proferenda effent." Haec *Brunckius*, qui hoc carmen *Sidonii* effe fufpicatur. Abominandi particulas effe γοῖ γοῖ, etiam *Lacrozius* judicavit, qui lectores remittit ad *Amirae* Gramm. Syr. p. 449. — V. 1. τὴν ξηρὴν ὁ. ν. Locuftae ad inftar, cui *Apollonid.* Ep. XXV. ἄσαρκα νῶτα tribuit. Conf. *Theocrit.* Eid. X. 18. — V. 3. αἰπόλος. quod paftorum genus infimum et fordidiffimum. Sed ne talis quidem, quamvis ebrius, cum Lycaenide rem habere velit. παροιμιακῶς haec dici, apparet ex verbo φασί. De caprariorum immoderata lafcivia notus locus eft *Theocriti* Eid. I. 86. fqq. ubi *Schol.* οἱ

δὲ αἰπόλας λέγουσι. Huc spectat etiam proverbium *αἰπόλος ἐν κύματι*, ap. *Suid.* v. Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ.

V. Cod. Vat. p. 88. Ἀντιπ. Θεσσ. Plan. p. 480. St. 624. W. Poëta cum Chrysilla cubans Aurorae irascitur et gallo gallinaceo, quod ipsum e puellae amplexibus abigant. Comparandum Ep. *Meleagri* LXXII. *M. Argentarii* VIII. — V. 2. φθονερήν. Plan. et Vat. Cod. — V. 3. φθονερώτατος. Vat. Cod. — V. 4. εἰς — ὄαρους. Haec vix aliter possunt accipi, quam de puerorum coetu, qui poëtae scholas frequentabant. *Ovid.* I. Amor. XIII. 17. ad Auroram: *Tu pueros somno fraudas tradisque magistris.* ubi et haec occurrunt cum proximis comparanda: *cum refugis* (Tithonum), *longo quia grandior aevo, Surgis ad invisas a sene mane rotas; Cur ego plectar amans, si vir tibi marcet ab annis?* — A nostro tamen Tithonus conjugem primo mane e lecto nuptiali exturbare fingitur.

VI. Cod. Vat. p. 374. Ἀντιπ. Θεσσαλ. Plan. p. 50. St. 72. W. Quum astrologi poëtae praedixissent, eum sex et triginta annos impleturum esse, ille triginta annorum aetatem sibi sufficere ait. Expressum carmen ex Ep. ἀδεσπ. CCCCVII. quod archetypum esse nullus dubito. — V. 1. τρεῖς. Vat. Cod. — V. 3. βιοτῆς ὅρος. Hunc terminum natura statuit verae vitae, quae juvenilis aetatis tempore continetur. Sic Ep. ἀδεσπ. l. c. ὁ γὰρ χρόνος, ἄνθος ἄριστον ἡλικίης. Respicitur autem ad vulgarem opinionem de γενεαῖς. Vide *Schol. Homeri* Il. α. 250. *Alberti* ad *Hesych.* v. γενεά. *Wesseling.* ad Herodot. L. II. p. 173. 16. — Verba οἱ δ' ἐπὶ τούτοις Νέστορι mihi obscuriora esse fateor. οἱ videntur esse οἱ ἄνθρωποι, ἐπὶ τούτοις, βιοῦντες, scil. qui illum vitae terminum superant, Νέστορι, εἴκελοί εἰσι. Sed hoc quam durum sit, apparet. Fortasse interpretatio melius succedet, si ad οἱ subaudias χρόνοι, quae illos annos sequuntur tempora: Νέστορι respondet τῷ ἀνθρώποις in praecedente enuntiatione. Sic *Grotius* haec verba videtur accepisse: *Hoc satis, haec*

hominum vita est, quae tempora restant, Nestoris; ad manes ivit et ille tamen. Quo jure autem *Antipater* annos, qui tricesimum annum sive primam aetatem excurrunt, Nestoreis annis annumeret, ipse viderit. Auctor incert. l. c. verius et elegantius:

ἀρκοῦμαι τούτοισιν· ὁ γὰρ χρόνος, ἄνθος ἄριστον
ἡλικίης· ἔθανε χ᾽ ὠ τριγέρων Πύλιος.

cum quibus comparandus *Propert.* II. El. X. 45. *Nam quo tam dubiae servetur spiritus horae? Nestoris est visus post tria secla cinis.*

VII. Cod. Vat. p. 537. Ἀντιπάτρου. Nec Planud. p. 143. St. 207. W. gentile addit. Argutum carmen in hominem impuri oris, sed quod ab Interpretibus minus recte acceptum est. Nec Planudes verum sensum perspexit, qui illud in caput εἰς δυσώδεις retulit. Longe majus flagitium Pamphilo nostro objicitur. — οὐ προσέχω. non quidem fidem habeo iis, qui te spurcum esse dicant, quamvis fide non indigni sint. Male *Casaubonus* in schedis οὐ φιλέω tentavit, quo hujus loci acumen perit. Ad καίτοι πιστοί τινες subaudi λέγουσι. — Facetum hoc, quod, cum se illi rumori fidem habere neget, Pamphilum tamen impensius rogat, ne eum osculetur. Lusus est in ambigua significatione verbi φιλεῖν. Simile est *Nicarchi* Ep. XXV. Conf. *Lucian.* T. III. p. 179. sq. ed. Reitz.

VIII. Cod. Vat. p. 566. Ἀντιπάτρου ἢ Νικάρχου. In Plan. p. 143. St. 208. W. ἀδέσποτον est. *Nicarcho* potius tribuendum esse judicabat *Schneiderus.* Illius est hoc (XXIV.): Οὐ δύναμαι γνῶναι, πότερον χαίνεις, Θεόδωρε, Ἢ βδεῖς· πνεῖς γὰρ ἴσον πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω. — V. 3. Cum spiras, pedere, nec ex ore, sed ex inferiori regione vocem videris emittere. — V. 4. τὰ κάτω ἄνω γέγονε. Solemnem locutionem de rerum conversione et confusione apte et facete ad rem ridiculam significandam convertit. Vide *Wesseling.* ad Herodot. p. 194. 58. *Abresch.* ad Aesch. T. II. p. 94.

¶. III.] *IX.* Anthol. Plan. p. 300. St. 440. W. Ἀντιπάτρου. Cotyn regem poëta Jovi potentia, Phoebo pulchritudine, Marti virtute comparat. Plures hujus nominis reges fuerunt in Thracia. Vide *Fabricium* ad Dion. Caff. T. I. p. 749. 33. Hoc loco is videtur intelligendus esse, quem *Suidas* ex *Polybio* narrat virum fuisse κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἀξιόλογον καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας διαφέροντα. Is Cotys Perseo favebat Macedoniae regi, cum bellum adversus Romanos instrueret circa Ol. CLII. 1. Cf. *Livium* L. XLII. 29. et *Diodorum* T. II. p. 577. qui eum insignibus ornat laudibus. Qui hunc aliosque hujus nominis reges commemorarunt, laudat *Fabric.* ad Dion. Caff. T. I. p. 749. et *Schweigh.* ad Polyb. T. VII. p. 600. *Reiskius* in Not. Poët. p. 189. eum malit intelligi, quem Caligula Armeniae praefecisse dicitur ap. *Dion. Caff.* T. II. p. 915. ubi vide *Fabric.* — V. 1. Cotys regum progenies diisque similis. Obversabatur poëtae locus celeberrimus de Agamemnone ap. *Homer.* Il. β. 478. sq. — Verba εὐκταίῃ εὐτοκίῃ non bene cum reliquis coëunt. — V. 3. Quaecunque regibus ornamento sunt, tibi fata larga manu impertiverunt. — V. 4. ἔργον, materia, in qua poëtae sese exercerent. — V. 5. 6. Quae illi dii singula habent, eadem tibi contigerunt cuncta.

X. Cod. Vat. p. 203. Ἀντιπάτρου. Edidit *Boivin.* in Mém. de l'Acad. des Inscr. T. III. p. 357. *Kuster.* ad Suid. T. II. p. 284. in καυσίη, ubi Lexicographus primum distichon excitat, ut et in σκέπανον T. III. p. 327. unde illud laudavit *Potter.* in Archaeol. L. III. 4. p. 445. *Gronov.* Ap. *Reisk.* Anthol. p. 64. nr. 451. ἄδηλον inscribitur. — Pisoni, Thracibus bellum inferenti, causia offertur dono. Est is L. Calpurnius Piso, qui, Thracibus in arma accensis, bellum intra biennium profligavit et provinciae Macedoniae securitatem reddidit, circa A. U. 743. Vide *Fabric.* ad Dion. Caff. T. I. p. 765. — V. 1. 2. Ex Suida hoc distichon profert *T. H.* ad Polluc.

X. p. 1347. et *Gatacker* in Misc. adv. posth. p. 692. E. ubi multa de causia. Pilei genus erat, cum latis umbellis, solem arcentibus. Macedones eam solebant gerere, et qui solis radiis expositi erant. Hinc *Plaut.* Mil. glor. IV. 4. 42. *ornatu nauclerio causiam habeas ferrugineam.* Vide *Valck.* in Adon. p. 345. B. Regum Macedoniae causia diademate cincta fuit, unde *Duris* ap. Athen. L. XII. p. 536. sq. τὴν καυσίαν ἔχουσαν τὸ διάδημα τὸ βασιλικόν. *Eustath.* Od. α. p. 30. 50. Plura, quae huc faciunt, dedit *T. H.* ad Lucian. T. III. p. 358. Caracalla, qui se ad Alexandri M. habitum componebat, προήει ἐν Μακεδονικῷ σχήματι, καυσίην τε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν φέρων καὶ κρηπῖδας ὑποδούμενος. *Herodian.* L. IV. 8. 5. — V. 2. quae et nives a capite arceat et galeae loco sit. Idem color est in fragm. *Callimachi* CXLII. de leonis exuviis: τὸ δὲ σκύλον ἀνδρὶ καλύπτρη Γιγνόμενον, νιφετοῦ καὶ βελέων ἔρυμα. Idem de pileo fr. CXXIV. αὔλης ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν Μεμβλωκὸς πίλημα περίτροχον ἄλκαρ ἔκειτο. ut haec restituerunt duumviri, *Valcken.* ad Adon. p. 344. B. *Toup.* ad Suid. p. 357. — V. 3. πιεῖν. *Lucret.* IV. 1122. *vestis — sudorem exercita potat.* — V. 4. Ἡμαθίας. sic Vat. Cod. — ἦλθον est in membranis, et ap. *Boivin. Kuster.* ἦλθεν. — V. 5. κρόκες. A nominativo κρὸξ formatur κρόκα ap. *Hesiod.* Ἔ. κ. Ἡ. 538. Hoc loco κρόκες ipsam significant causiam ex lino textam. *Suidas:* κρόκη. ῥοδάνη καὶ κροκύφαντος, ὅτι διὰ κρόκης ὑφαίνεται. — V. 6. ὑπ' ἀξόμεθα. Vat. Cod.

XI. Bis exstat in membranis p. 186. et 479. ut etiam in Plan. p. 362. et 444. St. 501. et 577. W. Nusquam gentile *Antipatri* nomini additur. Pylaemenis galea Pisoni dono offertur. Pylaemenes is esse videtur, quem Paphlagonum ducem fuisse ait *Homer.* Il. β. 851. Hujus enim milites, post Trojam eversam, antequam in Venetiam penetrassent, in Thraciam venisse narrat *Strabo* L. XII. p. 819. B. Hujus igitur herois galeam, nescio

ubi servatam, dignum Pisone munus existimat *Antipater*. — V. 1. κόρις. Cod. Vat. — V. 2. φόβος, i. e. φοβερά. — V. 3. ἔπρεπε δ' ἄλλαις. Vat. et Plan. altero loco. — V. 4. χαίτας. Vat. Cod. loco pr. — κόμη. Idem loco sec.

XII. Cod. Vat. p. 450. Ἀντιπάτρου sine gentili. *Jensius* nr. 49. Anth. Reisk. nr. 729. p. 146. Alexandri gladius, e ferro Macedonico conflatus, Pisoni traditur. — V. 1. τὰ πρὸς ἃ. i. e. ἄλκιμος εἶναι διδασκόμενος ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου χειρός. — V. 3. τοῦτο δὲ φωνῶ χαίρων, δ. *Reiske*. Prava distinctio. Sed φωνεῖ est in Cod. — Gaudet gladius, quod ex fortissimi viri haereditate in fortis viri manum pervenerit.

§. 112.] *XIII.* Cod. Vat. p. 187. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 426. St. 561. W. Pisoni poëta in Saturnalibus cereum dat muneri. Hoc pauperes clientes fecisse, constat ex *Macrob*. Sat. I. c. 7. *Inde mos per Saturnalia missitandis cereis coepit*. *Varro* de L. L. IV. p. 19. ed. Bip. ubi *Scaliger* hoc Epigr. profert et explicat. — V. 1. κηροχίτωνα. candela cero quasi induta. Prius distichon excitavit *Suid*. in τυφήρεα. τυφανικήν. T. III. p. 520. et in παπύρῳ p. 23. *Toupius* Em. in Suid. P. III. p. 505. λύχνον τυφήρεα interpretatur lychnum ἐκ τύφης factum. Ut a κλίνη κλινήρης, sic a τύφη τυφήρης. Est autem τύφη herba palustris, quae lucernis faciendis inserviebat, de qua *Strabo* L. V. p. 346. τύφη δὲ καὶ πάπυρος ἀνθήλη τε πολλὴ κατακομίζεται ποταμοῖς εἰς τὴν Ῥώμην. Vide Intrpp. — Verba λεπτῇ παπύρῳ accipienda sunt de scirpi cortice, e quo candelae fiebant, teste *Plin*. XVI. 37. T. II. p. 30. *Scirpi fragiles palustresque, ad tegulum tegetesque, e quibus detracto cortice candelae luminibus et funeribus serviunt*. Naturam papyraceam hic cortex habebat, qui semper intelligi debet, ubi de papyro lychnis adhibito agitur, docente *Salmas*. ad Solin. p. 705. G. et ex eo

Bod. a Stapel ad Theophr. L. IV. p. 430. et p. 454. *Schol. Juven.* Sat. I. 155. Nero Chriſtianos *taeda, papyro, et cera ſuperveſtiebat, et ſic ad ignem admoveri jubebat, ut melius arderent.* Recte *Burmann.* noſtrum carmen admovit carminibus duobus in Anth. Lat. T. II. p. 462.

Lenta paludigenam veſtivit cera papyrum,
Lumine ut accenſo dent alimenta ſimul.

et:

Ut devota piis clareſcant lumina templis,
Niliacam texit cerea lamna budam.

Ceterum παπύρῳ h. l. mediam corripit. Latini eandem ſyllabam conſtanter producunt, Atticorum in eo conſuetudinem ſecuti, ſi fides *Moeridi* p. 311. — V. 3. ἢν δέ μ' ἀεί. quod ſi me accendens preces ad Saturnum fundet. Hoc veteres dicebant *lucem Saturno facere*, interprete *Scaligero* l. c. — Vulgo ἀκουσόθεον legitur, quod jam *Scaliger* in ἀκουσίθεον mutavit. Idem voluiſſe *Huetium* p. 40. ubi ἀκουσίθεον legitur, nullus dubito. Nititur autem haec lectio auctoritate membranarum et *Suidae* T. I. p. 89. ἀκουσίθεον. τὸ εἰς θεοῦ ἀκοὰς ἐρχόμενον. ἢν δέ .... Male ibi εὔχηται. — φέγγος ἀκουσίθεον flammam boni ominis eſſe puto, quae preces, coram candela conceptas, ad deorum aures perveniſſe indicabat.

XIV. Cod. Vat. p. 431. Ἀντιπ. Θεσσ. In Plan. p. 35. St. 52. W. gentile non additur. *Joſ. Scaliger*, qui hoc carmen tanquam *Sidonii Antipatri* opus profert ad Hieron. Chron. p. 152. ſcriptum putabat in M. Lucullum, qui hujus poëtae aetate de Beſſis triumphavit. *Opſopoeus* autem de *Philippo* putabat agi, Demetrii filio, quem item bella cum Beſſis geſſiſſe conſtat. Nihil ſtatuebat *Huetius* p. 6. Sed recte monuit *Brunckius* poſt *Reiskium* Not. Poët. p. 188. hoc quoque carmen in L. Calpurnium Piſonem ſcriptum eſſe, de quo vide ad Ep. X. Nec reliquorum carminum comparatio nos de hujus conjecturae

veritate dubitare patitur. — V. 1. Ipsum poëma loquitur, quod *Antipater* de rebus a Pisone gestis composuisse videtur. Quae enim v. 3. 4. dicuntur, vix aliter quam de carmine epico explicari possunt. Nec aliter accepit *Reiskius* l. c. et *Huetius*. — Θεσσαλονίκη, μήτηρ — —. Huc faciunt verba *Strabonis* in Excerpt. L. VII. p. 509. B. ὅτι μετὰ τὸν Ἀξιὸν ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶν πόλις, ἣ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο· κτίσμα δέ ἐστι Κασσάνδρου· ὃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς ἑαυτοῦ γυναικός, παιδὸς δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, ὠνόμασε· μετῴκισε δὲ τὰ πέριξ πολίχνια εἰς αὐτήν. Hanc ob caussam pro metropoli Macedoniae habenda urbs. Vide *Spanh.* de Usu et Praest. Num. T. I. p. 653. — V. 5. ἀλλά μοι. Plan. et Vat. Ut dii mortales, sic tu quoque preces meas audire digneris. Quis enim tam occupatus est, qui Musis aurem non praebeat?

XV. Cod. Vat. p. 448. sq. Ἀντιπάτρου εἰς ποτήριον· Plan. p. 67. St. 96. W. Theogenes Pisoni bina pocula mittit sphaerica, in quorum altero borealis, altero australis sphaerae stellae expressae erant. — V. 1. Διογένης Vat. Cod. a pr. man. *Brunckius* haec refert ad Theogenem Apolloniatam mathematicum, de quo *Sueton.* in

σ τετ
Vit. Aug. p. 457. — V. 3. σφαίρη τεμήμεθα. Vat. Cod. — In fine vers. ἡμῶν, ut in Plan. — V. 4. τὰ Β. Vat. Cod. — V. 5. „Inepte et contra Epigrammatis sensum in „Plan. legitur μηκέτ' ἐς ἄρκτον ἐπίβλεπε. Lectionem Vat. „Cod. dedi, quam probavit Holstein ad Stephanum „p. 301. cui frustra obloquitur vir doctissimus ad Calli„machi Epigr. XXXV. Falsum est quod ait primam in „nomine proprio Ἄρατος syllabam longam esse. Immo „natura brevis est. Theocritus ipsum hunc de quo hic „agitur, Aratum Solensem plus semel compellat, cor„repta semper prima syllaba: Eid. VI. 2. VII. 102. „122. Supra in Ptolemaei Epigrammate: ἀλλὰ τὸ λεπτο„λόγου σκῆπτρον Ἄρητος ἔχει. Quandoque etiam producitur

„prima, tum ob licentiam, in nominibus propriis con„cessam, tum vi literae ρ, quae in pronunciando gemi„natur, et sic praecedentem vocalem brevem afficit. „Sic in nominibus Ἀραβίη, Ἀράβιος saepe prima produci„tur, ubi minime necesse est, Ἀῤῥαβίη et Ἀῤῥάβιος scri„bere. Diversa ratio est appellativi ἀρητὸς ab ἀράομαι et „ἀρὰ, in quibus prima semper et ubique producitur.“ *Brunck.* *Holstenius* hoc distichon addiderat Epigrammati Callimachi XXXV. cum quo nulla ratione coire potest; quidquid dicat Clericus in Silv. phil. p. 242. — In fine versus vulgo δοιὰ δ' ἐν ἀ. In Vat. Cod. δισσὰ γὰρ ἀ. Quod si verum, sequente versu necessario legendum ἀθρεῖς. — τὰ φαινόμενα. Respicitur ad carmen notissimum Arati, quo signa coelestia enumerantur. Utrumque poculum ebibens, ait, omnia signa videbis, nec necesse erit, Aratum de stellis consulas. Inepte hunc locum interpretatur *Huetius* p. 8. sic: Ita cerebro commoveberis ex vino, ut coelum cum astris omnibus sis visurus, etiam media luce; vel, ut fert gallicum adagium, mille lampades meridie visurus sis.

XVI. Hoc carmen, quod abest a membranis Vat. in Plan. p. 327. St. 466. W. *Sidonio* tribuitur *Antipatro.* Sed Pisonis commemoratio efficit, ut veram esse putemus conjecturam *Boivinii* in Mém. de l'Acad. T. III. p. 383. qui illud *Thessalonicensi* adscribit, cujus poëtae stilum sibi videbatur agnoscere. Certe acumen in fine carminis plane idem, quod est in Ep. XI. — Scriptum est in Bacchi statuam, in Pisonis aedibus collocatam. — V. 1. συνασπιστής. A bellis enim minime alienus Dionysus. Conf. Intrpp. Horatii II. Carm. XIX. 25. Epigr. ἀδέσπ. CCLI. in Bacchum et Herculem: ἀμφότεροι Θήβηθε καὶ ἀμφότεροι πολεμισταί. Causam, cur Piso Bacchum sibi in bellis faventem putaret, ex *Dione Cass.* T. I. p. 764. suspicari possumus. Is, qui Bessos ad seditionem incenderat, Vologesus fuit, Bacchi sacerdos, qui se deo opitu-

lante bellum gerere volebat videri. Quum vero Pisonis et Romanorum copiis resistere non posset, verisimile est, Graeculos finxisse, Bacchum, barbari illius partibus relictis, cum Pisone fuisse.

¶. 113.] *XVII.* Cod. Vat. p. 371. Ἀντιπατρ. Σιδων. sed suprascriptum Θεσσαλ. Planud. p. 39. St. 58. W. gentile non addidit. *Thessalonicensis* est, qui patrono suo Pisoni, natales celebranti, versiculos mittens, eum rogat, ut exiguum munusculum, unius noctis laborem, serena fronte excipere velit. — V. 3. κοιδόν. In Plan. et Vat. Cod. Hoc non mutandum erat. αἰνεῖν h. l. significat *contentum esse*, ut in *Euripid.* Alc. 2. θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι. *Nec dedignare poëtam*, *Grotius* vertit. — V. 4. male vulgo distinguitur. In edd. Aldin. μέγας ὥς. — Pro πειθόμενος in Cod. Vat. σπεισόμενος habetur. Sed tum saltem scribendum: Ζεὺς μέγας ὥς, ὀλίγῳ σπεισάμενον λιβάνῳ. Praeferenda vulgata. Deos muneribus gaudere parvis, modo piis manibus oblata sint, passim inculcant poëtae et philosophi. *Horat.* III. Carm. XXIII. 17. sqq. *Tibull.* L. IV. El. 1. 14. *Parvaque coelestes pacavit mica; nec illis Semper inaurato taurus cadit hostia cornu. Hic quoque sit gratus parvus labor, ut tibi possim Inde alios aliosque memor componere versus. Philostrat.* Vit. Apoll. VI. 11. p. 243. θεοῖς ἥδιον φαίνεσθαι μικρὰ θύσαντα ἢ οἱ προχέοντες αὐτοῖς τὸ τῶν ταύρων αἷμα. Alia vide ap. *Burmann.* in Anth. Lat. T. I. p. 37.

XVIII. Cod. Vat. p. 494. Ἀντιπάτρου. Edidit *L. Holsten.* ad Steph. Byz. p. 241. Scriptum hoc carmen eo tempore, quo poëta, Pisonem secutus, in Asiam proficiscebatur. Rogat proinde Apollinem Panormitanum, ut felicem ipsi navigationem praebeat. Verisimile est, de illa navigatione agi, quam Piso instituit, cum Pamphyliam peteret, cui eum praefuisse circa ann. 743. narrat *Dio Cass.* T. I. p. 765. 65. — Κεφαλλήνων. Apol-

linem in Cephallenia peculiari honore fuisse habitum, an aliunde constet, ignoro equidem. De Panormo, illius insulae portu, videndus *Holstenius* l. c. Pluribus portubus hoc nomen commune fuit. — τρηχείης. *Ithacae scopulos. Virgil.* Aen. L. III. 272. κραναὴν passim appellat *Homerus*. — V. 5. τὸν ἐμὸν βασιλῆα. Tiberium Pisoni propitium, eundemque meis carminibus faventem reddas.

XIX. Cod. Vat. p. 366. Ἀντιπάτρου. Gentile nec in Plan. additur p. 71. St. 104. W. „Mirum est argumen-„tum: quatuor signorum anaglyphum in fastigio aedium „C. Caesaris, Augusti nepotis e filia, quatuor Victorias „exhibens, quatuor numina, Minervam, Venerem, Her-„culem et Martem, in coelum evehentes. Putes deos „deasque saltem in bigis a Victoriis vehi; sed verba satis „declarant humeris Victoriarum eos insedisse. Anagly-„phum fastigii potius fuisse censeo quam statuas; cum „propter verba εἰς κατ' εὔδροφον γραπτὸν στέγος, tum quod „quatuor, non tria sunt signa." *Heynii* verba sunt viri ill. in Commentatt. T. X. p. 110. Aliter sentiebat *Salmasius*, qui hoc carmen tractavit in Script. Hist. Aug. T. II. p. 628. de statuis in fastigio domus ex aere vel gypso factis interpretatus. — Victoriae binae binis aquilis insidentes in porticu arcis ap. Spartanos vidit *Pausan.* L. III. 17. p. 251. — V. 1. αἰωροῦσιν τῶν πτερύγων. vitiose Vat. Cod. et vers. seq. νίκα καί. Victoria alata nihil frequentius in monimentis veterum. χρυσοπτέρυγον eam vocat *Himerius* Orat. XIX. 3. p. 716. ubi vide *Wernsdorf.* Plures Victoriae auratis alis (χρυσοπτέρυγες) incedebant in splendida illa Ptolemaei pompa, quam describit *Athen.* L. V. p. 197. F. — V. 3. πολεμοδόκον ex Ascens. venit in Steph. Aldinae omnes πολεμαδόκον. ut etiam *Huetius* correxit p. 9. De hoc epitheto vide ad *Niciae Miles.* Ep. I. Vol. I. P. II. p. 153. — V. 4. τὰν Ἀλ. Vat. Cod. — ἃ δ' ἀμφίβοντον. Idem. Voluit ἀμφιβόητ

τον. — V. 5. κατευδροφον. Junctim vulgo. Hoc jam Steph. emendavit, et post eum Salmasius. — γραπτὸν τέγος. picturis nonnunquam aedium fastigia ornata fuisse, apparet ex Pausan. L. I. 18. p. 43. καὶ οἰκήματα ἐνταῦθά ἐστιν ὀρόφῳ τε ἐπιχρύσῳ καὶ ἀλαβάστρῳ λίθῳ, πρὸς δὲ ἀγάλμασι κεκοσμημένα καὶ γραφαῖς. Euripides in Hypsip. ap. Galen. T. V. p. 615. 20. ἰδοῦ πρὸς αἰθέρ' ἐξαμιλλῶντας κόρας γραπτοὺς ἐν αἰετοῖσι προσβλέπειν τύπους. ut hunc locum eleganter correxit Valckenar. in Diatr. p. 214. B. — V. 6. „Γαῖε. Cajus is est Agrippae filius, Augusti e Julia „nepos, quem avus adoptavit et successorem imperii sibi „destinavit." Br. Omnes edd. vett. usque ad Steph. Γάϊε. — V. 7. ὁ βουφάγος. Hercules. — εἰ omittit Vat. Cod.

XX. Cod. Vat. p. 406. Ἀντιπάτρου. Edidit Boivin dans les Mém. de l'Ac. T. III. p. 387. Jensius nr. 17. Reisk. in Anth. nr. 667. p. 118. Scriptum videtur in apparatum belli contra Parthos, quo effectum est, ut Parthi signa legionum Romanarum, quae cum Crasso perierant, redderent. Quod factum A. U. 734. Vid. Dio Cass. L. LIV. p. 736. et Bentl. ad Horat. I. Epist. XVIII. 55. — V. 1. ἐπ' Εὐφρ. vitiose Vat. Cod. — Ζηνὸς τέκος. Divum Julium interpretatur Reiskius, Augustus enim ex Graecia in Asiam transiens Parthis bellum illaturus esse videbatur. — V. 2. αὐτομολεῦσι. Boivin. Non enim adventum exspectabunt tuum, sed ultro pacem rogaturi venient. Pro ἥῳοι Reiskius suspicabatur ἱππεῖοι, quia Cod. lectio ipsi languere videbatur. At quam inepti equestres Parthorum pedes forent! — V. 3. δύεις. Vat. Cod. — κεκλασμένα. Boiv. male. — V. 4. πατρῴων. Haec cum sequentibus non satis expedita sunt. Quid est, quod oriens vocetur πατρῷος? An ad Trojanam ab Aenea originem respicitur? — ¶. 114.] V. 5. Haec fortasse sic expedienda: Romani imperii, quod jam ab omnibus partibus oceano terminatur, fines usque ad

ſolis ortum proferas. Quod Romanorum imperium πάντοθεν, undique, ab oceano circumflui dicitur, in poëta domino adulante non urgendum. — σφραγίσαι. obſignes, claudas, termines. — In fine Vat. Cod. ἠελίῳ.

XXI. Cod. Vat. p. 175. Ἀντιπ. Θεσσ. Plan. p. 440. St. 573. W. ubi nonniſi duo priora diſticha leguntur ſine auctoris nomine. Mutilum eſſe animadvertit *Toup.* in Em. in Suid. III. p. 500. ex *Suidae* Lexico, ubi v. τοῖιν T. III. p. 514. verſ. quartus cum initio v. quinti alieniſſimo loco legitur. Integrum carmen primus *Brunckius* edidit. — Lycon Phoebo primam barbam cum votis offert. Vide de hoc more ad *Apollonid.* Ep. VIII. — V. 1 — 3. laudat *Suid.* in ἴουλος T. II. p. 126. — ἄρσενας. *virilis aetatis circa genas naſcentia ſigna.* — V. 3. πρῶτον γέρας. Hic *Apollonidas* fortaſſe invenerat ſcriptum — πρῶτον θέρος, ut ex ejus imitatione ſuſpicari licet:

ἠδὺ παρηϊάδων πρῶτον θέρος ἤματι τούτῳ
κείρεο καὶ γενύων ἠΐθέους ἕλικας.

— V. 5. τοῖιν ἀλλ' ἐπίνευε. *Suid.* l. c. Fruſtra *Toupius* tentabat ἀπὸ κροτάφων τοῖινδε. Hic locus fortaſſe obverſabatur *Crinagorae* Ep. XII. δαίμονες ἀλλὰ δέχοισθε, καὶ αὐτίκα τῶνδ' ἀπ' ἰούλων Εὐκλείδην πολιῆς ἄχρις ἄγοιτε τριχός. — ὡς πρό. Ut eum usque ad virilem aetatem perduxiſti, ita, quaeſo, eundem ad ſenectutem perducas. — νιφόμενον. *capitis nives* dixit *Horat.* IV. Carm. XIII. 12.

XXII. Cod. Vat. p. 178. ſq. Ἀντιπάτρου. Sequitur Epigr. *Antip. Sidonii* XXIV. cum lemmate τοῦ αὐτοῦ. At p. 419. noſtrum carmen iterum legitur cum lemmate: Ἀντιπ. Θεσσαλ. In Plan. p. 441. St. 547. W. auctoris nomini gentile non additur. Paulo obſcurius argumentum carminis. In pictam tabulam ſcriptum eſſe arbitrabar, in qua mulieres trinae trina dona manibus tenentes, una cum Veneris templo et ſimulacro repraeſenta-

tae erant. *Heynius* autem Vir cl. in Comment. T. X. p. 116. tres illas meretriculas Veneri templum et ſtatuam, Ariſtomachi opus, dedicare cenſet. Huic interpretationi inprimis favent verba ἄνθεμα δ' αὐτῶν ξυνὸν, quae optime ad proxima verba referuntur. Eadem tamen nec noſtrae ſententiae adverſantur. — V. 1. ἃ δέ. Vat. loco ſec. Et ſic v. 2. — V. 3. δ' ὁ νεώς. Vat. loco ſec. et Plan. — V. 4. Ἀριστομένους. Cod. Vat. loco ſec. *Ariſtomachus* ſtatuarius *Junio* in Catal. p. 30. aliunde notus non erat; ſed *Ariſtomenem* pictorem nobis excitat ex *Vitruvii* Prooem. L. III. Qui apud hunc ſcriptorem *Thaſius* vocatur, idem *Strymonius* vocari potuit a poëta, cum Thaſos inſula non longo intervallo a Strymonis oſtiis poſita fuerit. — V. 5. πᾶσαι δ' ἀσταί. Vat. Cod. loco pr. Lectio, quam *Br.* recepit, eſt loco ſec. — V. 6. εὐκρίτου. Vulg. εὐκρίτου Vat. loco pr. εὐκταίης loco ſec. — νῦν ἑνὸς εἶσι μία. Reſpexit poëta legem, quam ad Cecropem referre ſolebant Attici, ap. *Athen.* L. XIII. p. 555. D. ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνόδων καὶ κοινογαμίων ὄντων. *Diog. Laërt.* II. 5. nr. 10. quem correxit *Toup.* ad Suid. P. II. p. 221. ubi plura vide. Nos quoque nonnulla hujus generis notavimus ad Ep. *Aſclepiad.* V. T. II. p. 24.

XXIII. Cod. Vat. p. 362. Ἀντιπάτρ. Θεσσ. Plan. p. 91. St. 133. W. In novem poëtrias, quae in Graecia floruerunt. — V. 1. ἔθρεψε ὕμνοις. carminibus aluit, carmina ipſis inſpiravit, quandoquidem canendi facultas ex fonte caballino hauritur. — V. 3. Praxilla, Sicyonia, cujus Scolion dedimus T. I. p. 90. XIII. Vide *Fabricii* Bibl. gr. T. II. p. 135. ed. Harl. — Pro vulgato Μυρὼ Vat. Cod. Μοιρώ. quam ſcripturam ſequitur etiam *Athen.* p. 490. E. et veriorem judicat *Salmaſ.* de Modo Uſur. p. 42. — Ἀνύτης στόμα. Eadem circumlocutione *Vellejus* utitur L. I. 18. p. 73. *niſi Thebas unum os Pindari inluminaret.* ubi *Ruhnken.* comparavit *Plin.* H. N. II. 12.

Stesichori et Pindari sublimia ora. Supra *Dioscorid.* Ep. XVII. de Aeschylo: ὁ στόμα πάντων δεξιὸν, ἀρχαίων ἠέθε τις ἡμιθέων. *Antip. Sidon.* Ep. LXVIII. Ὅμηρον ἀγήραντον στόμα κόσμου Παντός. — Anyten poëta θῆλυν Ὅμηρον appellat, ut eam ad Homeri praestantiam ascendisse indicet. Simile quid de Sappho dixit *Antip. Sid.* LXXI. — V. 5. Telesilla Argiva, ἡ Σπαρτιάταις ἀνθωπλισμένη, ut ait *Lucian.* Amor. 30. T. V. p. 292. cur ἀγακλὴς appelletur, apparet ex *Plutarch.* T. II. p. 245. C. D. Poëtriam *Agaclen* hinc procudit *Gyraldus* in Dial. III. p. 170. — V. 6. θοῦριν. Fuit igitur inter Corinnae carmina unum, quod Minervae scutum celebrabat. Ex nobilissimis fuisse, hic locus docet. — V. 7. Μύρτιν. Hanc *Pindari* magistram fuisse, narrat *Suidas* in Πίνδαρος, ubi nihili est conjectura *Pearsonii.* Eadem Corinnam instituit, eodem auctore in Κόριννα. Eam cum Pindaro in certamen descendisse, apparet ex fragm. *Corinnae* ap. *Apollon. Dysc.* de Pronom. μέμφομαι ἰώνγα τὰν λιγουρὰν Μυρτίδα, μέμφομαι, ὅτι βάνα φοῦσα ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔριν. — V. 8. Poëtriae carminum immortalium (σελίδων) ἐργάτιδες, fere ut ap. *Antiphil.* Ep. XXIX. apes αἰθερίου νέκταρος ἐργάτιδες. — V. 9. Olympus novem Musas progenuit, totidem terra edidit. Verisimile est, eos, qui poëtriarum cyclum condiderunt, in numero constituendo Musarum habuisse rationem; praecipue cum de poëtis quoque lyricis nonnisi novem in ordinem redacti sint.

¶. 115.] *XXIV.* Cod. Vat. p. 268. Ἀντιπ. Θεσσ. Edidit *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 154. Ex Mantissa Anthologiae Grotianae idem profert *Burm.* ad Propert. p. 471. Scriptum est in laudem Antimachi, quem uni Homero cedere, reliquis autem poëtis praestare affirmat *Antipater.* De judiciis veterum de *Antimachi* ingenio vide not. ad *Crat. Gramm.* Ep. T. II. p. 3. — V. 1. ἀκαμάτου. Cod. Vat. καμάτου. *Salmas.* et *Burmann.* — ὄβριμος στίχος et ad heroici carminis materiam et

ad

ad dicendi genus sublime et elatum referendus videtur. *Tumidum* ei scribendi genus exprobrat *Catullus* XCV. 10. *At populus tumido gaudeat Antimacho*, ubi *Salmasio* memoria suppeditabat *mundo Antimacho*, quod a *Catulli* mente alienum. Ut hic Antimacho, poëtae epico, ὀβριμος στίχος tribuitur, sic *Horat.* I. Serm. X. 44. *Forte epos acer, Ut nemo, Varius ducit. Tibull.* IV. El. XV. 3.

Ne foret aut elegis molles qui fleret amores,
Aut caneret forti regia bella pede.

— V. 2. ὀφρύος. Dignitatem gravitatemque heroum significat. ὀφρὺν καὶ τῦφον junxit *Lucill.* Ep. CXIX. ὀφρύες καὶ γαῦρα φρονήματα. *Rufin.* Ep. XXVII. *Supercilium* sic passim ap. Latinos. Lusus in Priap. Praef. *Conveniens Latio pone supercilium.* ubi vide Intrpp. — V. 3. χαλκευτόν. Ductum ex *Antip. Sid.* Ep. LXXIX. τὸν εὐαχέων βαρὺν ὕμνων χαλκευτὰν — Πίνδαρον. ubi vide not. — εἰ τορὸν οὖας. si *teretes aures* nactus es, ut *Salmasius* quidem interpretatur in Plin. Exerc. p. 502. E. ubi h. v. excitat. Latinorum *teres* cognatum esse vocabulo τορὸς, animadvertit etiam *Lennep.* in Origin. T. II. p. 1291. — V. 4. εἰ φιλοῖς. *Burm.* In ἀγέλαστον ὄπα *Antipater* respexit fortasse dictum Heracliti ap. *Plutarchum* T. II. p. 397. A. Σίβυλλα μαινομένῳ στόματι, καθ' Ἡράκλειτον, ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη. *Antimachum affectibus et jucunditate destitui*, judicavit *Quintil.* Inst. Or. X. 1. 53. qui totus locus comparari meretur. — V. 5. ἄτρειπτον. Cod. Vat. male. — Si ipse per iter ab aliis non tritum ad laudem grassaris. — V. 6. εἰ δ' ὕμνων. Color idem, qui ap. *Horatium* IV. Carm. IX. 5.

Non, si priores Maeonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricae latent,
Ceiaeque et Alcaei minaces
Stesichorique graves Camoenae.

Cicero in Orat. I. 4. *Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere. Nam in poëtis non Ho-*

mera soli locus est, ut de Graecis loquar, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro; sed horum vel secundis vel infra secundos. — V. 6. σκῆπτρον. tanquam rex. *Parentem eloquentiae, deum* appellat *Maeonium*, *Columella* L. I. Praef. δαίμονα μουσοπόλων *Hermesianax* El. 28. — V. 7. κρέσσων. Vat. Cod. qui etiam supra v. 4. τὸν ἀ. ὅ. habet. — V. 9. ὑπέζευκται. Homero uno minor, ceteris omnibus praeferendus.

XXV. Hoc carmen, quod in Plan. p. 93. St. 136. W. ἄδηλον est, *Antipatro Thess.* vindicat Vat. Cod. p. 386. In Aristophanis carmina et Bacchici spiritus et venustatis plenissima. — V. 2. ἔσεισε Vat. Cod. et omnes vett. edd. usque ad *Stephan.* qui ἔπεισε habet. Illud verum esse, vidit *Huetius* p. 12. Color hujus loci ductus est ex Ep. *Simmiae Theb.* I. de Sophocle, cui πολλάκις ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς Κισσὸς Ἀχαρνίτης βλαισὸς ἔρεψε κόμην. — V. 3. Διόνυσος. Vat. Cod. — Vide, ut Bacchicum enthusiasmum carmina spirent! Aristophanes ut Bacchi τεχνίτης laudatur. Spiritus poëticus passim a Baccho repetitur. *Philostrat.* Vit. Soph. L. I. p. 511. ἡ δὲ ἰδέα τῶν λόγων τοῦ μὲν ἀρχαίου καὶ πολιτικοῦ ἀποβέβηκεν, ὑπόβακχος γὰρ καὶ διθυραμβώδης. ubi vide *Olear.* Cf. *Wernsdorf.* ad *Himer.* p. 181. — V. 4. φοβερῶν χαρίτων. *Demetr. Phal.* §. 130. p. 55. ed. *Schn.* Homerus, ait, καὶ παίζων φοβερώτερός ἐστι, πρῶτός τε εὑρηκέναι δοκεῖ φοβερὰς χάριτας. unde apparet, hanc dictionem inter artifices artis dicendi receptam fuisse. Attigit eam cl. *Ernestus* in Lex. Techn. Rhet. p. 376. Thucydidis κάλλος φοβερὸν Herodoti ἱλαρῷ κάλλει opponit *Dionys. Hal.* Epist. ad Pompej. p. 773. — V. 5. καὶ Ἑλλάδος ἤθεσιν ἶσα vulgo et in Vat. Cod. Nullam omnino mutationis causam video, nec eam consulto factam esse puto. — Sales et facetias Comici laudat, facetis Graeciae moribus congruentes, i. e. Graecorum ingenio dignas. — V. 6. στῆσας. Plan. Nostrum est in

Vat. Cod. qui etiam ἄξιε legit pro ἄξια. Haereo in hac voce, nescio quomodo, quae mihi post ἴσα abundare videtur. Vide, an corrigendum sit:

καὶ στύξας ἀστικὰ καὶ γελάσας.

urbanus, sive rideas, sive lacessas. Veteres quanti fecerint Aristophanis ἀστεϊσμὸν, inter omnes constat. Vide, quae de verbis ἀστεῖος et ἀστεΐζεσθαι docte disputavit *Pierson.* ad Moerin p. 74. sqq. Discrimen, quod *Ammonius* esse statuit inter ἀστικὸς et ἀστεῖος, vanum esse, multis exemplis docuit *Ruhnkenius* ad Longin. p. 259. cujus praeclara est emendatio *Alciphronis* L. III. 43. p. 368. ἀνάπαιστα εὔκροτα ἐπιλέγοντες, αὐτοσκωμμάτων ἀστικῶν καὶ αὐτοχαρίτων Ἀττικῶν καὶ αἱμυλίας γέμοντα.

XXVI. Cod. Vat. p. 291. Ἀντιπ. Θεσσ. Edidit *Kuster.* ad Suidam T. I. p. 319. *Jensius* nr. 98. *Heringa* in Obss. p. 268. et *Ruhnkenius* Ep. crit. p. 69. Historia de Damatrio Lacedaemonio, quem, e proelio reversum, mater interemit. Expressit *Antipater* Epigramma *Tymnis* IV. — V. 2. κοίλων. Vat. Cod. *Suidas,* qui h. v. laudat T. I. p. 319. in Ἄρης, κυρίως ὁ σίδηρος, legit βαψαμένη κοίλων. *Eurip.* in Phoen. 1570. χαλκόκροτον δὲ λαβοῦσα νεκρῶν πάρα φάσγανον, εἴσω σαρκὸς ἔβαψε. — V. 3. μάτηρ, ἅ σ' ἔτεκεν. Plane sic *Eurip.* in Alc. 16. γεραιὰν θ', ἥ σφ' ἔτικτε, μητέρα. — Laudat h. v. cum seq. *Suidas* T. III. p. 644. in φόρδην, συγκεχυμένως. ubi male φόνον exhibetur. — V. 5. *Suid.* in ἀφρίον T. I. p. 398. et in κύναβος T. II. p. 345. Pro ἐπιπρίουσα *Leichius* ἐπικρίζουσα suspicabatur; inepte. *Wesseling,* qui hoc carmen ex *Jensio* repetivit, ἐπιβρύχουσα dedit, ut est ap. *Tymn.* l. c. ὀδόντα Ὀξὺν ἐπιβρύκουσ', οἷα Λάκαινα γυνά. — V. 6. *Suid.* in λοξῇ T. II. p. 457. *Kusterus* οἷα λέαινα reponendum censet, eique assentitur *Ruhnkenius* comparans *Callimach.* Hymn. in Cer. 51. τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἠὲ κυναγὸν Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα Ὠμοτόκος, τᾶς φαντὶ

πόλεων βλαστηρότατον ὄμμα. *Salmasius* λόγιον malebat. Nihil mutandum censet *Brunckius*. Vide not. ad *Tymnem* l. c. — V. 7. 8. *Suid.* in Εὐρώταν T. I. p. 907. ubi dorismo neglecto legitur: οἶεθα φυγὴν τελέθειν. — φυγὴν cum omisisset *Jensius*, viri docti, integrum versum a *Kustero* editum esse ignorantes, lacunam explere conati sunt. Vide *Leichium* ad Carm. Sepulcr. XIII. — *Reiskius*, cui locutio εἰδέναι φυγὴν suspecta erat, legendum proposuit: ἀνίκα δειλᾶν οἶεθα φυγᾶν — —. Esse δειλᾶν idem, quod δειλιᾶν. Nemo facile hanc conjecturam lectioni Cod. praetulerit. Nec video, quid in illa lectione tantopere displicere possit. Variavit poëta locutionem οἶεθα δειλῶς φυγεῖν, quod idem est ac δειλῶς ἔφυγες. Nam οἶδα cum infinitivo positum eleganti periphrasi non minus inservit, quam Latinorum *novi*. Vide *Barth.* ad *Claudian.* p. 892. *Abresch.* ad *Aristaenet.* p. 336.

¶. 116.] *XXVII.* Anth. Plan. p. 363. St. 502. W. Scriptum in laudem Pyladis, qui Bacchum saltaverat. Est hic Pylades nobilissimus mimicae saltationis inventor, de quo vide *Suidam* in Πυλάδης Κίλιξ et *Athen.* L. I. p. 20. E. ubi inter alia: ἦν δὲ ἡ Πυλάδου ὄρχησις ὀγκώδης, παθητική τε καὶ πολύκοπος· ἡ δὲ Βαθύλλειος ἱλαρωτέρα. ubi *Salmasius* ingeniose corrigit καὶ πολυπρόσωπος, ex *Plutarchi* Sympos. Probl. VII. c. 8. (T. II. p. 711. E.) Vid. Not. ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 828. sqq. Augusti aetate illam artem inventam esse, testatur *Zosimus* L. I. 6. p. 11. ἥ τε γὰρ παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μετελθόντων. Conf. *Lucianum* de Saltat. c. XXXIV. *Dion. Cass.* LIV. 17. p. 747. Pyladem Bacchum saltantem vehementer probasse videntur Romani. Conf. Ep. *Boëthi* p. 127. — V. 1. αὐτόν. Hunc locum expressit auctor carminis inter ἀδέσπ. CCCLHI.

Αὐτὸν ὁρᾶν Ἰόβακχον ἐδόξαμεν, ἡνίκα ληνοῖς
ὁ πρέσβυς νεαροῖς ἦρχε χοροιμανίης.

— V. 3. τερπνὸν ἔθος. Plan. vitiose. Emendavit *Salmaf.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 835. — V. 4. ἔπλησε. Tanquam verus Dionysus totam urbem divino suo numine implevit. Enthusiasmum, eumque plane eximium (ἄκρητον) significat. ἄκρητον μανίην. Ep. ἀδέσπ. XXV. ἄκρητον κῦμα. *Antiphil.* Ep. XII. Hunc usum vocabuli ἄκρητος, quo *vehementiam* significat, illustravit *Gataker.* in Adv. Posthum. p. 450. sq. — V. 5. Bacchus ille Thebanus igne est editus: ille vero, quem nos loquacibus digitis editum vidimus, vere coelestis est. Frigidum acumen. Ceterum *loquaces* pantomimorum *manus* passim ap. veteres laudantur. Ep. ἀδέσπ. DCCXLIV.

> Ἱστορίας δείξας καὶ χερσὶν ἅπαντα λαλήσας,
> ἔμπειρος Βρομίοιο σοφῆς ἱερῆς τε χορείας.

Demetrius Cynicus cum pantomimum (Hylam fortasse, Pyladis discipulum, ut probabile sit ex *Macrob.* Saturn. II. 7.) videret, fabulam de Marte et Venere egregie saltantem, ἀκούω, clamavit, ἄνθρωπε, ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν. *Lucian.* de Salt. c. 63. Anthol. Lat. T. I. p. 622. *Ingressus scenam, populum saltator adorat, Sollerti spondens prodere verba manu — —. Tot linguae, quot membra viro; mirabilis ars est, Quae facit articulos ore silente loqui. Cassiodorus* Var. IV. Ep. 51. *His sunt additae orchestrarum loquacissimae manus, linguosi digiti, clamosum silentium, expositio tacita.* Idem I. Ep. 20. *Hanc partem musicae disciplinae mutam nominavere majores, scilicet, quae ore clauso manibus loquitur.* — Nostri loci non immemor fuit, ubi de loquacibus pantomimorum manibus agit *Rigaltius* ad Artemidor. p. 37.

XXVIII. Cod. Vat. p. 445. Ἀντιπ. Θεσσ. Plan. p. 14. St. 24. W. In Glaphyrum tibicinem. — V. 1. σὺ δ' Ὀρφέα. Tu Orpheum moves, ut te sequatur et audiat. — V. 2. τὸν Φρύγα. Marsyam. — Deinde σοὶ δὴ καὶ μελπομένω

γλάφυρε. Vat. Cod. „Γλαφόρε. Planud. Codd. meliores „Γλάφυρε. Glaphyri, tibicinis, qui sub Augusto floruit, „meminit Juvenal. Sat. VI. 77. *Accipis uxorem, de qua* „*citharoedus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater, Ambro-* „*siusque choraules.*" *Br.* Hujus viri nomen reponendum esse, jam *Scaliger* viderat in not. mst. — V. 3. ὄνομα τέχνης. quandoquidem hujus viri cantus *concinnus* erat, *suavis* et *elegans*. Transfertur enim τὸ γλαφυρὸν ab artis operibus, quae magna cum elegantia elaborata sunt, (unde σῶμα γλαφυρὸν) ad cantum et orationem. Vide inprimis *Eustathium* ad Odyss. p. 11. 23. et *Ernestum* in Lex. Techn. Rhetor. p. 61. — V. 4. ἔῤῥιψεν αὐλούς. in marg. Vat. Cod. *Alcaeus Messen.* Ep. X. de Marsyae tibiis: λωτοὶ δ' οἱ κλάζοντες ἴσον φόρμιγγι μελιχρόν. — V. 5. ποικιλότερα' σάφ' ὑπνώσαι. Plan. ποικιλότερας ἐφ' ὑπνώσαι. sic Vat. Cod. Qua lectione praeclare confirmatur eximia emendatio *Huberti van Eldick* in Suspic. Spec. c. V. p. 27. quam *Br.* auctore non indicato recepit: *Somnus ipse, suaves hos numeros audiens, in Pasitheae ulnis expergisceretur.* — Elegans conversio et meliore poëta non indigna.

XXIX. Vat. Cod. p. 400. Ἀντιπάτρου εἰς Μαρσύαν τὸν αὐλητὴν διά τι γλαφυρὸν καὶ ἐμμελὲς αὐλεῖν. Ineptum lemma. In Plan. p. 13. St. 23. W. *Philippo* tribuitur; haud scio, an rectius. — Scriptum est in eundem Glaphyrum, quem poëta Minervae tibiis uti affirmat. — V. 2. γλαφύρε. vulgo. γλαφύρῳ Aldus reperit in Cod. et sic legitur in Aldina sec. et tert. et in Vat. Cod. In vulgata lectione frustra lusum quaerebat *Huetius* p. 5. De Glaphyro, tanquam de homine eximie ap. Romanos probato, loquitur *Martial.* L. IV. Ep. V. 8. — V. 3. Mentitus es, Marsya, cum te Minervae tibias reperisse gloriatus es. — V. 5. „Antipater eos auctores sequitur, qui Hyagni„dem Marsyae patrem fuisse tradiderunt, quos laudat

»Munkerus ad Hyginum p. 278. Juxta alios Hyagnis »ipse tibias invenerat, ut supra ad Dioscorid. Ep. XV. »notatum. Alcaeo X. Marsyas Nymphae filius: νυμφογενὲς »σάτυρε. Patrem vero habuit Olympum, juxta Apollo»dorum p. 11. cujus in his rebus magna auctoritas. »Alii tamen Olympum Marsyae discipulum et amasium »faciunt, quos sequitur Ovid. Metam. VI. 392. ubi »vide Intrpp. Heinsium et Burmannum.« *Br.*

XXX. Cod. Vat. p. 371. Ἀντιπ. Θεσσ. ἐπὶ φιλοξενίᾳ τινὸς σοφοῦ, ὃς τῷ ξενίσαντι ταῦτα προεῖπε τὰ μέλιτος γλυκερώτερα ἔπη. Plan. p. 94. St. 137. W. Viro cuidam, quem non nominat, promittit, se ipsi carminibus benefacta retributurum esse. — V. 1. *Philostrat.* Epist. XVII. p. 921. poëtam eroticum amico commendans, cum locustis eum comparat. Tum addit: ὡς δ' ἂν μὴ δρόσῳ, ἀλλὰ σιτίοις τραφείη, πεπίστευκά σοι μελήσειν. Mollem quendam et delicatum rhetorem ξένον τι φάσμα, δρόσῳ καὶ ἀμβροσίᾳ τρεφόμενον, appellat *Lucian.* T. III. p. 12. — V. 4. Pauca accipiens, multa remuneratur poëta, carminibus illum, a quo accepit, celebrans. — ¶. 117.] V. 5. 6. Hoc distichon sic legit Vat. Cod. τοὔνεκα σοι (sic tres Aldinae. σὺ Ascens. et Steph.) πρώτως μὲν ἀμειβομένην (sic Planudeae omnes.) δ' ἐθέλουσιν Μοῖραι (sic Cod. Aldi. vulgo Μοῖραν.) πολλάκι μοι (μου vulgo.) κείσεται (sic Ed. Flor. et omnes Aldinae. κείσεαι Asc. et Steph.) ἐν σελίσιν. *Brunckius* hoc distichon constituit secundum emendationes *Salmasii.* Eadem ratione emendavit *Jos. Scaliger* in not. mst. — κείσεαι etiam *Opsopoeus* vidit legendum esse. σὺν πρώτοις tentavit V. D. ap. *Huetium* p. 12. *Toupius*, qui hoc carmen profert in Animadv. in Schol. Theocriti p. 212. emendandum existimabat: τοὔνεκα σὺ πρώτως μὲν, ἀμειβομένην δὲ φιλοῦσι Μοῦσαι. *amant alterna Camoenae*, quae Brunckianis longe deteriora sunt. — πολλάκι μοι κείσεαι ἐν σελίσι. Dictum, ut ap. *Evenum* Ep. XIV. πάντων δ' Ἑλλήνων κείσομαι ἐν στόματι. ubi vide not. p. 327.

XXXI. Anth. Plan. p. 319. St. 458. W. Ἀντιπάτρου Μακεδόνος. In Medeae imaginem, in qua furor cum misericordia mixtus conspiciebatur. Multa similia in hoc Planudeae capite leguntur. τὸ μὲν, τὰ δὲ, non ad ὄμμα referendum, sed per *partim, partim, cum, tum,* explicandum censet *Heynius* in Comment. X. p. 113. Fieri tamen possit, ut *Antipater* noster, non magni judicii homo, quod alii de duplici affectu in eodem vultu commisto dixerunt, ita acceperit, ut, sicut in quibusdam personis tragicis (vide not. ad *Callim.* Ep. XXVIII. p. 281.) alterum Medeae oculum liberorum amorem, alterum iram et furorem ostendisse putaret.

XXXII. Vat. Cod. p. 453. Ἀντιπάτρου. Nec in Plan. p. 39. St. 57. W. gentile appositum. *Sidonio* igitur tribuendum videri, asterisco apposito indicavit *Br.* Scriptum in Antiodemiden, mimam, ut videtur, quae, Graecia relicta, in Italiam transierat. — V. 2. κροκύδων. Vat. Cod. quod *Brunckius* pro vero habet. κρόκυδες, *flocci, tomentum;* unde κροκυδίζω. Mollissimam et delicatissimam lanam, cui Antiodemis, ut columba nido, incubuerit, intelligendam esse apparet. — V. 3. λεύσσοντα. Vat. Cod. — τακεραῖς κόραις. *Berglerus,* ubi τὸ τακερὸν βλέπειν egregie illustrat, ad *Alciphr.* L. I. 28. p. 117. nostrum quoque versum laudat. μαλακὸν βλέμμα nostro dicitur μαλακώτερον ὕπνου, quod ductum ex *Theocrit.* Eid. V. 51. εἴρια — ὕπνω μαλακώτερα. XV. 125. πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω. ubi vide Intpp. *Clemens Alex.* in Paedag. II. c. 9. christianos habere vetat χλαίνας ἐφόπερθεν οὔλας καὶ τὰς εὐνὰς μαλακωτέρας ὕπνου. *Somno mollior herba. Virgil.* VII. Ecl. 45. His omnibus audacior *Antipater* ipsis oculis puellae obtutum somno molliorem tribuit. — V. 4. Λάιδος ἀλκυών. Frustra haec verba explicare conatus est *Brodaeus,* qui λάιδος cum μέθης conjungit. ἀλκυὼν vocari videtur ob mollem, suavem et jucundam vocem, quae huic avi a poëtis tribuitur. Conf. *Tymnas* Ep. II. et *Dor-*

vill. in Charit. p. 253. Quare λέσιδος ἀλκυὼν h. l. idem esse, quod λυσιῳδός, equidem vix dubitaverim. Dicti sunt λυσιῳδοὶ a Lyside, obscoenorum carminum auctore, ut ait *Salmas.* ad Solin. p. 76. G. quae sententia niti videtur loco *Strabonis* L. XIV. p. 959. A. B. ubi *Lysis* τὸ κιναιδολογεῖν primus dicitur in lyricam invexisse poësin. *Athenaeus* L. XIV. p. 620. E. Ἀριστόξενος δέ φησι, τὸν μὲν ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα πρόσωπα ὑποκρινόμενον μαγῳδὸν καλεῖσθαι· τὸν δὲ γυναικεῖα ἀνδρείοις λυσιῳδόν. τὰ αὐτὰ δὲ μέλη ᾄδουσιν καὶ τἄλλα πάντα ἐστὶν ὅμοια. quem locum exscripsit *Eustath.* ad Odyss. p. 806. 49. Conf. *Bergler.* ad Alciphr. p. 66. — Puella, quae libidinosa et mollia cantabat carmina, veluti ii, qui ex Lysidis disciplina profecti ἐκιναιδολόγησαν, probe ἀλκυὼν Λύσιδος vocari potuit. Quod si recte statuimus, scribendum:

Λύσιδος ἀλκυὼν — — —.

— V. 5. ὑδατίνους. molliculas et delicatas manus, interprete *Toupio* Ep. de Syrac. p. 341. qui fallitur in eo, quod comparat *Theocrit.* Eid. XXVIII. 11. ubi ὑδάτινα βράκη de braccis viridantis sive coerulei coloris accipienda sunt. Apte ad nostrum locum *Dorvill.* in Charit. p. 163. excitavit *Aristaenet.* L. I. Ep. I. p. 4. οὕτω μέντοι σύμμετρα καὶ τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη, ὡς ὑγροφυοῦς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιπτυσσομένῳ δοκεῖν· τοιγαροῦν ταῦτα μικροῦ γε ὁμοίως δι' ἁπαλότητα συναπομαλάττεται τῇ σαρκί. — Erat autem tam molli corpore membrisque tam lentis et flexibilibus, ut *ossa habere* non videretur, ἡ μόνη ὀστοῦν οὐ λάχεν. Vide *Interpp. Lucretii* L. IV. 1266. et *Herald.* ad *Arnobium* L. VI. p. 245. — Quam ob causam poëta eam cum lacte in calathis coagulato comparat. τεῦν ταλάροισι γάλα. In calathis lac coactum servatum esse, apparet ex *Calpurn.* II. Ecl. 76. *Pausan.* L. VI. 7. p. 470. Quod ad comparationem ipsam attinet, plures ea usi sunt. *Ovidius* Metam. XIII. 796. *Mollior et cygni plumis et lacte coacto.* qui locus obversabatur *Martiali*

L. VIII. Ep. 64. *Vincis mollitie trementе plumas, Aut massam lactis modo alligati.* Ap. *Alciphron.* L. I. Ep. XXXIX. p. 188. puella per vestem bombycinam τρέμουσαν οἷόν τι νεόπηκτον (sic *Bergler.* vulgo μελίπηκτοι. Vir D. in Misc. Obs. V. p. 62. οἷον πιμελὴ ἢ πηκτὸν) γάλα τὴν ὀσφὺν ἀνασάλευσε. *Appulej.* Metam. X. p. 226. *Tam lucida, tamque tenera et lacte et melle confecta membra duris ungulis amplecti.* — V. 7. Romam profecta est Antiodemis, ut molli sua venustate bellicosum Romanorum animum emolliret.

XXXIII. Cod. Vat. p. 450. Ἀντιπάτρου. Edidit *L. Holstenius* ad Steph. Byz. v. Νικόπολις p. 225. *Jensius* nr. 79. *Reiske* p. 146. nr. 730. In urbem Nicopolin, ab Augusto in earum urbium, quas bellum everterat, locum exstructam. Augustum in hanc urbem, ad sinum Ambracium contra promontorium Actiacum a se conditam (*Sueton.* V. Aug. 18.), incolas ex pluribus Acarnaniae urbibus deduxisse, narrat *Strabo* L. X. p. 691. A. Idem L. VII. p. 501. A. Ambraciam aliasque vicinas urbes, ait, cum Augustus Romanorum et Macedonum bellis tantum non desertas vidisset, εἰς μίαν συνῴκισε τὴν ὑπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Νικόπολιν ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ. Conf. *Pausan.* V. 23. p. 437. VII. 18. p. 569. — V. 1. ἐρίβωλος vocatur *Ambracia* ob pristinas divitias: quare poëtae magnam de hac urbe inter deos contentionem fuisse finxerant; ut ex *Nicandri* Ἑτεροιουμένοις narrat *Antonin. Lib.* c. IV. — V. 2. Θυρρείου. De hujus nominis orthographia vide *Berkelium* ad Stephan. v. Θυρέα p. 405. — V. 5. In Vat. Cod. δέχνυται legitur; et sic *Jensius*, ap. quem δείκνυται, lectio Holsteniana, in margine posita est. Revocanda membranarum scriptura. Nicopolis Apollini sacra fuit; quare Apollo eam pro auxilio, quod Augusto in pugna navali cum Antonio tulerit, accepisse dicitur. Pugnae Actiacae eventum Apollini a poëtis tribui, constat vel ex *Virgil.* III. Aen. 274. ubi *Servius: Leucate est mons altissimus, prope peninsula in promontorio Epiri,*

juxta Ambraciam, sinum et civitatem; *quam Augustus Nicopolin appellavit, victis illic Antonio et Cleopatra; ibi et templum Actiaco in promontorio Apollini constituit et ludos Actiacos.* Conf. *Propert.* IV. El. VI. 19. sqq. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. I. p. 263. *Fabric.* ad *Dion. Cass.* T. I. p. 631.

XXXIV. Vat. Cod. p. 318. Ἀντιπάτρου. ζήτει τὸ ἐπίγραμμα, ὅτι δυςνόητον καὶ ἐσφαλμένον. Edidit *L. Holstenius* ad Stephan. v. Ἀμφίπολις p. 33. Ex apogr. regio *Boivin.* in Mém. de l'Acad. T. III. p. 388. *Bentlej.* ad *Callimach.* p. 567. ed. Ernest. et ad *Horatium* III. Carm. XXV. 9. *Wesseling.* ad Hieroclis Synecd. p. 604. ubi Phyllidis casus et quae ad Lacedaemoniorum cum Atheniensibus de Amphipoli rixam faciunt, exponuntur. — V. 1. πεπολημένον. Vat. Cod. et Holst. et v. 2. iidem Ἀμφιπόλει. *Bentlejus* altero loco πεπολισμένη Ἀμφιπόλει legit; altero sic, ut *Br.* dedit. πεπολισμένον servavit *Reisk.* in Anthol. p. 129. nr. 688, recte, ut mihi quidem videtur. Amphipolis pro monimento Phyllidi exstructo habetur. — V. 3. Αἰθιόπης — νηῷ. Vat. Cod. et sic *Holst.* nisi quod vitiose Ἀνθιόπης ibi excusum. νηώ. Jens. νηοῦ emendavit *Wesseling.* qui hoc distichon profert ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 260. 37. ubi templum Dianae Ταυροπόλου commemoratur; et *Toup.* qui integrum carmen dedit in Em. in Suid. P. III. p. 376. Αἰθοπίης debetur *Bentlejo.* Vide Not. ad *Sapphus* Ep. II. p. 183. sq. — Diana Brauronia eadem, quae Taurica. Vide *Pausan.* L. I. 33. p. 80. *Euripid.* Iph. in T. 1463. — λοιπὰ in hoc contextu vim sententiae imminuit. Non parum juvabitur oratio, si mecum legeris:

λεπτά τοι Αἰθοπίης Βραυρωνίδος ἴχνια νηοῦ
μίμνει — —

Tenuia supersunt vestigia. Exigua ingentis retinet vestigia famae. Anth. Lat. T. I. p. 454. ἴχνη ἀμαυρὰ καὶ ἀσαφῆ dixit *Lucian.* T. III. p. 9. οὐ σώζει πορτιέρης ἴχνιον ἀγλαΐης.

Isidorus in Epigr. T. II. p. 474. *Philostrat.* Vit. Apoll. VI. 4. p. 233. στήλῃσιν παρεχόμενα τρόφη καὶ τειχέων ἴχνη. — ¶. 118.] V. 5. 6. Separatim hoc distichon exhibetur in Vat. Cod. cum lemmate: ἄδηλον ἔν τινι. Proximum tamen locum a praecedentibus occupat distichis. αἰγείδεσσιν. Cod. et sic fere Holst. *Boivin*, cum in apogr. suo ἀλγήδεσιν reperisset, correxit Ἀργιλίοις, ad *Thucydidem* remittens L. IV. 103. Αἰγείδαων *Bentl.* legit ad *Horatium* l. c. Αἰγείδαις ad *Callimachum*. Huic emendationi assentitur *Toupius*. — *Aegidae* h. l. sunt Athenienses ab Aegeo vocati. Alibi idem vocabulum de tribu Atticae usurpatur. Vide *Harpocrat.* v. Αἰγεῖδαι p. 16. — μεγάλων ἔργων. Similiter de Athenis in Ep. Anth. Lat. T. I. p. 455. II. — *quae veteris famae vix tibi signa dabunt: Hasne dei, dices, coelo petiere relicto? Rixane* (sic lege cum *T. Hemsterb.* pro *Regnaque*. *partitis haec fuit una deis?* — ἁλιανθεῖς apogr. regii *Boivin* in ἁλιανθὲς mutavit. ὡς ἀλινηχὲς τρύχος in mentem venerat *Bentlejo*: *tanquam laceros pannos post naufragium in litus ejectos*. *Toupio* placuit: ὡς ἁλὶ ξανθὲν τρ. quod ipsi auctori valde arridet. Vulgatae patrocinatur *Wesseling* ad Itin. Hierosl. p. 604. ubi ἁλιανθὲς explicat per ἄνθει ἁλὸς ἠνθισμένον. ἁλιανθέϊ κόχλῳ est ap. *Paul. Silent.* Ep. XXII. — In fine cod. ᾐόσιν.

XXXV. Cod. Vat. p. 427. sq. Ἀπολλωνίδου, οἱ δὲ Ἀντιπάτρου. Idem lemma invenit Aldus in Cod. suo, cum in edit. pr. soli *Antipatro* inscriptum sit. Anth. Plan. p. 81. St. 118. W. *Alpheus Mit.* Ep. X. ad hoc Epigr. respiciens, *Antipatrum* ut ejus auctorem nominat; cujus auctoritate quin *Antipatro* recte vindicatum sit, dubitari nequit. Sed Sidonii sit poëtae an Thessalonicensis, minus certum est. Quum enim ille circa Ol. CLXIX. claruisse existimetur, nihil vetat, judice *Dorvillio* in Misc. Obss. Vol. VII., quominus Ol. CLXXIII. carmina conscripserit, qua Olympiade Delos vastata est. At in hoc carmine

non tam de recenti clade, quam de vetere agitur. Quare verisimilius Thessalonicensi tribuitur. De Deli expugnatione *Pausan.* L. III. 23. p. 269. Μηνοφάνης Μιθριδάτου στρατηγὸς — ἅτε οὔσης ἀτειχίστου τῆς Δήλου καὶ ὅπλα οὐ κεκτημένων ἀνδρῶν, τριήρεσιν ἐσπλεύσας — αὐτὴν εἰς ἔδαφος κατέβαλε τὴν Δῆλον. — Poëta insulam facit optantem, ut nunquam floruerit; cum post illas opes, quibus olim conspicua fuerit, vastitas sibi sua et solitudo intolerabilis videatur. — V. 1. ἔτι πλάζεσθαι. *Propert.* L. IV. 6. 27. *Delos – tulit iratos mobilis ante Notos.* *Anthol. Lat.* T. I. p. 460. VII. *Delos jam stabili revincta terra, Olim purpureo mari natabat, Et moto levis hinc et inde vento Ibat fluctibus inquieta summis.* Quaedam alia vide ap. *Barth.* in Adverf. XLIX. 5. p. 2289. — V. 2. ἀλωομένην. Vat. Cod. — V. 4. ἔσεαις. Hoc derivatum ex *Callimach.* H. in Del. 315. τίς δέ σε ναύτης Ἔμπορος Αἰγαίοιο παρήλυθε νηὶ θεούσῃ. — V. 5. ὀψέ πη ἦεν. Vulgo. ποιηρὴ Vat. Cod. — *Salmas.* qui hoc carmen illustravit ad *Tertull.* de Pall. p. 150. ὀψέ σοι dedit; quod tamen pro operarum peccato habendum. — V. 6. Λητοῦς, ob Latonam receptam. Verbis accusandi, condemnandi, arguendi enim jungitur genitivus rei. Male igitur *Huetius* p. 10. Λητοῖ corrigit.

XXXVI. Cod. Vat. p. 450. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 81. St. 118. W. eidem auctori tribuit. Apud *Salmasium* tamen in Tertull. p. 151. *Alpheo Mitylenaeo* inscribitur: temere. Insula Tenos cum Delo comparatur. Tenos una e Cycladibus, non longe ab Andro et Delo, quam ob aquarum abundantiam Hydrussam vocari ait Aristoteles, secundum *Plin.* L. IV. 22. p. 211. ubi vide *Harduinum.* Parvam esse urbem, sed templum Neptuni habere cum luco, dignum, qui spectetur, ait *Strabo* L. X. p. 488. — V. 1. κεινήν. Vat. Cod. et Edd. vett. usque ad Ascens. quae κλεινήν habet. κλεινὴν emendavit *Opsop.* et *Jos. Scalig.* in not. mst. Sic jam *Steph.* edidit. — V. 2. Δῆλε.

Vat. Cod. in marg. Τήνῳ. — Βορεάδα. Vulgo, quod cum πτηνοὶ non congruit. Quare *Scalig.* in mſt. not. Βορεάδας emendavit; quod membranae confirmant. — Ap. *Apollonium Rhod.* L. I. 1304. filios Boreae, Zeten et Calaïn, in patriam revertentes, Hercules

> *Τήνῳ ἐν ἀμφιρύτῃ πέφνε, καὶ ἀμήσατο γαῖαν*
> *ἀμφ' αὐτοῖς, στήλας δὲ δύω καθύπερθεν ἔτευξε.*

Conf. *Heynium* ad *Apollodor.* L. III. 15. 2. p. 855. ſq. — V. 3. 'Ορτυγίη. Delos eſt. Vide ad *Noſſid.* Ep. III. *Plin.* L. IV. 22. p. 212. De hujus inſulae gloria omnia plena ſunt. — 'Υπερβορέων. 'Ριπαία. ὄρος 'Υπερβορέων. *Stephan. Byz.* Ab Hyperboreis autem *Apollinem Delphos advenisse ferunt*, ſecundum *Ciceron.* de N. D. III. 23. Hinc primitiae adferebantur Delum:

> *πᾶσαι δὲ χοροὺς ἀνάγουσι πόληες,*
> *αἵ τε πρὸς ἠοίην, αἵ θ' ἕσπερον, αἵ τ' ἀνὰ μέσσην*
> *κλήρους ἐστήσαντο καὶ οἳ καθύπερθε βορείης*
> *οἰκία θινὸς ἔχουσι, πολυχρονιώτατον αἷμα.*

Callim. H. in Del. v. 279. ſq. ubi vide *Interpp. Valckener.* ad *Herodot.* L. IV. 33. p. 295. *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 159. — V. 5. ζωῆς. Vat. Cod. — Urbes dicuntur *vivere* et *mori*, quod multis exemplis, noſtro loco non omiſſo, illuſtravit *Gatacker.* ad Antonin. L. IV. p. 130.

XXXVII. Cod. Vat. p. 430. 'Αντιπ. Μακεδ. Edidit *L. Holſten.* ad Steph. v. Φολέγανδρος p. 348. *Jenſius* nr. 3. *Reiske* Anth. nr. 654. p. 113. Inſulas maris Aegaei, Deli inſulae exemplum ſecutas, vaſtitate ſqualere ait. — V. 1. ἐρημαῖοι. *Reisk.* — τρύφεα χθονός. *continentis fruſta.* Partem rupis a Neptuno avulſam τρύφος appellat *Homer.* Od. δ. 517. ἤλασε Γυραίην πέτρην, ἀπὸ δ' ἔσχισεν αὐτήν· Καὶ τὸ μὲν αὐτόθι μεῖνε, τὸ δὲ τρύφος ἔμπεσε πόντῳ. Similiter Demades rhetor Samum inſulam ἀποῤῥῶγα τῆς πόλεως vo-

cat ap. *Athen.* L. III. p. 99. D. — V. 3. Siphnos, una e Cycladibus, cujus res Polycratis tyranni aetate satis florebant, teste *Herodoto* L. III. 57. p. 224. Siphnorum thesaurum Delphis commemorat *Pausan.* L. X. 11. p. 823. — Φολέγανδρος. una e Sporadibus: ἣν Ἄρατος σιδηρείην ὀνομάζει διὰ τὴν τραχύτητα. *Strabo* L. X. p. 484. *Hesychius:* Φολέγανδρος (vulgo male Φλέγανδρος), νῆσος ἐρήμη. Minimo honore fuisse, apparet ex versu *Solonis* ap. *Diogen. Laërt.* L. I. 27. p. 48. Εἴην δήποτ' ἐγὼ Φολεγάνδριος ἢ Σικινίτης Ἀντί γ' Ἀθηναίου. — V. 4. ἀ. δ' ὤλεσαν' *Reisk.* — V. 5. ἵνα τρόπον. Vat. Cod. et Jens. quod in ἐὸν mutavit *Heringa* in Obss. crit. p. 184. eumque secutus *Reiskius.* — In fine versus ἡ τότε λευκὴ Vat. Cod. ποτε correxit *Heringa*, κλεινὴ *Reiskius.* — V. 6. ἐρημαῖος δαίμων. Delos, quae prima, iniquo fato jubente, solitudine et vastitate laborare coepit.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 400. Ἀντιπ. Θεσσ. Edidit *Berkelius* ad Stephan. in Κρήτη p. 479. *Jensius* nr. 197. *Reisk.* in Anth. nr. 788. p. 169. Historia de cane Cretensi, quae vix cervo, quem persequuta fuerat, interfecto, novem catulos uno partu edidit. Eandem historiam narrat *Aelian.* V. H. VII. 12. Κύων θηρῶσα, λαγὼς δὲ ἦν τὸ ἄγρευμα αὐτῇ, καὶ ἐκύει ἡ κύων, ἐπεὶ δὲ τῆς σπουδῆς τῆς προκειμένης τετύχηκε, τῷ μὲν δεσπότῃ τοῦ θηράματος ἐπέστη· ἀναχωρήσασα δὲ, ἐννέα, φασὶ, σκύλακας ἀποκυήσασα, εἶτα ἐξέθρεψεν αὐτούς. — V. 1. κατίχνιος junctim dedit *Reiskius*, quia graece non κατ' ἴχνεος, sed κατ' ἴχνος, quarto casu, diceretur. Hoc recte animadversum; et fortasse revera scriptum fuit κατ' ἴχνος ἔδραμε, brevi syllaba producta, cujus licentiae non unum exemplum apud veteres. Vide *G. Wakefield* in Sylv. crit. I. p. 81. *Hermann.* de Metr. p. 71. sq. — Γόργη exhibuit *Berkel.* et *Reisk.* In Cod. est γοργή. Nomen proprium, quod *Br.* monuit, foret Γοργώ. Hoc nomen fuit uni canum Actaeonis ap. *Hygin.* Fab. CXXXI. p. 253. *Munk.* — V. 2. ἀμφοτέρην Ἄρτεμιν,

et venationis deam et Lucinam. — ¶. 119.] V. 3. Ἐλευθώ. (Ἐλθὼ vitiose *Berkel.*) Ilithyia. Vide *Interpp. Hesychii* v. Ἐλευθώ. — V. 6. τοκάδων. Cod. Vat. *Berk.* et *Reisk.* Hic etiam δεδαεκόμενα dedit pro lectione membranarum δεδαεκόμενοι. *Bernardus* ad Thom. Mag. p. 201. δεδιδαγμένοι corrigit. Sed verior est emendatio *Reiskii.* Fortasse tamen praeterea emendandum:

φεύγετε Κρήσσας,
κεμμάδες, ἐκ τοκάδος τέκνα δεδαεκόμενα.

Fugite, cervi, fugite catulos, ab hac Cretensi matre venandi artem edoctos. Non igitur Cretensibus solum, sed omnibus, quotquot sunt, cervis fugam poëta suadet; et recte nobis scripsisse videmur Κρήσσας τοκάδος, *Cretensis puerperae;* quod non sine gravitate dictum; fortissimum enim Cretenses canum genus. *Pollux* L. V. 37.

XXXIX. Cod. Vat. p. 429. hoc carmen eidem *Antipatro* tribuit, cujus est Ep. LXIV. inter Epigrammata *Antipatri Sidonii.* Primus edidit *Salmasius* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 857. et post eum *Boivin.* in Mémoir. de l'Acad. T. III. p. 391. *Jensius* nr. 2. *Reisk.* nr. 653. p. 112. Agit poëta de inventione rotarum in molis aquariis adhibitarum. Vide *Salmas.* ad Solin. p. 416. B. — V. 1. ἀλετρίδες. mulieres, quae molam manibus movent. μυλωροί. Vide *Callimach.* H. in Del. 242. et *Spanhem.* p. 526. *Schol. Aristoph.* Pac. 258. *Eustath.* ad Odyss. p. 273. 25. et 724. 31. Nonnullos τὴν μυλωθρίδα vocare ἀλετρίδα notavit *Pollux* VII. 19. — V. 2. προλέγει. Cod. et Jens. Soloecismum *Salmas.* sustulit. — V. 3. In posterum non manibus opus est ad molam agendam, cum Ceres Nymphis hoc negotium tribuerit. — χερῶν *Boivinus* dedit, cum in Cod. esset χορῶν. Illud etiam *Heringae* Obss. p. 184. in mentem venerat; sed *Reiskius* alteram ejusdem conjecturam κορῶν praetulit. Quae doctus hic vir praeterea tentavit, memoratu indigna sunt.

ſunt. — V. 4. *ἀλλόμενον.* Cod. Vat. *ἀλλόμεναι Boivin.* Idem voluiſſe videtur *Salmaſius*, ap. quem *ἀλόμεναι* perperam excuſum. Deinde *Reisk.* *κατ' ἀκροτάτης τροχιῆς* in contextu exhibuit; non negans tamen, codicis lectionem fortaſſe ſervandam fuiſſe. Hoc dubitari nequit, ſecundum caſum cum recepto uſu praepoſitionis *κατὰ* melius convenire. — V. 5. *δινεῦσιν.* Vat. Cod. Apographa *ἀντιθέουσιν.* — Aqua in rotam molarum decidens axem agit; rotâ autem (hanc circumſcribit verbis *ἀκτίνεσσιν ἑλικταῖς, radiis circumactis*) quatuor lapides molares moventur. Pro *ἑλικταῖς* *Reisk.* poſuit *ἑλιχθεὶς.* *axis una cum radiis circumactus.* — V. 6. *στρωφᾷ π.* Cod. Vat. — V. 7. Redit priſca aurea aetas, cum Cereris frugibus ſine labore frui liceat. Reſpexit poëta *Heſiodi* Ἔ. κ. Ἡ. 114.

ἐσθλὰ δὲ πάντα
τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον.

Pro *εἰ δίχα* *Bernardus* in Epiſt. ad Reisk. p. 506. *ᾗ δίχα μ.* tentat; quod non capio. Fortaſſe voluit *ᾗ ἐ.* *ubi liceбat.* Sed nihil mutandum. Particula *εἰ* non ſemper rem dubiam et incertam indicat, ſed cauſam reddit. Vide *Bud.* in Comm. L. Gr. p. 519. *Markland* ad Lyſiam p. 670. *Reisk.* *Hoogeveen* de P. L. Gr. p. 227. ſq. ed. *Schütz.*

XL. Cod. Vat. p. 403. Ἀντιπ. Μακεδ. Edidit *Jenſius* nr. 153. *Reiske* in Anthol. nr. 804. p. 175. Viatores poëta rogat, ne laurum quandam, prope viam, ut videtur, poſitam, frondibus privare velint; prope adeſſe varia arbuſtorum genera, unde, quibus opus ſit, petitum eant. Simile eſt Epigramma *Antipatri*, quod ex Cod. Vat. edidimus in Exercitatt. crit. T. II. p. 81. — V. 1. *εἴκετε δάφνης φείσασθε δρυῶν χερσὶν ἑτοιμοτόμοις.* Vat. Cod. — Sic etiam *Reisk.* ex *Jenſio*, niſi quod ibi *φεί-[illegible]* habetur. Hac una emendatione admiſſa, non vi-

deo, quid in membranarum lectione reprehendi queat, quidve commoverit *Brunckium*, ut tam multa in hoc disticho immutaret. Fingit sibi poëta viatorem, cum servorum comitatu iter facientem, qui sub lauri umbra, in loco amoeno, morari cupiens, servos fortasse frondes lauri, ad stratum faciendum, decerpere jubet. Nisi hoc ita se haberet, ὀρνύμενον χερσὶν legendum dicerem. Vulgaris autem dicendi ratio ferret, εἶπεν τι ἡμεῖν φείσασθαι δάφνης. Ceterum hic locus fortasse obversabatur *Nonno* in Dion. L. II. p. 46. Ἱλατέμοι, τάδε δένδρα παρέλθετε, μὴ φυτὰ δάφνης Τέμνετε δειλαίας τετρημμένα, φείδεο, τέκνον. — V. 3. κομάρου. Herbae genus hoc loco esse videtur ἡ κόμαρος, ut passim ap. *Theocritum*. Cf. *Schreberum* ad Eid. V. 129. *Salmas.* in Hom. H. I. c. V. p. 6. — De τερέβινθος vide *Geopon.* X. 73. XVI. 65. *Bod. a Stap.* ad Theophr. L. III. p. 229. et L. V. p. 519. — V. 4. χθαμαλὴν ἐς (sic Vat. Cod.) χύσιν. i. e. ἐς χαμεύνην. Comparandus *Theocr.* Eid. XIII. 33. sqq. — V. 6. ὕλης παντοθαλοῦς. unde viatores, quibus cubile ad ripam placet, frondes decerpere possunt. Fluvius a nostra lauro, sive laureto, tria plethra, ab illo autem loco, ubi ὕλη παντοθαλὴς (cujusvis generis materia) nascebatur, nonnisi duo remotus erat.

XLI. Cod. Vat. p. 365. Ἀντιπ. Μακεδ. In Anth. Plan. p. 40. St. 59. W. Καλλινίου inscribitur, quod nomen inter auctores Anthologiae non occurrit. Ab Ed. Flor. et Ald. pr. lemma plane abest. — Historia de muliere coeca et sterili, quae eodem tempore et peperit, et visum accepit. — V. 3. τίκτε γὰρ εὐθύς. Recte animadvertit *Br.* absurdam esse lectionem Plan. et Cod. Vat. εὐθὺς, nec μετ' οὐ πολὺ simul stare posse. Hanc ob causam νῦν ex conjectura posuit. Audacter sane. In εὐθὺς nomen mulieris latere videtur. Fortasse:

τίκτε γὰρ Ἀτθὶς ἄελπτα μετ' οὐ πολύ.

Deinde in Plan. et Cod. Vat. τερπέθηται· sed in

membranis praeterea φάος pro φάους. — V. 5. »Scribendum ἐπήκοος. Infra *Addaeus* Ep. IV. μούναις οὔτι γυναιξὶν »ἐπήκοος. Significatio vocis ἐπήκοος hic locum non habet.« *Br.* — V. 6. ἡ σελ. Vat. Cod. ἢ Plan. ex correctione. Vett. edd. ἤ. Illud *Brodaeus* verum censebat. Dubito, an *Br.* recte mutaverit vulgatam. — Ceterum memorabile hoc, quod Diana illam mulierem non solum in puerperio adjuvisse, sed ei etiam oculorum lumen tribuisse dicitur.

¶. 120.] *XLII.* Cod. Vat. p. 400. sq. *Antipatro Thessalonicensi* carmen vindicat, quod in Plan. p. 74. St. 108. W. tanquam *Philippi* legitur. — Continet historiam de Antagora et Pisistrato, quorum ille, cum, naufragio facto, alterum de tabula in undas dejecisset, a cane marino devoratus est, dum Pisistratus salvus e fluctibus enatavit. — Mihi hoc carmen *Philippi* potius quam *Antipatri* ingenium spirare videtur. — V. 1. ὕδασι vulgo. — V. 4. ἦν γὰρ ὑπὲρ ψυχῆς. ἀγὼν scil. Qui de vita certant, dicuntur περὶ ψυχῆς τρέχειν, κινδυνεύειν, ἀγωνίζεσθαι, quae illustrat *Valckenar.* ad Herodot. L. VII. p. 537. 43. *Wesseling.* ad L. VIII. p. 653. 92. — Δίκη. Vat. Cod. et edd. vett. usque ad Ascensianam. Fortasse recte. Nam μέλειν non solum *curae esse* significat, sed etiam *curam gerere*, φροντίζειν. *Dorville* ad Charit. p. 252. — V. 5. νήχε δ' Vat. Cod. et mox κύων ἁλὸς· πανάλ. Χηρῶν. Vat. Cod. Vulgo ἅλιος π. Χήρων. Aldina sec. χαίρων vitiose. Qui ineptam lectionem sibi interpretandam sumserunt, ad ineptias confugere necesse habuerunt. *Huetius* p. 9. Χήρων pro Χάρων existimabat scriptum. Recte *Brodaeus* emendavit κηρῶν. Sed vel sic hoc distichon penitus emendatum esse dubito. Nam in hexametro numeri elumbes sunt; et postrema enuntiatio cum praecedentibus nullis compagibus conjuncta est. Quare leni mutatione, membranis praeeuntibus, lego:

νήχεθ' ὁ μὲν, τὸν δ' εἷλε κύων ἁλός· ἦ παναλάστωρ
κηρῶν οὐδ' ὑγρῷ παύεται ἐν πελάγει.

Facile omitti potuit H ante Π. Frequenter autem Epigrammatographi enuntiationes, quae acumen quoddam continent, cum particulis ἦ, ἦ ἄρα subjiciunt. *Antip. Sid.* Ep. LXIV. 5. *Callimach.* Ep. LV. 3. Noster Ep. XLIV. 5. *Philipp.* Ep. LXXIII. 7. — Eadem ratione scribere possis, non majore mutatione:

— κύων ἁλός· ἦ ἄρ' ἀλάστωρ —.

De cane marino vide *Aelian.* H. A. I. 55. *Camus* Notae ad Aristot. H. A. p. 221.

XLIII. Vat. Cod. p. 369. Ἀντιπ. Θεσσ. Plan. p. 116. St. 167. W. ubi inscriptum: Ἀρίστωνος ἢ Ἑρμοδώρου. Juno Jovis et Ganymedis amoribus ad iram incensa Trojae ruinam minatur. — V. 1. Πριαμίνα. Epigr. XXVI. 5. κυναβρυδὸν ἐπιπρίουσα γένειον. *Babrius* ap. *Suid.* v. πρίων. — πρίνεῖνος εἶχε τὰς σιαγόνας πρίων. ἀντὶ τοῦ βρύχων. *Hesych.* διεπρίοντο. ἐθυμοῦντο. ἔτριζον τοὺς ὀδόντας. πρίεσθαι ad internum animi affectum spectare, exemplis allatis docuit *Gataker.* Adv. Misc. c. XLVII. p. 916. sq. Adde *Wetsten.* ad N. T. II. p. 487. — V. 2. θυμοβόρον ex Vat. Cod. receptum pro vulg. θυμοδόρον. — V. 3. ἔτεκεν. Vat. Cod. — Ep. ἀδέσπ. III. πυρσοὶ ἄρσενες. Ep. IX. ἄρσενα θερμόν. (sic Vat. Cod. non θεσμὸν, ut *Br.*) — V. 4. Πάριν. belli flammam incensurum Paridem. *Horat.* III. Od. III. 18. sqq. — ἐπὶ Τροίαν. vulgo. — V. 5. αἰετός. non aquila, ut ad Ganymedem rapiendum, sed vultures, ad pascenda cadavera. — V. 6. ἔτ' ἄν. Vat. Cod.

XLIV. Cod. Vat. p. 359. Ἀντιπ. Θεσσ. Plan. p. 60. St. 87. W. Historia de polypo, qui aquilam, cujus unguibus raptus erat, cirris suis constrictam in undas traxit. Eandem historiam ita narrat *Aelian.* H. A. VII. 11. ut nostrum carmen expressisse videatur. — V. 1. εἰναλίῳ. Cod. Vat. — V. 2. πολλὸν πόδα. Octo pedibus instructi sunt. *Aristotel.* H. A. IV. 1. Fortasse etiam hoc epitheton ad pedum longitudinem referri debet. Polypi pedes

enim nonnunquam ad ingentem excrefcere longitudinem, et *Ariftoteles* narrat, et *Plin.* H. N. IX. 48. p. 517. — Non igitur opus eft emendatione *Jof. Scaligeri* πιλλὸν. — ἠελίῳ ψύχειν. μάλα κεμένως ὑπεθάλπετο. *Aelian.* — V. 3. πέτρῃ ἴκελος. ὁ μὲν ἑαυτὸν εἰς τὴν χρόαν τῆς πέτρας ἐκτρέψας ἤδη ἦν. *Aelian.* *Ovidius* Halieut. v. 30. *At contra fcopulis crinali corpore fegnis Polypus haeret, et hac eludit retia fraude, Ut fub lege loci fumat mutetque colorem, Semper ei fimilis, quem contigit.* Ut hunc loc. conftituit *T. H.* ad *Lucian.* Dial. Mar. IV. 3. Loca veterum de polypo colorem mutante multi collegerunt, quos vide ap. *Gatacker.* ad M. Anton. p. 13. *Lennep.* ad Phalar. p. 196. — V. 4. ὀξὺς ἔμαρψεν. *celeriter defcendens corripuit.* ὀξὺς cum ἰδὼν conjunxiffe videtur *Aelianus:* ἰδὼν οὖν ὀξὺ μὲν, ἑαυτῷ δὲ οὐκ ἀγαθὸν τὸ θήραμα ἀστός. — V. 5. πλοχμοῖς, *cirris*, πλεκτάναις, ἕλιξι. (*Antiphil.* Ep. XXIII.) *Aelianus:* πλόκαμοι δὲ ἄρα ἰχθύος ἐκείνου περιβάλλουσι τῷ αἰετῷ σφᾶς ἑαυτοὺς, καὶ ἀπρὶξ ἐχόμενοι, εἶτα ἕλκουσι κάτω τὸν ἔχθιστον. — V. 6: ἀμφοῖν emendat *Jof. Scaliger.* in not. mfc.

XLV. Cod. Vat. p. 510. Ἀντιπ. Θεσσ. Plan. p. 173. St. 252. W. Poëta Archilocho et Homero facra facturus, verfificatores illos, qui ingenium, quo deftituti fint, obfcura eruditione compenfare ftudeant, faceffere jubet. — V. 1. Φεύγετ' ὅσοι. Vat. Cod. — Vos, qui verbis obfoletis et obfcuris utimini; cujusmodi verborum quaedam laudat, illis forte familiaria. — λόκκας *calvas* interpretatur *Brodaeus.* *Hefychius:* λοκός. λοκρός. φαλακρός, quo loco, ubi funt, qui λόκκος legant, *D. Heinfius* noftrum locum affert. Ap. eundem pro λοκμὴ *Salmafius* λόκκη legendum cenfebat. Hac emendatione admiffa λόκκη foret χλαμύς. — λοφνίδες. παρὰ Λυκόφρονι οἱ ἐξ ὄρους μονόξυλοι λαμπάδες. *Euftath.* Il. ψ. 1431. 29. et ad Od. κ. p. 389. 36. Κλείταρχος δὲ ἐν ταῖς γλώσσαις· λοφνίδα φησὶ καλεῖν Ῥοδίους τὴν ἐκ τοῦ φλοιοῦ καὶ ἀμπέλου λαμπάδα. *Athen.*

Br. lectio ex Vat. membranis fluxit. In particulam ἰδ, huic loco non valde accommodatam, nemo facile incidisset. — V. 4. ἀροτρίτην. Cod. Vat. — V. 6. ἀπειρῆς. Idem. — V. 7. 8. *Alciphron* L. I. Ep. III. p. 14. χρηστὸν ἡ γῆ καὶ ὁ βῶλος ἀκίνδυνον· οὐ μάτην γοῦν ἀνησιδώραν ταύτην ὀνομάζουσιν Ἀθηναῖοι, ἀνιεῖσαν δῶρα, δι' ὧν ἔστι ζῆν καὶ σώζεσθαι. χαλεπὸν ἡ θάλαττα καὶ ἡ ναυτιλία ῥιψοκίνδυνον. Terra homines alens, mari opposita, matri similis; eadem ratione regio, ubi quis natus et educatus est, cum matre, ubi exul aut inquilinus vivit, cum noverca comparatur. Illustris vox Scipionis ap. *Plutarchum* T. II. p. 201. E. ἐμὲ οὐδέποτε στρατοπέδων ἀλαλαγμὸς ἐθορύβησεν, οὔτιγε συγκλύδων ἀνθρώπων, ὧν οὐ μητέρα τὴν Ἰταλίαν, ἀλλὰ μητρυιὰν οὖσαν ἐπίσταμαι. Fontem dicti aperuerunt *Gronovius* in Obss. L. III. c. XI. p. 406. ed. Lips. et *Ruhnken.* ad *Vellejum* L. II. 4. 4. p. 85.

XLVIII. Hoc carmen, quod in Plan. p. 232. St. 337. W. ἄδηλον est, Vat. Cod. p. 231. *Antipatro Thessalonicensi* vindicat. — Temere et in suam perniciem mulieres sobolem sibi precari, Polyxo ait puerpera, quae, trinis filiis uno partu editis, in ipsis obstetricis ulnis animam reddidit. — V. 1. Πολυξώ. Plures Graecae antiquitatis mulieres, quibus hoc nomen fuerit, recenset *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Cer. 79. p. 797. — V. 3. μαίης. Illustrat hanc vocem, nostro quoque carmine laudato, *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 231. — V. 4. ἄῤῥενες. Vat. Cod. — V. 5. 6. Similis color in Ep. *Martialis* de Spectac. XIII. de sue, partum ex vulnere edente: *confossa vulnere mater Sus pariter vitam perdidit atque dedit.* — ἔτεκεν. Vat. Cod.

¶. 122.] *XLIX.* In Vat. Cod. ubi p. 308. praecedit Ep. *Antipatri Sid.* CVIII. lemma est: τοῦ αὐτοῦ. Quum in priori illo carmine auctoris nomini gentile non sit additum, incertum est, utri horum poëtarum

[illegible] utrumque carmen tribui debeat. — Noſtrum edidit *Dorville* ad Charit. p. 599. *Jenſius* nr. 85. *Reisk.* in Anth. nr. 736. p. 149. — Pyro quidam, malacia in mari regnante ventisque torpentibus, a piratis captus, mare quietum ſibi non minus infeſtum habuit, quam alii tempeſtates. — V. 1. Μόρωνι ſcribendum cenſet *Heringa* in Obſſ. crit. p. 267. — V. 2. πουλῆς. Vat. Cod. πολλῆς. apogr. Jenſ. Ipſe editor πολλὰ conjecit. πουλὺ dedit *Dorvillius.* — γαληναίη. idem quod γαλήνη. — V. 3. In Cod. Vat. ſcriptum νῆα γὰρ ἀλικλέη πεπεδημένην ἔ. ναύταις. ut *Jenſius* edidit. Nam quae *Br.*, tanquam Cod. lectiones, profert, ἀπλοΐῃ πεπεδημένον, ex interpolato fluxerunt apographo. πεπεδημένου *Dorvill.* et in fine νηός. Hoc ſenſum facit probabilem: νῆα Πυρῶνος πεπεδημένου ἐκπλοΐῃ ἔφθασε νηῦς ληϊστῶν. quamvis repetitio ejusdem vocabuli in eodem verſu parum habet elegantiae. Tentabat *Heringa:* νηὸς ἐκπλοΐῃ γὰρ πεπεδημένον ἔ. ναύτην. ἐκπλοίαν ipſe emendationis auctor explicat per *navis ad velificandum ineptitudinem*, quae nautae huic inimica erat, eumque piratas remigio inſequentes effugere vetabat. *Reiskius*, nulla metri ratione habita, inepte ſcripſit: νῆα γὰρ ἐκπλοΐῃ πεπεδημένην ἔφθασεν ἀκτὶς Λ. Mihi videbatur, praeeunte *Dorvillio*, ſcribendum eſſe:

νῆα γὰρ ἀπλοΐῃ πεπεδημένου ἔφθασε κώπαις
ληϊστέων ταχινὴ δίκροτος ἐσσυμένη.

κώπαις a ναύταις proxime abeſt, et ad ſenſum egregie facit. Pyro, qui velis utebatur, ventis ſilentibus, navigare non poterat, dum piratae parvum navigium ſuum remis impellebant. δίκροτος, quae a duobus remigibus impellitur. *Xenoph.* Hiſt. Gr. L. II. 1. 28. αἱ μὲν τῶν νεῶν δίκροτοι ἦσαν, αἱ δὲ μονόκροτοι, αἱ δὲ παντελῶς κεναί. Negabat tamen *Morus* ad h. l. navigii genus intelligi. Sed vide *Dorvillium* l. c. — Ceterum haec obverſabantur *Iſidoro Aeg.* Ep. IV. p. 474.

Οὐ χεῖμα Νικόφημον, οὐκ ἄστρων δύσις,
ἁλὸς Λιβύσσης κύματ' οὐ κατέκλυσεν·
ἀλλ' ἐν γαλήνῃ, φεῦ τάλας, ἀνηνέμῳ
πλέων πεδηθεὶς, ἐφρύγη δίψευς ὕπο.

— V. 5. γαληναίῳ ὑπ' ὀλέθρῳ ἔκτανεν. Vat. Cod. ὑπ' ὀλέθρῳ edidit *Dorv.* Iterum metro infestus *Reiskius* γαλήνῃ κείνῃ ὑπ' ὀλέθρῳ ἔκτανεν. *Brunckius* suas conjecturas in textum invexit. *Isidori* imitatio efficit, ut existimem, latere aliquid, quod commiserationem significet. Fortasse:

χεῖμα δέ μιν προφυγόντα, γαλήνη τὸν πανόλεθρον
ἔκτανεν —.

Hunc, qui tempestatum pericula effugerat, hunc, hominum infelicissimum, malacia peremit. Scribitur πανόλεθρος et πανώλεθρος. Duplici significatione gaudet; indicat modo *perniciosum* et *exitialem;* ut in *Sophocl.* Phil. 322. τοῖς πανωλέθροις Ἀτρείδαις. modo *perditum*, ut ap. eund. in Electra 1009. πρὶν πανωλέθρους τὸ πᾶν Ἡμᾶς ὀλέσθαι. *Eurip.* Androm. 1226. πανώλεθρόν μ' ὄψεαι πιτνοῦντα πρὸς γᾶν. — Vox κακορμισίῃ Lexicis addenda. *Infaustam navium stationem* indicare videtur. Sed sunt quaedam in hoc vocabulo, quae me morentur. Prius, idque minoris momenti, quod ad hoc substantivum epitheton λυγρῆς plane abundat; cujusmodi tamen abundantiae exempla in compositis vocabulis passim reperiuntur: alterum, quod Pyronis navis non per stationis, quam teneret, conditionem, sed ventorum silentium periit. *Isidorus*, qui hoc carmen, ut supra vidimus, imitatione expressit, haec habet in fine:

καὶ τοῦτ' ἀητέων ἔργον. ἆ πόσον κακὸν
ναύταισιν ἢ πνέοντες ἢ μεμυκότες!

Haec dum reputo, fere adducor, ut scribendum putem:

ὦ λυγρῆς, δειλ', ἀνέμων μύσιος.

Vae triste illud ventorum silentium! μύσιν dicuntur, qui labris compressis silent; μύσις igitur labiorum compressio-

Hoc vocabulum, ab ἤμυσα, μύσας derivandum, priorem modo producit, modo corripit, ut verbum, unde derivatur. *Antip. Sid.* Ep. CIX. πνεύμονα δὲ ψυχθεῖσα κατήμυσε. *Pallad.* Ep. XVI. ἔσθιε, πῖνε, μύσας ἐπὶ πένθεσι.

L. Vat. Cod. p. 239. Ἀντιπ. Θεσσ. inscribit carmen, quod ἄδηλον est in Plan. p. 241. St. 350. W. Delphinus, fluctibus in litoris arenam delatus ibique sepultus, de maris perfidia conqueritur. Vide *Anytes* Ep. XII. *Archias* Ep. XXX. — V. 1, ἔσυρεν. Vat. Cod. a pr. m. — V. 2. ξείνοις. Vat. Cod. et edd. vett. *Brodaeus* ξείνης emendavit, idque recepit *Stephanus*. ξυνῆς malebat *Opsopoeus* et *Casaubonus* in not. mst. Mihi non displiceret:

ξείνης καινὸν ὅραμα τύχης.

— V. 3 – 6. *Suidas* proferens in τόπος T. III. p. 488. ἰλύειν habet. ἔλυμ quaedam e vett. ἰλύϊ Vat. Cod. — V. 4. Hunc versum *Br.* ex Vat. Cod. et *Suida* emendatiorem dedit. *Stephanus* cum Ascens. εὐθὺς πρὸς τύμβον μ' ἔστεφον εὐσεβέες. In vetustioribus edd. εὐθύς με πρὸς τ. ἔστεφον ε. *Casaubonus* in ἔστενον incidebat. — V. 5. νῦν δέ. Vulgo et in Vat. Cod. et *Suid.* Aliquid latere videtur. — V. 6. τὸν τροφ. Vat. Cod.

LI. Vat. Cod. p. 369. Ἀντιπ. Θεσσ. Plan. p. 68. St. 100. W. Historia de Ione quodam, qui, in ipso portu, ebrius e navi in pontum excussus periit. — V. 1. πιστεύσαντι. Vat. Cod. — In Ed. Ald. sec. μηδ' ἔδ' ἐπ', quae vitiosa lectio *Jos. Scaligerum* induxit, ut corrigeret: μηδέ τ' ἐπ' ἄ. — V. 2. ἔχοι. Vat. Cod. — V. 3. ἐς δέ. Vinum impedivit eum, quominus manibus uteretur ad natandum. — V. 5. χοροιτυπίην. convivia et ebrietatem. — ἐχθρός. Postquam Bacchus Tyrrhenos in delphinos mutavit, pontus Baccho infestus fieri coepit.

LII. Cod. Vat. p. 390. Ἀντιπ. Μακεδ. Idem lemma in Plan. p. 73. St. 106. W. De Cleonice quadam, Dyrrhachio oriunda, quae, cum sponsi conveniendi causa Hel-

lespontum trajiceret, naufragio periit. — V. 1. ἐπί. Vat. Cod. — V. 2. Κλεονίκης. Idem. — V. 4. ἐπεκλάσατο. Vat. Cod. ἐπεπλάσατο. Plan. In marg. Wechel. γρ. ἐπεσπάσατο, eamque sive lectionem sive conjecturam V. D. probat ad marginem exempl. Aldinae sec. quod in Bibl. Götting. asservatur. Vera videtur *Brunckii* emendatio ἐπεσπάσατο. Hoc sensu *Antiphilus* Ep. XXII. mus ostrea captus αὐτοφόνον τύμβον ἐπεσπάσατο. *Palladas* Ep. XV. πολλῶν μωρῶν ἔχθραν ἐπεσπασάμην. — Hero ap. *Ovid.* in Epist. XIX. 127. de Hellesponto: *Non favet, ut nunc est, teneris locus iste puellis; Hac Helle periit, hac ego laedor aqua.* — ¶. 123.] V. 5. Ἡρώ. Vulgo. In Vat. Cod. ambiguum est, utrum ἠροῖ an ἠνοῖ scriptum sit. — V. 6. ἐν παύροις σταδίοις. De Hellesponti latitudine vide, quae collegit *Brodaeus* ad h. l. et *Burm.* ad *Ovid.* Heroid. XIX. 142.

LIII. Cod. Vat. p. 407. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 53. St. 76. W. In Hermonacten, apum confectum aculeis. Conf. *Bianor.* Ep. XV. — V. 2. κόνις. propter crudelitatem et ἀναίδειαν. — ἑρπυστήν. Cod. Vat. et Plan. Non satis video, cur *Br.* vulgatam lectionem prae conjectura reliquerit. Non dubitari potest, quin a verbo ἑρπύζω recte derivetur ἑρπυστής. Ejusdem est originis ἑρπυστὴρ, ut ἑρπυστῆρας ὄφεις, *Oppian.* Cyneg. L. III. 411. Nostrum locum fortasse in mente habuit *Suid.* T. I. p. 863. ἑρπυσμός. ἑρπυστής. ἑρπυστικός. ὁ ἕρπων. In *Antiphili* Ep. XXII. παμφάγος, ἑρπυστὴς — μῦς. ubi *Br.* iterum ἑρπηστὴς dedit, accinentibus tamen membranis. — Puerum tibi finge, nondum pedibus valentem, sed ad alvearia arrepentem. *Bianor* l. c. κοῦρον ἀποπλανίην ἐπιμάζιον. — V. 3. ἐψισμένον. Vat. Cod. — V. 4. κέντροις δ' οὐδ' ἐφ. Vat. Cod. οἷδ' ἐφ. Plan. Praeclare *Brodaeus* emendavit οἷν', quod huic contextui unice convenit. — Cum vos in homines tam crudeliter agentes videamus, quid est, quod serpentibus et serpentum lustris exprobremus? —

V. 5. Amyntor et Lysidice Hermonactis parentes. — μελίσσαις. Cod. Vat. — V. 6. μέλι. Apum enim mella non semper dulcia, sed nonnunquam amara sunt; ut hic mellis-cupiditas puero mortem intulit. — Ineptum acumen, quod tum demum locum haberet, si Hermonax, melle gustato, ipsius mellis vitio periisset. Vide igitur, an *Antipater* scripserit:

κέντρον πικρὸν ἔνεστι βέλος.

βέλος in Codd. scribitur ut μέλος. Jam, quam crebro in postremis verborum syllabis a librariis peccatum sit, nemo ignorat. — Poëta apes cum serpentibus comparat; utrisque enim perniciosa et exitialia arma a natura tributa sunt.

LIV. Cod. Vat. p. 312. Ἀντιπ. Θεσσ. Plan. p. 217. St. 317. W. Poëta lectores per regiones Leandri et Herus amoribus celebratas circumducit. — V. 1. Λεάνδροιο. Vat. Cod. — V. 2. μὴ μούνῳ. qui non Leandrum solum, fluctibus mersum, sed puellam quoque, quam amabat, perdidit. — V. 3. τὰ πύργου λείψανα. Herus turris *Musaei* interpretibus negotium creavit. Sed πύργοι non solum aedes excelsiores arteque munitae, sed separatae quoque ab aliis et solitariae aedificationes vocantur. Jam Herus turris, ab urbe remota, in litoris solitudine exstructa erat. *Musaeus* v. 32. Ἡρὼ — πύργον ἀπὸ προγόνων παρὰ γείτονι ναῖε θαλάσσῃ. Timon, quum se ab hominum consortio coepisset abducere, in turri habitasse dicitur ap. *Pausan.* L. I. 30. p. 76. κατὰ τοῦτο τῆς χώρας φαίνεται πύργος Τίμωνος, ὃς μόνος εἶδε μηδένα τρόπον εὐδαίμονα εἶναι γενέσθαι, πλὴν τοὺς ἄλλους φεύγοντα ἀνθρώπους. *Lucian.* T. I. p. 110. ed. Bip. αὐτὸς ἤδη πᾶσαν πριάμενος τὴν ἐσχατιάν, πυργίον οἰκοδομησάμενος ὑπὲρ τοῦ θησαυροῦ, μόνῳ ἐμοὶ ἱκανὸν ἐνδιαιτᾶσθαι. — Thalamum, quem Acrisius filiae exstruxerat, ut omnes ab ejus commercio arceret, *turris* vocatur ap. *Horat.* III. Carm. XVI. 1. Nec minus Cas-

„quid fuit antea, quod Salmasius discernere non po„tuit." κακοτροπία. ποικίλη καὶ παντοδαπὴ πανουργία. *Ammon.* de D. V. p. 80. De verbo κακοτροπεύεσθαι vide *Budaei* Comment. L. Gr. p. 26, 24.

LIX. Cod. Vat. p. 306. Ἀντιπάτρου. In Plan. p. 288ª. St. 417. W. gentile non magis additur. Poëta in Athenienses propter Socratis judicium invehitur. — V. 3. νηλεεῖς a pr. m. Vat. Supra correctum νηλεῖς et νηλέες. — In fine versus idem οὐδὲ ἐν αἴδου. Vulgo οὐδὲν ἐν ᾄδου. In marg. Wechelianae notatum: ἴσως εἶδας ἐν ᾄδου. πάντως τι τοιοῦτον. νοεῖ δὲ τὸ κώνειον. Inepta conjectura. *Joseph Scaliger* in not. mst. οὐδενὶ αἰδῶ, quod non satis perspicuum. Depravatam esse lectionem, quam *Brodaeus* frustra interpretari conatur, recte intellexit *Opsopoeus*; quod moneo, quia se raro tam perspicacem ostendit bonus *Vincentius*. — *Br.* unde praeclaram suam lectionem petiverit, non indicavit. — V. 4. *Br.* exhibuit lectionem Planud. In Vat. Cod. δόντες· οἱ τοιοῦτοι π. κ. — Ceterum *Antipater* respexit, in secundo praesertim versu, locum *Euripidis* de Palamede ap. *Diog. Laert.* II. 44. ἐκάνετ' ἐκάνετε τὰν Πάνσοφον, ὦ Δαναοί, τὰν οὐδέν' ἀλγύνουσαν ἀηδόνα μουσᾶν, τῶν Ἑλλάνων τὸν ἄριστον. quae verba ad Socratem referre solent veteres. Vide *Valcken.* in Diatr. p. 190. sq.

LX. Cod. Vat. p. 234. Ἀντιπ. Θεσσ. Plan. p. 261. St. 377. W. In servam Libycam, quae, dum viveret, a domina sua filiae in locum habita, defuncta, liberam sepulturam nacta est. — V. 1. Ῥώμας. Vat. a man. sec. — V. 4. κλαυσαμένα. Vat. Cod. — τύμβῳ ἐλευθερίῳ. Ex poëtarum dicendi consuetudine haec verba nihil aliud significant, nisi ἐλευθέραν ἔθηκεν ἐν τύμβῳ. Servae libertatem concesserat domina; non igitur, ut serva, sed libera sepulta est. Ceterum servos servasque non concrematos esse constat, id quod ipsis cum pauperioribus commune fuit.

fuit. — V. 5. πῦρ ἕτερον. faces nuptiales, non rogi flammam. Pompeja igitur hanc suam servam cremandam curavit. — τὸ δ' ἔφθασεν. ante nuptias perii. τὸ, i. e. τὸ τῆς πυρκαϊῆς πῦρ. Similia vide in notis ad Meleagr. Ep. CXXV. — V. 6. ἁμετέραν ἦψεν λ. Περσ. Vat. Cod. — Φερσεφόνη. Plan. et Vat. a man. sec.

LXI. Cod. Vat. p. 249. Ἀντιπάτρου. Plan. p. 246. St. 357. W. gentile non addit. Scriptum in naufragum, cujus carnes pisces comederant, ossa fluctus in litus ejecerant. — V. 1. θάλαττα. Vulgo.

¶. 125.] *LXII.* Cod. Vat. p. 249. Ἀντιπ. Μακεδ. Plan. p. 246. St. 357. W. In naufragum, quem, cum in terram enatasset, lupus ad Penei ostia interemit. Expressum carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. XCIV. — V. 3. μούνιος λύκος. Vide notata ad *Leonid. Tar.* Ep. VI. — θηρῶν Edd. vett. θοςὼν tamen Aldus jam in ed. pr. correxit. — V. 4. »In Plan. ὦ γ. κ. πικρότερα. contra sen»sum. Sic etiam in Vat. Cod. scriptum; sed supra cor»rectum ab eadem manu πιστότερα, quod verum est.« *Br.* Nullum correctionis signum in apogr. Goth. sed in contextu πιστότερα habetur, sine ulla rasurae nota. *Leonid. Tar.* l. c. ὦ τάλαν, ὅστις Νηρεΐδων Νύμφας ἔσχες ἀπιστοτέρας. Noster Ep. L. τίς παρὰ πόντῳ Πίστις, ὅς οὐδ' ἰδίης φείσατο συντροφίης. *Apollonid.* Ep. XIII. ὡς κρύμοι χέρσον ἀπιστοτέρην. Haec igitur lectio unice probanda. *Dorvill.* ad Charit. p. 316. corrigebat: πραότερα. *van Eldick* in Suspic. p. 27. ὦ γαίης κύματ' ἀπικρότερα.

LXIII. Cod. Vat. p. 325. Ἀντιπάτρου. Edidit *Salmasius* ad Solin. p. 17. C. Hermocratea, undetriginta liberorum mater, se nullius eorum mortem vidisse gloriatur, suamque felicitatem cum Niobes clade comparat. — V. 1. Ἑρμοκρατεία. *Salm.* — V. 2. ηὔγασα μὲν θ. *Wakefield* scribendum censet in Sylv. crit. T. II. p. 114. Necessitatem emendandi non video. αὐγάζομαι, termina-

tione media, dixerunt plures. *Homer.* Il. ψ. 458. οἶος ἐγὼν ἵππους αὐγάζομαι, ἦε καὶ ὑμεῖς; *Callimach.* H. in Dian. 129. οὓς δέ κεν εὐμειδής τε καὶ ἵλαος αὐγάσσηαι. H. in Cerer. 5. τὸν κάλαθον μηδ' ὑψόθεν αὐγάσσησθε. — Similis felicitatis exemplum proposuit *Martial.* X. 63. in matrona, quae – *nihil extremos perdidit ante rogos. Quinque dedit pueros, totidem mihi Juno puellas: Clauserunt omnes lumina nostra manus.* Adde *Propert.* IV. El. XI. 97. sq. — V. 4. ἦλε. Vat. Cod. Emendavit *Salm.* — V. 5. ἀ. μέν. Vat. Cod. „Mallet quis forte ἐμῶν ὠδῖνα θυγατρῶν. Ultima vox subauditur." *Br.* Sed sic manca est oratio; nec ferenda ellipsis, hoc praesertim loco, ubi antithesis expressam rei oppositae commemorationem postulat. *Wakefield* l. c. corrigit: ἐμὴν ὠδῖνα μ. *meum partum*, i. e. *meos liberos.* At etiam οἱ ἄῤῥενες Hermocrateae sunt liberi. Ceterum sic, ut cl. *Wakefield*, hunc versum laudat *Wetsten.* ad Nov. Test. II. p. 467. Mihi hic versus emendatricem manum passus esse videtur. Nihil impedimenti foret, si legeretur:

ἔμπαλι δ' ἡ μὲν θηλυτέρων ὠδῖνας ἔλυσε,
Φοῖβος δ' εἰς ἥβην ἄρσενας ἠγάγετο.

Sic justa est antithesis. — V. 6. ἥβαν et ἀγάγετο. Vat. Cod. — V. 8. παισὶ καὶ γ. Cod. παισί τε καὶ γλ. mallet *Br.* Sic *Salmasius* dedit et *Wakefield.* — ταντάλεας. Vat. Cod.

LXIV. Cod. Vat. p. 260. Ἀντιπάτρου· εἰς νυμφίον τινὰ ἐπὶ τῆς παστάδος τελευτήσαντα. Edidit *Leich.* in Sepulcr. p. 22. *Reisk.* in Anth. nr. 595. p. 93. — V. 1. λέγειν. Cod. Vat. In marg. apogr. Lips. λέγω, (quod *Leichius* recepit) et λέγοις. Verior est conjectura *Reiskii* λέγειν, infinitivo pro imperativo posito. — V. 2. ἀμβλὺ νέφος. caligo, quae oculorum aciem hebetabat. — V. 3. ὄμμασι δὲ πν. σὺν ἀπέσβεσε μ. ἰδόντες. Vat. Cod. ἰδόντος habetur in marg. apogr. Lips. qua lectione spreta, *Reiskius* ἰδόντ' ἐς

in textum invexit. Junge: τοῦτο τὸ νέφος (caligo illa ex animi deliquio orta) σὺν ὄμμασι (simul cum oculorum lumine) ἀπέσβεσε πνοιήν, (ipsam animam exstinxit Egerii) αὐτοῦ ἰδόντος μόνον τὴν κόρην. (qui puellam viderat tantum, qui nonnisi adspectu puellae fructus erat.) — V. 4. κοῦρον. Cod. Vat. quod in κούρην mutavit R. — θρυμοφίης. Vide de hac voce ad *Callimachi* Ep. III. p. 255. — Ἥλιε. Conf. *Eurip.* Epigr. T. II. p. 57. (Ed. Lipf. T. I. p. 96.) — V. 5. σέλας. facis, quae nuptae praeferebatur. Hujus adspectus cum Egerio mortem videretur attulisse, Orcus eam incendisse dicitur. Cf. supra Ep. LX.

¶. 126.] *LXV.* Cod. Vat. p. 266. Ἀντιπάτρου. Εἰς Λυσιδίκην γραῦν, ἣν ἡ οἰκία πεσοῦσα ἔκτανε. *Alberti* ad Hesych. v. βυρμὸς p. 780. *Leich.* in Sepulcr. p. 24. *Reisk.* in Anth. p. 90. nr. 607. — V. 1. θριγκοῖσι. apogr. Lipf. — Nix circa pinnas muri collecta et liquefacta, effecit, ut murus aedium concideret et Lysidicen vetulam ruina perimeret. — V. 3. „ὀμάλακας. lectio est cod. nequaquam „sollicitanda. *Salmasius* ὀμήλικας." *Br.* *Apollon. Rh.* L. II. 396. Βύζηρες ἐπὶ τοῖσιν ὀμάλακας. *Schol.* ὅμουροι. ἄλακα γὰρ τὴν αὔλακα, Δωρικῶς. Idem L. II. 787. ὀμάλακας ἱρούρας. — V. 4. πύργον. ipsas domus ruinas in tumuli locum exstruxerunt. *Turrem*, πύργον, vocat domum solitariam. Vide ad Ep. LIV. Temere hanc lectionem sollicitavit sive *Guyetus* sive *Salmasius*, qui βυρμὸν corrigebat. *Hesych.* βυρμός. σταθμός. i. e. ὅρμος, *statio navium*, ut recte *Vossius*, quo nihil ab h. l. magis alienum est.

LXVI. Vat. Cod. p. 248. sq. Ἀντιπ. Θεσσ. Plan. p. 253. St. 366. W. Nisi Vat. Cod. hoc carmen, in hominem Tyrium conscriptum, diserte nostro *Antipatro* tribueret, Sidonii esse putarem. — V. 1. μεμ. πόντῳ. mari debitus; cui quodammodo fatale fuit, ut in undis perires. — V. 5. Tantae tuae divitiae te a morte redimere non potuerunt. Comparandus locus nobilissimus

ap. *Petronium* c. CXV. *Ubi impotentia tua? Nempe piscibus belluisque expositus es, et, qui paulo ante jactabas vires imperii tui, de tam magna nave ne tabulam quidem naufragus habes. Ite nunc, mortales, et magnis cogitationibus pectus implete. Ite, cauti, et opes, fraudibus captas, per mille annos disponite.* Adde *Horat.* II. Carm. 18. 36.

LXVII. Cod. Vat. p. 264. Ἀντιπ. Plan. p. 216. St. 315. W. sine gentili. — In Apollodorum, stadiodromum, cum Pisa abiret, fulmine percussum. — V. 2. αὕτη. Ad hujus montis radices Apollodorus sepultus est. — V. 3. Πιερίηθεν. Vulgo. — ὄρης. Vat. Cod. — V. 5. »Αἰγανίης. Scribendum Αἰανίης. ut recte a *Brodaeo* emen»datum.« *Br.* Sic quoque *Jos. Scaliger* emendavit in not. mst. Aeane et Beroë Macedoniae urbes. — V. 6. »Vox Διὸς ad sensum et metrum necessaria, quae »in Planudea deest, e Vat. Cod. reposita est. Versus »sunt Phalaecii Hendecasyllabi.« *Br.* Varia tentarunt viri docti, ut versum explerent. *Huetius* p. 21. ν. ὁ. δρ. τῇδε καθεύδει. *Anonymus* Bibl. Bodl. νικ. σταδιοδρόμος κ. sive νικ. ὁ δρ. ἐκεῖ κ. *Jos. Scaliger* in not. mst. μόρῳ καθεύδει.

LXVIII. Cod. Vat. p. 316. Ἀντιπάτρου. οἱ δὲ Φιλίππου Θεσσ. Edidit *Jens.* nr. 134. *Reiske* in Anth. nr. 785. p. 168. In Glyconem athletam, quem Augusti aetate vixisse credibile est ex *Horat.* I. Ep. I. 28. *Nec quia desperes invicti membra Glyconis, Nodosa corpus nolis prohibere podagra.* quem locum *Reisk.* non neglexit comparare. Conf. *Lessing.* de Epigramm. Tom. I. Opp. p. 324. sqq. — V. 2. κεραυνός. propter vim et celeritatem. *Pausan.* L. I. 16. p. 38. Πτολεμαῖος — ἄλλως δὲ τολμήσαι πρόχειρος, καὶ δι' αὐτὸ κεραυνὸς καλούμενος. Idem eundem Ptolemaeum sic appellatum esse ait διὰ τὸ ἄγαν τολμηρόν. L. X. 19. p. 843. — V. 3. Ἄτλας. Vide ad *Antip. Sid.* Ep. XL. — V. 4. τὸν δὲ πρ. quod in εἶδεν·

τοιόνδε πρ. mutavit *Reisk.* — Deinde membr. οὔτ' ἐν Ἰ. οὔθ' Ἑ. τὸ πρ. οὔτ' ἐν Ἀ. Haec ſenſum praebent minime ineptum: Talem virum nunquam nec inter Italos, nec inter Graecos, nec inter Aſiaticos denique Orcus, omnia vincens, proſtravit. — Multo minus perſpicuus ſenſus in lectione Brunckiana. Male tamen etiam in illa lectione πρόσθεν et τὸ πρῶτον junguntur. Vide, an corrigendum ſit:

> ἔῤῥοντι· τοῖον δὲ σθένος οὔτ' ἐν Ἰταλοῖς,
> οὔθ' Ἑλλάδι τὸ πρῶτον, οὔτ' ἐν Ἀσίδι,
> ὁ πάντα νικῶν Ἀΐδης ἀνέτρεψε.

— V. 6. laudans *Wesſten.* ad N. T. II. p. 174. apte confert *Luciani* Contemp. §. 8. ὑπὸ τοῦ ἀμαχωτάτου τῶν ἀνταγωνιστῶν καταπαλαισθεὶς, τοῦ θανάτου. *Euſebius* de Laud. Conſtant. 7. p. 621. C. ὡς μηκέτ' ὄντες μετὰ θάνατον, νικητὴν ἁπάντων καὶ μέγαν θεὸν τὸν θάνατον ἀνηγόρευον.

¶. 127.] *LXIX.* Cod. Vat. p. 249. Ἀντιπάτρου. Planud. p. 256. St. 371. W. In Lyſin, naufragum, in litore ſepultum. Comp. *Archiae* Ep. XXXIII. — V. 3. εὖατι.. Vat. Cod. et Plan. — V. 5. »τὸν οὐκ ἔτι φορτίδι νηὶ »ἔμπορον. Forte Lyſis hic dives fuerat mercator, qui ad»verſam fortunam expertus eo redactus fuerat, ut *non* »*amplius magna opus haberet navi*, ad vehendas merces »ſuas; ſicque οὐκ ἔτι commodam interpretationem ac»cipit. At probabilius ſcriptum fuiſſe olim οὐκ ἐπὶ φ. »ἔτι et ἐπὶ ſaepe permutantur.“ *Br.* Debetur haec conjectura, ſive emendatio potius, *Schneideri* acumini. Mari avaritia paſſim exprobratur. Jam igitur hoc in maris invidiam dicitur, quod Lyſin, quamvis parvo navigio vectum exiguisque inſtructum copiis, tamen ſubmerſerit. — V. 7. ματεύων ζωήν. *Theocritus* ap. *Athen.* L. VII. p. 284. A. καί τις ἀνὴρ αἰτεῖτ' — εὐαγρεσίαν τε καὶ ὄλβον, Ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωὴ, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα. prout haec emendavit *Toup.* in Add. ad Theocr. p. 408. Conf. Eid. XXI. 65. ſqq.

Ex Lect. p. 155.] *LXX.* Cod. Vat. p. 460. Ἀντιπάτρου. *Sidonio* fortasse tribuendum. Scriptum videtur in tabulam pictam, quinque Bacchas, in variis rebus occupatas, exhibentem. — V. 1. Διωνύσου. Vat. Cod. — Postremas hujus versiculi voces *Br.* in σαώτεω contrahendas recte censuit. Idem tamen tentat: αἶδε σαώτῃ Ἐντύνουσι θεῷ. quod nihili. Scribendum videtur:

αἶδε σαώτεω
ἐντύνουσι θεῆς ἔργα χοροστασίης.

Sic jamdudum correxeram, cum *Schneiderum* quoque ἐντύνουσι legisse viderem. *Callim.* H. in Apoll. 8. οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε. Vide *Ruhnk.* Ep. crit. II. p. 130. Verum quoque θεῆς, quod Vat. Cod. firmat, ubi non θεαῖ, sed θεᾶς legitur, i. e. θεῆς. *Quintus Maec.* Ep. XI. αὐτὸς ἄναξ ἔμβαινε θεοῦ πηδήματι. — Repraesentabatur igitur chorus Bacchi Servatoris. Erat ap. Troezenios templum Διονύσου, κατὰ δή τι μάντευμα ἐπίκλησιν σαώτου. *Pausan.* L. II. 31. p. 184. Item prope Amymonen, fluvium Argolidis, Διόνυσος erat σαώτης, καθήμενον ξόανον. *Pausan.* L. II. 37. p. 198. — V. 3. ἐργάζουσα. Vat. Cod. — V. 6. ἁ δὲ πέμπτα. Vat. Cod. — V. 7. 8. „Nullus ex ultimo disticho sensus expiscari potest. Corrupta verba, quae vide an sic sanari possint:

„πᾶσαι φαιταλέαι τε, παρηόριόν τε νόημα
„ἐκπλαγέες, λύσσῃ δαίμονος εὐιάδι."

Brunck. Tam facilis tamque egregia emendatio non debebat dubitanter proponi. In cod. est λύσσαι, i. e. λύσσῃ. Idem παρήορος et παρηόριος. *Homer.* Il. ψ. 603. ἐπεὶ οὔτι παρήορος, οὐδ' ἀεσίφρων Ἦσθα πάρος. *Archilochus* ap. *Stob.* p. 561. Gesn. νόου παρήορος. Vide *Etym. M.* p. 683. 49. et inprimis *Valckenar.* ad Adon. p. 241. sqq.

BOETHI EPIGRAMMA.

Cod. Vat. p. 397. Βοήθου τοῦ ἐλεγειογράφου. Plan. p. 13. St. 23. W. Scriptum in Pyladem, pantomimum, qui Bacchum saltaverat. Conf. *Antip. Thess.* Ep. XXVII. Scio, hoc carmen illustratum esse a *Bened. Averanio* T. I. Diss. XVI. p. 49. sqq. sed liber non ad manus est. — V. 3. ὠρχήσατο. Vat. Cod. — Pro κεῖνον ὀρθὰ κατὰ τε. *Scaliger* in not. mst. et ad *Eusebium* ann. 1995. p. 169. ὠρχήσατο κεῖνον Κόρδακα καὶ τε. cui conjecturae speciem facit *Suidas* in Πυλάδης Κίλιξ ..... ἔγραψε περὶ ὀρχήσεως, ἥτις ὑπ' αὐτοῦ εὑρέθη, ἀπὸ τῆς κωμικῆς καλουμένης ὀρχήσεως, ἥτις ἐκαλεῖτο κόρδαξ, καὶ τῆς τραγικῆς, ἥτις ἐκαλεῖτο σίκιννις, καὶ τῆς σατυρικῆς, ἥτις ἐμμέλεια. *Scaligeri* tamen conatui obviam ivit *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 836. qui cod. lectionem sic interpretatur: Pylades Bacchum saltavit secundum rectas leges et instituta tragicorum ὀρχηστοδιδασκάλων. sive νομίμως ὠρχήσατο, ut Seleucus dixit de Bathyllo ap. *Athen.* L. I. p. 20. E. quem locum comparavit *Casaubonus* ad *Persii* Sat. V. p. 174[b].

ALPHEI MITYLENAEI

EPIGRAMMATA.

T. 128.] *I.* Cod. Vat. p. 571. *Menagius* edidit in Obss. ad *Tassonis* Amintam p. 184. qui liber mihi non ad manus est. Primum distichon protulit *Bernard.* ad *Thom. Mag.* p. 89. ubi vim verbi ἀνέραστος exponit. In schedis Tryll. Ἀλκαίου inscribitur. In membranis est Ἀλφειοῦ Μιτυλ. — Amor non fugiendus, sed sectandus est, quippe qui desidiam et segnitiem ex animo excutiat. — V. 1. τλήμονες. *Horat.* III. Carm. XII. 1. *Mise-*

rarum est neque amori dare ludum. Ad totius carminis argumentum praeclare facit *Ovidius* I. Amor. IX. 31. *Ergo desidiam quicunque vocabit amorem, Desinat, ingenii est experientis amor.* et in fine: *Qui nolet fieri desidiosus, amet.* — V. 3. καὶ γὰρ ἐγώ. Sic plane idem l. c. v. 41. *Ipse ego segnis eram discinctaque in otia natus: Mollierant animos lectus et umbra meos. Impulit ignavum formosae cura puellae.* — V. 4. ξεινόφιλον. Vat. Cod. Hoc cur mutatum sit, non video. Nomen Ξεινοφίλου tuetur *Simonides* Ep. LVIII. p. 137. — V. 6. ψυχῆς ἀκόνη. quae animum impellunt et exercent, dicuntur ἀκονᾷν τὰς ψυχὰς, ut ap. *Xenophont.* Oecon. 21. 3. et παρακονᾷν, ut in Cyropaed. VI. 2. Paulo audacius res ipsa, quae impellit et acuit, ἀκόνη vocatur; cujus audaciae illustre exemplum est ap. *Pindar.* Ol. VI. 141. quod nuper praeclare tractavit *Heynius* p. 79. Oppidum, quod Lacedaemoniis multum negotii fecerat, cum quidam ex eorum regibus vastare vellet, Ephori dixerunt: μηδαμῶς ἀφανίσῃς, μηδ' ἀνέλῃς τὴν ἀκόνην τῶν νέων. *Plutarch.* T. II. p. 233. D. Inter recentiores hac imagine usus est *Torqu. Tassus* in Gierus. liber. XX. 114. *Tale ei suoi sdegni desta, ed alla cote D'amor gli aguzza ed alle fiamme avviva.*

II. Vat. Cod. p. 173. Ἀλκαίου Μιτυλ. Hoc tamen lemma in membranis a sec. manu esse, *Brunckius* asserit, cum prius Ἀλφειοῦ fuerit. In nostro apogr. nullum correctionis vestigium. *Alpheo* tribuitur in Planud. p. 433. St. 567. W. ubi compares magnam ejusdem argumenti carminum multitudinem. — V. 1. ἄλλης ἐπ' ἄλλης. Vat. Cod. Miror, praepositionem ἐπὶ bis positam doctissimo editori stomachum non movisse. Verba ἄνθετο ἐπ' ab imperito librario, qui versum mutilum reperiebat, addita esse puto, cum *Alpheus* fortasse dedisset:

θῆκε τόδ' οἰκείης σύμβολον ἀγρεσίης.

Conf. *Archiae* Ep. VI. VII. VIII. IX. — V. 3. ἀπὸ μοίρας.

Vat. Cod. — V. 4. ἰθυντόνων. Vat. et *Suid.* qui h. v. excitavit v. στάλικας T. III. p. 368. — V. 5. ᾧ μὲν Plan. — V. 6. Ap. *Suid.* v. εἰφελαίας T. II. p. 773. ὧδε νέμοις. quod emendavit *Toup.* Em. in Suid. P. II. p. 301.

III. Planud. p. 332. St. 472. W. Amori dormienti poëta facem et pharetram eripere conatur; sed saevum puerum vel dormientem timens a conatu abstinet. Expressit hoc carmen *Statyll. Flacc.* Ep. VIII. — V. 1. χερὸς omittit Ald. pr. et sec. lacuna relicta. καὶ inseruit ed. fil. Aldi. χερὸς primus *Ascensius* dedit. Ab ed. Flor. pr. hoc carmen plane abest. — V. 3. εὐνομίη. εἰρήνη. *Suid.* *Philippus* Ep. XXIX. Καίσαρος εὐνομίης χρηστὴ χάρις· ὅπλα γὰρ ἐχθρῶν Καρπούς εἰρήνης ἀντεδίδαξε φέρειν. — ¶. 129.] V. 5. Sed vel sic, dolose, timeo, ne quem mihi dolum struas, somniumque, mihi infestum, mente concipias. Ex δολοπλόκε ad κεύθῃς substantivum δόλον assumendum est. — πικρόν. ἐχθρόν. Vide *Schol. Sophocl.* Phil. 254. *Valckenar.* ad Phoen. p. 352. — *Statyll. Fl.* l. c. ἐγὼ δ', ἐγέρωχε, δέδοικα, Μή μοι καὶ κνώσσων πικρὸν ὄνειρον ἴδῃς.

IV. Cod. Vat. p. 374. Planud. p. 14. St. 25. W. Animum, praesentibus aequum, omnibus divitiis praeferendum esse. — V. 1. βαθυληΐους. agros segete longe lateque tectos. τέμενος βαθυλήϊον *Homer.* Il. σ. 550. — V. 2. „Ex Archilochi versibus (Fr. X.), quos sibi imitan„dos proposuisse Alpheus videtur, summus Criticus „*Rich. Bentl.* ad Horat. p. 132. scribendum censet, οὐκ „ὄλβον, πολύχρυσος οἷα Γύγης. Nihil muto. Quum ἀρούρας „epitheton habeat, sic substantivo ὄλβον bene jungitur „πολύχρυσον et utrumque ad Gygen refertur, qui fuit di„ves et agri et auri.“ *Br.* In eandem sententiam, colore non absimili, *Horat.* III. Carm. XVI. 39. *Contracto melius parva cupidine Vectigalia porrigam, Quam si Mygdoniis regnum Alyattei Campis continuem.* *Tibullus* L. III. El. 3. 29. *Nec me regna juvant, nec Lydius aurifer amnis, Nec quas terrarum sustinet orbis opes. Haec alii cupiant. Li-*

ceat mihi paupere cultu Secure cara conjuge posse frui. Ut Gygae et Croesi divitiae pro magnis opibus paroemiace dicuntur, sic Tantali quoque talenta passim occurrunt. Ap. *Aristaenetum* L. I. 10. p. 27. olim lectum fuisse suspicor: Ἀκόντιος οὐκ ἂν ἠλλάξατο τὸν Μίδου χρυσὸν, οὐδὲ τὸν Ταντάλου πλοῦτον ἰσοστάσιον ἡγεῖτο τῇ κόρῃ, cum vulgo legatur τὸν πάντα πλοῦτον, perquam inficete. Vide *Zenobium* in Prov. VI. 4. p. 152. ibique *Schottum*. — V. 3. Macrinum, quem Alpheus h. l. alloquitur, Macrinum imperatorem esse putavit *Fabric.* in Bibl. Gr. Vol. II. L. I. 12. p. 14. sine causa idonea, ut monuit *Dorville* in Misc. Obss. T. VII. p. 70. — V. 4. τὸ μηδὲν ἄγαν. De auctore hujus dicti vide *Schol. Eurip.* Hipp. 265. et Epigr. ἀδέσπ. DVIII.

V. Cod. Vat. p. 372. Planud. p. 90. St. 132. W. Gloria Trojae rerumque sub Trojae moenibus gestarum memoria per Homeri carmina adhuc viget et durat. — V. 3. „ὑπὸ στεφάνῃ τε πόληος. Haec est Codd. omnium „et editionum veterum lectio, quam primus mutavit „H. Stephanus ob corruptum ἠ δὲ τὸν initio sequentis „versus. Hoc corrigendum erat et illud retinendum.“ *Br. Stephanus* dedit: ὑπὸ στεφάνῃσι π. Ἠ δὲ τὸν. Optima est *Brunckii* emendatio. Sequitur *Alpheus* eos, qui Hectorem ab Achille circa moenia raptum dicebant. *Euripid.* Androm. 107. Ἕκτορα, τὸν περὶ τείχη εἵλκυσε διφρεύων παῖς ἁλίας Θέτιδος. Vide *Heyn.* Excurs. ad Aen. I. 483. XVIII. p. 161. sq. — V. 5. ἣν. quo vate non una quaedam urbs, sed utriusque mundi, Orientis non minus quam Occidentis, plaga gloriatur.

VI. Cod. Vat. p. 371. Edidit *Jensius* nr. 109. *Reisk.* Anth. nr. 760. p. 157. Poëta ex Syria Romam profecturus Neptunum secundam navigationem rogat. — V. 1. Ἵππιε. Notus Neptunus ἵππιος, rei equestris praeses. — V. 2. „Εὐβοΐης ἀμφ. σκόπελον. Ad hunc scopulum

„naufragium fecit *Reiskius*. Loquitur poëta de Caphareo, „quem praeternavigabant, qui Italiam e Syria pete„bant. Infra p. 161. εὐλίμενοι νῆσοι Καφηρίδες." *Br.* Hunc scopulum *Reiskius* certe non ignorabat, cum ad hoc carmen dubitaret, quod saxum Euboeae poëta significare voluerit. Qui Italiam e Syria petebant, Caphareum promontorium praeternavigabant quidem, sed ingenti intervallo, ita ut poëtam hujus potissimum rei causa Neptunum invocasse vix crediderim. Commemorari solent in deorum invocationibus loca, ubi maxime coluntur et habitare putantur. Jam Neptuni regia circa Euboeam fuit. Apud *Homer.* Il. ν. 20. Neptunus, Samothracia relicta, τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰών· τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκμωρ, Αἰγάς· ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης χρύσεα μαρμαίροντα τετεύχαται. Conf. *Strabon.* L. VII. p. 592. — Hanc domum in fundo maris significare videtur *Alpheus* verbis ἀμφικρημνῷ σπήλαιον, rupem fluctibus exesam, antrum, undique saxis dependentibus circumdatum. In Cod. Vat. Εὐβοίβης legitur. — V. 3. Simili modo precatur *Philodemus* Ep. XXIV. 7. 8.

VII. Cod. Vat. p. 447. Planud. p. 8. St. 15. W. Expressum est carmen ex Epigr. *Alcaei Mess.* XIII. Romanorum arma terram et mare subegerunt; nihil jam superest praeter coelum. Quare Jovem poëta monet, ut portas Olympi claudat. Ex postremis verbis οὐρανίη οἶμος ἔτ' ἔστ' ἄβατος, *Opsopoeus* inepte suspicatur, hoc carmen in Romanorum contumeliam scriptum esse; significari enim, Romanos coelo indignos esse. — V. 4. οὐρανίη δ' ὑμῖς. Cod. Vat. In marg. γρ. οἶμος.

¶. 130.] *VIII.* Cod. Vat. p. 373. cujus auctoritate *Alpheo Mitylenaeo* tribuitur, in Planud. enim p. 99. St. 146. W. *Antipatro Thessalonicensi* inscriptum est. Heroum, Trojano bello illustrium, patrias fere eversas esse. Mycenarum quidem nec ruinas conspici. *Eustath.* ad

Il. β. p. 219. 30. ἐταπεινώθησαν δὲ, φησὶ, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ αἱ Μυκῆναι· καὶ οἱ τὸ Ἄργος ἔχοντες εἶχον καὶ Μυκήνας συντελούσας εἰς ἕν. χρόνοις δ' ὕστερον κατεσκάφησαν ὑπ' Ἀργείων, ὥς μηδ' ἴχνος εὑρίσκεσθαι τῆν Μυκηναίων πόλεως. Hoc et ſequens Epigramma imitatione expreſſit *Antonius Argivus* T. II. p. 240. — V. 1. μὲν ὀνόματι. Vat. Cod. Fuit fortaſſe ἐν ὄμματι. — V. 2. πολλῶν. Vat. et Plan. Male. Vera eſt *Brunckii* lectio, quamvis ejus auctoritatem penitus ignoramus. Librarii metro timentes πολλὸν in πολλῶν mutaverunt. Breves ſyllabas in hac pentametri parte nonnumquam produci paſſim monuimus. — V. 3. παρερχόμενός τε Μυκήνην omnes editt. veteres. *Stephanus* γε ſcripſit. — Comparandus illuſtris *Sulpicii* locus ad *Ciceronem* Epiſt. ad Div. L. IV. 5. — Μυκήνη legendum eſſe, vidit *Joſ. Scaliger* in not. mſtis. — V. 5. αἰπολικὸν μήνυμα. De loco plane deſerto, μηλοβότῳ, ubi caprarum greges paſcentes conſpiciuntur. *Huetius* p. 12. comparat Epigr. ſeq. ubi item de urbibus dirutis δείκνυσθ' εὐμύκων αὔλια βουκολίων. Sed miror, poëtam eandem rem bis dixiſſe, idque iisdem prope verbis. Quare verſu praec. αἰπολίου deberi ſuſpicor librario, qui ad αἰπολικὸν oculis aberraverat. Scribe:

— ἔγνων, καὶ σκοπέλου παντὸς ἐρημοτέρην.

quam emendationem commendat et lenitas mutationis, et locus *Pompeji* Ep. I. p. 105. quem noſter ante oculos habuit:

Εἰ καὶ ἐρημαίη κέχυμαι κόνις ἔνθα Μυκήνη,
εἰ καὶ ἀμαυροτέρη παντὸς ἰδεῖν σκοπέλου.

— V. 5. Senes tantum urbem hoc loco fuiſſe meminerunt. — Κυκλώπων. Vide notas ad *Antip. Sidon.* Ep. LI. *Interppr. Thucyd.* L. VIII. p. 243. ſq.

IX. Cod. Vat. p. 373. Planud. p. 100. St. 147. W. Urbes, unde Trojae victores prodierint, everſas jacere, Trojam contra ſtare et ſupereſſe. — Magis poëtice

quam vere hoc dici monuit *Dervillius* in Misc. Obss. T. VII. p. 71. quum *Strabo* quidem L. VIII. p. 578. Argos et superesse et primum post Spartam locum obtinere dixerit. — Ἑλλάδος. Fuerunt inter veteres, qui Ἑλλὰς ap. *Homer*. Il. β. 681. pro urbis nomine haberent; nec, ut videtur, injuria. Vide *Strabon*. L. IX. p. 659. C. Cf. *Schönemann* de Geogr. Homeri p. 72. *Alpheus* certe Achillis patriam significare voluit. — V. 2. χρυσέη ἦκε. Mycenae, quam urbem *Homerus* τὴν πολύχρυσον appellare solet. Hinc Perseus ortus. Praeclarus locus est *Pausaniae* L. VIII. 33. p. 668. de fortunae impotentia, in grandia aeque ac in exigua grassantis, ubi etiam Mycenarum fortunam commemorat: Μυκῆναι μὲν γε τοῦ πρὸς Ἴλιῳ πολέμου τοῖς Ἕλλησιν ἡγησαμένη — ἠρήμωνται πανώλεθροι. — V. 3. ἔσβεσθ' ἡρώων emend. *Jos. Scaliger* in not. mstis. *Exstincta est gloria heroum, quorum virtute Trojae conciderunt moenia.* — Hoc ab *Alpheo* dici miror, qui Epigr. V. recte dixerat, heroum, in bello Trojano illustrium, nomen et gloriam ad omne aevum durare. Nec id profecto hoc loco agitur, heroum illorum nomina utrum floreant, an in oblivionem abierint, cum nonnisi urbium, unde victor Graecorum exercitus prodierat, fatum cum Trojae fortuna comparetur. Quae cum ita se habeant, *Alpheum* non sic scripsisse puto, ut vulgatur, κείνων κλέος, sed potius:

ἐσβέσατ' ἡρώων κείνων ἕδος.

Sedes et patria heroum. *Hesych.* Κυκλώπων ἕδος. ἐπειδὴ Κύκλωπες ἐτείχισαν τὰς Μυκήνας. *Pindar.* Ol. β. 22. ὦ Κρόνιε — ἕδος Ὀλύμπου νέμων. Isthm. α. 42. ἐν Ἀχαιοῖς ὑψίπεδον Θεράπνας οἰκέων ἕδος. *Euripid.* Orest. 1247. κατὰ Πελασγὸν ἕδος Ἀργείων. Iphig. in Aul. 1527. ὀλέσαντα Τροίας ἕδη. De deorum sedibus et templis ἕδος eleganter usurpatur, docente *Ruhnk.* ad Tim. p. 93. — Ne cui vero durior videatur metaphora in verbis ἐσβέσατο ἕδος, verbum σβέννυμι simili ratione passim occurrit pro *evertere*, *finire*, ex-

cidere; et in passivo pro *cessare*, *evanescere*. Ep. ἀδέσπ. T. III. p. 146. XX. σβέννυντο δὲ πηγαί. exaruerunt fontes, non solis aestu, sed serpente aquam potante. Ibid. p. 141. II. Tereus γλῶσσαν ἐμὴν ἔθερισε, καὶ ἔσβεσεν Ἑλλάδα φωνήν. T. III. p. 284. DCXXIX. σβεννύντας ποτὲ τοιάδε τυραννίδα. — V. 4. ἤρειψαν. Cod. Vat. — V. 5. ἐστὶν πόλις Vat. Cod. Troja a Julio Caesare et Augusto agro, libertate et immunitate operum donata. Vide *Strabon.* L. XIII. p. 889. et *Interpp. Horatii* III. Carmin. III. 60. Ad sensum facit Epigr. Anth. Lat. T. I. p. 456. II. *Idem Agamemnonias dices cum videris arces: Heu victrix victa vastior urbe jaces.* — V. 6. εὐμήκων. Ex Lectt. Ald. pr. in Ald. 2. et tertiam venit. εὐρώκων restituit *Ascensius*.

X. Cod. Vat. p. 372. Planud. p. 81. St. 118. W. *Antipatrum Thessalonicensem* reprehendit, quod Ep. XXXV. Delum insulam de vastitate sua conquerentem induxerit. Vide, quae ibi notavimus. Tractavit hoc carmen *Dorvill.* in Exercit. Del. p. 68. — Lemmati hujus carminis adscripsit *Jos. Scaliger* καὶ τοῦ Ἀντιπάτρου. quod quid sibi velit, non assequor. Certe hoc carmen pro *Antipatri* opere haberi nequit. — V. 1. ἀκάλυπτον. Vide, quae congessit *Wernsdorf.* ad *Himer.* Or. IV. 2. p. 457. sq. — Κρονίδης. Neptunus fortasse, qui Jovi hoc praestitisse dicitur ap. *Lucian.* Dial. D. Mar. X. — V. 3. θεοὺς ap. *Stephanum*, typographi fortasse vitio. Veteres enim edd. omnes τεοὺς legunt. Per Apollinem et Dianam poëta jurat. — Membr. Vat. μὰ τέου — δαίμονος. — V. 6. Ἄρτεμιν οὐκ ἄ. ἤ σε λέγει. sic Cod. Vat.

XI. „E *Pausania* L. VIII. p. 706. Non exstat in „Planudeae codicibus, ideo ab omnibus editionibus „abest. A Stephano in Appendicem relatum, et licet ibi „repetitum sit in Wecheliana p. 9. qui hanc editionem „curavit, hoc Epigr. addidit L. III. capite εἰς ἀνδριάντας. „Hoc loco in Vat. Cod. videtur esse; nam in Salmasii

„editione adſcriptum eſt auctoris nomen, quod ap. Pau„ſaniam non legitur, et additae variae lectiones, qui„buscum Pauſanias concinit." *Br.* Unde *Salmaſius* habeat, hoc carmen *Alphei* eſſe, fruſtra quaeſiveris. In Vat. membranis non magis legitur, quam in Planudea. *Alcaeo Meſſenio* tribuendum eſſe, ſuſpicabatur *Schneiderus*. Inſcriptum erat ſtatuae Philopoemenis Tegeae. Statuam equeſtrem eidem Delphis poſitam commemorat *Plutarch.* T. II. p. 451. ed. Tubing. — Valde hoc Epigramma torſit *Huetium* p. 21. qui id ap. *Pauſaniam* emendatius quam in Wecheliana legi non meminerat. — V. 2. πεπηγαμένου. Wech. — πολλὰ μὲν ἀλκαῖς —. Idem de ſuo heroë Godofredo Italorum Virgilius: *Molto egli oprò col ſenno e colla mano.* — V. 3. αἰχμητά. Wech. — ¶. 131.] V. 5. τροπαὶ ἀπεπτυγμένα. Wech. — Praeclarum belli ducem fuiſſe Philopoemenem, evincunt duae de duobus Spartae tyrannis reportatae victoriae. Machanidam et Nabin poëta ſignificat. *Plutarch.* in Vit. Philop. c. X. et XIV. — V. 6. Wech. omiſſo Σπάρτας legit τὰν αὐξανομέναν. Eadem v. 7. ἕνεκ' αὖτε γένα. ubi parum abfuit quin *Huetius* veram lectionem conjectando aſſequeretur.

XII. Cod. Vat. p. 372. Planud. p. 119. St. 172. W. In gallinam, quae, cum pullis incubaret, nive obruta eſt. — V. 1. χειμερίαις vulgo. — παλυνομένη τιτθάς. Vat. Cod. — παλύνειν *inſpergere* paſſim. Ap. *Homerum* Od. ξ. 429. παλύνας ἀλφίτου ἀκτῇ. Il. λ. 560. λεύκ' ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον. De nive *Apollon. Rhod.* L. III. 69. νιφετῷ δ' ἐπαλύνετο πάντα. — τιθὰς ὄρνις. τιθαὶ ὄρνιθες. *Aratus* Dioſem. 228. Vide *Arnald.* Lect. gr. p. 128. — V. 3. οὐράνιος Vat. Cod. a pr. man. — V. 4. αἰθέρος οὐρανίου α. Vat. Cod. et Plan. *Brunckii* lectio ex ipſius editoris conjectura fluxiſſe videtur. Corruptelae ſuſpicionem movet tautologia in verbis νεφέων οὐρανίων αἰθέρος, et ejuſdem vocabuli repetitio. Quamvis hanc paſſim admiſerunt Epigrammatarii. Fortaſſe ſcribendum:

— ἡ γὰρ ἔμεινεν
αἴθριος, οὐρανίων ἀντίπαλος νεφέων.

αἴθριος idem, quod ὑπαίθριος. Sub divo mansit, frigori exposita, tempestatem a pullis prohibens. αἴθριος. ὑπὸ τὸν ἀέρα. *Hesych.* αἰθρία. ἔξω ὑπὸ τὸν ἀέρα. λέγεται δὲ καὶ ὕπαιθρον. — αἴθρια στέφη. τὰ ἐξ Ὑπερβορέων κομιζόμενα· ὡς ἂν ἐν ὑπαίθρῳ τιθέμενα. αἴθριον καὶ αἴθριος ὁ ὑπὸ τὸν ἀέρα. *Suidas.* Conf. inprimis *Salmas.* ad Tertull. de Pall. p. 137. — Pro νεφέων autem si quis νιφάδων scribendum duxerit, me non valde refragantem habebit. *Antip. Sidon.* Ep. LXI. κρυερῶν ἀντίπαλον νιφάδων. ubi vide not. — V. 5. Πρόκνη κ. Μ. qui liberos vestris manibus obtruncastis. — ἐρυθ. Color, ut ap. *Callimach.* Fragm. CXXIX. αἱρέων ἔργα διδασκόμενος.

APOLLONIDAE SMYRNAEI

EPIGRAMMATA.

¶. 132.] *I.* Cod. Vat. p. 510. Planud. p. 173. St. 253. W. Dormientem convivam poëta excitat, eumque, quam cito mors omnibus instet, monens ad potandum hortatur. — V. 1. ὑπνώεις. Vat. Cod. ὦ 'ταῖρε. Plan. et Vat. ὦ 'ταῖρε legendum esse, monuit *Casaub.* in not. mss. — V. 2. μοιριδίη μελέτη. Somnum *mortis quasi meditationem* vocat, ut imaginem mortis alii. Vide *Scheffer.* ad Aelian. V. H. II. 35. p. 136. — V. 4. ἄχρις. merum bibe, usque dum genua titubent. Cf. not. ad *Leonid. Tar.* Ep. XXXVIII. 2. T. II. p. 97. — V. 5. ὅτ' οὐ corrigendum, ut Plan. et Vat. habent. — Pro πολὺς χρόνος membr. Vat. πολὺς, πολὺς, omisso χρόνος, quod fortasse verum est. — Deinde eaedem ἀλλ' ἄγ' ἐπείγου pro ἀλλὰ γ' ἐπ. quod vel sine codicibus corrigendum erat. — V. 6. ἡ πολιή. vulgo. Longe elegantior Cod. Vat. lectio

ἡ συν-

ἡ συνετή. *Philodem.* Ep. XIX. πολλὴ γὰρ ἐπείγεται ἀντὶ μελαίνης Θρὶξ ἤδη, συνετῆς ἄγγελος ἡλικίης. Cf. ejusd. Ep. XIV. 3. 4.

II. Hoc et ſequens Epigr. in Leonem, puerum formoſum, Rhodenſem, non legitur in Muſa puerili, quam quidem hodie habemus in Vat. Cod. Planudes igitur exemplo copioſiore uſus eſt. Vide Prolegg. p. LXXXVI. Servata enim in Plan. p 294. St. 433. W. — V. 1. Κινύρην. Formoſiſſimus mortalium, Aſſyriorum rex, ſecundum *Hygin.* Fab. CCLXX. et CCXLII. Cypriorum regem eundem vocat, et Apollini in deliciis fuiſſe narrat *Pindar.* Pyth. II. 27. ſqq. ubi vide *Schol.* Conf. *Heynium* in Apollodor. III. 14. 3. p. 825. et *Munkerum* ad Anton. Lib. c. XXXIV. — Φρύγας ἀμφω. Ganymedem et Paridem. — V. 3. Κερκαφίδη. Vid. Ep. XIV. et *Strabon.* L. XIV. p. 654. — V. 4. ἢ τοίῳ λάμπεται ἠελίῳ. Formoſi pueri cum ſole comparantur, ut ap. *Meleagr.* Ep. XXXV. ubi vide not. p. 55. Simul autem, quod *Brodaeus* bene monuit, ad Solem, tutelarem inſulae deum, reſpicitur. — Pro ἴσ' Ed. Flor. pr. ἴσ' et verſu ſeq. λάμπεται. Prius Aldinae omnes et Aſcenſ. ſervarunt; alterum inepte commutarunt cum λάμπεται. Si vera eſt noſtra lectio, pro καὶ Ῥόδος legerim ἢ Ῥόδος.

III. Planud. p. 294. St. 434. W. Luſus in nomine Leonis. — Pro Ἀλκείδεω, quae eſt omnium editt. lectio, *Br.* Ἀλκείδεω corrigit. — τὸ δωδέκατον. Victoria de leone non inter duodecim Herculis certamina foret, ſi ejusmodi ipſi leo obviam eſſet factus. In formoſos enim et formoſas non nimis fortem fuiſſe Herculem, omnis clamat antiquitas.

IV. Cod. Vat. p. 325. Edidit *Jenſius* nr. 42. *Reisk.* in Anth. p. 131. nr. 692. In mulierem, quae, cum oculorum lumine privata eſſet, binos enixa pueros ſolem jam pluribus quam antea oculis adſpicere videretur. —

V. 1. τεὸν. Vat. quod *Reisk.* in τεῶν mutavit. Nec hoc valde elegans; non tamen editoris, sed poëtae vitio. φίλον φάος magis foret e poëtarum consuetudine. οὐκέτι non amplius oculis privata dici poteris. — V. 2. δυστόκῳ. *Jens.* δυστόκῳ. Cod. Vat. Hoc utrum in διστοτόκῳ commutandum sit, an cum *Brunckio* in δοιοτόκῳ, difficile fuerit judicatu. — V. 3. ἐν abundat, ut saepe. περιθαλπές. Vat. Cod. — *Jensius* et *Reisk.* περικαλλές. — V. 4. τελειοτέρη. Perfectior et quodammodo integrior dicitur mulier, quae peperit; cum contra sterilis mulier praecipua quadam honoris sui parte carere videatur. Cf. *Propert.* IV. 11. 60. — Hanc poëtae sententiam esse, nullus dubito. *Reiskius* de initiatione in mysteria Orphica cogitans, totius carminis argumentum mire pervertit.

¶. 133.] *V.* Cod. Vat. p. 185. Edidit *Kuster* ad *Suidam* v. ἐκδέχεσθαι Tom. I. p. 248. *Reisk.* Anthol. nr. 486. p. 37. Euphron, parvi agri, nec majoris vineae possessor, deo, nescio cui, parva ex parvis munera offert; largiora promittens, si major ipsi copia contigerit. — Viri, qui loquens inducitur, nomen in Cod. Vat. Εὔφρων est. Σώφρων *Kusterus* exhibuit, eumque secutus *Reiskius*, licet in apogr. Lips. Εὔφρων repererit. Revocanda membranarum lectio. *Euphronis* nomen occurrit ap. *Heraclid. Sinop.* Ep. I. 5. T. II. p. 261. Omisso viri nomine hunc versum *Suidas* laudat in πολυαύλακος, sequentem in πολυγλεύκου Tom. III. p. 143. — βότρυος πολυγλ. uvae multum fundentis mustum, pro magna vinea. — V. 3. ἐπὶ κνίζοντι. Vat. ἐπικνίζοντι apogr. Lips. — V. 4. ῥῶγας. Cod. Vat. Idem a pr. man. ῥωγὸς exhibet. De vocabulis ῥὰξ et ῥὼξ, eorumque discrimine vide *Intrpp. Thomae M.* p. 774. sq. ubi *Bernardus* hunc versum excitavit. Conf. not. ad *Philodemi* Ep. XVIII. 7. — V. 5. εἰμὶ δ' ἐξ. Vat. et *Suid.* qui hoc distichon profert T. I. p. 248. σοὶ νῦν, quod *Kusterus* in apogr. Bigot. reperit, *Brunckius* in Bu-

heriano, ex *Salmasii* libro profluxisse videtur. Non igitur erat, cur *Br. Reiskium* reprehenderet, qui et ipse emendationem periclitatus, ἐστὶ μὲν ἐξ ὀ. scribendum putavit. Proxime ad membranarum lectionem accederet:

ἡ μὲν ἴδ' ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις — . —

sive:

ἥδε μὲν ἐξ — —.

— V. 6. ἀπ' ἀρξόμεθα. *Leonidas Tar.* Ep. VIII. τῇδε πενιχρὰ Ἐξ ὀλίγων ὀλίγην μοῖραν ἀπαρχόμεθα.

VI. Cod. Vat. p. 185. Edidit *Kuster* ad *Suidam* v. θαλάμη T. II. p. 161. *Reisk.* in Anthol. nr. 487. p. 37. *Goens* ad *Porphyr.* de Antr. Nymph. p. 105. Clito mellis ex alvearibus primitias diis offert. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in σμήνη T. III. p. 342. ubi ἀντινομαίων legitur. Vocem divisit *Toupius* Em. in Suid. P. III. p. 427. ἀντὶ νομαίων, *victimarum loco.* Nempe Clito nec hoedum, nec ovem, sed quae in promtu erant, offerebat dona. νομαία. ἡ ἐκ τῆς νομῆς. *Suid.* T. II. p. 629. In Cod. Vat. ἀμφινομαίων legitur. ἀμφινομαίων *Goens.* *Reiskius* incidit in ἀνθονομαίων, *flores depascentium.* — Nomen dedicantis ap. *Suidam* est Κλειτός. — V. 3. 4. *Suidas* in τηλοπέτους, τῆς πέτρης πετομένης, T. III. p. 461. ubi δῶρον ἀφ' ἱμάντου, sine sensu. *Kusterus* in suo apographo ἀτημάντου inveniens, veram lectionem facile detexit. — V. 5. 6. *Suid.* in θαλάμη T. II. p. 161. ubi edd. vett. σκηνοπαγεῖς legunt. Idem v. 5. profert in θεσμοτόκον. τὰς μελίσσας φησὶ διὰ τὸ εὔτακτον. T. II. p. 190. In Vat. quoque junctim legitur θεσμοτόκον, quod *Suidas* igitur accepit de apibus, quae *magnis agitant sub legibus aevum.* *Virgil.* Georg. IV. 154. Sed noli dubitare, quin recte scripserit *Br.* δ' ἑσμοτόκον. *Kuster.* et *Goens* δ' omiserunt. — Mox ἐκ δὲ μ. ex *Suida* assumtum est. In Cod. enim Vat. εὖ legitur. — νέκταρος. *Eurip.* in Bacch. 142. ῥεῖ δὲ μελισσᾶν νέκταρι. *Virgil.* Georg. IV. 163. *aliae purissima mella Stipant, et liquido*

distendunt nectare cellas. — κηροπαγὴς θάλαμος est ap. *Niciam* Ep. VII. μελισσῶν ἄπλαστοι χειρῶν αὐτοπαγεῖς θαλάμαι. *Antiphil.* Ep. XXIX.

VII. Cod. Vat. p. 161. Planud. p. 415. St. 550. W. Menis, piscator, Dianae dapes pro paupertate sua apponit, ut largam ipsi capturam praebeat, precatus. — V. 1. *Suidas* h. versum cum particula sequentis profert in λιμενῆτιν T. II. p. 447. Idem integrum distichon laudat in τρίγλῃς T. III. p. 502. et in φυκίδα T. III. p. 642. In his omnibus locis λιμενῆτιν legit, quae est Vat. Cod. lectio. Sed λιμενῖτιν legendum esse contendit *Toup.* ad Suidam P. III. p. 491. Πρίαπος λιμενίτας est ap. *Leon. Tar.* Ep. LVII. Sed fortasse ne sic quidem vera lectio restituta est, cum legendum sit:

καὶ φυκίδα σοὶ, λιμενῖτι
Ἄρτεμι — — —

tibi, o Diana, quae in portubus coleris. unde λιμενοσκόπος ap. *Callimach.* H. in Dian. 259. qui etiam v. 39. Jovem Dianae munia tribuentem inducens, καὶ μὲν ἀγυιαῖς, ait, ἔσσῃ καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος. Hinc poëta divam interrogat v. 183. Τίς δὲ νύ τοι νήσων, ποῖον δ' ὄρος εὔαδε πλεῖστον; τίς δὲ λιμήν; — τρίγλην ἐπ' ἀνθρακιῆς. mullum in carbonibus tostum et adhuc calentem. Vide de τρίγλῃ *Camus* Notes sur Aristote p. 788. Mullus Dianae sacer, ut alii dicunt, propter nomen: vide *Phurnut.* de N. D. p. 232. *Athen.* L. VII. p. 325. Alii ludicram caussam afferunt; ut poëta ap. *Athen.* L. I. p. 5. D. Τρίγλῃ δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι. Παρθένου Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφυ καὶ στύματα μισεῖ. — φυκίδα. Vide *Asclepiad.* Ep. XXVIII. — V. 2. Qui hic Μῆνις vocatur, ap. *Suidam* et in Plan. Θῆρις est. In Planudeae tamen Codd. Μῆνις. — V. 3. *Suidas* T. II. p. 15. ζωρότερον, ἀκρατώτερον. ἐν ἐπιγράμματι· καὶ ζωρότερον κεράσας ἰσοχειλέα. καὶ Ὅμηρος εἰπὼν, ζωρότερον κέραιρε. — ἰσοχειλέα. usque ad scyphi marginem. Xe-

noph. Exp. Cyri L. IV. 5. 19. οἶνος κρίθινος ἐν κρατῆρσιν· ἐνῆσαν δὲ καὶ αὐταὶ αἱ κριθαὶ ἰσοχειλεῖς. — Particulam hujus versus cum sequente integro laudat *Suid.* in αὖον T. I. p. 382. — V. 5. αἰέν. Plan. Vat. — λίνα. tibi, Diva, omnia retium, i. e. venationis genera tributa sunt. Dianae autem piscatus, non minus ac venationis, primitiae offerebantur. *Spanhem.* ad Callim. H. in Dian. 39. p. 197.

VIII. Cod. Vat. p. 493. Plan. p. 35. St. 51. W. Cajum, Lucii filium, primam barbam detondentem, poëta, ceteris aurea munera ferentibus, carminibus celebrat. Expressum hoc carmen ex *Antip. Thess.* XXI. De more diem, quo juvenes barbam comamque ponebant, celebrandi vide *Raderum* ad *Martial.* L. IX. 17. *Barthium* ad *Statii* Sylv. III. 4. p. 326. et quos laudat *Fabric.* ad *Dion. Cass.* T. I. p. 551. De Cajo, in cujus honorem nostrum Epigramma conscriptum est, conjecturas protulit *Reiskius* in Not. Poët. p. 194. de quibus tum dicemus, ubi de *Apollonidae* aetate disputabimus. — V. 1. παρηΐδων πρῶτον. vulgo. πρῶτον est in Aldinis. Cod. Vat. vulgarem formam παρειῶν poëticae substituit. — θέρος. *primam messem*, primum proventum. Epigr. VI. ἀμάνιος ἐκ με ταμὼν, γλυκερὸν θέρος. Poëta respexit *Callimach.* H. in Del. 298. παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων Ἄρσενες ἠϊθέοισιν ἀπαρχόμενοι φορέουσιν, quod *Ruhnkenius* monuit Epist. crit. p. 163. — ἕλικας. *Strato* Ep. IX. τρυφεραὶ κροτάφων ξανθοφυεῖς ἕλικες. — Pro κεῖρε Ald. sec. vitiose κύρε. — V. 4. Λεύκων. Cod. Vat. Aldus in Codd. invenit ἰούλων λεύκων. quod in Ald. sec. et tert. receptum est. — ¶. 134.] V. 5. χρυσέοισιν. In eundem sensum *Horat.* IV. Carm. VIII. 9. — *non haec mihi vis: nec tibi talium Res est aut animus deliciarum egens. Gaudes carminibus: carmina possumus Donare et pretium dicere muneri.*

IX. Planud. p. 338. St. 478. W. In Priapum, Phylomachi opus, qui, non procul a Gratiis collocatus, se in genua concidisse ait. Genubus innixus Priapus conspicitur ap. *Montefalconium* Suppl. T. I. P. II. Planche 180. — V. 3. „Φυλόμαχος. Sic Vat. Cod. Triplici modo „scriptum occurrit hujus statuarii nomen: Φιλόμαχος in „Polybii fragm. ap. *Suidam* v. Προυσίας. Φυλόμαχος et Φυ„ρόμαχος. Hoc ultimum verum est. Vide Diodori Ex„cerpta p. 588. Primo modo hoc nomen efferri debere, „frustra contendit P. Leopardus Emend. III. 21. Plus „semel a Plinio memoratus, cui Pyromachus audit. Vide „*Harduin.* T. II. p. 656. not. 145. Florebat circa „Olymp. CXX. Falsus est circa hunc artificem Junius „in Catal. qui duos ex uno facit." *Br.* Hoc carmen si in Vat. Cod. legitur, meam diligentiam effugit; sed cum ad artium opera spectet, equidem in illo codice reperiri dubito. — V. 3. χαρίτων καλήν. μίαν τῶν Χαρίτων, καὶ ταύτην καλήν. Sed depravata videtur vulgata lectio et sic emendanda:

Χαρίτων δέ μοι ἄγχι καλιὴν
ἀθρήσας — —.

Prope Priapum illum Phyromachi Gratiarum sacellum fuit. Hinc poëta supplicantem dei statum ingeniose interpretatur: Gratiarum sacellum in propinquo conspicatus, ne quaeras, cur sic in genua procubuerim. καλιαὶ, *tuguria*, (vide *Graevii* Lectt. Hesiod. XI. p. 57.) passim deorum sacella significant. *Hesych.* καλιαί. νοσσιαὶ ἐκ ξύλων· καὶ ξύλινά τινα περιέχοντα ἀγάλματα εἰδώλων. δηλοῖ δὲ καὶ σκηνὴν οἰκείαν. *Crinagor.* Ep. VII. Πανός τ' ἠχήεσσα πιτυστέπτοιο καλιή. Idem Ep. XV. Ἑκάλης φιλοξείνοιο καλιὴν, de Hecales tugurio, ut *Leonid. Tar.* Ep. LV. et *Apollon. Rhod.* L. I. 170. μυχάτῃ καλιῇ.

X. Planud. p. 337. St. 477. W. Pan, deus agrestis, sibi ex aureis poculis, vino pretioso, majoribusque victimis litari nolit. — V. 2. Ἰταλοῦ. e longinquo arcessitis

Finge tibi poëtam, cum haec scriberet, in Smyrnae aliusve oppidi Asiae agro versantem. Recensum vinorum Italiae ex *Galeno* dedit *Athenaeus* L. I. p. 25. sq. — V. 3. γυρούς τένοντας. Fortasse de torosis taurorum cervicibus accipi debet. τένοντα pro ipsa cervice posuit *Lucian.* in Tyranno §. 19. T. III. p. 199. ed. Bip. ἐνέβαινε σὺν καὶ τὸν τένοντα τοῦ ἀλιτηρίου κατεπάτει. Fortasse etiam de incurvatis tauri cruribus. Conf. *Foesium* in Oec. Hipp. v. τένοντες p. 370. — πέτρῃ. De ara interpretantur. Vide, an scriptum fuerit πεύκῃ, sive πτελέῃ, *ulmo*, in cujus umbra Panis signum collocatum fuit scilicet. Cf. not. ad *Anytes* Ep. VII. p. 426. — V. 5. „αὐτόξυλος, μονόξυλος. „Vide Hesychii Intrpp. in hac voce. Idem est, quod μονοστέρθυγξ supra in Diodori Ep. III. p. 80." *Br.* Optima est observatio *Eustathii* ad Il. ψ. p. 1457. 34. plurimis vocabulis, quae cum αὐτὸς composita sunt, recensitis: αὐτόξυλον ἔκπωμα παρὰ Σοφοκλεῖ (Philoct. 35.) καὶ ὅλως ὅσα ἔργα οὐκ εἰς κάλλος ἐσκεύασται. Eodem sensu *Philippus* Ep. VII. κόψας ἐκ φηγοῦ σε τὸν αὐτόφλοιον ἔθηκε Πᾶνα Φιλοξενίδης. — ἀρνοθοίνης. agna contentus, taurum mihi immolari nolo. — V. 6. ἐγχθονίου κύλικος. vini domestici, in ipso agro nati, pocula. *Brodaeus* mallet καὶ ἐκ χθονίου, ut sit mustum ex fictilibus poculis. Non placet. Quamvis in hoc disticho nihil est, quod opponatur χρυσέοις δεπάεσσι vers. 1., non tamen sic in ordinem cogendi sunt poëtae, ut eos ad severam dialectices normam exigere conemur.

XI. Cod. Vat. p. 398. sq. Planud. p. 88. St. 129. W. Fons, cui nomen *puri*, manare desierat, ex quo latro ibi cruentas manus abluerat. Huc facit *Pausan.* L. IX. 30. p. 769. de amne Helicone agens, quem Diatae olim aperto alveo manasse narrabant: τὰς γυναῖκας δὲ, αἳ τὸν Ὀρφέα ἀπέκτειναν, ἐναπονίψασθαί οἱ θελῆσαι τὸ αἷμα· καταδῦναι δὲ ἐπὶ τούτῳ τὸν ποταμὸν εἰς τὴν γῆν, ἵνα δὴ μὴ τοῦ φόνου καθάρσια τὸ ὕδωρ παράσχηται. — V. 1. ἁ καθαρή. Vat. Cod.

et Plan. Nec mutanda erat lectio. Junge: ἡ καθαρὴ — εἰκότι βλύζει. Paulo longior verborum ambitus, sed propterea non vitiosus. Quin Brunckiana lectione admissa omnis contextus elegantia penitus tollitur, postremo disticho, paralytici membri instar, misere pendente. — V. 2. κρήνη. Ed. pr. tres Ald. et Ascens. — V. 3. παρακλίντορος. Vat. Cod. — Latro viros quosdam ad hunc fontem recubantes interemerat. — Expressit hoc carmen *Antiphanes* Ep. VII. p. 205.

XII. Cod. Vat. p. 242. Planud. p. 199. St. 290. W. Scriptum in Aelium, militem fortissimum, qui gravi et incurabili vexatus morbo, gladio incubuerat, ne quis eum a morbo superatum dicere posset. Imitatus est hoc carmen *Philippus* Ep. XXV. p. 218. — V. 2. πυρσόκας. multis aureis coronis, quas virtutis causa acceperat, cumulatus. Non de coronis proprie dictis, quas inter militum Romanorum praemia fuisse nemo ignorat, sed de torquibus aureis agi videtur, quae item fortibus donabantur. Vide *Taciti* Annal. II. 9. *Quintil.* Inst. Or. VI. 3. 79. — *Philippus* l. c. ὁ ψελλιώσας Αὐχένα χρυσοδέτοις ἐκ πολέμου στεφάνοις. — αὐχένας ὅπλοφ. suam cervicem, armorum pondere gravatam. — ¶. 135.] V. 3. τέρμα ἄφυκτον. quam *extremam necessitatem* vocat *Sallustius* Fragm. p. 940. Cort. qui *neminem, nisi qui muliebri ingenio sit, illam exspectare* pronuntiat. — Hunc versum cum sequ. laudat *Suid.* in ὑπάτη T. III. p. 533. ubi οἶδεν exhibetur, quod a vulgata nihil differre temere judicat *Toupius* Em. in Suid. P. III. p. 513. — »In Planud. ἀριστείην »ἐμφανὲς εἰς ἰδίην. At codd. quatuor, vett. editiones et »Suidas habent ἐμφανὲς, quod genuinae lectioni propius »accedit, quam a Reiskio sagaciter detectam recepi. »Mallem ἔφθασεν. Nam ἔφθανεν est imperfectum, in quo »α longum. Corripiunt tamen Attici. Vide Clark. ad »Il. β. 43. Hunc morem Epigrammatarii saepe sequun»tur. Vide infra Bianoris V. 6. et Leonidae IV. 3.« *Br.*

ἐμφανὲς habet Ed. pr. et Ascenſ. ἐμφανὲς Aldinae. Vitium notavit *Toupius* l. c. qui ἀριστείην ἔδραμεν εἰς ἰδίην correxit ex Ep. *Philippi*: τηξιμελεῖ νούσῳ κεκολουμένος ἔδραμε θυμῷ Ἐς προτέρων ἔργων ἄρσενα μαρτυρίην. Huic conjecturae calculum adjecit *Gilb. Wakefield* in Sylv. crit. T. I. p. 163. ubi praeterea pro νοῦσον ὅτ' εἰς — tentat: νόσσαν ὅτ' εἰς ἑ. quod *Philippi* imitatione refellitur. — V. 5. θνάσκων. Vat. Cod.

XIII. Cod. Vat. p. 401. Planud. p. 73. St. 167. W. Maris perfidiam et rapacitatem poëta increpat, quod Aristomenem ipsis halcyoniis diebus submerserit. — V. 1. „In Planudea corrupte legitur καί ποτε δινήεις. Verbum „νέω adstruit Spanhem. ad Callim. p. 329. editionis no„vissimae.“ *Br.* In antiquis edd. omnibus δινεῖης habetur. In Vat. Cod. δινήεις, et superscriptum a rec. man. θεῖσα Βόσπορος; fortasse pro δινηθεῖσα Βόσπορος. quod nihil est. Pro meo tamen sensu Brunckiana emendatio languet. Verbo carere possumus, si legatur:

καὶ ποτε δὴ νήσσο' ἄφοβος πόρος — — —

nec, si literarum spectaveris ductus, haec lectio illa minus videbitur probabilis. *Lollius Bass.* Ep. V. οὐλόμενον νήσσοι Καφήρειδες. — V. 2. ἦν omittit Vat. De diebus halcyoniis multi dixerunt. Vide *Interpp. Lucian.* T. I. p. 444. ed. Bip. — αἷς πόντος. Quod poëta mare in halcyonum gratiam facere ait, id *Theocritus* ipsis halcyonibus tribuit Eid. VII. 57. Ἀλκυόνες στορεσεῦντι τὰ κύματα, τάν τε θάλασσαν — Ἀλκυόνες, γλαυκαῖς Νηρηΐσι ταί τε μάλιστα Ὀρνίχων ἐφίλαθεν, ὅσαισί περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα. — στηρίξατο ἐστόρεσε. ἔθηκε. firmum et tantum non immobile reddidit, ita ut vel ipsa terra minus videatur fida. — V. 5. „γαῖα. Inepte. Scribendum μαῖα. Ingeniosa et certissi„ma emendatio Munkero debetur ad Hyginum p. 133. „Sic supra Antip. Thessal. XXXV. Delum Latonae „μαῖαν vocat.“ *Br.* Sensus est: Eo ipso tempore, quo

te maternos animos sumsisse et halcyonum partibus favere gloriaris, Aristomenem una cum navi mersisti fluctibus. Vulgatam ita defendi posse putabat *Huetius* p. 9. ut γαῖα sit, *cum te alteram terram esse jactas*. *Scaliger* tentabat γαίᾳ καὶ νήεσσιν κ. in quo felix ejus ingenium desidero. Male etiam *Brodaeus* ὠδίνεσσι *procreatis hominibus* interpretatur, cum manifestum sit, ad halcyonum ὠδῖνας respici. *Grotius* vertit:

Tempore at hoc, fidum jactas quo partubus esse,
Ipsum onus et dominum mergis Aristomenem.

ulcus hujus loci non attingens. Sed *Hieronymus de Bosch*, Vir clar. hoc tamen loco *Munkeri* emendationem μαῖα in textu posuit. Hoc vocabulum sensu figurato usurpavit *Dionysius* Ep. X. οὐδὲ Κυρήνη Μαῖά σε πατρῴων ἐντὸς ἔδεκτο τάφων. *Julian. Aeg.* Ep. XXXII. Παφίη προὔκυψε — Μαῖαν Ἀπελλείην εὑραμένη παλάμην.

XIV. Cod. Vat. p. 404. Planud. p. 83. St. 123. W. Historia de aquila, quae, quo tempore Tiberius Nero Rhodi habitabat, in fastigio aedium ejus consedit. Rem narrat *Sueton.* Vit. Tiber. c. XIV. *Ante paucos vero quam revocaretur* (Tiberius) *dies aquila, nunquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus ejus adsedit*; cui loco *Casaubonus* Epigramma nostrum admovit. — V. 1. Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος. *Rhodus aquilam non habet. Plin.* H. N. L. X. 41. Tom. I. p. 560. — ἀνέμβατος insolenter vi activa ponitur, de eo, qui accedere ad locum non solebat, cum proprie sit *inaccessus*. — V. 2. Κεραυνοφόροις. Vide ad Ep. II. 3. — ἱστορίη. quam nunquam viderant; quam fando audiverant tantum. — V. 3. ὑψιπετῆ ταρσὸν alas, quibus summa coeli petit. — ἀερθεὶς Vat. Cod. — V. 4. Ἠελίου νῆσον. Rhodum, Soli sacram insulam. Vide ad *Antiphil.* Ep. XIX. — V. 5. χειρὶ συνήθης. ut ad Jovis, ita ad Neronis manus accedere consueta. — V. 6. Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον. Hinc intelligitur, Epigramma scriptum

esse demum post Tiberii adoptionem, tribus annis post illud portentum. Nam quo tempore Rhodi versabatur, Cajo et Lucio adhuc viventibus, nulla futuri regni spes fuit. Postea, rebus immutatis, illa aquila futurum Tiberii honorem portendisse videbatur. Simile augurium narrat *Plutarch.* T. II. p. 340. C.

XV. Cod. Vat. p. 396. Plan. p. 32. St. 48. W. De cervis, qui, cum nivem in montibus collectam fugientes, in fluvium descendissent, aqua subito frigore constricta, glacie tanquam compedibus capti sunt. — V. 3. ἐφόρμιδαν ἐλπίδι φρούδοι. Vat. Cod. cujus lectionis ductu *Pierson.* ad Moer. p. 383. correxit ἐλπίσι φρούδαις, cum vulgo χρησταῖς legatur. *Spe irrita ad fluvium venerunt.* ἐλπίδες φροῦδαι. *Eurip.* Ion. 866. — Versu sequ. vulgo ἄσθμαινειν legitur; in Vat. Cod. ἄσθμαινειν. Hoc in νάμασιν mutavit *Rubnkenius* ap. *Piersonum.* Ad fluvium cervi venerant, ut liquidis aquis genua foverent. Nihil tamen vitii hic suspicatus est *Grotius*, qui vertit: *Spe subeunte petunt fluvios, velocia crura Mitior ut surgens aura tepefaceret.* Pro meo quidem sensu νοτερὸν ἄσθμα non solum idem dicit, ac *Rubnkenii* emendatio, sed etiam exquisitius. ἆσθμα est aura ex aquis commota, vel in aquis latens, quae calore quodam artus fovet et penetrat. *Antip. Sid.* Ep. LXIII. ἤρικεν ἰσχαρίου λάβρον ἐπ' ἆσθμα πυρός. Epigr. inedit. φυγόντες ἀπυρίνου κυνὸς ἆσθμα. — Pro γόνυ Cod. Vat. γόνου. — V. 6. χειμερίης. Vat. Cod. — Glacie tanquam in pedica capti sunt. — V. 7. Turba agricolarum, cum cervos sic captos vidissent, eos occidit praedamque sine retibus ullove labore (κλίνου) partam consumsit. — V. 8. στάλικα. Vat. Cod.

¶. 136.] *XVI.* Vat. Cod. p. 405. Planud. p. 97. St. 142. W. De Scyllo, urinatore, qui clam mare subiens anchoras, quibus Persarum naves nitebantur, amputavit. — V. 1. „Σκύλλις. Hujus viri nomen triplici mo-

„do effertur, Σκυλλίας, Ionice Σκυλλίης, Σκύλλις et Σκύλλος.*
„Vide Kuhn. ad Polluc. p. 787. Hic in omnibus libris
„scriptum est Σκύλλος, in Vat. etiam membrana, ubi
„praefixum hoc lemma: εἰς Σκύλλον τὸν τὰς ἀγκύρας τῶν
„Περσικῶν νεῶν νυκτὸς ἀποκείραντα. Mutandum non erat ju-
„dice Valckenar. ap. Herodot. p. 622. Sciam aliquan-
„do, quid in Athenaei scriptis libris sit, ubi forte repe-
„rietur Κυάνης φησὶ τῆς Σκυλλίου.“ *Br.* Locus *Athenaei*, quem in animo habebat *Brunckius*, est L. VII. p. 296. F. a *Valckenario* tentatus ad Herodotum l. c. Αἰσχρίων δὲ ὁ Σάμιος ἔν τινι τῶν Ἰάμβων, Ὕδνης (Κυάνης) φησὶ τῆς Σκύλλου τοῦ Σκιωναίου κατακολυμβητοῦ θυγατρὸς τὸν θαλάσσιον Γλαῦκον ἐρασθῆναι. Ap. *Pausaniam* enim L. X. p. 842. Scyllis (sic enim ibi vocatur) filiam Cyanen docuisse narratur καταδῦναι καὶ εἰς τὰ βαθύτατα τῆς θαλάσσης. Scylli hujus δύτου τῶν τότε ἀνθρώπων ἀρίστου, ut *Herodotus* ait, nobile facinus, de quo hoc carmine agitur, in tabula picta repraesentatum fuisse docet *Plin.* XXXV. 39. 32. *Androbius pinxit Scyllin anchoras Persicae classis praecidentem.* Vide *Heynium* in Comment. X. p. 97. Posita est eidem statua Delphis, quam *Pausanias* vidit, qui inprimis consulendus est L. X. 19. p. 842. — Σκύλλις *Brunckius* ex *Brodaei* conjectura recepit. — V. 2. ἤλαυνεν. Cod. Vat. Carere possumus inutili fulcro, quod etiam abest ab ed. pr. tribus Aldinis et Ascens. κακοῖς ἐλαύνειν hoc sensu dixit *Euripid.* Androm. v. 31. ἐλαύνεται συμφοραῖς οἶκος. Ion. 1619. — εὕρετο. Vat. Cod. Mox idem Νηρῆος et ὑποπλεύσας. — λαθρίαις τενάγεσσι. Ipse Scyllis clam (λάθρως) descendit usque ad fundum maris, qui h. l. τέναγος vocatur, quod proprie locum coenosum significat. — ὅρμον. Idem quod ἔρμα, ipsum ancorae pondus, quo navis retinetur. *Pausan.* l. c. οὗτοι (Scyllis cum filia) περὶ τὸ ὄρος τὸ Πήλιον ἐπιπεσόντες ναυτικῷ τῷ Ξέρξου βιαίου χειμῶνος προσεξειργάσαντο σφίσιν ἀπώλειαν, τάς τε ἀγκύρας καὶ εἰ δή τι ἄλλο ἔρυμα ταῖς τριήρεσιν ἦν, ὑφέλκοντες. —

V. 5. ἐπὶ γῆς. navibus versus litus pulsis Persae perierunt. In talibus ἐπὶ motum ad locum significat. ἐπὶ τῆς γῆς καταπίπτειν. *Xenoph.* K. Π. IV. 5. 54. — ὠλέσθανε. omnes edd. vett. Stephaniana, operarum vitio, ὀλέσθανε. — πρώτη πεῖρα Θεμ. Themistoclem igitur Scyllin excitasse putavit *Apollonidas*, ut illud facinus aggrederetur. Fuerunt fortasse ex Atticis scriptoribus, qui rem in Themistoclis laudem traherent; sicut alii Boream, ab Atheniensibus invocatum, Persis illam cladem intulisse narrabant. Vide *Herodotum* L. VII. 189. sq. p. 594.

XVII. Cod. Vat. p. 393. Planud. p. 111. St. 162. W. In Melitinnam, quae, cum nuntium de filii Dionis naufragio accepisset, naufragi cujusdam cadaver, ad litus appulsum, tanquam filii sui corpus, sepelivit; cum, ecce, brevi post tempore Dio salvus cum nave sua rediit. — V. 1. Μελίτιννα. Cod. Vat. Μελίτινα vulgo. Prius verum videtur. Μελίτιννα bis occurrit ap. *Leonid. Tar.* Ep. VIII. et IX. — V. 3. 4. Eleganter *Grotius*: *Conspicit alterius propulsum corpus ab undis, Et miseram proprii movit imago mali.* — V. 6. „ἐκ „γαίης. Vat. Cod. et duo Planudeae ἤλυθεν ἐκ γαίης, unde „Salmasius reponebat Αἰγαίης. Proba videtur vulgata „lectio." *Br.* Inepta est *Salmasii* conjectura; sed vulgata, quae *Planudis* inventum est, ita languet, ut nefas sit dubitare, quin in Vat. Cod. lectione ἐκ γαίης verum lateat. Scribe:

ἤλυθεν εὐκταίης οἶκος ἐπ' ἐμπορίης.

Nihil hac emendatione certius. Peregrinatione ex voto peracta salvus rediit mercator. *Theo* Ep. I. T. II. p. 405. εὐκταίαν ἄχρις ἔβην λιμένων. *Crinagor.* Ep. XII. ᾔει ἐπ' εὐκταίῃ. Apud *Euripidem* Med. 169. vulgo legitur: Θέμιν εὐκταίαν ἐπιβοᾶται — ubi ἰχναίαν legendum censebat *Ruhnkenius*, probante *Piersono* ad Moerin p. 137. sq. Frustra vulgatam tuetur *Musgravius*. Sed vide, an scribendum sit:

Θέμιν ἱκταίαν ἐπιβοᾶται.

quód propius accedit ad εὐκταίαν. Frequènter enim ευ et α in Codd. commutantur. ἀνταῖος est, quae supplicum exaudit preces. Vide *Hesychium* v. ἀνταία, et *Ilgen* in Opusc. Philol. p. 271. — V. 7. Quam diversae sunt matrum sortes! Haec (Melitea) quem nunquam videre speraverat, vivum amplectitur; illa (cujus filium Melitea pro suo humaverat) ne mortuum quidem videbit filium.

XVIII. Cod. Vat. p. 403. Planud. p. 11. St. 19. W. De equo humanis carnibus vescente. Ejusmodi equi portentum monstrabatur Londini ao. 1771. Qui cum forte vincula rupisset, hominem devoravit, aliusque laniavit viscera. Vide *Camus* Notes sur Aristote p. 200. n. 6.

μασσό

— V. 1. ξυνόν. Vat. Cod. — V. 2. ὑπ' ἀ. σ. φρισσομένων, Vat. Cod. φρυάττεσθαι de equo hinniente solemnius. Sed propter hanc ipsam causam Vatic. Cod. lectionem praetulerim. *Schol. Theocriti* Eid. V. 141. φριμάσσεο. ἀπὸ τοῦ ἤχου τῶν αἰγῶν ὠνοματοπεποίηται. λέγεται δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων. *Herodot.* L. III. 87. p. 242. τὴν χεῖρα πρὸς τοῦ Δαρείου ἵππου τοὺς μυκτῆρας προσενεῖκαι. τὸν δὲ αἰσθόμενον φριμάξασθαι καὶ χρεμετίσαι. *Suidas*: φριμασσομένη. χρεμετίζουσα. ὀργιζομένη. ἢ ἀτάκτως πηδῶσα. ἡ δὲ ἵππος ὀπισθόρμητα φριμασσομένη ἐχώρει, καὶ ἀδύνατα εἶχεν ἐς τὰ ἄδενδρα (κατάδενδρα. *Toup.* Em. P. III. p. 553.) ἐπιβῆναι. καὶ αὖθις. κτύπου τῶν ὅπλων καὶ φριμαγμοῦ τῶν ἵππων κατακούοντες ἐξεπλήσσοντο. — V. 3. Θρηικίης φάτνης. Vetus de Diomedis equis fabula animum subit. Vide *Hygin.* Fab. XXX. et quos laudavit *Fischerus* ad Palaeph. c. IV. p. 35. — παλιὸς Vat. Cod. pro παλαιὸς, ut videtur; male. Exquisitae est elegantiae illud πολιὸς λόγος, cui similia dedit *Pierson.* ad Moerin p. 353.

XIX. Cod. Vat. p. 430. Plan. p. 19. St. 31. W. Philinna moribunda maritum Diogenem rogaverat, ut liberorum causa secundas nuptias ne contraheret. At

ille, conjuge defuncta, promissi immemor, uxorem ducere parat. Quo facto, ipsa nuptiarum nocte, cubiculum gravi ruina dormientes opprimit. — V. 2. σπείσαις. vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. Cum his precibus comparanda sunt, quae Alcestis Admetum rogat ap. *Euripidem* v. 304.

— τούς γε γὰρ φιλεῖς
οὐχ ἧσσον ἢ 'γὼ παῖδας, εἴπερ εὖ φρονεῖς·
τούτους ἀνάσχου δεσπότας ἐμῶν δόμων,
καὶ μὴ 'πιγήμῃς τοῖσδε μητρυιὰν τέκνοις.

— V. 3. ἑταίρην. Vat. Totum hunc versum omittit Ald. sec. — ¶. 137.] V. 4. Mire haec vertit *Grotius*: *Tam grave dissidium prima nam nocte subortum est, Cerneret ut thalami gaudia nulla sequens.* θάλαμον igitur sensu figurato de conjugio accepit, statim a prima nocte ira quadam (μήνιδι) sponsorum turbato et dirupto. Nescio, quid alii sentiant; mihi certe haec interpretatio vehementer jejuna videtur. Nullus dubito, quin thalami ruinam significare voluerit *Apollonidas*, qualem casum deplorat auctor Ep. ἀδεσπ. DCLXXIV. ubi sponsum cum sponsa ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος. Tanta autem ruina fuit, ut altero mane sol oriens ne lectum quidem cerneret, omnibus oppressis et obtritis scilicet. Id autem factum *Philinnae irâ*, quae novis nuptis graviter succensebat. σχάζειν idem est, quod καταλύειν, *solvere, rumpere.* Vide *Foesium* in Oecon. Hipp. p. 365. Hoc sensu *Crinagor*. Ep. IX: rosae πορφυρέας ἐσχάσαμεν κάλυκας. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. CXXV. p. 140. — Ne quid tamen dissimulem, offendit me nonnihil vocabulum μῆνις sine genitivo causae positum. Fere scribendum suspicor:

νυκτὶ γὰρ ἐν πρώτῃ θάλαμον σχάσ' Ἐρινὺς ἄφυκτος.

Ex σχασερινυς perquam facile σχασε μηνις fieri potuit. Furiarum autem uni haec ruina tribuitur, quandoqui-

dem magnae calamitates, ex inimicorum ira et vindicta exortae, ad Furias referri solebant. Teucer ap. *Sophoclem* in Ajace v. 1034. cum fratrem vidisset gladio, quem ab Hectore acceperat, percussum, ἆρ' οὐκ Ἐρινὺς, inquit, τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος; Quare imprecationes ipsae ἐριννύες vocantur. *Eurip.* Phoen. 626. πατρὸς οὐ φεύξεσθ' ἐριννῦς; Ib. 1316. ἄποτμος ὁ φόνος Ἕνεκεν ἐριννύων. Malus igitur daemon imprecationibus, ira vindictaeque studio excitatus Ἐριννὺς est. *Eurip.* Med. 1259. κατάπαυσον, ἔξελ' οἴκων φονίαν Τάλαινάν τ' Ἐριννὺν ὑπ' ἀλαστόρων. ubi recte *Schol.*: τάλαιναν Ἐριννύν φησι αὐτὸν τὸν Μηδείας δαίμονα, οὐ τὴν Μήδειαν. Hinc fit, ut ipsa calamitas eodem vocabulo appelletur. *Sophocl.* Trach. 893. de Iole, quae totam Herculis domum in ingentia mala immerserat: ἔτεκεν μεγάλαν Ἁ νέορτος ἅδε νύμφα Δόμοισι τοῖσδ' ἐριννύν.

XX. Cod. Vat. p. 396. Planud. p. 29. St. 45. W. In puerum Aristippum, qui eodem die, quo flagrantem effugerat domum, fulmine ictus periit. — V. 3. ἔμφυγεν ed. Flor. pr.

XXI. Cod. Vat. p. 400. Plan. p. 30. St. 45. W. Aquila, quae Cretensis cujusdam sagitta confixa erat, de coelo delapsa, virum ejusdem sagittae cuspide peremit. Idem argumentum tractavit *Bianor* Ep. X. — V. 1. ἰοτυπής. Vat. Cod. — V. 3. ξένον pro κεῖνον idem. In his membranis versus terminatur syllaba πάλιν, reliquis omissis. — V. 4. ἠέριον — ἔθανεν. Vat. Cod. — V. 5. Non Cretensium solum sagittae certissimae, sed etiam Jovis tela non facile a scopo aberrant. Frigida ἔννοια, quam paulo ingeniosius convertit *Tull. Geminus* Ep. IX. Λοξίαν (f. Λοξίου) εὐστοχίην θαυμάζομεν, ὃς δὲ (f. γε) κατ' ἐχθρῶν Ἤδη καὶ κιθάρην εὔστοχον ὅπλον ἔχει. — Pro αὐχεῦσ' Vat. Cod. αὐχεῦσθ' exhibet.

XXII. Cod. Vat. p. 402. sq. Planud. p. 107. St. 158. W. — V. 1. Λαΐλιος. Sic Vat. membr. et lemma:

ναὶς

„εἰς Λαίλιον ὕπατον Ῥωμαίων. Apollonides ſub Auguſto vixit, „qua aetate conſules fuerunt A. V. 748. C. Antiſtius „et Laelius Balbus. Lemmati additum: ζήτει ἔννοιαν τοῦ „ἐπιγράμματος. Obſcurus nempe ſenſus eſt, ſed quem, „ut reor, fruſtra quaeſieris; mutila enim haec et hiulca „mihi videntur." *Br.* Equidem duo carmina diverſi argumenti, alterum in fine, alterum in capite mutilum in unum coaluiſſe ſuſpicor. Vide, quomodo *Grotius* ſe ex his ſalebris expedire conatus ſit:

Vidit ut Eurotam generis lux prima Latini,
Laelius, o Spartes optima dixit aqua;
Cumque manu vatum chartas evolveret, omen
Ad caput en ſtudii vidit adeſſe ſui;
Namque in frondiferis picae convallibus ore
Edebant varios nos imitante ſonos.
Addidit hoc animos: felix labor ille, poëtae,
Veſter, ait, quorum verba ſequuntur aves.

Αἴλιος habet Stephan. ex Ed. Fl. pr. et Aſcenſ. Aldus in Cod. ſuo Λέλιος invenit, quod is, qui Ald. ſec. curavit, in Λαίλιος mutavit. Hoc *Boſchius* quoque recepit. — ὕπατον vulgo. ὑπάτων in Vat. Cod. a manu ſec. — V. 4. κορυφῆς. De montis Taÿgeti vertice interpretatur *Brodaeus;* male. Viri illius, de quo h. l agitur, caput intellige, ſuper quo, in arboribus puta, conſidebant aviculae. — σύμβολον εὐμαθίης. doctrinae etiam inter aves, humanam vocem imitantes, ſignum. — V. 5. κίττε. Vat. Vulgo, verborum ſtructura vacillante, κίττας. — πτερόν. volucris, ut Ep. XXV. 8. βιότου. Humanum genus et hic et multis aliis in locis notat. Vide *Daviſium* ad *Max. Tyr.* p. 539. *Phaedrus* Praef. L. I. 4. *quod prudenti vitam conſilio monet.* ubi vide *Burmannum.* — V. 7. παῖδες. vulgo. — τί δ' οὐ. Quis eloquentiae ſummo ſtudio totoque pectore operam dare recuſaverit, cum vel aves noſtram vocem amare et imitari viderit? Verba γάρυος ἡμετέρης omittit Vat. Cod.

Οὐκέτι δὴ χλωροῖσιν ἐφεζόμενος πετάλοισιν
ἀδεῖαν πτερύγων (vulgo μέλπων) ἐκπροχέεις ἰαχάν.

— V. 2. μέσον. Vat. μέσαν νηδὺν dedit *Reiskius*. Longe elegantior est *Brunckii* emendatio. Locustas sole incalescente maxime strepere, alibi docuimus. — V. 3. δαίδαλον. Cod. Apud *Jensium* praeterea ξενίζων legitur. Utrumque eleganter correxit *Reiskius*. — αὐτουργῷ. carmine nativo, non arte, sed natura edoctae. Vide ad Epigr. X. 5. — V. 5. „Πιαλεύς. e Pialia, Thessaliae „urbe. Vide Stephanum, ad quem miror hoc Epigram„ma ab Holstenio prolatum non fuisse.“ *Br.* — πάσης θήρης. qui omnia avium genera arundinibus capiebat.— V. 6. Hunc versum omisit editio *Jensiana* et *R.* — In Cod. legitur ἀσάρκου νῶτα δουν. Locusta ἄσαρκος, ut ap. *Anacreont.* Od. XLIII. 17. ἀναιμόσαρκε. Hinc puellam macilentam cum locusta comparat ille ap. *Theocrit.* Eid. X. 18.— Rem non plane insolentem fuisse, locustas arundinibus captare, intelligitur ex *Aristoph.* ap. *Athen.* L. IV. p. 133. B. τέττιγα ἐρᾷς φαγεῖν καὶ κερκώπην θηρευσαμένη καλάμῳ λεπτῷ. — V. 7. Sensus est, ut apparet ex *Bianore* l. c. Critonem post illud facinus infelix exercuisse aucupium. Verba obscuriora. Sic accipio: ἀλᾶται σφαλεὶς εἰς τὰς ἠ. π. pro ἐν ταῖς ἠθάσι πάγαις. in consueto aucupio spe frustratus, errat, frustra aves, quas aucupetur, desiderans.

XXVI. Cod. Vat. p. 316. Edidit *Jensius* nr. 115. *Reisk.* in Anth. nr. 766. p. 160. In tumulum piscatoris prope litus. — V. 1. Nomen Γλῆνιν *Reiskio* suspectum est, qui in Latinis *Glaucum* expressit. Illud tamen nomen, quod nec ipsum *R.* fugit, occurrit etiam ap. *Suidam*: Γλᾶνις. εἶδος ἰχθύος, καὶ χρησμολόγος, Βάκιδος ἀδελφός.— Idem post primum versum unum intercidisse putabat, in quo caussa illius calamitatis, nempe ventus aut vertigo, exposita fuerit; nam πικρῇ δίνῃ idem esse atque εἰς δίνην. Hoc mihi secus videtur. κύματος δίνη est κῦμα δινῆεν,

unda turbine excitata, quae Glenin in ſaxo prope litus ſedentem in fluctus deturbavit. — V. 2. πικρὴ Cod. Vat. — V. 3. De ἀποῤῥὼξ agens *Euſtathius* ad Il. β. p. 253. 34. λαμβάνεται δέ ποτε καὶ ἐπὶ πετρῶν ἀπεσχισμένων ἐξ ἀλλήλων· οὕτω γὰρ ἀποῤῥὼξ πέτρα πηγὴν προβάλλειν λέγεται. *Soph.* Philoct. 937. καταῤῥῶγες πέτραι. *Plutarch.* in Vit. Syllae c. XV. φρούριον ἀποῤῥῶγι κρημνῷ περικοπτόμενον. — V. 4. „Repone, uti recte in Cod. ſcriptum eſt, συνεργήτης. Pravum συνεργέτης oſcitabundus e Reiskio recepi, quod „verſum perimit. Sunt enim choliambi perfectiſſimi.“ *Br.* At Codicis ſcriptura ne graeca quidem eſt. Servanda eſt *Reiskii* lectio, verbis tamen transpoſitis, ne numeri pereant:

χῶσαν δέ μ' ὅσσος ἦν συνεργέτης λαός.

Ductum hoc ex *Leonida Tar.* Ep. XCI. item in piſcatorem: σῆμα δὲ τόδ' οὐ παῖδες ἐφήρμοσαν, οὐδ' ὁμόλεκτρος, Ἀλλὰ συνεργατίνης ἰχθυβόλων θίασος. — ¶. 139.] V. 5. γαληναίην θῖνα. Litus tranquillum et minime procelloſum piſcatoribus precatur, ſui caſus rationem habens. Hoc aptius, quam ad piſcandi opportunitatem referre verba.

XXVII. Cod. Vat. p. 306. Planud. p. 251. St. 364. W. In Diphilum Diogenis fil. Mileſium, qui, naufragio facto, in inſula Andro ſepultus eſt. — V. 1. ὄρμον omittit Cod. Vat. — Φοιβήϊον. Mileſii Phoebum praecipuo honore colebant. Celebrabantur ibi Φοίβου ἀποδημίαι, teſte *Menandro* rhetore de Encomiis c. IV. p. 38. ed. *Heeren.* Veterum loca collegerunt *Spanhem.* ad Callim. H. in Dian. 226. p. 329. et inprimis *Dorvillius* ad Charit. p. 246. qui nec Epigr. noſtrum neglexit. — V. 4. πελάγευς vulgo. Noſtrum eſt in Vat. Cod.

XXVIII. Cod. Vat. p. 262. Planud. p. 207. St. 301. W. ubi hoc carmen exſtare ſerius animadvertit *Reiskius*, qui id recepit in Anth. nr. 598. p. 85. Scriptum eſt in Heliodorum et Diogeniam, ejus conjugem,

quae maritum defunctum brevissimo tempore secuta est. — V. 1. „ἔφθανεν. sic Vat. membr. et Planudeorum re„gius optimus in uno loco: bis enim in eo legitur hoc „carmen. Aldus in secunda ἔφθανεν habet, quem sequi„tur Nicolinorum editio. At Florentina et Aldina pr. „κάτθανεν. De prosodia dictum supra ad Ep. XII.“ *Br.* κάτθανεν servavit Ascens. et Steph. Pro οὐδ' ὅσον apogr. Lips. οἱ ὅσον, describentis errore. Nam in Vat. Cod. οὐδ' legitur. ὥρην *Opsopoeus* de tempore trimestri interpretatur: *Brodaeus* de horae unius intervallo; hoc verius.— V. 3. ὡς ὑμέναιον ἐπὶ κλ. vulgo; nec aliter membr. Vat. *Br.* recepit conjecturam *Toupii* in Em. in Suid. P. III. p. 367. comparantis Ep. ἀδέσπ. DCXLIX. ἠδ' ἐγὼ ἡ περίβωτος ὑπὸ πλακὶ τῇδε τέθαμμαι. *Sub lapide nuptiali, non sepulcrali*, ut ille interpretatur. Haec lectio, quam *Toupius* elegantem vocat, mihi et frigida et subabsurda videtur. Utinam sciam, quid *Casaubonus* h. l. tentaverit; nam quod ex Schedis Bodlej. enotatum reperio, ἀσκανεαινα, depravatum est. *Tyrwhitt* in Notis ad *Toupii* Emend. T. IV. p. 420. corrigit: ἄμφω δ', ὡς ἅμ' ἔναιον, ἐνὶ πλακὶ τυμβ. Ambo, ut olim simul habitaverunt, sic nunc simul sub eodem cippo sepulti jacent. — V. 4. In Vat. Cod. a pr. m. θάνατον pro θάλαμον scriptum. In καὶ τάφον grata est emphasis: etiam de sepulcro communi non minus laetantur, quam olim de communi thalamo. *Ausonius* in Parental. Ep. III. *Aeternum placidos Manes complexa mariti, Viva torum quondam, functa foves tumulum.* Idem Ep. XVII. *At tibi dilecti ne desit cura mariti, Functa colis thalamo nunc monimenta tuo. Hic ubi primus Hymen, sedes ibi moesta sepulcri. Nupta magis dici quam tumulata potes.*

XXIX. Cod. Vat. p. 233. Planud. p. 236. St. 342. W. Servus, cum domino sepulcrum excavaret, ruente terra obrutus et exstinctus loquitur. Nihil hic viderunt *Opsop.* et *Brod.* — V. 1. θανάτου. Cod. Vat. Tua mors mihi

vitâ constitit. — ἀντὶ δὲ σεῖο. Sepulcrum, quod tibi implendum erat, ipse implevi, qui feci. — V. 3. 4. laudat *Suidas* in ἠρία T. II. p. 75. ubi legitur: ἡνίκα ὑποδέχοντα κ. χ. ἡ. τεύχει –. quod minime spernendum. σεῦ enim in vulgata prorsus abundat, cum sequatur, ὡς ἂν ἀποφθιμένου κεῖθι δέμας κτερέων. Recipienda igitur in posterum elegantior lectio. — V. 5. ἀμφὶ δέ μ' ὤλισθε ξυνὴ κ. Plan. non omnino male. Verior tamen videtur Codicis lectio γυρὴ κόνις, terra subtus excavata, et inde ad decidendum prona. — V. 6. Mortem sibi minus acerbam videri ait, quod sub domini sui tutela etiam apud inferos sit futurus. Simile fidei exemplum est in Ep. *Dioscorid.* XXXV. Ep. ἀδεσπ. DCLXXVI.

XXX. Cod. Vat. p. 264. Planud. p. 287ª. St. 415. W. In Posidippum, qui, quatuor filiis morte exstinctis, flendo privatus est oculis. — V. 1. Quis est, qui unius filii mortem deplorans, non ultimum malorum se perpessum esse existimet? Atqui Posidippus omnes suos intra paucos dies pereuntes vidit. Pro κλαύσας *Opsop.* suspicatur θάψας, nullam aliam ob causam, nisi quod θάψε sequitur. — V. 2. Ποσιδίππου. Vat. — ὁ Ποσ. ὅμως. ipse Posidippus. — V. 3. συνήριθμον ἦμαρ. quatuor dies quatuor filiis attulerunt mortem. — V. 4. κειράμενον. Vat. Cod. Et hoc bene; participium referendum ad ἦμαρ. — V. 5. κατ' ὀμβρηθέντα. Vat. Epigr. ἀδέσπ. DCLXV. ὀμβρήσας δακρύοις λάρνακα. *Asclepiad.* Ep. IV. κάτομβρα γὰρ ὄμματ' ἐρώντων. — V. 6. κοινὴ νύξ. illos Orci, hunc coecitatis tenebrae.

E Lection. p. 159.] *XXXI.* Vat. Cod. p. 484. Quantum ex depravata scriptura conjici potest, scriptum est hoc carmen in Veneris templum, quod Posthumus quidam in ipso mari exstruxit. *Schneiderus* cogitabat de C. Posthumo Pollione, architecto, qui Apollinis templum struxerat, ubi hodie ecclesia princeps Terracinen-

ſis. Vid. *Stoſch.* in Praef. ad Gemm. cael. p. VIII. — Mutilum videtur hoc carmen, ſive ab initio, ſive poſt verſ. ſecundum. Poſthumus ſe Veneri templum dedicare ait:

> Μητρὶ περιστεφέα σηκὸν, Κυθέρεια, θαλάσσῃ
> κρηπῖδας βυθίας οἴδματι πηξάμενος — —

Sic haec ſcribenda videntur et diſtinguenda. *Poſthumus ſibi, Venus, templum mari, quod te genuit, circumdatum exſtruxit, fundamentis ejus in ipſa maris profunditate poſitis.* — Recte mihi ſcripſiſſe videor, σηκὸν περιστεφέα θαλάσσῃ, de fano, ad quod unda alluebat. *Homeri* Hymn. in Apoll. 410. Πὰρ δὲ Λακωνίδα γαῖαν ἁλιστέφανον πτολίεθρον Ἷξον. Confuſum περιστέφει et περιστρέφει ap. *Callim.* H. in Del. 93. Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 236. — Recte etiam πηξάμενος κρηπῖδας, de eo, qui fundamentum ponit. *Callim.* H. in Apoll. 58. Τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἔπηξε Καλῇ ἐν Ὀρτυγίῃ. *Agathias* Ep. LVII. hirundo κάρφεσι πηξαμένη θάλαμον. *Himerius* Orat. XVI. 4. δέον ἐπὶ ταῖς ὑμετέραις ᾐόσι τοῦ θεοῦ τὴν παστάδα πήξασθαι. Idem Ecl. XII. 5. εἴποτέ μοι καὶ Ἀττικὸν πῆξαι θέατρον. Ex *Nonno* quaedam vide ap. *Ruhnk.* Ep. cr. p. 139. alia ap. *Wetſten.* in N. T. II. p. 411. — Alterum diſtichon ſic corrigendum puto:

> χαίρει δ' ἀμφί σε πόντος, ὑπὸ ζεφύροισι πνοῇσιν
> ἁβρὸν ὑπὲρ νώτου κυανέου γελάσας.

Tibi ridens aequora ponti. Lucret. L. I. 8. γαληναίη δὲ θάλασσα Μειδιάει. *Satyr. Thyill.* Ep. VI. Mare igitur laetatur circa divam, eique arridet. — ἁβρὸν γελᾷν, ut ap. *Anacreont.* Od. V. 5. πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες. et VI. 3. Pontus zephyri flatu leniter commotus et criſpatus videtur ἁβρὸν γελᾷν. *Moſchus* fr. V. τὰν ἅλα τὰν γλαυκὰν, ὅταν ὥνεμος ἀτρέμα βάλλῃ, Τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι, οὐδ' ἔτι μοι γᾶ Ἐντὶ φίλα, ποθεῖ δὲ πολὺ πλέον ὄμμα γαλάνας. ut mihi haec corrigenda videntur. *Lucret.* V. 1002,

Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis. Fortasse huc etiam trahendus *Aeschyli* Prom. v. 89. ποντίων δὲ κυμάτων Ἀνήριθμον γέλασμα. — V. 5. *Brunckius* corrigendum esse vidit: νηοῦ θ' ἐν ἐδείματο σεῖο. Postremus versus conclamatus videtur. Nisi audacior esse viderer, corrigendum proponerem:

εἵνεκα δ' εὐσεβίης νηοῦ θ', ἐν ἐδείματο, φαιδροῖς
Πόντου μὲν λεύσσεις ὄμμασιν, ὦ Παφίη.

Vide notas ad *Callimach.* Ep. LXII. 5. — Sed alios spero inventuros esse, quod propius ad Codicis scripturam accedat.

CRINAGORAE EPIGRAMMATA.

T. 140.] *I.* Anthol. Plan. p. 330. St. 469. W. Vincti amoris simulacra passim commemorantur in Anthologia. Conf. *Alcaei Mess.* Ep. XI. *Antip. Sid.* XLI. *Quinti Maecii* IX. *Satyrii Thyill.* IV. — V. 1. συσφίγγων κ. τ. manus vehementer constringens et complodens, ut desperantes solent facere. *Huetius* p. 32. sic interpretatur: quia, dum manus conatur vinculis exsolvere, eo magis adstringit eas. Idem tamen legi mallet: σὺ σφίγξον. *Tu vero, o minister, colliga pueri manus.* Inepte. Comparatio hujus carminis cum iis, in quibus idem argumentum tractatur, efficit, ut depravationem scripturae suspiceris. In omnibus Amoris manus vinculis constrictae dicuntur. *Satyrius Thyillus:* τίς — τὰς ὠκυβόλους περιηγέας ἐσφήκωσε χεῖρας; *Alcaeus Mess.* τίς πλέγδην σὰς ἔδησε χέρας; An *Crinagoras* scripsit:

καὶ κλαῖε, καὶ στέναζε νῦν, σφιγχθεὶς χεροῖν
τένοντας — —

ut est ap. *Quint. Maec.* l. c. δυσεκφύκτως σφιγχθεὶς χέρας.

Alcaeus Meſſ. Ep. X. δὴ γὰρ ἀλυκτοπέδαις σφίγγῃ χέρας. *Meleager* LII. χαλκόδετον σφίγξω σοῖς περὶ ποσσὶ πέδην. *Auſonius* in Amore Cruci aff. v. 60. *Amorem Devinctum poſt terga manus, ſubſtrictaque plantis Vincula moerentem.* — V. 3. ἐλεεῖν' ὑποβλέπει. Elegans hujus verbi uſus ad ſignificandum obtutum triſtem et ad miſerationem compoſitum. Proprie ii, qui limis et furtivis oculis aliquem adſpiciunt, ὑποβλέπειν dicuntur. Vide *Dorvill.* ad Char. p. 506. — V. 5. καρδίᾳ vulgo. *Brunckii* lectio ex conjectura videtur fluxiſſe, nec improbabili. — V. 8. πέπονθας, οἷ' ἔρεξας. *Meleager* LVIII. ἄξια πάσχεις, ὧν ἔδρασας. Idem Ep. XLII. ὡς μόλις, οἷ' ἔδρας πρόσθε, παθὼν ἔμαθες. Vide not. p. 61.

II. Cod. Vat. p. 431. Edidit *L. Holſten.* ad Steph. Byz. p. 166. *Jenſius* nr. 152. *Reisk.* in Anth. p. 175. nr. 803. Puella Ariſto Nauplium Graecorum naves face ſublata perdentem cecinerat; quo cantu audito poëtae animus amore incenſus eſt. Nauplii fabula mimorum illius aevi argumentum fuiſſe, apparet ex *Suetonio* in Ner. c. 39. *Transeuntem Iſidorus Cynicus in publico clara voce corripuerat, quod Nauplii mala bene cantitaret, ſua bona male disponeret.* Cf. *Lucian.* de Saltat. §. 46. T. V. p. 152. ed. Bip. — V. 2. ἐκ μολπῆς. Expreſſa ſunt haec ex *Dioſcorid.* Ep. X.

Ἵππον Ἀθήνιον ᾖσεν ἐμοὶ κακόν· ἐν πυρὶ πᾶσα
Ἴλιος ἦν, κἠγὼ κείνῃ ἅμ' ἐφλεγόμαν.

— V. 3. ὑπὲρ ν. ταφηρείης. Cod. Vat. Recte hoc emendarunt deſcribentes. *Propert.* IV. El. I. 115. *Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes.* Id. III. El. 5. 54. *Saxa triumphales fregere Caphareа puppes.* — Qui hic eſt ψεύστης πυρσὸς, ap. *Eurip.* Helen. 1142. δόλιος ἀστὴρ vocatur. — V. 4. δύσμορος Cod. Vat. ut et *Reisk.* et *Holſt.* ediderunt. δυσμόρου ſuſpicatur *Br.* quod elegantius.

III. Cod. Vat. p. 104. Planud. p. 482. St. 625. W. Per noctem poëta inſomnem de ſolitudine ſua conque-

nitur. — V. 1. κἂν ῥίψῃς. Ex *Homero* fortasse expressa verba Il. ω. 4. οὐδέ μιν ὕπνος Ἥιρει πανδαμάτωρ, ἀλλ' ἐστρέφετ' ἔνθα καὶ ἔνθα — Ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενος, ἄλλοτε δ' αὖτε Ὕπτιος, ἄλλοτε δὲ πρηνής. quo respexit *Juven.* Sat. III. 279. *Ovid.* I. Amor. II. init.

Esse quid hoc dicam, quod tam mihi dura videntur
Strata, neque in lecto pallia nostra sedent?
Et vacuus somno noctem, quam longa peregi;
Lassaque versati corporis ossa dolent.

Hinc lux *Propertio* L. II. 13. 59. quem frustra corrigere conati sunt VV. DD. *Horum ego sum vates, quoties desertus amaras Explevi noctes; fractus utroque toro.* i. e. lassitudine (κόπῳ) fractus, cum in lecto volutatus, ἐπὶ λαιὰ καὶ ἐπὶ δεξιὰ ῥιψάμενος, somnum frustra arcessens, ingratas noctes exegi. Idem L. II. El. XVIII. 46. *Speranti subito si qua venire negat, Quanta illum toto versant suspiria lecto.* — V. 3. γέμιλλα. vulgo. — V. 4. κοιμηθεὶς, in lecto compositus; ne de ipso somno accipias.

¶. 141.] *IV.* Cod. Vat. p. 183. Edidit *Kuster.* ad Suid. v. ἀρτιδαεῖ T. I. p. 339. *Reiske* Anth. p. 32. nr. 477. et hinc *Toup.* in Ep. crit. p. 55. ad cujus mentem a *Brunckio* exhibitum est. — Poëta Proclo natales celebranti calamum scriptorium mittit dono. — V. 2. ἀδυρετίην Vat. Cod. *Suidas* v. 1. cum parte ultimi excitat (T. I. p. 339.) sic: ἀργύρεον σοι τόνδε γενέθλιον εἰς τεὸν ἦμαρ Πέμπω ἀρτιδαεῖ σύμπνουν ἐργασίῃ. *Kusterus*, qui νεόσμηκτον de calamo usurpari posse dubitabat, tentavit νεόγλυπτον vel σμιλευτὸν vel νεόκμητον. Neque δουρατίην (sic enim in apogr.) sincerum esse putabat. Hoc vocabulum in δουράτιον mutavit *Toup.* qui comparat *Nicetam* in Joann. Comn. p. 19. ἀλλὰ καὶ δοράτια ἐκ καλάμων κραδαίνοντες ταῖς τοῦ βασιλέως συμπλέκονται φάλαγξιν. Qui locus quam parum faciat ad *Toupii* conjecturam firmandam, sponte apparet. *Brunckius* haec notavit: „νεόσμηκτον a Kustero

»sollicitari non debebat. Suidas, qui huc respexisse vi»detur, exponit νεόθηκτον καὶ νεοκάθαρτον. Nescio, an ex »poëtae conditione et fortuna ἀργύρεος κάλαμος recte di»catur ὀλίγη δόσις. Vide sq. carmen. Nec mihi valde »placet, calamum, scribendi instrumentum, per appo»sitionem vocari νεόσμηκτον δουράτιον. δουράτιον est parvum »hastile, quod cum calamo nihil commune habet, nec »cum eo comparari potest. In Cod. scriptum δουρατίῳ »[δουρατίῳ]. Scribendum censeo δουράτεον, et ἀργύρεον »cum Reiskio referendum ad ἦμαρ. ἀργύρεον ἦμαρ diem »natalitium vocat, quia eo mittebantur dona pretiosa, »aurea, argentea etc. Leonidas infra p. 194. ἄλλος μὲν »κρύσταλλον, ὁ δ' ἄργυρον, οἱ δὲ τοπάζους Πέμψουσι, πλούτου »δῶρα γενέθλια. Sensus est: *Natali tuo die, quo tibi alii »argentea mittent dona, ligneum hunccе calamum ego »mitto, parvi quidem pretii, sed majori ex affectu.*« *Br.* — V. 3. κεράεσσι. κέρατα calami sunt apices, qui calamo in infima parte fisso exoriuntur, unde iis δισσοὶ ὀδόντες tribuuntur in Ep. *Pauli Silent.* LI. *Ausonius* Epist. VII. 49. *Nec jam fissipedis per calami vias Grassetur Cnidiae sulcus arundinis.* Vide *Schwarzium* de Ornam. Libr. vet. p. 214. sq. et *Salmas.* in Exerc. Plin. p. 735. D. — V. 4. arundo, quae atramentum in laevem chartam facile effundit. Chartae solebant laevigari, ne calamus festinans retineretur scabritie. *Cicero* ad Quint. Fr. L. II. Ep. 14. *Calamo et atramento temperato, dentata etiam charta res agetur*, i. e. dente complanata et laevigata. *Plin.* L. XIII. 25. p. 691. — V. 6. ἀρτιδαεῖ σύμπνοον εὐμαθίῃ. Vat. Cod. ἀρτιδαεῖ ex *Suida* in textum venit, ubi σύμπνοον ἐργασίῃ legitur. Non satis video, cur in postrema voce a Codicis scriptura recessum sit. — Ceterum ex hoc versu intelligimus, Proclum puerum fuisse, qui scribendi artem paulo ante didicerat.

. *V.* Cod. Vat. p. 183. *Reisk.* in Anth. nr. 478. p. 33. Dentiscalpium poëta Lucio cuidam mittit ex pinna

aquilae factum. *Martial.* L. XIV. Ep. 19. *Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes pinna levare potest.* Ex lentisco enim et metallo potissimum fiebant dentiscalpia. Vide *Raderum* ad Martial. L. VI. Ep. LXXIV. — V. 1. »ἀγκυλόχειλος. Sic cod. Salmasius »reponebat ἀγκυλοχείλου, quod cum Reiskio minime ne»cessarium puto. In Macedonii Epigr. antea inedito »T. III. p. 332. genitivus est ἀφιλοσταχύου, qui ex re»gula deberet esse ἀφιλοστάχυος: cetera enim composita »στάχυς flexionem simplicis retinent. Contraria ratio»ne genitivum ῥοδοδακτύλος protulit Reiskius e Leonis »Philosophi carmine de Mensibus, quod legitur T. III. »p. 130. ubi hanc scripturam retinui, quam praeter »edd. vett. habet etiam cod. Jani Lascaris.“ *Br.* αἰετὸν γοργὸν τὸ βλέμμα καὶ ἀγκυλοχείλην τὸ στόμα. *Alciphr.* L. III. p. 422. αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι. *Homer.* Il. π. 428. — V. 3. μίμνου. apogr. Lips. — μετὰ δέρριον. Vat. Cod. — V. 4. κυνῆσαι. Vat. Cod. et *Reisk.* ἐκκνῆσαι emendavit *Valckenar.* ad Herodot. VII. p. 617. 35. — V. 5. φαιόν. ut in praeced. Epigr. δλίγην δόσιν, ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ πλείονος. — οἷα δεδαπὸς (non δεδαπαὸς) Cod. Vat. In marg. apogr. Lips. δὲ δαιτὸς, unde *Reisk.* fecit: οἷα δὲ λιτὸς — *qualia sibi dona venire par est a domino curtae supellectilis;* in cujus emendationis gratiam etiam seq. versu δῶρ' ἂν ἐπάσσοι dedit. ἐοδοικὸς est ex emendatione *Salmasii.* — V. 6. δῶρον ἐπάσσ' ἐπὶ σοί. Cod. — Dubito, an in hoc disticho *Crinagorae* manum teneamus.

VI. Cod. Vat. p. 184. Edidit *L. Kusterus* ad Suid. v. γέλγιθες T. I. p. 471. *Reisk.* Anth. nr. 481. p. 34. Philoxenides quidam Pani et Priapo bellaria affert. — V. 1. Profert *Suid.* T. II. p. 668. in οἰνοπέπαντοι. cui vocabulo interpretationem non addidit. De *racemis maturis* interpretatur *Kuster.* *Reiskius* vertit: *Racemos uvarum vino maturo plenos.* *Epigon.* *Thess.* Ep. I. uva πεπάνων βοτρύων ῥᾶγα κομισσαμένη. *Philipp.* Ep. LXVIII. τοὺς

ἐκπεπάντους βότρυας. — V. 2. *Suid.* T. III. p. 383. — στρόβιλος. *nux pinea.* Vide *Bod. a Stapel* ad Theophr. L. III. p. 164. et *Wesseling* ad *Herodot.* p. 755. 13. — V. 3. *Suid.* T. I. p. 145. ἀμυγδαλῆ. τὸ δένδρον. ἀμυγδάλη δὲ ὁ καρπός. καὶ δειλαὶ δάκνεσθαι ἀμυγδάλαι. *Kusterus* dedit ἀμυγδαλαῖ, contra grammaticorum praecepta. *Reiskius* vero, cum in apogr. Lipſ. inveniſſet ſcriptum δακρύεσθαι, emendandum putavit δειλαὶ δακρυούσαι, *miſeras ploratrices amygdalas*, propter olei abundantiam; inepta conjectura. *Toupius* Em. in Suid. P. I. p. 26. interpretatur: *amygdalae, quae facile frangi queunt*; a qua interpretatione ipſe receſſit in Cur. nov. p. 169. ubi δειναὶ δάκνεσθαι corrigit; amygdalas enim ad compotationem promovendam arcendamque ebrietatem aptiſſimas *eſu praeſtantes* vocari. At vix dubitari poteſt, quin in δάκνεσθαι ad corticem durum fractuque difficilem reſpiciatur. Ejusmodi nucibus, duris putaminibus munitis, opponuntur. ἀμύγδαλα σιγαλόεντα *Hermippi* ap. *Athen.* L. I. p. 28. *quae ſine ſtrepitu manduntur*; ſi vera eſt explicatio *Palmerii.* Exercitatt. p. 482. — Equidem nuces δειλὰς δάκνεσθαι explicaverim eas, *quae, ne frangantur, timent*, quandoquidem hoc illis imminet. δειλαὶ pro δειλιάζουσαι, δεδοικυῖαι. Sed vide, an in voculis ΚΑΙΔΕΙΛΑΙ lateat ΚΑΡΓΑΛΕΑΙ?

καργαλέαι δάκνεσθαι ἀμυγδάλαι — —

nuces fractu difficiles. In Codd. ubi ſ et δ, ει et α ſaepiſſime inter ſe confunduntur, ſunt enim ſimillima, una tantum litera inter ſe discrepant καρſαλεαι et καιδειλαι. — Pro ἦτε apogr. Lipſ. αἶτε. — V. 4. *Suidas* in ποπάδες T. III. p. 152. ἰτρίνεαι ποπάδες ſunt placentae tenues, ex ſeſamo et melle confectae, quae alias ἴτρια dicebantur. *Salmaſius* ap. *Kusterum* emendat ποπάδες ἠτρινέαι, i. e. τεμάχη ἤτρου ἤγουν ὑπογαστρίου ὑείου. *ſuminis ſuilli fruſtum.* »ποπάδες. idem quod πόπανα, πλακούντια πλατέα καὶ λεπτά, »ἰτρινέαι dicta, quia ex genere τῶν ἰτρίων, ex eadem materia facta, qua ἴτρια. Vide Heſych. v. et Intrpp. prae-

»sertim Foesii Oeconom. Hipp. Haec absque causa sol»licitabat Salmasius.« *Br.* — V. 5. γελγῖθες. Cod. Vat, et *Suidas* T. I. p. 471. qui totum locum sic exhibet: καὶ πότιμοι γέλγιθες· ἤδη τε ὄγχναι· δαψιλῆ οἰνοπόταις γαστρὸς ἐπεισόδια. *Hesych.* γελγῖθες, αἱ τῶν σκορόδων κεφαλαί. Vide *Salmas.* ad Solin. p. 822. sq. *Schneiderum* ad Nicandri Alex. 432. p. 219. qui et nostri loci mentionem fecit. — Mox in Cod. legitur ἰδ' ὑελακυκάδες ὄγχναι. Hoc epitheton *Suidas* omisit et loco laud. et iterum in ἐπεισόδιον T. I. p. 798. γέλγιθες καὶ ὄχναι καὶ ψαιαὶ καὶ σταφυλαὶ δαψιλὲς ο. γ. ἐπεισόδιον. — *Reiskius* cum in apogr. Lips. invenisset ὑελοκυκάδες, correxit ὑετοκυκάδες. Sic *aquosa pyra* appellari posse putabat. *Toup.* in Cur. nov. p. 169. ὑαλοοίδακες tentat: *cyathi ad instar tumentes. Suidas*: οἴδακες. οἱ λεγόμενοι φήληκες. φήληκας οἰδαίνοντας dixit *Aristoph.* Pac. 1165. — ὄγχνη h. l. pro *pyro sativo* accipiendum, ut passim. Conf. *Bod. a Stapel* ad Theophr. II. p. 89. Non inutile fuerit observasse, pyra in conviviis cum aqua fuisse apposita. *Athen.* L. XIV. p. 650. C. ὅτι δὲ τοὺς ἀπίους ἐν ὕδατι εἰσέφερον εἰς τὰ συμπόσια, Ἄλεξις ἐν Βρεττίᾳ (f. Βρεττίᾳ. vide *Stob.* Flor. CIII. p. 558.) παρίστησιν διὰ τούτων· εἶδές ποτε Πειναῦσιν ἀνθρώποις ἀπίους παρακειμένας Ἐν ὕδατι πολλῷ. — V. 6. ἐπ' εἰσόδια. Vat. — ἐπεισόδια vocari has ad potandum illecebras, quia veluti accessio sint potationis, et inter potandum, tanquam aliud agendo, deglutiantur, recte monuit *Reiskius*. — V. 7. φιλοσκήπωνι. Notandus Pan, baculo instructus. Intellige pedum, instrumentum pastorum. — »εὐστόρθυγξ hic est »coleata cuspide pulcre peculiatus; cui obscoena por»rectus ab inguine palus.« *Br.*

VII. Cod. Vat. p. 190. Ter hoc carmen *Kusterus* edidit: T. II. p. 18. in εἴβεσθαι, ubi *Suidas* primum distichon excitat; T. III. p. 363. in σπήλυγγες, ubi in contextu vers. 1, habetur; denique T. III. p. 121. in πίτυς. *Reisk.* Anthol. nr. 494. p. 41. Hinc *Goens* in Diss. de

Porphyr. c. II. p. XXXII. ubi veterum loca collegit, in quibus aquarum ſcaturigines in antris Nympharum commemorantur. — Soſander venator Nymphis, Pani et Mercurio cervorum ſpolia dedicat. — V. 2. λείβουσαι. apogr. Lipſ. Noſtrum eſt in Cod. Vat. et ap. *Suid.* in πρεών T. III. p. 170. in πρῶνες ibid. p. 217. et in σπήλυγγες. — σκολιός. flexuoſus. — ¶. 142.] V. 3. *Suidas* in πίτυς vitioſe Π. τειχήεσσα. Vocale et canorum vocatur Panis ſacellum propter ipſius dei cantum. — De καλῇ vide ad *Apollonid.* Ep. IX. — V. 4. Κασσαλίης. Vat. Cod. et apogr. Lipſ. unde Κρισσαίης fecit *Reiskius.* Κασπίης *Kuſterus.* — „Κασταλίης. Sic e Salmaſii emendatione. „In codice [in interpolato apogr.] Κασπίης. quod metro „quidem non repugnat, ſed rei veritati: apud Graecos „Pani habitus honor, nullus autem apud barbaras gen„tes Caſpii montis vicinas. Melius forte Κωρυκίης repo„ſitum fuiſſet. Corycium antrum Nympharum et Panos „ſacrum erat. Sed quid reponi poſſit, facilius eſt dicere, „quam quid revera fuerit. Κασταλίη fontis eſt nomen, „qui Muſis erat ſacer, et hic alienum eſt.“ *Br.* Fortaſſe fruſtra in his loci nomen quaeritur. Scripſerim equidem:

τὴν ὑπὸ [τῆς] λασίης ποσσὶ λέλογχε πέτρης.

quam ad radices horridae hujus petrae habet. *Agathias* Ep. XXIX.

Πανὶ φιλοσκοπέλῳ λάσιον παρὰ πρῶνα Χαρικλῆς
κνακὸν ὑπηνήταν τόνδ' ἀνέθηκε τράγον.

Plato Ep. XIV. λάσιον δρυάδων λέπας. *Marian.* Ep. III. ποταμὸς λασίην παραμείβεται ὄχθην. — Pro λέλογχε Vat. vitioſe λίλογχε. — V. 5. ἱερά τ' Vat. Cod. quod ipſum deſiderabat *Br.* pro vulgato ἱερὰ δ'. — ἀγρευταῖσι. Cod. — πρέμνα γεράνδρυον. Vetuſtum intellige ſtipitem, ad quem venatores captarum ferarum cornua aliasque exuvias affigere ſolebant. Vide *Paſſerat.* ad Catull. p. 44. et *Schor-*

ium

tum in Obff. L. I. c. 12. — γεράνδρυες. αἱ παλαιαὶ δρύες. καὶ τὰ παλαιὰ δένδρα γεράνδρυες. *Apollon. Rhod.* L. I. 1118. πρέμνον γεράνδρυον. *Erycius* Ep. IX. αὖα ἐκτάμνοντι γεράνδρυα. Vide *Spanh.* ad Callim. H. in Jov. 22. p. 38. — V. 6. λιθολογίες. Vat. Cod. et ap. Lipf. Emendavit *Reisk.* ex *Kustero.* Cf. *Pierson.* ad Moer. p. 53. Intelliguntur lapidum acervi, qui Mercurio folebant exftrui, ἑρμαῖα five ἕρμακες appellati. Vide *Schol.* in *Homeri* Od. π. 471. ad quem locum *Eustathius* quoque p. 625. 30. multa de Ἑρμοῦ λόφοις disputat. Qua forma fuerint, intelligitur ex *Strabone* L. XVII. p. 1173. B. ubi vide *Casaubonum.* In ejusmodi lapidum ftruem fcriptum Epigr. ἀδέσπ. CCXXXIV. ubi vid. not. — V. 7. δέχοισθε. Vat. a pr. man. — V. 8. ἐλαφηβολίης. *Kuster.* ex interpolato Codice. In membranis ἐλαφοσσοΐης legitur. Id ex apogr. Lipf. *Reisk.* reftituit, tanquam longe elegantius. A σόος, *impetus*, (*Hesych.* ἡ ὁρμή.) derivatur σόω et σοΐω. Hinc σοῖδες, quod vocabulum *Is. Vossius* praeclare detexit in gloffa *Hesychii*: σοῖδες ἢ σοβάδες, διὰ τὸ σεσοβῆσθαι ἐν τῷ βακχεύειν. σόος γὰρ ἡ ὁρμὴ καὶ φορά. — Sed uno tantum σ fcribendum ἐλαφοσοΐη, quod fine metri detrimento fieri poteft. Hujusmodi enim literae in pronuntiando duplicari folent.

VIII. Cod. Vat. p. 192. Totum hoc carmen exftat ap. *Suidam* in ὄλπη T. II. p. 680. *Reisk.* Anth. nr. 508. p. 49. Simonis filio, natales celebranti, poëta ampullam aeneam muneri mittit. — V. 1. ὄλπαι, quarum in palaeftra erat utilitas, (vide *Interpp. Theocriti* Eid. II. 156.) proprie δερματῖναι, *coriaceae*, fuiffe videntur. Sed hoc non urgendum. *Theocr.* Eid. XVIII. 45. ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος. *Achaeus* ap. *Athen.* L. X. p. 451. D. λιθάργυρος δ' ὄλπη παρημπρεῖτο χρίσματος. *Stesichorus* in Helena, eodem auctore l. c. λιθαργύρεον ποδανιπτῆρα dixit. Hujus fortaffe materiae *Crinagorae* ampullam fuiffe fufpicatur *Schneiderus.* Vide eundem in Lexic. crit. v. — Cur appelletur haec

ampulla opus indicum, ſe ignorare fatetur *Reiskius*. Nec mihi quidquam de Indorum in hujusmodi artibus peritia conſtat. — V. 3. Verba οἷα Σίμωνος omittit *Suidas*.

IX. Cod. Vat. p. 205. *Reisk*. Anth. nr. 542. p. 64. Roſae, media hyeme florentes, ad puellam, natales celebrantem, miſſae loquuntur. — V. 1. ἤνθει μέν. Cod. Vat. et *Reisk*. — Non ſatis cauſae erat, cur membranarum lectio rejiceretur. Olim roſae verno tempore florebant; nos autem nunc calices media hyeme recluſimus. — V. 3. σῇ ἐπὶ μ. γενέθλῃ. Vat. Cod. σῇ improbabat *Br*. probabat *Schneiderus*. — σοὶ ex apogr. Lipſ. protulit *Reisk*. — V. 4. λεχέων. Deſponſata igitur fuit puella, cui roſae mittebantur et jam nuptiarum dies inſtabat. Sic haec accipienda videntur. — V. 5. καλλίστη στεφθῆναι. Vat. Cod. et apogr. Lipſ. unde *R*. fecit καλλίστης στεφθῆναι. *pulcherrimae mulieris tempora cingere*. Quanto elegantior *Br*. lectio! Videtur autem ſcribendum: καλλίστης δ' ὀφθῆναι. unde depravationis fons etiam melius apparet.

X. Cod. Vat. p. 206. *Reisk*. Anthol. nr. 547. p. 66. Non ſatis perſpicuum carminis argumentum. Scriptum eſt in Demoſthenem Mileſium, qui, ni fallor, triplicem inter tubicines victoriam Olympia reportaverat. Nam σαλπιγκταὶ quoque inter ſe certabant, in ara ſtantes, quae Olympiae erat, ἐν ἄλτει. *Pauſan*. L. V. 22. p. 434. Cf. ad Epigr. ἀδέσπ. in Lectt. p. 274. (Ed. Lipſ. CCCXIII^b.) Ut de ejusmodi potiſſimum victoria hoc carmen explicari velim, efficit tertium diſtichon. — Non tamen tam certa eſt haec interpretatio, ut alia locum habere nequeat. — V. 1. Τυρσηνῆς. Vide not. ad *Tymnae* Ep. I. — V. 2. στρηνὲς τρηχέος. De undis rauco ſtrepitu ad litus alliſis, paſſim. *Apollon*. *Rh*. L. II. 323. στρηνὲς δὲ πέρι στυφελῇ βρέμει ἀκτή. *Antip*. *Theſſ*. Ep. LXIX. θάλασσα — στρηνὲς καὶ φωνεῦσα παρ' οὔατα. Vide *T*. *H*. ad *Heſych*. v. ἀστρηνές.

— V. 3. ὁ πρίν. Paulo contortius haec videntur dicta. Sensum hunc esse puto: Praeteritum tempus tubae sonum in binis victoriis audivit; plures binas e certaminibus victorias reportarunt, sive tubâ inter tibicines, sive alio certaminis genere, victoriâ ad sonum tubae renunciatâ. — V. 4. Sic haec leguntur in membr. Vat. ubi vers. sq. Μιλήτου habetur. In apogr. Lips. τρισσοὺς ἤγαγες ἐν στεφάνοις ἐ. Μίλητον. *Reisk.* ἤγαλες dedit, a verbo ἀγάλλω. — Lectio Cod. Vat. in versu quinto Μιλήτου efficit, ut scribendum putem:

εἰ δὲ σὺ καὶ τρισσοὺς ἤλασας εἰς στεφάνους,
ἐκτὸς Μιλήτου, Δημόσθενες — —

Quum tu autem usque ad trinas victorias progressus sis, fatendum est, tubam nunquam graviorem edidisse sonum, i. e. nunquam tubicinem tubam fortius inflasse, sive, metaphorica significatione, nunquam ab ullo clariorem victoriam reportatam esse. εἰ causam indicans supra illustravimus. Recte ἤλασας εἰς στεφάνους. Sic Epigr. ἀδέσπ. DCLIII. ἐς γὰρ ἄκρον Μούσης καὶ ἥβης ἦκεν ἐλάσσας. *Aelian.* H. A. X. σοφίας εἰς ἄκρον ἐληλακότα ἄνδρα. *Alciphron* L. III. p. 280. εἰς ὅσον ἀμηχανίας ἐληλάκειν. *Erycius* Ep. XI. ἤλασε καὶ μανίης ἐπὶ δὴ τόσον. — Recte etiam ἐκτὸς Μιλήτου. — κώδων, idem quod σάλπιγξ. Vide not. ad *Hedyli* Ep. IV. (VIII.) p. 338. — V. 6. cum parte praecedentis versus laudat *Wetsten.* ad N. T. II. p. 155. ubi similia de αὐλῶν βόμβῳ collegit.

¶. 143.] *XI.* Bis legitur in membranis Vat. p. 169. et p. 205. Plan. p. 440. St. 573. W. Marcellus, qui puer in bellum profectus erat, vir factus in patriam rediit. Hoc carmen et Ep. XV. ad Octaviae, sororis Augusti, filium referenda esse monuit *Br.* post *Dorvillium* in Vanno crit. p. 192. qui de bello Cantabrico circa ann. U. C. 729. confecto agi censebat. Qui cum anno 731. e vita excesserit (*Dio Cass.* LIII. 30. p. 725.),

vicesimo aetatis anno vixdum superato (vid. *Vellej. Paterc.* II. 93.), hoc carmen paulo ante ejus obitum scriptum sit, necesse est. — V. 2. »κερανοῖς. Sic libri omnes. »At aptius videtur epitheton, quod habet Suidas in »στινολοφόροις [T. III. p. 340. ubi prius distichon excita»tur]. Bis in membranis legitur hoc carmen: uno loco »scriptum τέρμα, in altero τέλεα. Minus obviae vocis »notiorem esse glossema suspicari quis posset. At τέλεον »in singulari a poëtis usurpatum scio: plurale τέλεα le»gisse non memini.« *Br.* At quam multa in carminibus Anthologiae occurrunt ἅπαξ λεγόμενα! Recentiores illi Graeculi priscam linguam saepe immutarunt, vel novas formas fingentes, vel veteres nonnihil deflectentes, vel denique raro obvias et archaicas formas ex vetustate eruentes, cujus generis τέλεα fuisse videtur. In nullo Graecorum, qui supersunt, occurrit ἔντος, cum ἔντεα omnes dixerint; nemo tamen dubitabit, quin in fr. *Archilochi* III. 2. forma singularis numeri recte a *Brunckio* reposita sit. Nec *Hesychii* sospitator a forma τέλεα abhorruit, cum in glossa: τέλεας. στροφάς. τέλη. πέρατα — suspicaretur τέλεα olim scriptum fuisse, litera ς e concursu sequentis vocabuli adhaerente. — V. 4. οὕτως. Vat. Cod. utroque loco.

XII. Cod. Vat. p. 186. »Edidit *Dorville* ad Charit. »p. 30. absque ulla vitii suspicione; de quibusdam nimis anxius est *Pierson.* Verisim. p. 90. quae mihi bona »et non sollicitanda videntur.« *Br.* Anth. *Reisk.* nr. 488. p. 38. Vota facit poëta pro incolumitate fratris Euclidis, eo die, quo ille primam barbam deposuit. — V. 1. 2. profert *Wetsten.* ad Nov. Test. I. p. 317. — Ἠὼς apogr. Lips. quod *R.* correxit ex *Dorvillii* exemplo. — V. 2. εὐλόχῳ corrigit *Pierson.* ex *Callim.* Ep. XXI. ubi vulgo εὔλοχος legebatur, nunc vero ex Vat. Cod. ἐς λέχος emendatum est. Neque hic locus emendatione eget. — Veteres μείλιχος et μειλίχιος dicebant. *Suid.* Μειλιχία καὶ μειλίχιος.

πρᾶος. χρηστός. *Hesych.* Μείλιχα. ἥδιστα. γλυκέα. πρoσηνῆ. ἠπίως. Diana, quae puerperii dolores mitigat. — V. 3. πρὶν ἄχνοος. antequam juvenilem aetatem attingeret; ad praeteritum tempus verba referenda. — ηὔξατο. *Reisk.* — V. 4. τὸ πρῶτον ἔαρ. quod *Apollonid.* Ep. VIII. ἤδη παρηΐδων πρῶτον θέρος vocat. — V. 5. δέχοισθε. Cum emphasi videtur dictum. Dii, quos benigno animo et propitii respiciunt, eorum munera dicuntur δέχεσθαι; sin aliter, aspernari et rejicere. — Sententia ducta videtur ex *Antip. Thess.* Ep. XXI.

XIII. Cod. Vat. p. 186. Edidit *Dorville* in Vann. crit. p. 190. in Obss. Misc. Nov. Vol. I. P. III. p. 154. *Reiske* in Anth. nr. 489. p. 38. Poëtae pro Antonia ad Lucinam preces. Vers. 6. dubitari non patitur, quin de Antonia minore, Antonii triumviri ex Octavia filia, agatur, quam Drusus, Liviae filius, in matrimonio habebat. Vide *Plutarch.* Vit. Anton. T. I. p. 955. F. *Fabric.* ad *Dion. Cass.* T. II. p. 885. — V. 1. Εἰλειθυιῶν. Vat. Cod. et *Reisk.* Ἐλειθυιῶν *Dorv.* Ilithyae plurali numero occurrunt ap. *Homer.* Il. λ. 270. et τ. 119. Earum mater Juno. Cf. *Eustath.* ad Il. λ. p. 781. 20. Εἰλήθυιαί τε Ἥρας θυγατέρες. *Aelian.* H. A. VII. 15. et X. 47. — Ἥρη δέ. Vat. et apogr. Lips. τε *Dorvill.* — κουρηγὲ, τελείη ex ingenio scripsit *Reisk.* Sed poëta Junonem saepius non sine gravitate compellat. — Junonem τελείην autem, una cum Jove τελείῳ, Venere, Suadela et Lucina novi sponsi potissimum invocabant, teste *Plutarcho* T. II. p. 264. B. Quo sensu illis τῶν τελείων cognomen tributum sit, apparet ex *Aeschyl.* Agam. 982. Ζεῦ, Ζεῦ, τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει. Idem in Eumen. 26. τέλειον ὕψιστον Δία. — V. 2. πατὴρ *Reisk.* qui versu 1. μήτηρ dedit. — V. 4. Ἠπιόνης. Noster Ep. XVI. φάρμακα πρηείης οἶσθα παρ' Ἠπιόνης. Ap. Epidaurios colebatur, ut Aesculapii conjux. *Pausan.* L. II. p. 177. Ut mater complurium numinum, quae sanitati conservandae praesunt, laudatur ap.

[illegible] T. I. p. 46. 3. ed. Oxon. οἷς Ἰασώ τε καὶ Πανάκεια καὶ Αἴγλη αἰνεῖτε καὶ Ὑγίεια, ἡ πάντων ἀντίσπαστος, ... δὲ παῖδες ἐπώνυμοι. ut h. l. egregie emendavit [illegible]. in Diatr. p. 290. B. quem vide. — V. 5. γε γοῦν ap. Lipf. — γεγηθήσεις, tanquam a verbo γεγηθέω, dedit Reisk. — πόσις est Drusus, Liviae ex Claudio Nerone filius; μήτηρ, Octavia, Augusti soror; ἑκυρὴ, ipsa Livia.

XIV. Cod. Vat. p. 395. Edidit *Pauw* ad Anacr. p. 3. *Dorvill.* Vann. crit. p. 185. *Jensius* nr. 19. Anthol. *Reisk.* nr. 670. p. 120. Conf. *Fischer.* ad Anacr. p. 507. ed. nov. — Antoniae poëta Anacreontis codicem dono offert. — V. 1. βίβλων. *R.* — V. 2. πεντάς. In quinque igitur libros Anacreontis carmina descripta fuerunt, in eo saltem codice, de quo h. l. agitur. De numero librorum vide *Dorvillium* l. c. et qui ejus vestigia pressit, *Fischerum* in not. ad Anacr. p. 3. — V. 2. Sic Epigr. XLI. ἦν γὰρ ἅπαντα Λεύκτρ' ἐμμήνιτων τῶν ἐπί σοι Χαρίτων. — V. 3. In Cod. Vat. sic: Ἀνακρείοντος ἃς ὁ Τήϊος ἡδὺς πρέσβυς. Sequ. versu autem verba ἢ σὺν Ἱμέροις a recentiore manu sunt addita. *Dorvillius* in libro interpolato invenit: ἃς Ἀνακρείων ἡδὺς πρέσβυς ὁ Τήϊος. quae verba ille sic transposuit, ut *Br.* exhibuit. Minori mutatione *Heringa* in Obss. crit. p. 193. ἃς Ἀνακρείων ὁ πρέσβυς ἡδὺς Τήϊος. Fateor, hos conatus mihi nec valde verisimiles, nec elegantes videri. Si illis et meam qualemcunque conjecturam adjicere licet, verba ἡδὺς πρέσβυς ex glossemate versui adjecta esse arbitror, cum fortasse scriptum esset:

Ἀνακρείων ποθ' ἃς γ' ὁ Τήϊος κύκνος.

Vocem κύκνος erat qui per ἡδὺς πρέσβυς interpretaretur. Cygni enim vocantur poëtae et senes. *Antip. Sid.* LXXVI. Τύμβος Ἀνακρείοντος, ὁ Τήϊος ἐνθάδε κύκνος εὕδει. Ἑλληνίνος κύκνος Pindarus vocatur ap. *Christodor.* in Ecphr. p. 470. Sed nota res. Ad utramque notionem, cantoris et senis,

facit *Eurip.* in Herc. Fur. 692. — *Reiskius* tamen totum hunc locum, ἃς — Ἵμερος, tanquam novi Graeculi miserabile scholion a sua editione exulare jussit. Exempla diversorum metrorum, in uno carmine commistorum, collegit *Dorville* in Vann. crit. p. 186. — V. 5. Ἀντωνίη, casu recto, Cod. Vat. et Jens. — V. 6. ἐνεγκαμένην. Idem. Utrumque emendavit *Dorvill.* — ἱερὴ ἠώς. Dies natalitius esse videtur.

I. 144.] *XV.* Cod. Vat. p. 449. Plan. p. 95. St. 139. W. In Cod. Constantini Lascaris, quem *Iriarte* descripsit, nomen Κριναγόρου mutatum in Κλιναγόρου. — M. Claudio Marcello (vide ad Ep. XI.) puero Crinagoras Hecalen Callimachi dono mittit. — V. 1. 2. Hoc distichon laudans *Schol. Aristoph.* Eqq. 753. ὦ 'νὴρ exhibet. — τορευτὸν ἔπος. carmen studiose expolitum. Similia collegit ad hoc ipsum Epigramma *Bentlejus* in Fr. Callim. XL. p. 429. ed. *Ern.* — πάντας ἔσεισε κάλως. (κάλους Vat. Cod.) in quo summo cum studio elaboravit. Proverbialem locutionem illustravit, nostro loco non neglecto, *P. Leopardus* in Emend. L. X. 8. p. 259. sqq. — V. 3. Ἑκάβης. Edd. quaedam veteres, ex prava correctione. δὲ ἁ Ἑκάλης. Vat. Cod. Hecales, quae Theseum hospitio apud se acceperat, historiam narrat *Plutarch.* T. I. p. 6. B. Cf. *Politiani* Miscell. c. 24. Mirari subit, quod *Crinagorae* loci nemo meminerit ad fragm. *Callimachi* ap. *Suidam* in ἐπαύλια, et *Etym. M.* in θάνατος, quod inter incerta fragmenta relatum est, nr. CXXXI. p. 494. cum, ex Hecale petitum esse, hic ipse locus manifestum faciat. Theseus, hospitale Hecales tugurium relinquens, haec dixisse videtur:

πολλάκι σεῖ', ὦ μαῖα, φιλοξείνοιο καλιῆς
μνησόμεθα· ξυνὸν γὰρ ἐπαύλιον ἔσκεν ἅπασι.

Idem poëta ap. *Schol. Aristoph.* ad Acharn. p. 266. τίον δέ ἑ πάντες ὁδῖται Ἦ ῥα φιλοξενίην· ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήϊστον. Hinc ei cognomen τῆς φιλοξένου adhaesit. *Plutarch.* l. c.

ἔσχε τὰς εἰρημένας ἀμοιβὰς τῆς φιλοξενίας. Perpetuus *Callimachi* imitator *Nonnus* Dion. III. p. 98. φιλοξείνοιο δὲ Νύμφης. XVII. p. 466. φιλοξείνῳ δὲ νομῆϊ Ἵλαον ὄμμα φέρουσα. — V. 4. Μαραθών. Ad taurum Marathonium referendum. Vide *Plutarch.* l. c. — τοὺς ἐπ. π. Plan. et mox νεκρῶν. Utrumque ex Vat. Cod. emendatum. — V. 5. Utinam juvenile robur Thefei, et gloria, quae illius herois illuftravit vitam, tibi, o Marcelle, contingat. — V. 6. καινοῦ *Brodaeus* in fuo exemplo invenit. — Pro εἴη ἀρέσθαι in marg. Vat. Cod. εἰνάρασθαι legitur.

XVI. Anth. Plan. p. 346. St. 485. W. In laudem Praxagorae medici, cujus meminit *Plinius* L. XXVI. 6. p. 391. ubi *Harduinus* hoc Epigramma attulit, et *Cornelius Celfus* in Praef. p. 3. 6. *Poft quem* (Hippocratem) *Diocles Caryftius, deinde Praxagoras et Chryfippus, tum Herophilus et Erafiftratus fic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diverfas curandi vias proceſſerint.* — V. 2. πανάκην. Herba panacea (*ipfo nomine omnium morborum remedia promittente*, ut *Plinius* loquitur L. XXV. 11. p. 363. ubi vide *Harduin.*) Aefculapius fibi manus inunxit, iisque in Praxagorae finum demiffis, pectus ejus artis falutiferae fcientia implevit. Sic enim dii fuas virtutes cum hominibus communicare putantur. *Meleagr.* Ep. XXIII. ubi vide not. *Theocrit.* Eid. XVII. 36. Τᾶς μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κούρα Κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐσεμάξατο χεῖρας. *Callimachus* ap. *Schol. Pindari* Nem. IV. 12. Gratias rogat, ut manus in ipfius elegis abstergant: Ἔλλατε νῦν, ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας Χεῖρας, ἵνα μοι πουλὺ μένωσιν ἔτος. ubi *Hemfterh.* noftrum locum laudare non neglexit. — ἀνίαι. Hanc ob caufam omnia febrium remedia, omnemque vulnerum curandorum rationem tenes. — Ἠπιόνης. Vide ad Ep. XIII. — V. 7. 8. Similiter *Magnus Medicus* T. II. p. 304. de Galeno:

χήρευεν δὲ μέλαθρα πολυκλαύτου Ἀχέροντος,
σῇ παρηορίῃ χειρὶ βιαζόμενα.

XVII. Anth. Plan. p. 292. St. 432. W. »Quis hic »sit Crispus, nescio. Si verum est lemma, locata fuerit »illius imago in vico, ubi tres Fortunae statuae positae. »Verisimilius est factum carmen occasione trium Fortu»nae statuarum, aut pictarum imaginum, quibus ornata »Crispi illius domus.« *Br. Banduri* in Antiqq. CP. T. II. p. 838. de Crispo, Phocae imperatoris genero, cogitabat; quem tamen alii Priscum appellant. T. II. p. 721. sq. Optime *Schneiderus* in not. mst.: »C. Crispus »iterum Consul A. U. C. 797. sub Claudio ap. Dio»nem p. 960. nescio an idem. Tiberium quosdam sta»tuis honorasse et funere publico mortuos, tradit qui»dem Dio p. 869. sed de vivis tacet. Quid, quod ne »sermo quidem hoc loco est de imagine Crispi? Sed »vivus erat adhuc et fortunae gradus altiores conscen»dere cogitabat favore Tiberii.« — V. 1 – 4. Tam benignus tuus et ad auxilium ferendum promtus animus multis fortunae copiis indiget, ut ingenitum illud bene faciendi desiderium explere possis. — V. 4. μυρίων. Aldinae omnes et Asc. μύριον non de multitudine tantum, sed frequenter etiam de magnitudine dicitur. μύριος μόχθος, μύριον κῦδος, μύριον ἄλγος passim in Anthologia obvia. — V. 5. κρέσσων. Caesar Fortuna potentior te in altiore honoris gradu collocet. Nam quae Fortuna, nisi ab ipso profecta, satis firma videri possit? Sic fere ἄρηρε explicari malim, quam *placuit*. *Hesych.* Ἀρηρεν. ἰσχυρῶς ἥρμοσται. Ἀρηρός. ἰσχυρῶς ἡρμοσμένον.

[1. 145.] *XVIII.* Anth. Plan. p. 297. St. 436. W. Statuae, in lemmate commemoratae, in ipso carmine nulla fit mentio. Agitur de Tiberii Neronis expeditionibus in Asiam et Germaniam. Missus est ab Augusto in Armeniam, ut Tigranem (secundum *Suetonium* Vit. Tib. c. IX. et alios, quos vide ad *Dion. Cass.* T. I. p. 738. et *Vellej.* L. II. c. 94.) in regnum restitueret. *Vellejus* solus Artavasdis causa hoc bellum susceptum esse tradi-

dit, nisi potius cum *Lipsio* legendum est: *regnum ejus Artavasdi ereptum Tigrani dedit.* Cf. *Ruhnken.* p. 383. Deinde in Germaniam missus egregie bellavit. Vide *Vellejum* L. II. 105. sqq. *Sueton.* c. 9. *Dion. Cass.* p. 801. — V. 1. καὶ τὰ N. vulgo. quod an recte mutatum sit, dubito. Nulla est antithesis. Mundus terminatur oriente et occidente; *etiam* Neronis res gestae utrumque mundi finem attingunt. — V. 4. εἶχε. vulgo. εἶδε correxit *Jos. Scaliger* in not. mst. et *Huetius* p. 29. — V. 5. δισσὸν κράτος, i. e. νίκη, ut passim ap. poëtas. — εἶδεν. Neronis virtutem experti sunt, et qui ad Araxem et qui ad Rhenum habitant.

XIX. Cod. Vat. p. 394. Edidit *Jens.* nr. 18. Anth. *Reisk.* nr. 669. p. 119. In nuptias regum, nescio quorum, Aegypti et Libyae, quorum societate has terras in posterum inter se conjunctissimas fore, poëta auguratur. *Reiskius* hoc carmen non *Crinagorae*, certe non ei, qui sub Augusto vixerit, sed fortasse *Callimacho* tribuendum esse suspicatur. Respici enim ad nuptias Berenices, quae Magae, Cyrenarum praefecti, filia fuit, cum Ptolemaeo Euergeta. Vid. *Justin.* L. XXVI. 3. coll. *Pausan.* L. I. p. 17. sq. Inciderunt hae nuptiae in *Callimachi* aetatem, etsi annus ipse ignoretur. — V. 2. τέμνει. Nilus ab Aethiopibus in Aegyptum decurrens, Cyrenae incolas et regno Cyrenaico adjunctos populos ab Aegyptiis secernit.

XX. Cod. Vat. p. 403. Edidit *Jensius* nr. 15. *Reisk.* in Anth. nr. 666. p. 118. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 591. et ex eo *Toup.* Em. in Hesych. T. IV. p. 354. Corinthi, a pessimis civibus habitatae, sortem poëta conqueritur. Respicitur nimirum ad libertinorum coloniam, quae Julio Caesare quintum Consule A. U. 710. in Isthmum deducta est. Vide inprimis *Strabon.* L. XVII. p. 833. *Pausan.* L. II. p. 111. et p. 116,

quos laudat *Fabricius* ad *Dion. Caff.* T. I. p. 377. — V. 1. οἵους ἀνθ' οἵων. Sic loquuntur veteres. *Euripid.* Alceft. 142. ὦ τλῆμον, οἵας οἷος ὢν ἁμαρτάνεις. *Sophocl.* Antig. 942. οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω. Plura vide a *Wyttenbachio* collata in Bibl. crit. T. III. P. II. p. 21. — V. 2. ἱμερόεις. Vat. Cod. — V. 3. »Scriptum in Cod. »αὐτίκα καὶ γᾶς ἡ χθαμαλωτέρη. corrupte. Utinam mari »fubmerfa fuiffes! Sed ne fic quidem locus fanatus eft: »nam recta loquendi ratio nomen hic in quarto cafu »requirit: Κόρινθε, εἴθε σε κεῖσθαι χθαμαλωτέρην πόντου καὶ »ἐρημοτέρην — quod non patitur verfus. An χθαμαλώτε»ρον fcribendum adverbialiter, et ἐρημοτέρην? aut fic re»fingendus locus?

»ὤφελες ἡ πόντου χθαμαλωτέρη εἴθε Κόρινθε
»κεῖσθαι, ἡ Λιβυκῆς ψάμμου ἐρημοτέρη.«

Brunck. *Weffelingius* et poft eum *Toup.* αὐτίκα καὶ γᾶς ἧς. Sine fenfu. *Reiske* refinxit: Ἀστυπαλαίας ἡ χθαμαλώτερα κεῖσαι Κόρινθε, κεῖσαι καὶ Λ. *quae hic jaces humilior Aftypalaea, jaces defertior arenis Libycis.* Recte fortaffe vidit vir perfpicaciffimus, proprium urbis aut regionis nomen hic defiderari, fed non tanta licentia in membranarum lectionem graffandum, multo minus metrum tam graviter laedendum erat. — Minima mutatione legerim:

αὐτίκα δ' Αἰγείρας χθαμαλωτέρη — — —.

Perparum intereft inter καιγας et Αἰγείρας. Commemoratur Aegira inter eas urbes, quas mare obruerit. Vide *Jof. Scaliger.* ad Hieron. Chron. p. 123. et not. in *Bianor.* Ep. XII. 7. Sic Helice et Bura, quibus eadem calamitas accidit, paffim, tanquam παροιμιακῶς, commemorantur. — αὐτίκα cum κεῖσαι jungendum. Ep. XII. καὶ αὐτίκα τῆνδ' ἐπ' ἰούλων Κύκλ. πολιῆς ἄχρις ἄγοιτε τριχός. Ep. XXVI. 5. ἥξω δ' αὐτίκα που καὶ ἐς ὑστέρας. — V. 5. Pro διὰ πᾶσα *Reiskius* dedit διάπασμα, ut effet *direptum permiffa.* Inutilis et inepta mutatio. Junge: ἡ πᾶσα διαδε-

θεῖα θλ. — παλίμπρητοι, *servi nequam et inutiles.* ὁ πολλάκις ἐπ' ἐμπολῇ μεταβεβλημένος, παλίμπρητος. *Harpocrat.* in παλίμβολα. *Chrysost.* Or. XXXI. p. 321. D. jungit παλίμβολα καὶ παλίμπρατα. Vide *Ruhnken.* ad Tim. p. 205. — ἐνθεῖσα. Vat. Cod. et Jens. — V. 6. Veterum Bacchiadarum, qui priscis temporibus Corinthi imperium tenebant, ossa premere videbatur urbs, habitata civibus, prioribus illis nobilissimae urbis incolis dissimillimis. Quid in hac lectione tantopere offenderit *Reiskium*, non video. Ille tamen dedit: ὄλβιά γ' ἀρχαίων ὀ. B.

XXI. Cod. Vat. p. 430. Edidit *L. Holsten.* ad Steph. v. Ἐρκύνιον p. 116. *Dorville* ad Charit. p. 423. et iterum in Sicul. T. I. p. 34. *Jensius* nr. 13. Anthol. *Reisk.* nr. 664. p. 117. — In aquas quasdam in Pyrenaeis, quae Caesaris adventu illustratae esse dicuntur. — V. 1. „Holstein habet Ἐρκυναῖον e Msc. cod. cujus ubique „scripturam fideliter repraesentavit; quam lectionem „magis probo." *Br.* Magis etiam probabat *Heringa* in Obss. p. 191. Sylva Hercynia pro remotissima aliqua regione dici potuit, sicut Σολόεις. In Palatinis tamen membranis Ὀρκυναῖον legitur, etiam *Dorvillio* teste. Nec fortasse male, modo scribas, spiritu mutato, Ὁρκυναῖον. ὁ Ὀρκύνιος δρυμὸς est etiam ap. *Ptolem.* T. II. Geogr. XI. p. 57. Dubitat tamen *Dorv.* an non potius Ὀρκαναῖον scribendum sit, an Ὑρκαναῖον (hoc recepit *Reiskius*), cum etiam *Agathias* in Prooemio v. 75. Hyrcanum sive Caspium sinum pro ultimis navigationis finibus posuerit. — μυχὸς de recessu montano non minus bene quam de sinu maris dicitur. Vide *Dorvill.* ad *Char.* l. c. — Σολόεντα. Libyae promontorium; vide *Herodotum* L. IV. 43. p. 299. quo promontorio, *Scylace* teste p. 125., navigatio in Oceano Atlantico terminabatur. — V. 2. ἔλθῃς. Cod. et Jens. ἔλθῃ. *Dorv.* et *Reisk.* — Ἑσπερίδων. De Hesperidibus Libyae vide *Salmas.* ad Solin. p. 264. — V. 3. Gloria Augustum sequitur, quocunque iverit;

id quod Pyrenaei testantur fontes. Quibus enim ne lignatores quidem, circum eos habitantes, uti solebant, ad hos in posterum utriusque continentis incolae accedent. — Sic omnia perspicua, quae antea ob pravam distinctionem intelligi non poterant. *Heringae* conjecturas adscribere supersedeo. — Aquis autem, quibus illustrem famam auguratur *Crinagoras*, Augustus usus esse videbatur *Dorvillio*, cum, Cantabria domita, destillationibus jecinore vitiato, frigida balnea adhibere coepit, Antonio Musa auctore. Vide *Sueton.* Vit. Aug. 81. p. 153. ed. Ern. Vereor tamen, ne haec conjectura concidat, comparato *Dione* p. 720. et 725. ex quibus locis intelligitur, frigidae aquae medicinam ab Augusto nonnisi duobus annis post reditum ex Hispania fuisse adhibitam. — Ceterum color idem ap. *Nazarium* in Paneg. Constant. XVI. *Nusquam gradum extulisti, quin ubique te gloria quasi umbra comitata sit.* — V. 4. »Πυρήνης. Sic cod. recte. Vetustissimae regiae membra»nae, in quibus Dionysii Periegesis, v. 288. habent: »τοῖς δ' ἔπι Πυρηναῖον ὄρος καὶ δώματα Κελτῶν. In edd. ge»minata ρ legitur Πυῤῥηναῖον. Sic etiam ap. latinos poëtas »Pyrene prima producta. Infra tamen XXVIII. ubi »editi libri habent οὔρεα Πυρηναῖα, Vat. Cod. Πυῤῥηναῖα.« *Br.* — ¶. 146.] V. 5. 6. Hoc distichon ab inepta interpretatione nescio cujus in Misc. Lips. IV. p. 127. vindicat *Dorville* ad Char. p. 117.

XXII. Cod. Vat. p. 432. Εἰς πρόβατον τρίτοκον· καὶ νῦν εἰσι τοιαῦτα πρόβατα οὐκ ἐν Ἀρμενίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Σκυθίᾳ. Edidit *Salmas.* de Homon. H. I. p. 165. *Jensius* nr. 154. Anth. *Reisk.* nr. 805. p. 176. — V. 1. ἐντὸς Ἀράξεω. Cod. Vat. Hoc *Pierson.* ad *Moer.* p. 422. mutavit in ἔνθα γ' Ἀράξεω. *Reisk.* in ἔνθεν. Initium carminis deesse suspicabatur *Salmasius.* — Ἀγαῤῥική. *Salmasius* Agariam in Sarmatia Europaea quaerebat, quia Ptolemaeus fluvii Agari et promontorii Agarici in illa regione

mentionem facit. Putabat itaque, ovium istarum sobolem ex Agarrica Sarmatiae in Armeniam translatam esse. Memoratur Agarra in Susiana, prope Eulaeum fluvium, satis longo intervallo ab Armenia disfita. Quum in eadem regione habeatur fluvius *Araxes*, qui ad Hecatompylas ortus in Persicum sinum effunditur, vide, an *Crinagoras*, τῇ ὁμωνυμίᾳ in errorem inductus, ovem, quae Persicae esset originis (Ἀγαῤῥική) et ad Araxen, Persiae fluvium, inveniretur, ad fluvium ejusdem nominis, sed illo longe notiorem, in Armenia collocaverit. — De fluviis, qui Araxis nomen antiquitus habuerunt, vide *Buherium* in Dissert. Herodot. c. XVIII. | p. 190. — Caeterum *Schneiderus* hoc carmen refert ad Armenicam Tiberii expeditionem, quem vide ad *Oppian.* Cyneg. I. 378. p. 361. — V. 3. „Recte Salmasius μήλων, licet „in Cod. scriptum sit μήλοις. Ordo, χαῖται δ' αὐταῖς οὐκ „εἰσιν ἅτε που ἐπὶ μαλακοῖς μαλλοῖς τῶν μήλων. Simile quid „de ovium quodam genere habet Oppian. in Cyneg. „τέχ' αἰγὸς ἂν ἀντιφερίζοι τρηχυτάτῃ χαίτῃ δυσπαίπαλος, οὐκ „ὀΐεσσι." *Br.* Cod. Vat. χαῖται δ' οὐ μήλοις. *Reiske* dedit: χαῖται δ' οὐ, μήλοις ἅτε που μαλακοῖς, ἐπίμαλλοι. *at coma non est densa, crispa, mollis, qualis esse solet ovibus delicatis.* — De ovibus *Plin.* H. N. VIII. 75. p. 478. *Istriae Liburniaeque pilo propior quam lanae, pexis aliena vestibus.* In Britanniae quoque partibus septentrionalibus oves pro lana pilos habent, a caprarum pilis parum diversos. Vide *Küttneri Beyträge zur Kenntniss von England*, Fasc. XVI. p. 146. — V. 4. ψεδναί. *raris crinibus iisque asperis.* *Homer.* Il. β. 219. φοξὸς ἔην κεφαλήν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. quod certatim expresserunt recentiores. Vide *Pierson.* ad *Moerin* p. 421. sq. — V. 6. οὐ θαλίου. *Jens.* — In contextu Cod. et iterum in marg. οὐθατίου. — V. 8. ἀλλὰ vitiose in Analectis. ἄλλα legendum. — De forma γία pro γαῖα vide *Eustath.* ad Il. ε. p. 2111. 7.

XXIII. Cod. Vat. p. 451. Edidit *L. Holsten.* ad Steph. v. Φαίαξ p. 338. *Jens.* nr. 81. Anthol. *Reisk.* nr. 732. p. 147. Insula quaedam describitur, parva, sed fertilis, multaque incolis commoda praebens. — V. 1. εἰ καί με. Vat. Cod. et *Holst. Jens.* εἰ χ' οἵ με π. ἐρεῖεν emendavit *Reiske: quamvis me dicens spatii exiguam, qui me forte mensi fuerint.* Hujus vestigia pressit *Toup.* in Em. in Suid. P. I. p. 160. ubi h. v. sic constituit, ut ap. *Br.* habetur. — V. 2. σταδίους. Vat. Cod. — V. 3. ἐπ' αὔλακα π. ἀρότρου. Vat. Cod. *Holst. Jens.* — ἐπαύλακα junctim exhibuit *R.* cui vulgata lectio negotia fecit: πῖαρ ἀλεύρου conjecit. Mirum, Homericum locutionem οὖθαρ ἀρούρης viro doctissimo non in mentem venisse. Hunc quoque vers. eleganter correxit *Toupius.* — V. 4. ἀκροδρύων. Omnes arborei fructus, qui corticem ligneum habent, ἀκρόδρυα vocantur; quin alii eandem vocem de quibuscunque fructibus arboreis usurparunt. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 430. C. *Bod. a Stapel* ad Theophr. L. II. p. 89. 342. — V. 5. ὑπ' ἰχθύσι. Vat. Cod. ἐπ' *Jens.* et *Holst.* — εὔαγρος. qui piscatoribus largam piscium copiam affert. — ὑπὸ μαίρῃ. Cod. Vat. μαίρην emendavit *R.* *Hesych.* Μαῖρα. κύων τὸ ἄστρον ἢ ἀκμαιότατον καῦμα. Sic de patria sua gloriatur *Ovidius* II. Amor. XVI. 3. *Sol licet admoto tellurem sidere findat, Et micet Icarii stella proterva canis; Arva pererrantur Peligna liquentibus undis.* *Libanius* in Antioch. T. I. p. 283. ed. *Reisk.* — V. 6. λιμένων τ' ἤπιον. Vat. Cod. recte. Idem ἀτρεμίῃ casu recto. — Vitiose apogr. Voss. ἀρτεμίῃ ap. *Pierson.* in Verisl. p. 226. — V. 8. τῷ ἐπεωρίσθην. Vat. Cod. *Holst.* — In lectione Reiskiana, τῷ ἔπι ὠρίσθην, verba sic jungi debent: ἔθέμην τοῦτο τὸ ὄνομα, ἐφ' ᾧ ὠρίσθην γελᾶσθαι. *Nomen accepi, unde mihi fatale erat rideri.* Suspicabatur *Reiskius,* respici ad Σύβοτα, quod nomen tribus insulis, inter Corcyram et Epirum sitis, com-

mune fuit. Vide *Strabon.* VII. p. 499. A. B. *Thucyd.* L. I. 47. Sed de una tantum insula in hoc Epigr. agitur, non de pluribus. Et fuerunt in eadem regione ἄλλαι νησῖδες, οὐκ ἄξιαι μνήμης, secundum *Strabonem* l. c. quarum una fortasse hoc carmine significatur.

XXIV. Cod. Vat. p. 452. Edidit *Salmas.* in Plin. p. 597. A. Poëta navigationem in Italiam parans, Menippum geographum compellat, qui ipsum quasi manu per regiones peragrandas ducat. Respicitur hoc carmine Menippi Pergameni Periplus, quo internum mare tribus libris descripserat. *Marcianus Heracleota*: Μένιππος δὲ ὁ Περγαμηνὸς, καὶ αὐτὸς τῆς ἐντὸς θαλάσσης περίπλουν ἐν τρισὶν ἤθροισε βίβλοις, ἱστορικήν τινα καὶ γεωγραφικὴν ἐποιήσατο ἐπαγγελίαν. Vide *Dodwell.* in Diss. VII. Tom. I. Geogr. minorum p. 146. ubi Menippi fragmenta leguntur, hoc Epigrammate praemisso. Conf. *Fabricii* Bibl. Gr. T. IV. p. 614. not. 99. ed. *Harl.* — V. 3. διφέω. Vat. Cod. Notanda forma διφέω pro διφάω. — ἡγητῆρα περίπλοον *Salmasius* interpretatur περιηγητήν. qui per singula ducat, memorabilia quaeque ostendens et describens. — V. 4. Σχερίην. *Homer.* Od. ε. 34. Σχερίην ἐρίβωλον, Φαιήκων ἐς γαῖαν. Eadem, quae Corcyra. Vide *Schol.* ad *Homeri* loc. et ad *Apollon. Rh.* L. IV. p. 984. — V. 5. ἀλλὰ σύλλαβέ μοι. operam mihi navare velis. ἵστορα κύκλον. Periplum illum, de quo supra. Vide *Salmasium* Praef. ad Solin. p. 11. ubi partem hujus distichi excitat, et ad *Solin.* p. 596. G.

¶. 147.] *XXV.* Anth. Plan. p. 9. St. 16. W. In Cod. Vat. p. 324. primo disticho adscriptum lemma: Κριναγόρου. εἰς Ὀθρυάδην τὸν Σπαρτιάτην. Versui tertio autem hoc: Ἄδηλον. εἰς Ῥωμαῖον στρατιώτην ἀριστεύσαντα ἐξαισίως. *Scaliger* quoque in not. ap. *Huetium* p. 4. hoc distichon a reliquis separandum, idque a capite et calce truncum esse censebat. Verbum, ut σίγα, vel αὐχεῖς per interrogationem, supplendum suspicabatur *Huetius.* Qua-

Quatuor haec disticha unius carminis esse, mihi persuasum habeo, nec Vaticani Cod. auctoritatem moror, qui saepissime jungenda discerpit et non initio solum carminum, sed in partibus etiam eorum lemmata ponere solet. Vide ad Ep. *Hegesippi* IV. 5. 6. Vol. I. 2. p. 173. Quum in Anth. Plan. vers. 2. καλιπτολέμων legatur, *Brunckius* cum Vat. membr. κάλει πολέμων dedit, ut sensus esset integer. In idem incidit *Anonym.* Bibl. Bodl. cui etiam καλυπτόμενος in mentem venerat. Hoc illi praetulerim, nisi tum πάντων fulcro careret. Vatic. lectionem etiam *Dorvill.* probavit ad Charit. p. 607. Sed quo sensu haec dicta sunt? κάλει 'Οθρ. *voca, invoca, in memoriam tibi revoca* clarissima priscae aetatis facinora? Hoc mihi perquam insolenter videtur dictum. Deinde, quod etiam gravius, hac lectione et interpretatione admissa, sententiae hiant, sequentibus distichis cum primo nulla ratione coëuntibus. Adde, quod sic vocabulum καλιπτολέμων, quod et elegans est et supra librariorum captum, expellitur. Quae cum ita se habeant, conjectura hunc locum tentari posse existimo. Quid? si scripserit Mitylenaeus noster:

'Οθρυάδην ΠΑΡΑΘΕΙ, τὸ μέγα κλέος, ἢ Κυνέγειρον
ναύμαχον, ἢ πάντων ἔργα καλιπτολέμων
Ἄῤῥιος αἰχμητὴς Ἰταλός· παρὰ χεύμασι — —

Arrius Romanus miles omnium, qui unquam claruerunt bello, Othryadis, Cynegiri, aliorum, facinora superat. Qui cum ad Rheni ripas jaceret, vulneribus tantum non confectus, et aquilam suis hostili manu eripi vidisset, contumeliam non tulit, sed exsiliens eum, qui vexillum tenebat, interfecit aquilamque servavit. — παραθεῖν pro *superare* dicitur, ut παριέναι, παρέρχεσθαι. — τὸ μέγα κλέος, absolute positum, nec ineleganter, ut mihi quidem videtur. Sic poëtae abstractis, quae vocant, pro concretis uti solent. Qui omnes gloria superabat, μέγα κλέος dici potuit, ut homo malis obrutus συμφορά. Vide

Wesseling. ad *Herodot.* I. 13. p. 16. Possis etiam: Ὀθρυάδου — τὸ μέγα κλέος. — V. 3. Ἄρσος. Vat. Cod. et Plan. Ἄῤῥιος debetur *Scaligero* ap. *Huetium* l. c. — Pro Ῥήνου in membr. Vat. Νείλου, vulgata tamen lectione supra scripta. — V. 8. μοῦνος. Hoc eximium tulit, hoc ei soli contigit, ut, cum interficeretur, non vinceretur.

XXVI. Cod. Vat. p. 392. Plan. p. 46. St. 67. W. Capella quaedam, quam Caesar, Augustus an Tiberius, non constat, nave secum duxerat, ut dulcissimo ejus lacte frueretur, se inter astra relatum iri sperat. — V. 3. ἐπεὶ ex *Br.* emendatione, ut videtur. Vulgo et in Cod. ἔπειτ'. Pro ἐφράσσατο vett. edd. omnes usque ad *Stephanum* ἐφράσατο. Sed vide *Clark.* ad Homer. Il. α. 140. et ψ. 126. — V. 4. νηυσὶν σ. εἰργάσατο. Vat. Cod. Hoc mihi vulgata videtur verius. Certe ἠγάγετο glossam redolet. — V. 5. Ut illa, quae Jovem aluit, capella inter astra relata est, sic mihi quoque idem obtingere debet, cum ille Jove nihilo minor sit.

XXVII. Cod. Vat. p. 452. In Plan. p. 84. St. 123. W. hoc carmen *Philippo* tribuitur. Scriptum est in psittacum, qui, cum e cavea aufugiens in sylvam rediisset, ibi quoque illud suum *Ave Caesar* repetebat reliquasque etiam aves easdem voces pronuntiare docebat. — V. 1. λυγοτευχέα. Ed. Fl. κύρτος. De *nassa* passim usurpatum, hoc loco de *cavea* viminibus contexta dicitur. *Pollux* X. 160. κύρτη σιδηρᾶ ἀγγεῖόν τι, οἷον οἰκίσκος ὀρνίθιος, παρὰ Ἡροδότῳ καὶ Ἀρχιλόχῳ. Magnificam psittaci caveam describit *Statius* Sylv. II. 4. 11. *At tibi quanta domus rutila testudine fulgens, Connexusque ebori virgarum argenteus ordo.* — V. 2. ἀνθοφυεῖ. variis coloribus picta. *Quem non gemmata volucris Junonia cauda Vinceret.* *Statius* l. c. v. 26. — V. 3. ἐκμελετῶν. *verba meditatus.* *Statius* v. 7. *Martialis* L. XIV. 72.

Psittacus a vobis aliorum nomina discam:
Hoc didici per me dicere: Caesar ave.

Hanc potissimum salutationem psittacos docebant. Veterum loca collegit *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 428. — V. 6. δαίμονι, sic nude positum pro *Caesare*, *domino*, mihi valde videtur insolens. Mallem:

τίς φθῆναι δύναται ΔΕΣΠΟΤΑ ΧΑΙΡ' ἐνέπειν.

Domine salve. — V. 7. οὔρεσιν αἶσαι δὲ κ. Vat. Cod. ἐς δὲ σε κ. Plan. Aliud quid latere videtur. Fortasse:

Ὀρφεὺς θῆρας ἔπειθεν ἐν οὔρεσιν· ἴσα δὲ, Καῖσαρ,
νῦν ἀκέλευστος ἅπας σ' ὄρνις ἀνακρέκεται.

— V. 8. ἀκέλευστος. Vat. Cod.

T. 148.] *XXVIII.* Cod. Vat. p. 403. *Crinagorae* tribuit, quod in Plan. p. 6. St. 11. W. Βάσσου inscribitur. Scriptum in Germanicum multa fortiter in bello gerentem. Interpretes haec referunt ad Germanicum Drusi et Antoniae minoris filium, de cujus in Germania rebus gestis vide *Sueton.* Vit. Calig. 1. sqq. *Dion. Cass.* T. II. p. 823. et p. 864. — V. 1. Πυῤῥηναῖα. Vat. Cod. sed vide ad Ep. XXI. — βαθυάγγεος. Edd. vett. βαθάγκεος. Castigavit *Brodaeus.* — V. 3. ἀκτίνων. Germanico, tanquam Jovi alicui, fulgura tribuit. De Glycone athleta *Antip. Thess.* LXVIII. ὁ παμμάχων κεραυνός. Notum *Virgilii* Aen. VI. 842. *geminos*, *duo fulmina belli*, *Scipiadas.* ubi vide ill. *Heynium.* — V. 4. ἀστράπτων. *Virgil.* IV. Georg. 560. *Caesar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem bello.* Hanc metaphoram illustravit exemplis *Oudendorp.* ad *Lucan.* I. 254. — V. 6. τοιαύταις. *Non alias quaerunt numina nostra manus* vertit *Grotius.* — ὀφείλεσθαι dicitur, ut *deberi*, pro *obnoxium esse.* Enyo igitur et Mars in Germanico majus quoddam numen agnoscunt, cui suam ipsorum vim et potentiam debeant.

XXIX. Cod. Vat. p. 405. Anth. Plan. p. 6. St. 12. W. Tutum et immotum Romanum imperium fore auguratur poëta, quamdiu invicta Caesaris dextra reipublicae gubernaculum teneat. — V. 1. πλημμύραν. Nec si maxi-

mae malorum undae irruerint. Dubito, an πλημμύρα sensu proprio de oceani fluctibus in terram redundantibus, an de hominum, oceanum accolentium, copia accipiendum sit. Sequenti certe versu Ῥῆνος de Germaniae copiis dictum videtur. Cogitavit poëta de prodigioso graecorum scriptorum commento, qui flumina a Xerxis exercitu exhausta tradiderunt. *Herodotus* L. VII. 21. p. 520. τί γὰρ οὐκ ἤγαγε ἐκ τῆς Ἀσίης ἔθνος ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα Ξέρξης; κοῖον δὲ πινόμενόν μιν ὕδωρ οὐκ ἐπέλιπε, πλὴν τῶν μεγάλων ποταμῶν; *Diodor. Sic.* T. I. p. 407. φασὶ τοὺς κενάσιως ποταμοὺς διὰ τὴν τοῦ πλήθους συνέχειαν ἐπιλιπεῖν. Vide, quae de hac re collegit *Wernsdorf.* ad *Himer.* Or. II. p. 408. — V. 4. Major in fine versus ponenda distinctio, quae omissa est in Ed. Lips. — V. 5. 6. Eleganter et ingeniose *Cr.* usus est imagine ap. Homer. Il. μ. 132. sqq. quam exornavit *Virgil.* Aen. IV. 441.

annoso validam cum robore quercum
Alpini Boreae nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor et alte
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa haeret scopulis.

XXX. Cod. Vat. p. 513. Plan. p. 38. St. 56. W. „Vide Meursii Eleusinia p. 48. Athenis initiatus fuit „Augustus, cujus exemplum probabile est multos Roma„norum secutos fuisse. Quaedam in hoc carmine e Vat. „Cod. emendata.“ *Br.* Tractavit hoc carmen *Scaliger* ad *Tibull.* p. 168. sq. Initiatus est Augustus A. U. C. 723. narrante *Dione Cass.* T. I. p. 635. *Suet.* Vit. Aug. c. XCIII. — V. 3. ἐν ἐκείναις. Plan. ἂν ἐκείναις Vat. Cod. — V. 4. Δημήτριος μεγάλας νύκτας. Vat. Cod. Etiam in Plan. μεγάλας. Haec igitur non ex Vat. membranis, sed ex conjectura mutata sunt, quod *Br.*, ut videtur, lectores celatum voluit. Et profecto longe acutior et probabilior emendatio *Jos. Scaligeri* in not. mst. et ad *Tibul-*

Iam l. c. ὄφρα κ' ἐπαινῆς (possis etiam ὄφρ' ἂν ἐπαινῆς) Δ. μεγάλας ν. Hoc enim epitheton deabus, quae mysteriis praesunt, tribuitur. De ἐπαινὴ Περσεφόνεια vide *Graevium* in Lectt. Hesiod. c. XXIII. ad Theog. 768. p. 116. — V. 5. κἀν. vulgo. De mystarum felicitate, etiam post fata, loca collegit *Brod.* et *Valck.* ad Eurip. Hipp. p. 163. Ad nostrum locum inprimis facit *Sophocl.* ap. *Plutarch.* T. II. p. 21. E. ὡς τρισόλβιοι Κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη Μόλωσ' ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ Ζῆν ἐστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά, quod facete dictis occasionem dedit, quae narrat *Plutarch.* l. c. et p. 224. E. — V. 6. ἐς πλεόνων. ad inferos. Vide *Leonid. Tar.* Ep. LXXIX. 6. *Eustath.* ad Il. ε. p. 451. 34. *Casaubon.* ad *Diogen. Laërt.* L. I. p. 67.

XXXI. Cod. Vat. p. 402. Plan. p. 51. St. 73. W. — Historia de muliere, quae cum stans in litore vestem ablueret, a fluctu redundante in mare delata periit. — V. 1. κροκάλῃσι. vulgo. — ¶. 149.] V. 5. πενίῃ. Vat. Cod. Paupertatis onere simul cum vita liberata est. — τίς θαρσήσει. Quis, quaeso, mari confidat, nave conscensa, cum ne ii quidem, qui in terra versantur, ejus furorem et saevitiam effugere queant. οἱ πεζοὶ opponuntur τοῖς ναύταις, ut in Ep. *Meleagri* LXXX. 6.

XXXII. Cod. Vat. p. 445. cum nota: ἀδιανόητον παντελῶς. „Carminis hujus ultimum tantum distichon in „Planudea legitur [p. 87. St. 127. W.]. Integrum jam „dederat Huetius in not. ad Anthol. p. 11. ita ut in „notis ad Hesychium v. πῖαρ T. II. p. 959. non recte „ineditum dicatur. Ibi prolatus secundus pentameter „absque ulla emendatione, quam nec tentavit *Huetius*: „foede tamen corruptus est; nec ipse quid reponendum „sit excogito. Latet animalis nomen, cujus renium „adeps gravi odore canes fugat, aut eorum latratum „cohibet. Quodnam id sit, dixerint rerum naturalium

„peritiores." *Br.* Artificium narrat, quo Ligures latrones ad canes fallendos utebantur. — V. 1. ἔρδοι τὴν ἔμαθέν τις. Paroemia passim obvia. *Aristoph.* Vesp. 1432. paulo plenius: ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. *Cicero* Tusc. Qu. L. I. 18. *Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.* — *Unumquemque hoc agere debere, quod nosset*, Alexander Severus solebat dicere, ap. *Aelium Lampr.* T. I. p. 998. Per parodiam *Stratonicus* ap. *Athen.* L. VIII. p. 351. E. ᾄδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. Vide *Gataker.* de St. N. Instr. p. 129. sq. *Valckenar.* in Diatr. p. 76. C. et *Lennep.* ad Phalar. p. 246. — Pro ὅππου saltem ὅπως scribendum, nisi reconditior latet lectio. — V. 4. *Aelian.* H. A. L. I. 37. p. 41. Θηρίων δὲ ἀλεξιφάρμακον ἦν ἄρα πάντων πιμελὴ ἐλέφαντος, ἣν εἴ τις ἐπιχρίσαιτο, καὶ εἰ γυμνὸς ὁμόσε χωροίη τοῖς ἀγριωτάτοις, ἀσινὴς ἀπαλλάττεται. Ad h. l. *Schneiderus* certissima emendatione hunc versum refinxit sic:

χρίονται νεβρῶν (sive νεφρῶν) πῖαρ ἀκεστίνεον.

comparato *Anatolio* in *Fabricii* Bibl. gr. T. IV. p. 300. — V. 5. ψευδόμενοι. quo facto fallunt nares canum. — V. 6. ῥινὸς ... Vat. Cod. — Λιβύων temere tentabat *Brodaeus.* — ἀγαθῶν. Cod. Vat. In marg. ἀγαθόν.

XXXIII. Cod. Vat. p. 394. Plan. p. 107. St. 157. W. Animum ab inani divitiarum spe et cupiditate ad jucundiora Musarum negotia revocat. — V. 1. ὦ δειλ. vulgo. ἐπ' ἐλπ. Vat. Cod. — V. 2. πεπηθείς. de animo spe metuque suspenso. Quibus parva spes relicta, ἐπὶ λεπτῆς ἐλπίδος ὀχεῖσθαι dicuntur, ap. *Aristoph.* Eqq. 1241. quod illustravit *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 216. Bip. *Philo* de Temul. p. 245. C. ἄνθρωποι κεναῖς αἰωρούμενοι δόξαις. Julius Caesar paulo ante, quam inimicorum succubuit insidiis, sibi visus est ἐπὶ τῶν νεφῶν μετέωρος αἰωρεῖσθαι καὶ τῆς τοῦ Διὸς χειρὸς ἅπτεσθαι. *Dio Cass.* T. I. p. 392. 1. — V. 3. Junge ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ὄνειρα ἀφάνειο διαγράφειν. quo-

usque tibi alia super aliis divitiarum somnia finges? — ὄνειρα. vana illa vota, cum spe exoptati eventus conjuncta, quibus animum per otium pascimus. — V. 4. οὐδείς. vulgo. — Nihil hominibus sponte, absque laboribus et studio, contingit. — Aliam sententiam hoc loco exspectabam, praesertim cum haec ne per se quidem spectata satis veritatis habeat. — V. 5. ἀμυδρά. ἀφανῆ. σκοτεινά. *Suid.* εἴδωλον ἀμαυρόν. *Homer.* Od. λ. 824. — Vana illa et inania somnia, spes et vota. De voce εἴδωλα vide quae dedit *Elsnerus* in Obss. sacr. T. II. p. 97. — ἠλεμάτοισι. stultis et ineptis. Cf. *Eustath.* ad Il. p. 484. 38. — μίθαις. Vat. Cod.

XXXIV. Vat. Cod. p. 369. Plan. p. 52. St. 75. W. ubi auctoris nomen primus restituit *Aldus.* In Ed. pr. et Ascens. ἀδέσποτον est. De Nicia, Coorum tyranno, cujus cadaver e terra erutum et mutilatum est. De hoc tyranno, qui sub Tiberii regno Coorum libertatem oppressit, tradidit *Strabo*, L. XIV. p. 972. B. et *Plutarch.* in Vit. Brut. T. I. p. 994. *Perizonius* ejus nomen restituit *Aeliano* V. H. I. 29. p. 42. ubi vulgo Νικίππου legitur. — V. 1. καμοῦσιν. defunctis. — εἴποις et βιοτῆς vulgo. — V. 2. ζωοῖς. Omnes edd. vett. praeter Steph. qui ζωῆς habet, sine sensu. — ἕτεραι. Vat. Cod. fortasse rectius quam ἑτέρων, quae lectio minus exquisita. Comparandus *Aelian.* V. H. IV. 7. οὐκ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, ἐπεὶ μηδὲ τότε ἀναπαύονται· ἀλλ' ἡ παντελὴς ἀμοιροῦσι ταφῆς, ἢ καὶ, ἐὰν φθάσωσι ταφέντες, ὅμως καὶ ἐκ τῆς τελευταίας τιμῆς, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων σωμάτων ὅρμου, καὶ ἐκεῖθεν ἐκπίπτουσι. — V. 5. μετοχλίσαντες. Vat. Cod.

¶. 150.] XXXV. Cod. Vat. p. 434. In Plan. p. 53. St. 77. W. Ἀντιφίλου inscribitur. In cranium, prope viam positum. — V. 1. κέλυφος. proprie *putamen*, deinde omnia excavata. Cymbam significat ap. *Antiphil.* Ep. XLI. 7. Contra σκάφιον de cranio dixit *Aristoph.* ap. *Pal.*

luc. II. 39. ὀστρέων καλύφη *Pollux* VI. 51. — V. 2. ἀρμονίην. Vat. Cod. — V. 3. ἕρκος. Cogitavit de Homerico ψυχὴ — ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Il. ι. 408. — θανάτοιο insolenter dictum pro θανόντος. — V. 4. εἰνόδιον: quod in via positum praetereuntibus lacrymas elicit. — V. 5. σὺ omittunt omnes edd. vett. usque ad Ascens. et Steph. etiam Vat. Cod. — παρ' ἀτραπὸν, quod *Br.* in margine libri Salmasiani reperit, est ex membr. Palat. Vulgo παρὰ πρόπον. Parum feliciter *Brodaeus* πρέπον suspicabatur. — Pro ἀθρήσαις Cod. Vat. ἀθρήσας. Magnus *Grotius* hoc distichon sic vertit:

Propter iter radice jacens super, aspice, quanto
Plus habeant, cara est queis sua vita, boni.

Legit itaque παρ' ἀτραπὸν, quod cl. *Boschius* in textum recepit. In pentametro autem an verum sensum viderit, dubito. Si poëta verba φείδεσθαι βιότου hoc sensu posuit, homines monere voluit, ne vitam periculis objiciant. Quod praeceptum ut in hoc contextu habeat locum, fingendum est, cranium, de quo agitur, hominis fuisse vitae prodigi. Sed unde hoc noverat *Crinagoras?* ubi id dixit? Teneamus igitur interpretationem, quam *Brodaeus* dedit, *quid tandem lucrentur ii, qui victui parcant;* quamvis sic minime apparet, quomodo cranium haec videre et intelligere possit; nec, si intellexerit, quid inde boni lucretur. Dicam, quod sentio. Antiquitus depravatum fuit hoc distichon, ut monstrant omissio τοῦ σὺ, numeri in hexametro prorsus elumbes et inepti, ὄφρα in versus exitu positum, et sensus denique difficultas. πέλας cum πρέμνοιο jungendum, deleto κατὰ, quod sciolus aliquis ad versus vitium quadam ratione tollendum interposuit. Jam vides, numeros longe elegantius decurrere:

κεῖσο πέλας πρέμνοιο παρ' ἀτραπὸν, ὄφρα . . . . .

Exitus versiculi intercidit.

XXXVI. Cod. Vat. p. 262. Εἰς Εὐνικίδαν τινα, οὗτινος ὁ λάρναξ ἀπὸ λυγδίνης πλακὸς ἐχρημάτιζε. Edidit Bentlej. in not. ad Callim. p. 16. T. II. ed. Ern. Anth. Reisk. nr. 600. p. 86. — V. 1. Sensus non omnino certus. Si supples ἐστι, sensus erit: Quamvis hic tumulus marmoreo et artificiose elaborato monimento ornatus est, non tamen boni viri ossa tegit. Sin ἦν subaudis, hoc dixit Crinagoras: Etiamsi superbum monimentum hunc tumulum ornaret, non tamen propterea is, qui sub eo jacet, bonus vir erit. — πλακός. Leonid. Tar. Ep. LXVIII. 2. — V. 3. μὴ λίθῳ τεκμαίρεο. Expressit fortasse Antip. Thess. LVI. ἀνέρα μὴ πέτρῃ τεκμαίρεο· λιτὸς ὁ τύμβος 'Οφθῆναι, μεγάλου δ' ὀστέα φωτὸς ἔχει. Conf. Ep. ἀδέσπ. DCXIX. Diodor. Ep. XI. — V. 4. κωφὸν (χεῦμα) ἡ λίθος. Lapis sensu expers, nec mali viri ossa premere refugit. Post hunc versum aliquid excidisse suspicor. Nulla enim est relatio inter vocabula κωφὸν et ζοφώδης. — νέκυς ζοφώδης. nigri cadaver hominis, i. e. mali et improbi. Ad mores referendum videtur epitheton; nam μέλανες vocabantur, quibus mores improbi. Plutarch. T. II. p. 12. D. μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν. Hic niger est. Horat. I. Serm. IV. 85. Reisk. τῇ πᾶς ζ. legit. Parum profecto commodum illud καί; sed fortasse praecessit olim aliquid, quo referebatur. — V. 6. τώλιγοπτελής. Vat. Cod. In Apogr. nonnullis τώλιγηπελής. τώλιγηπελὴς emendavit Bentl. et R. — Hesych. ὀλιγηπελέων. ὀλίγον δυνάμενος. ἀσθενής. ἄτονος. ex Homero Il. ο. 24. Idem λιγηπελής. Vide inprimis Valckenar. in Diatr. p. 283. B. — ῥάκος. veluti pannus tritus et lacer. Non de cadavere accipi debet, ut fecit T. H. in loco mox laudando; sed vivi Eunicidae corpus infirmum, lacerum et turpe fuit, ut apparet ex sq. Epigrammate. — De homine nullius pretii Lucian. in Tim. §. 32. T. I. p. 102. Bip. μαλθακὸν, καὶ ἀγεννῆ, καὶ ἀνόητον — ῥάκος ἤδη γεγενημένον. ubi vide Hemsterh. qui et nostri loci memor fuit. σῶμα ῥα-

μᾶδες vetulae tribuit *Rufin.* Ep. XXXII. — V. 7. δ' ὑπό. Vat. Cod.

XXXVII. Cod. Vat. p. 266. Plan. p. 284[a]. St. 411. W. In eundem Eunicidam, animo non minus quam corpore turpem. — V. 1. δύσβωλον. terram aridam et sterilem, quae nihil praeter sentes et rubos effert. Vide ad *Zenodot. Ephes.* Ep. II. — V. 3. πλεῖα δόλοιο ex Plan. receptum est. — Sed longe aliud quiddam olim hic lectum fuisse, apparet ex Vat. Cod. ubi in contextu habetur τετυκρειμοντα, supra scriptum autem στέρνα τ' ἐποκριόεντα. Vera videtur correctio. Verbum compositum ἐποκριάω occurrit ap. *Nicandr.* Ther. 790. Hinc derivatum adjectivum ἐποκριόεις pro ὀκριόεις. Hoc, quod de lapidibus asperis usurpari solet, non male ad mores asperos, duros et insuaves transfertur. *Hesych.* ὀκριόεν. (sic recte emendatum pro ὀκρυόεν.) τραχύ. σκληρόν. στερεόν. ὀργίλον. Idem: ὀκριόεντο. ἐτραχύνοντο. ὠργίζοντο. μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἄκρα πολλὰ ἐχόντων λίθων. Quae glossa ad nostrum locum praeclare facit. *Tibull.* I. El. I. 63. *non tua sunt duro praecordia ferro Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.* — V. 4. κῶλον δούλιον οἰοπέδην. *Brodaeus* membrorum vinculum, compagem, in deserto loco jacentem, interpretatur. At non de membris in universum, sed de parte quadam corporis Eunicidae agi, contextus docet. κῶλα igitur sunt pedes, ut passim. *Euripid.* Phoen. 1400. 1421. Bacch. 168. Vide *Kuster.* ad *Aristoph.* Ran. 1400. Sed quid voci οἰοπέδην facias? οἰοπέδη est μονοπέδη, quod fortasse compedum genus fuit. Pedibus Eunicidam laborasse suspiceris, ita ut *pedum compedes* dictae sint, quasi *impedimenta pedum* per periphrasin, qui ipsum euntem impedirent magis quam juvarent scilicet. δούλιος autem additur, quia servi ejusmodi compedibus (ξύλοις, ποδοκάκῃ, ποδοστράβῃ. vide *Pollux.* VIII. 72.) solebant constringi. — V. 5. ἄτριχα. calvum, quod non deforme solum, sed etiam ridiculum. Vide not. ad

Luciani Ep. XVIII. — ἡμιπόρωτα. ambusta membra, de rogo detracta, antequam combusta essent, negligentiam et contemtum libitinariorum significant. *Ovid.* in Ibide v. 633. *Cliniadaeve modo circumdatus ignibus atris Membra feras Stygiae semicremata rati.* Clodium *ambustum tribunum plebis* per contumeliam vocat *Cicero* in Or. pro Milone 5. 12. et 13. 33. *Tu P. Clodii cruentum cadaver ejecisti domo — tu infelicissimis lignis semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.* — V. 7. δυσμόρφοντι. quae virum tam foedum tamque improbum in sinum recipis. — κακοσκήνευς ἀνδρός. gravis sis cineribus viri tam deformi corpore. De σκῆνος, *corpus*, vide *Heins.* ad *Hesych.* T. II. p. 1208. Vocem γογγυλόσκηνος (στρογγύλον τὸ σῶμα ἔχων) servavit *Etym. M.* — τέφρης. Vulgo et in Vat. Cod. Fortasse fuit τέφραις.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 307. *Jensius* nr. 82. Anth. *Reisk.* nr. 733. p. 148. In mortem puellae, cui nomen Selene, quam a Luna ploratam esse ait. — V. 1. καὶ αὐτὴ ἤχλυσεν. Vat. Cod. Hinc *R.* καὶ αὐτὴ δ' ἤχλυσεν. — V. 2. πένθος ἰδν, *Reiskio* interprete, *vultum lugentem* Lunae significat, tristitiam suam luctumque nocte et tenebris occultantis, celantis. Quod vereor ne nimis argutum sit. — ¶. 151.] V. 3. οὕνεκα δή. Jens. In Vat. Cod. τήν. Lusus est in nomine puellae, Selenes, quae cum ad Orci tenebras descendisset, Luna (Σελήνη) quoque tenebris immersa est. *Antip. Sid.* Ep. XCIX. καί γ' αὐτὰ διὰ πένθος ἀμαυρωθεῖσα Σελάνα Ἄστρα καὶ οὐρανίας ἐτραπετοὺς ἔλιπε. ubi vide not. — V. 5. κάλλος. Pulchros pulchrasque cum Luna comparare solent poëtae. Venus in Anchisae amplexus veniens ὡς Σελήνη Στήθεσιν ἀμφ' ἁπαλοῖσιν ἐλάμπετο, θαῦμα ἰδέσθαι. Hymn. in Vener. 89. *Musaeus* v. 55. Ἡρὼ Μαρμαρυγὴν χαρίεντος ἀπαστράπτουσα προσώπου Οἷά τε λευκοπάρῃος ἐπαντέλλουσα Σελήνη. ubi vide not. *Heinrichii* p. 61. sq. — V. 6. μῖξεν. *Reisk.* dedit δεῖξεν ἐν νέφεϊ. (sic *Jens.* contra Cod. fidem.) Mihi quoque olim

verbum μέξεν displicuit. Scribebam: λύξεν. Lunam plorantem habemus in Epitaphio formosae puellae ap. *Schrader*. in Monim. Ital. p. 162. *Flevit Amor, moestae Charites, et Cynthia flevit, Pulcra Venus molles subsecuitque comas.* Nunc tamen Codicis lectioni inhaereo. μέξεν respondet τῷ κοινώσατο in praec. versu. Ut olim pulcritudinem suam cum illa communicaverat, ita nunc quoque tenebras suas cum illius morte conjunxit. *Antiphil.* Ep. XL. σεισμῷ δ' ἄλλον ἔμιξα φόβον.

XXXIX. Cod. Vat. p. 307. Edidit *Jensius* nr. 83. Anth. *Reisk.* nr. 734. p. 148. Naufragus, cujus cadaver fluctus in litus detulerant, pastoris vitam felicem praedicat. — V. 1. καὶ οὖρ. *Jens.* κατ' emendavit *Ruhnk.* in Epist. crit. p. 122. Similia, ubi Paeti naufragi mortem luget, *Propertius* L. III. Ep. 5. 67.

Quod si contentus patrio bove verteret agros,
Verbaque duxisset pondus habere mea:
Viveret ante suos dulcis conviva penates,
Pauper, at in terra, nil ubi flere potest.

Postrema verba nimis inepta sunt. Corrigo in transitu:

nil ubi turbo potest.

ubi venti et tempestates nihil valent. Vide *Burm.* in *Lucan.* L. IX. 449. — V. 2. „τόνδ' ἀνὰ scribendum fuisset, „ut jam ab elegantissimo Ruhnkenio factum noveram; „sed corruptum etiam credo λευκόλοφον. Ideo cod. lectio„nem intactam reliqui. λευκόλοφος de monte si dicatur, „glabrum apicem significare debet, cui epitheton ποιηρὸς „non congruit. Scripserat forte τόνδε πρὸς ἀκρόλοφον." *Br.* τὸ λευκόλοφον defendit *Reisk.* analogia τοῦ λευκόπετρον *Polyb.* L. III. 53. T. I. p. 504. ed. nov. ubi desertam et nudam petram significat. Fingere tibi debes collem in superiore cacumine nudum, circum radices mediamque regionem herbosum. — V. 3. „Hic versus despe-

„ratus

» ratus est. Nam Reiskii commentum minime proban» dum est, nec multo magis placet, quod ipse conjece» ram, κριοῖς ἀγητῆρσι κατὰ βληχὴν ἀκολουθῶν.“ *Br.* *Reisk.* dedit τοτ' ἐβληχημένα βάζων. *erga arietes, gregis duces, garriens balatum imitantia.* Et ipse olim hunc locum sine successu tentavi. Tutissimum est sine dubio ejusmodi ulcera plane non attingere: nonnunquam tamen audacia ad verum reperiendum prodest, nisi tibi ipsi, aliis tamen, qui, si nihil aliud, errores certe vitare discunt. Haec igitur alii fortasse olim melius restituent; interim sic legerim:

κριοὺς ἀγητῆρας ἰδὼν βληχητὰ βιβάζειν.

arietes videns oves ineuntes. τὰ βληχητὰ pro ovibus usurpavit *Aelian.* H. A. II. 54. — Est autem illud inter oblectamenta pastorum. *Theocrit.* Eid. α. 87. φὠπόλος ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας, οἷα βατεῦνται. unde emendatum Ep. ἀδέσπ. XL. τοὶ δὲ τραγίσκοι Εἰς ἐμὲ δερκόμενοι τὰς χιμάρας ἐβάτευν. — V. 4. ἠπιμικρῷ. Vat. Cod. ἢ πικρῷ emendavit *Rubnk.* πρὶν πικρῷ *Reisk.* — V. 6. » Εὖρος ἐφημίσατο » in cod. scriptum. Salmasii emendationem recepi. In » superioribus nihil sanavit, licet plura medica manu » indigerent.“ *Br.* In ed. pr. *Rubnk.* ἐλυήσατο. in altera magis in Salmasianam lectionem inclinat. Infeliciter *Reiske* Εὖρος ἐφωπλίσατο, quod ridicule vertit: et circa hunc arenaceum collem me horsum prorsum jactando Eurus vim suam ostentat. *Bernardus* in Epist. ad Reisk. p. 364. ἀφημέσατο. *eructavit.* ἀπημέσατο voluit.

XL. Cod. Vat. p. 308. *Jensius* nr. 84. *Reisk.* Anth. nr. 735. p. 149. Argumentum in graeco lemmate diserte indicatum. — V. 1. ἐπὶ μόρῳ ἀλλαχθέντι. *ad commutatam liberorum sortem.* — ἀμφοτέρους, et vivum et defunctum filium. — V. 3. σὸν νέκυν. ejus, qui bona utebatur valetudine. — V. 4. οὗ σε, eum, qui infirmus fuerat. — μετισσυμένον ex conjectura dedit *Reisk.* male.

— V. 6. Veſtra quidem ſors immutata eſt, mihi autem certus luctus manſit.

XLI. Vat. Cod. p. 102. Εἰς κόρην (male apogr. Lipſ. εἰς πόρνην) καλουμένην πρώτην. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. T. IX. p. 134. nr. 313. — V. 1. τί δὲ δεύτατον. Vat. Cod. et *R.* Hoc reponendum. Vid. *Euſtath.* ad Il. p. 1232. 37. *Heſych.* δεύτατος. ὕστατος. ἔσχατος. μεθ' ὃν οὐκ ἔστιν ἕτερος. — V. 2. Quum quaeſiſſet, quomodo miſeram illam puellam appellet, nihil invenit aptius quam δειλαίη, quod unicuique calamitatis generi accommodatum. — V. 3. 4. abſunt ab apogr. Lipſ. unde factum, ut *R.* in reliquis quoque caecutiret. — τὰ ἄκρα, ut τὰ πρῶτα, φέρεσθαι dicuntur, qui in aliqua re principatum tenent. Vide *Valcken.* ad *Herodot.* IX. p. 724. *Locella* ad *Xenoph. Eph.* p. 122. — In Cod. Vat. ψυχῆς. ἦθος, quod fortaſſe non mutandum erat, quamquam lectio *Br.* elegantior. — ¶. 152.] V. 5. Pro σοὶ fortaſſe melius σ' οὖν, i. e. σοὶ οὖν, legas. — V. 6. ἀμιμήτων χαρ. Cf. Epigr. XIV. 2.

XLII. Cod. Vat. p. 308. Plan. p. 233. St. 339. W. In Hymnidis, novem annorum puellae, obitum. — V. 1. „Protulit ad Charit. p. 130. Orvillius, ubi eruditis „nugis lectorem detinet. Nihil frequentius permuta„tione diphthongorum αι et ει. Perperam in Vat. Cod. „ſcriptum eſt εἰναέτιν pro εἰναέτιν. εἰνάετες ap. Homerum „pro ἐννάετες ſaepe." *Br.* In Plan. ubi hoc diſtichon diſtinctione laborat, ἐνναέτιν ſcribitur. De commutatione hujus vocabuli cum ſimilibus vide *Ruhnk.* in Ep. cr. II. p. 141. — V. 3. „Vat. membr. ἄλιετ'. Florent. ἄληετ'. „Iterum hic librariorum deprehenditur error, quibus „cum ejusdem ſoni eſſent, ι et η, ſaepe permutatae „ſunt hae literae. Sed horum uter peccaverit, non facile „dictu eſt. ἄλιετ' bene ſtare poteſt, quum certiſſimum „ſit, veteres in compoſitis vocibus liquidas non gemi-

» naffe. Vid. Clark. ad Il. ρ. 599. Ufitatior eft vulgo » fcriptura ἄλλιστ'. Ex ἄλιστ' emendari etiam poterat, » quae Salmafii conjectura eft, ἀλίαστ'. Hefych. ἀλίαστος, » ἀμετάστρεπτος. Ex ἄλιστ', fi η recte pofitum, optima erui » poteft lectio, quamque alteri praefero, ἄπληστ'. Sic » Bianor in fententiae fimilis Epigrammate, infra p. 158. » XVI. πάντα χάρων ἄπληστε." *Br.* Eandem emendationem propofuit *Jof. Scaliger* in not. mft. et *Brod.* qui etiam *Bianoris* locum comparavit. — πρόωρον. πρὸ μοίρας. — ὁ βιαίως ἀποθανών. πρὸ ὥρας. ὁ ἐν νεότητι. *Ammon.* D. D. V. p. 120. — V. 4. τὴν π. σοὶ π. ἱεσομένην. Vat. Cod. τὴν π. σοῖο π. ἱεσομένην. vulgo. σεῖο dedit *Steph.* probante *Scalig.* in not. mft. — Senfus, qui ap. *Euripid.* in Alc. 55.

XLIII. Cod. Vat. p. 260. *Crinagorae* vindicat hoc carmen, quod in Plan. p. 55. St. 78. W. ἄδηλον eft. Illius effe, fponte intellexerat *Scalig.* in not. mft. — Scriptum in poëtae fervum, nimio folis aeftu confectum. — V. 1. γῆ μευ. Terra me genuit, terra me defunctum tegit; nec ea, quae me in finum recepit, illâ, quae me nutrivit, deterior eft. — Quod is, qui loquitur, terram pro matre agnofcit, hominem fignificat nullius generis, *Terrae filium.* *Erafmi* Chil. I. VIII. 86. *Euripid.* Ion. 542. γῆς ἄρ' ἐκπέφυκα μητρός. Epigr. ἀδέσπ. DCLII[b]. γῆς μὲν πρόσθε γένος μητέρα γαῖαν ἔχω. Anth. Lat. T. II. L. IV. Ep. CCXLVI. *Terraque, quae nunc eft mater fibi, fit levis opto.* Vide *Burm.* T. II. p. 207. — V. 3. αἰεὶ γὰρ αἰεὶ κείσομαι. *Sophocl.* Antig. 76. — V. 4. ἠελίου. Morbo heliaco itaque five conflernatione ex folis ictu orta periiffe videtur.

XLIV. Cod. Vat. p. 309. Plan. p. 213. St. 310. W. Scriptum eft in Philoftratum, Academicum, qui, Antonio et Cleopatra, quorum caftra fequebatur, devictis, omnia fua amiferat. Vide *Plutarch.* Vit. Caton. Min. T. IV.

p. 275. Vit. Anton. T. V. p. 146. ed. Bry. Epigramma in eum servavit *Philostratus* Vit. Soph. I. 5. p. 486.

Πανσόφου ὀργὴν ἴσχε Φιλοστράτου, ὃς Κλεοπάτρᾳ
νῦν προσομιλήσας, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

quos versus per parodiam expressos esse ex *Theognide* v. 215. bene monuit *Olearius*. Cf. *Gataker*. ad *M. Antonin*. p. 13. — V. 1. ποῦ. Ubi, quaeso, illorum regum potentia et opes, quibus fretus tu quoque beatus esse videbaris? — V. 3. „In Stephani edit. typothetae vitio „excusum ἢ ἐπεὶ Νείλῳ, quod servavit Wecheliana. „Aliae omnes, ut et Codd. ἢ ἐπί –. Qui teretes aures „habent, particulam ῥα, quam inserui, non damnabunt. „ἐπηώρησας est in omnibus libris, quos vidi. Vir doctus „in uno e Florentinae exemplaribus, quae habeo, ad„scripsit, nescio unde, οἷσι μετηώρησας." *Br*. Qui spe suspensi sunt, ἐπαιωρεῖσθαι dicuntur. *Herodian*. L. II. 9. 1. κούφοις καὶ ἀδήλοις ἐπαιωρουμένου ἐλπίσι. Vide *Bud*. Comm. L. Gr. p. 1173. Qui igitur omnem spem vitae in aliqua re collocant, βίον inde ἐπαιωρεῖν probe dici possunt. Simile est ἀναρτᾷν ἑαυτόν τινι πράγματι, quod illustratum dedit *Lennep*. ad Phalar. p. 169. — V. 4. Syllabae κεῖσαι 'Ιου .. Vat. codici a recentiore manu sunt additae. Eas in nullo Cod. invenit *Br*. nec in duabus princ. edd. habentur. In Ald. sec. et ceteras receptae sunt ex Lectt. Ald. pr. ' Sed Aldus eas utrum in Cod. invenerit, an conjectando extuderit, incertum est. — Pro ὅροις Vat. Cod. ὄββις. — V. 5. Romani milites copias, tua tibi industria comparatas, diripuerunt, cadaver autem tuum tenui testa conditum jacet. — ὀστρακίνῃ, πυέλῳ scilicet; quod fuse exposuit *Salmas*. in Exerc. ad Solin. p. 848. B. ad locum *Plinii* L. XXXV. 46. p 711. *Quin et defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluere.* vide *Harduin*.

XLV. Cod. Vat. p. 261. sq. Plan p. 213. St. 311. W. In Seleucum Lesbium, juvenem et moribus optimis et

eloquentia conspicuum, quem mors immatura in Hispania oppresserat. — V. 1. δειλαῖοι et vers. seq. ἀτηρῶν (φ) αἰθόμενοι θανάτου (φ). Vat. Cod. Vulgo ἀτηροῦ αἰσθόμενοι βιότου. Ex Vat. Cod. lectione fons corruptelae apparet. *Horat.* I. Carm. IV. 15. *Vitae summa brevis spem nos vetat incohoare longam.* *Macedonius* Ep. XXXIX. βροτὸς δ' εὖ οἶδα καὶ αὐτὸς θνητὸς ἐών· δολιχαῖς δ' ἐλπίσι παιζόμεθα. — V. 4. ἄρτιος. instructus. Vide *G. Wakefield* in Del. Trag. T. II. p. 331. — ἐπ' αὐξόμενος. Vat. Cod. — ¶. 153.] V. 5. Ἴβηρσι. in Hispania, ut inde apparet, quod Seleucus in maris litore sepultus esse dicitur. Cogitabat *Brodaeus* de Iberis Asiae, qui hodie Georgiani vocantur. — Quum eloquentiae studium in Seleuco commemoretur, suspicari licet, eum in Hispania arti dicendi, quae tum temporis in illis regionibus florebat, dedisse operam. — ἀμετρήτων αἰγιαλῶν. Sic Cod. Vat. et plurimae edd. vett. Aldi pr. αἰγιαλῷ, unde *Opsopoei* conjectura ἀμετρήτῳ.

XLVI. Cod. Vat. p. 306. Plan. p. 260. St. 376. W. Adscripta nota marg. Vat. Cod. ζήτει εἰ ἓν τὸ ἐπίγραμμα εἰς παιδίον παρ' αἰγιαλὸν τεθαμμένον. Agitur de puero formoso, cui nomen Ἔρως. Qui cum in insula nescio qua sepultus esset, cupit poëta illam cum circumjacentibus insulis Ἐρωτίδας vocari. — V. 1. ἠρνήσαντο. Exempla quaedam commutatorum in nobilium hominum gratiam nominum excitat *Brodaeus.* — V. 3. ἄμμες. Omnes edd. vett. usque ad Steph. Etiam V. C. ἄμμες. — V. 4. ἕξει ταύτην. Vat. Cod. ἕξει δὴ ταύτην. Edd. vett. Ed. pr. tamen ἥξει δὴ τ. quod probat *Jos. Scaliger* in not. mst. — δὴ omissum in optimo Plan. cod. quo *Br.* usus est. Aut ἥξει aut ἐμπεψομένας legendum esse vidit *Huet.* p. 25. — V. 5. 6. Similis color in Ep. XXXVIII. 5. 6. — In puerum *Amorem* vocatum exstat Ep. in Anth. Lat. T. II. p. 190. CCL. ubi exempla nominis Ἔρως collegit

Burmann. — V. 7. σημαντέωσα. terra in tumulum aggesta.

Ex Lect. p. 164.] *XLVII.* Vat. Cod. p. 449. Edidit *Jens.* nr. 77. Anth *Reisk.* nr. 727. p. 145. Ab initio mutilum videbatur *Brunckio*, cujus haec sunt: „Multa egregia sunt et probabilia in Reiskii ad hos „versus notis. Decantatus Bathyllus pantomimus, Py-„ladis rivalis, de quo legenda erudita Salmasii nota ad „Hist. Aug. p. 496. Philonidis cantoris aut choraulis „qui meminerit, novi neminem. Sed qui hanc professio-„nem exercuerunt, non omnium nobis tradita fuerunt „nomina. Scenicum artificem, non poëtam, innuit hic „Crinagoras. Fuit autem poëta comicus, aut ὑπορχημά-„των auctor, ad quem directum hoc Epigr. cujus initium „deest. Quae supersunt duo disticha ad mentem cl. Reis-„kii sic scribenda sunt:

„Θάρσει καὶ τέτταρσι διαπλασθέντα προσώποις
„μῦθον, καὶ τούτων γράψον ἔτι πλέοσιν.
„οὔτε σε γὰρ λείψουσι Φιλωνίδου, οὔτε Βαθύλλου,
„τοῦ μὲν, ἀοιδάων, τοῦ δὲ, χεροῖν χάριτες.

„Comicam saltabat Bathyllus, accinente Philonide, qui, „si quatuor, aut plures in comico dramate personae es-„sent, omnia, quae in eo agebantur, cantu et gestibus „exprimere valebant, uno Bathyllo quatuor, quinque „aut plures sustinente personas. Hoc ad Horatii prae-„ceptum in A. P. quod vereor ut vulgati Interpretes „recte acceperint, *nec quarta loqui persona laboret*, re-„ferendum non est. Alio enim spectat nec pantomimis „leges scripsit Horatius.“ *Br.* A *Brunckii* sententia abhorrebat *Schneiderus.* Hic enim *Crinagoram* cum poëta loqui existimabat. Scriptas enim a poëtis esse fabulas pantomimorum, *Lucianus* testatur de saltat. §. 84. τοῦ γὰρ ὁμοίου Αἴαντος αὐτῷ γραφέντος. Idem laudat ejusdem scriptoris locum nobilissimum §. 66. ubi barbarus qui-

dam ἰδὼν πέντε πρόσωπα τῷ ὀρχηστῇ παρεσκευασμένα (τοσούτων γὰρ μερῶν τὸ δρᾶμα ἦν) ἐζήτει, ἕνα ὁρῶν τὸν ὀρχηστήν, τίνες οἱ ὀρχησόμενοι καὶ ὑποκρινόμενοι τὰ λοιπὰ προσωπεῖα εἶεν. Adde Ep. in Vitalem Mimum Anth. Lat. T. II. p. 18. XX.

Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,
Ut plures uno crederes ore loqui.

Recte hinc concludit Vir Doctiff. fabulas ab initio in minores numero partes distributas fuiſſe, ita ut pantomimus tres vel ſummum quatuor perſonas ſaltando exprimeret. Deinde proceſſiſſe artem ad quinque adeo perſonas, quibus reddendis pantomimi pares eſſent. Quum igitur ſibi perſuaderet *Schneiderus*, *Crinagoram* cum poëta loqui, fabulam a pantomimo et cantore reddendam ſcribente, totum carmen ſic refinxit:

Θάρσει καὶ τέτταρσι διαπλασθέντι προσώποις
μύθῳ καὶ τούτων γράψον ἔτι πλέοσιν.
οὔτε σε γὰρ λείψουσι, Φιλωνίδη, οὔτε Βάθυλλον
τὸν μὲν ἀοιδάων, τὸν δὲ χορῶν χάριτες.

χορῶν χάριτες, ipſo auctore interprete, ſunt veneres et gratia in agendo, actionis declamationisque decor. *Oneſtes* Ep. II. κώμων χαρίτων. De Pylade Bacchum ſaltante *Antipat. Theſſ.* XXVII. οἷα χορεύων Δαίμονος ἀκρήτου πᾶσαν ἔπλησε πόλιν. — Haec quamvis ingenioſa, Reiskianis tamen veriora non puto. χειροῖν χάριτες de manuum peritia et loquacitate accipio, in qua venuſtatem aliquam et elegantiam locum habuiſſe, vix dubites. Vide, quae notavimus ad *Antip. Theſſ.* XXVII. 6. οὐράνιος δὲ οὗτος, ὁ παμφώνοις χερσὶ λοχευόμενος. — Ceterum in his fabulis alium cecini ſſe, alium ſaltaſſe, apparet ex *Lucian.* de Salt. §. 30. Πάλαι μὲν γὰρ οἱ αὐτοὶ καὶ ᾖδον καὶ ὠρχοῦντο· εἶτ' ἐπειδὴ κινουμένων τὸ ἆσθμα τὴν ᾠδὴν ἐπετάραττεν, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλους αὐτοῖς ὑπᾴδειν. Quod autem ad initium car-

minis attinet, mihi non tam mutilum quam depravatum videtur. *Crinagoras*, Philonidam et Bathyllum laudaturus, pantomimorum poëtam aliquem, nam certum quendam nominasse minime opus erat, exhortatur, ut peritis hisce artificibus fabulam scribat. Fortasse fuit olim:

Καὶ τρισὶ καὶ τέτταρσι διαπλασθέντα προσώποις
μῦθον καὶ τούτων γράψον ἔτι πλέοσιν.

Finis Partis primae Voluminis secundi.

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. IX.

COMMENTARIUS.

VOLUMINIS SECUNDI PARS SECUNDA.

FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS SECUNDI

PARS SECUNDA.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCC.

BIANORIS BITHYNI
EPIGRAMMATA.

T. 154.] I. Anth. Plan. p. 348. St. 488. W. In statuam Arionis cum delphino, eam fortasse, quam ad Taenarum positam memorat *Pausan.* L. III. 25. p. 275. Sed tum fallitur *Bianor*, qui eam a Periandro dedicatam ait. Vide *Wesseling.* ad *Herodot.* L. I. 24. Vide Cl. *Heynium* in Comment. T. X. p. 101. et quae notavimus ad *Arionis* Ep. II. Vol. I. P. I. p. 181.

II. Vat. Cod. p. 393. Edidit *Jens.* nr. 121. Anth. *Reisk.* nr. 772. p. 163. Historia de piscatore, qui polypum in leporis lustrum jaculatus, illum in litore dormientem cepit. Comparandum Ep. *Antiphili* XXIII. et *Isidori Aegeat.* Ep. I. — V. 1. ἀκταίην θῖνα. in litoris arena. — V. 2. ἰχθύα. Vat. Cod. *Reisk.* quae lectio ob formam rariorem servanda. — V. 4. ἄγρης δεσμόν. argute! *ne a captivo caperetur.* — V. 6. „πτωκὶ παχυσχοίνῳ. „Haec est Cod. scriptura; sed corrupta. Reiskio gratiam „suae emendationis facio, reponenti παχυσκυνίῳ. Non „felicior fuit Salmasius, qui conjiciebat παχυσκίνῳ, repo„sita voce, quae graeca non est, cujus compositio ab„surda, et quae, si boni esset commatis, versus modulo „hic repugnaret. Nam in σκίναξ prima corripitur. „Quod ipse conjeci in textum inferre nolui, quia nimis „a corruptae lectionis vestigiis discedit; at hic propo„nam. Scribendum itaque censeo: πτωκὶ λασιοκνήμῳ. „Leporibus frequenter tribuuntur epitheta λασιόποδος,

ῳ δασύκνημος, λασιόκνημος." *Br*. Putabam olim scribendum esse: πτωκί· βαθυσχοίνῳ κεῖτο γὰρ αἰγιαλῷ. Hoc *Schneidero* displicuit, cujus judicio tantum tribuo, quantum fere nemini. Apud *Antiphilum* lepus ἐν θάμνῳ in litore jacet; quod aptius naturae leporum lustrum quam σχοῖνος; quamvis nec in nostra lectione lepus necessario in juncis delituisse putandus est, voce βαθύσχοινος ornatus causa τῷ αἰγιαλῷ adposita. Ulterius tamen inquirenti ex comparatione *Antiphili* — ἐς οἰκία δειλὰ λαγωοῦ ἑλκηδὸν ΤΑΧΙΝΟΥ πτωκὸς ἔδησε πόδας — sic ap. nostrum corrigi posse visum est:

> καταικαίριος ἔμπεσε δειλῷ
>
> πτωκὶ ΤΑΧΥΣΚΑΡΘΜΩι· κεῖτο γὰρ ὑπναλέος.

Ex voce ταχυσκάρθμῳ, syllaba αρ forte omissa, facile fieri potuit παχυσχοίνῳ. Epitheton lepori accommodatissimum. Εὐσκάρθμοιο λαγωοῦ est ap. *Nicandr.* in Alexiph. 325. quam vocem de equis usurpavit *Strabo* L. XII. p. 537. εὐσκάρθμους ἵππους λέγεσθαι διὰ τὸ τάχος, ex *Homero* Il ε. 31. — Ad Myrinam Amazonem hoc transtulit *Homer*. Il. β. 814. πολυσκάρθμοιο Μύρινα — quam pedum pernicitate valuisse probabile est: ἡνιοχικὴ καὶ πολυκίνητος. *Eustath*. p. 266. 26. — τὸν ταχύπουν οὐατόεντα λαγὼν dixit *Meleag*. Ep. CXX. πόδας ταχὺς πτώξ. *Homer*. Il. ρ. 676. Ob celeritatem Spartani leporem non, ut caeteri Graeci, λαγῶ, sed ταχίναν vocare solebant. Vid. *Hesych*. v. ταχίνας. *Aelian*. H. A. VII. 47. — V. 7. ἐπ' ἄγρην ex ing. *Reisk*. — *Antiphilus*: σὺ δ' ἄσκεπτον ἔχεις γέρας ἀμφοτέρωθεν Ἄγρης χερσαίης, πρέσβυ, καὶ εἰναλίης.

III. Cod. Vat. p. 401. Edidit *Jens*. nr. 14. Anth. *Reisk*. nr. 665. p. 117. — Criton, auceps, postquam cicadam arundinibus ceperat, impietatis poenas luit, infelix ab eo inde tempore exercens aucupium. Comp. *Apollonid*. Ep. XXV. — V. 2. διγλώσσῳ quo sensu dictum sit, non expuro. Minime enim probanda inter-

pretatio *Reiskii*, cui nec ipse auctor satis fidebat, διγλωσσον στόμα cicadae tribui, quod simul ex ore, simul ex podice sonum ederet. Vix dubito, corrigendum esse:

φθέγξατ' ἐν ἀγλώσσῳ μελπόμενος στόματι.

Aelian. H. A. I. 20. p. 25. τὰ μὲν ἄλλα τῶν Ἰνδικῶν ὀρνίθων εὔστομεῖ καὶ τῇ γλώττῃ φθέγγεται, δίκην ἀνθρώπου· οἱ δὲ τέττιγες κατὰ τὴν ἰξὺν εἰσι λαλίστατοι. Etiam ea, quae ap. *Aelianum* sequuntur, praeclare faciunt ad hoc distichon illustrandum. Sed illud ἀγλώσσῳ στόματι, quod reponendum censemus, maxime confirmat Ep. *Simmiae*, quod *Br*. edidit in Notis ad Aeschyl. p. 346. (Ed. Lips. Anth. T. I. p. 138.) ubi de cicada:

ὄφρα μοι εὐερκεῖ καναχὰν δόμῳ ἔνδοθι θείῃ,
τερπνὰ δι' ἀγλώσσου φθεγγομένα στόματος.

Echo ap. *Satyr*. *Thyill*. Ep. II. ἄγλωσσος ἀν' ὀργάδα μέλπεται. *Antiphil*. Ep. XVII. horologium τρισσάκις ἀγλώσσῳ φθεγγόμενον στόματι. Scripsimus autem ἐν ἀγλ. ob vitandum hiatum, quamvis etiam ferri possit, φθέγξατο ἀγλώσσῳ —. Praepositio ἐν tamen in talibus saepe eleganter abundat. — V. 3. 4. Hoc distichon edidit *Salmas*. in Exercit. Plin. p. 83. A. ubi de arundinibus agit. Vide not. ad *Apollonid*. l. c. — V. 4. ἐξοβολῶν Vat. Cod. ἐξοβόλων *Jens*. et *R*. Nostrum ap. *Salmasium* habetur. — Quum Crito auceps cicadae insidias strueret, exercebat μελέτην οὐκ ἰδίην, opus, artem non suam. Docte igitur poëta locutus est, pro οὐ τὴν ἰδίην ἄγρην μελετῶν. — ¶. 155.] V. 6. πήξατο. Proprie arundines *figuntur*, *struuntur*; hoc ad ipsam capturam, ἄγρην, translatum est.

IV. Cod. Vat. p. 401. Edidit *Jens*. nr. 138. Anth. *Reisk*. nr. 789. p. 170. *Corvi siticulosi* (Lus. in Pr. LXII. 12.) artificium narratur. *Plin*. L. X. 60. p. 568. *Tradendum putavere memoriae quidam, visum per sitim lapides congerentem in situlam monimenti, in qua pluvia aqua durabat, sed quae attingi non posset: ita descendere*

paventem expressisse tali congerie, quantum potuero sufficeret. ubi *Harduinus* laudat *Plutarch.* T. II. p. 967. A. et *Aelian.* H. A. II. 48. Versibus rem enarravit *Avianus* Fab. XXVII. — In coelibum tumulis ponebatur λουτροφόρος· τοῦτο δὲ ἦν παῖς ὑδρίαν ἔχων. ut tradit *Harpocration* v. λουτροφόρος p. 233. et *Pollux* VIII. 66.. τῶν δὲ ἀγάμων λουτροφόρος τῷ μνήματι ἐφίστατο κόρη, ἀγγεῖον ἔχουσα ὑδροφόρον ἢ ὑδρίαν ἢ πρόχουν ἢ κρωσσὸν ἢ κάλπιν. — V. 1. καρφαλ. δίψει. ex *Alcaei Mess.* Ep. XVIII. δίψει καρφαλέον φάρυγα. — V. 2. ὀμβροδόκην. Cod. Vat. et *R.* — V. 3. κλάγξεν. In hydriae margine sedens crocitabat, fundum, ubi aqua collecta, frustra studens attingere. — V. 4. »Verbum καιρομανέω in Lexicis non occurrit. Si sincerum est, ad ejus vim declarandam periphrasi opus est. »Eo hic significatur, divino furore afflatam avem, Apol»linis inspiratione artem excogitasse opportunam: *Tu »autem ad excogitandam opportunam artem instinctu tuo »juvisti.*« *Br.* Ed. Jensii ἐκαιρονόμεις exhibet, unde *R.* fecit ἐκληρονόμεις, jungens ὄρνιν εἰς τέχναν. Tu, Phoebe, monstrasti, te ingeniosam avem sorte tulisse. — Haec emendatio non magis probanda est, quam *Br.* interpretatio. Nam verba hujus originis neutra vi gaudent, non transitiva; ut ἱππομανεῖν, *nimio equorum flagrare studio*, μουσομανεῖν, *Musarum amore teneri*; in nonnullis abundantiae videtur esse significatio. φυλλομανεῖν, *foliis abundare*; ὑλομανεῖν, pr. *ligno abundare*, tum, *luxuriare.* Hinc apparet, καιρομανεῖν huic loco non convenire. Non definio, quid legendum sit; sed Jensiana lectio ἐκαιρονόμεις bonum sensum facit: *Tu avem opportune ad artificium direxisti.* — V. 5. 6. Vehementer hoc distichon depravatum est in Vat. Cod. ubi sic legitur: χερμάδα δὲ ψυλλιὸν σφαῖρον ποτον ἄρπαγι χεῖλει Ἔφθανε μαιμάσσων λαοτίναντον ὕδωρ. *Salmasii* emendationem exhibuit *Br.* Sed minori fortasse mutatione res profliganda est. Scripserim:

χερμάδας ἐκ ψάμμων σφαιρῶν, ποτὸν ἄρπαγι χείλει
ἔφθακ', ἀνιμάσσων λαοτίνακτον ὕδωρ.

lapillos ex arena conglobans et congestans, potum nactus est, aquâ lapidibus elevatâ et in superiores vasis partes adductâ. *Br.* comparavit *Plutarch.* l. c. — τὸ τῶν ἐν Λιβύῃ κοράκων, οἳ ποτοῦ δεόμενοι, λίθους ἐμβάλλουσιν ἀναπληροῦντες, καὶ ἀνάγοντες τὸ ὕδωρ, μέχρις ἂν ἐν ἐφίκτῳ γένηται. *Reiske* sic dedit: χερμάδα δ' ἐμβάλλων σφαιρὰν, ποτὸν ἅ. χ. ἔφθανε μαιμάσσων πουλυλίλακτον ὕδωρ. *globosum enim saxum immittens corvus in aquam, rapaci rostro valde desideratum ad humorem pertigit.*

V. Cod. Vat. p. 402. Plan. p. 105. St. 155. W. Puer quidam, cum cistam, paterna ossa continentem, undis videret abripi, illam quidem servavit, sed ipse in torrente periit. — V. 1. πατρῴαν in Vat. Cod. correctum. — V. 4. πικρήν. opem, ipsi perniciosam. — In Ed. pr. hoc Epigr. ἄδηλον est. *Bianoris* nomen *Aldus* invenit in Cod. In fine carminis *Jos. Scaliger* ἐφθίνετο conjecit. Nihil mutandum.

VI. Cod. Vat. p. 557. *Bianori* vindicat distichon, quod in Plan. p. 107. St. 157. W. sine auctoris nomine prostat in Capite εἰς πτωχούς. Sensus obscurus. Vulgo ὁρᾶται legitur, interrogandi signo in utriusque versus fine posito. *Scaliger* in not. mst. οὗτος ὁρᾶται; Ἔστι τινος ψ. interpretatione non addita, non magis quam ap. *Huet.* p. 13. In Vat. Cod: λιτὸς et ὁρᾶτε. Hoc recepit *Br.*, distinctione immutata; sed quo sensu verba acceperit, non dixit. Lusum continent, risus captandi causa propositum. Agitur de homine infimi loci, egeno et serviente. Qui cum nihil haberet proprium, jocose poëta quaerit, num animam habere putandus esset. Tum sibi ipse respondet: animam quidem, verum, ut reliqua omnia, non suam, sed alienam et mutuo sumtam.

VII. Cod. Vat. p. 399. Plan. p. 19. St. 30. W. In puerum, qui inter ruinas domus servatus est. —

Similem casum, qui Antiochiae in terrae motu ann. U. C. 868. contigit, narrat *Dio Cass.* LXVIII. 25. p. 1140. — V. 2. Ζεφύρου. Domus in puerum corruens, *levior Zephyro*, dubito an imaginem satis aptam faciat. Vix tamen putaverim, depravatum esse vocabulum. — V. 3. φέρετο. Ald. sec. — V. 4. ὠδίνων. h. l. pro caritate, qua matres amplectuntur liberos. *Grotius* vertit: *O gloria matrum, Concedit quarum partubus ipse lapis.*

¶. 156.] *VIII.* Cod. Vat. p. 408. Plan. p. 62. St. 89. W. Historia de Arione. — V. 1. δίνη h. l. pro ipso mari. — V. 2. ἀκάτου ὑπερβόθιον. Docte pro ὑπὲρ τοῦ ἀκάτου θῆκεν, ἔβαλεν ἐς τὸν βυθόν. — V. 4. σύνθρονον. eum ad lyrae sonum canentem statim delphinus excepit. Hoc *Br.* recepit ex duobus Plan. codd. pro vulgato σύνθρονον, quod etiam in Vat. Cod. habetur. — Paulo ante λιγυηχέι est in Plan. — ηχετ' ἐλ. Vat. Cod. — V. 5. Κορίνθιον ἄρα θ. Vat. Cod.

IX. Cod. Vat. p. 540. Plan. p. 166. St. 241. W. De navi, quae, cum in litore pice induceretur, flammis consumta est. — V. 3. ἐπὶ ζυγά. usque ad transtra constructam et finitam. Transtra enim, reliquis omnibus perfectis, addita esse puta. — V. 4. πεύκης νῶτα. Picem δάκρυα πεύκης appellat *Nicand.* Alexiph. v. 544. unde ap. *Hesych.* πεύκινον δάκρυ. πίσσαν. ut optime emendavit *Arnaldus* in Lect. gr. p. 114. quem vide. — V. 5. Pix, vehementi calore incensa, navem, quam in fluctibus fidam esse voluerant, in terra minus fidam esse monstravit; hoc sensu, ni fallor: navem in continente gravioribus etiam malis expositam esse, quam in undis.

X. Cod. Vat. p. 392. Plan. p. 29. St. 44. W. Expressum videtur ex *Apollonida* Ep. XXI. qui eandem historiam narrat. — V. 1. γὰρ Ed. Fl. Ald. pr. Junt. πὰρ emendavit Aldus. — V. 3. ἀνεπαύσατο. Vulgo. — V. 5. ἔλαθεν νόμος. Vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. —

Non *solus* latuit Justitiam, quae omnes assequitur; quod non valde commode dictum. Arbitrabar olim, scribendum esse:

> Ζηνὸς δ' οὔτι Δίκην ἔλαθε· τρόχος ἔμπεσεν ὄρνις
> ἀνδρὶ — — —

τρόχος ὄρνις. *avis Jovis nuntia. Eustath.* ad Od. δ. 199. 2. τρόχος κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ ἄγγελος. ἔτι δὲ καὶ ὁ δρόμος. Eodem sensu τρόχις ap. veteres usurpabatur. *Aeschyl.* Prom. 940. τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν. Dubitatur tamen, num hoc sensu scribendum sit τρόχος, an τροχός. Illud *Eustathius*, hoc *Etym. M.* p. 686. 10. praecipit. Vide ap. *Valcken.* ad Ammon. p. 216.

XI. Cod. Vat. p. 405. Plan. p. 45. St. 66. W. In equum animosum, qui navem recusabat conscendere. — V. 1. τῶν. Ed. pr. Asc. Steph. τὸν correxit Aldus. — ¶. 157.] V. 3. μὴ θάμβει, ne mireris. — V. 4. δεσμὰ βιαζόμενον. luctantem contra vincula, quibus constrictus in navem transfertur. — V. 5. οὐ γὰρ ἐπ' ἄλλοις. Non vult aliis imponi, ab aliis ferri, cum ipse sit celerrimus.

XII. Cod. Vat. p. 430. Plan. p. 101. St. 150. W. In Sardes, terrae motu eversas fluctibusque submersas. *Tacit.* Annal. L. II. 47. res anni U. C. 770. enarrans: *Eodem anno duodecim celebres Asiae urbes conlapsae nocturno motu terrae, quo improvisior graviorque pestis fuit. Neque solitum in tali casu effugium subveniebat, in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur. Sedisse immensos montes: visa in arduo, quae plana fuerint: effulsisse inter ruinam ignes memorabant. Asperrima in Sardianos lues plurimum in eosdem misericordiae traxit.* Qui praeterea hujus calamitatis mentionem fecerunt, vide ap. *Schneiderum* in Anal. crit. p. 17. — V. 1. τὸ πάλαι. Vat. — Γύγεω mallet *Jos. Scaliger.* Sic *Archiloch.* Fr. X. *Alexander Aet.* Ep. III. — V. 2. „Editi ἁ βασιλεῖ. Vat. αἱ. Emendavi αἷς βασιλεῖ. Quibus Persarum

„in Asia stabat imperium, quibus Persae in Asia regna„bant, quae caput erant Persici in Asia imperii. βασίλει „est imperfectum omisso augmento.“ *Br.* Huic et emendationi et interpretationi vix accesseris. Lectionis Vat. Cod. hic esse videtur sensus: Sardes, quae urbs magno regi quasi altera fuit Persis in Asia minori; fere tanta, quam Persia; urbs regni ad instar. Sic *Grotius*:

Gygiacae Sardes, Halyattae regia, quondam
Persarum dominis altera Persis eras.

Pro Ἀσιάδι Vat. Cod. ἀσίδι. — V. 3. Vulgo *αἱ Κροῖσοι.* quam pessimam lectionem judicat *Br.* κρυσῷ Vat. Cod. a pr. m. Superscriptum οι. Haec saepissime inter se permutantur. Cf. *Pierson.* Verisim. p. 47. Pactolus ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων ἐκ τοῦ Τμώλου, medium urbis forum interfluebat. *Herodot.* V. 101. p. 428. ubi laudant Intrpp. *Dion. Chrys.* Or. LXXXIII. p. 659. A. Hunc amnem διὰ μέσων ἀφικνούμενον Σάρδεων ἕτοιμα χρήματα κομίζειν, dixit *Strabo* L. XIII. p. 430. Hinc Sardium aedes lateribus, non ex limo, sed auro coctis, exstructas esse *Bianor* gloriatur, pro poëtarum more rem in miraculum augens. Obversabantur ei, ni fallor, aurei illi lateres, a Croeso Apollini missi. Cf. *Herodot.* L. I. 50. p. 23. *Lucian.* Contempl. 11. T. III. p. 45. ed. Bip. — V. 6. ἐξ ἀφανοῦς Vat. Cod. — In profundum cecidistis, ingenti terrae hiatu exorto. — ἀχανὴς χάσμα. *vastus et late patens hiatus.* ut ἀχανὲς πέλαγος ap. *Hesych.* in ἀ. ἀχανὲς βάθος ap. *Suidam* v. ἀνέχειν. — ἀπιδοῦσα εἰς βάθος ἀχανὲς ἐκπλαγεῖσα *Lucian.* T. I. p. 313. ed. *Reiz.* — V. 7. „In „Planudea Βοῦρα καὶ ἐς Ἑλίκην κεκλυσμένη. In Vat. Cod. „κεκλυσμένα. Βοῦρα accusativus pluralis esset a Βοῦρον. Sed „auctores omnes urbem hanc Βοῦραν vocant. Stephanus: „Βοῦρα. πόλις Ἀχαΐας θηλυκῶς. Harum Achaïcarum ur„bium subversionem narrat Diodor. Sic. ad Ol. CI. 4. „T. II. p. 39. ubi videndus doctissimus Wesseling.

„Fluctibus fuerunt obrutae. At Sardes terrae motu „quassatae, et magnis hiatibus absorptae. — Ex ob„servatis variis lectionibus scribendum censui: Βοῦρα κ' „ἰδ' Ἑλίκη κεκλασμένα. *Simile fatum, quo olim evanuere* „*Bura et Helice, tibi destinatum erat, quaeque mediter*„*ranea eras urbs, eundem exitum habuisti, quem illae* „*quae maritimae erant.*" *Br.* κεκλασμένα est vett. edd. lectio, usque ad Ascens. quae κεκλασμένη legit. Hoc recepit *Steph. Jos. Scaliger* margini adscripserat κεκλασμένα, δυϊκόν. Duali numero accipienda etiam correctio *Huetii* p. 13. κεκλυσμένα. In Vat. Cod. κεκλασμένα habetur; reliqua, ut in Plan. Mihi in syllabis καὶ εἰς tertiae cujusdam urbis nomen latere videtur, quod suppeditat poëta, nescio quis, ap. *Philonem* T. II. p. 514. κατὰ Πελοπόννησόν φασι τρεῖς πόλεις,

Αἴγειραν Βοῦράν τε καὶ ὑψηλὴν Ἑλικείαν,

εὐδαίμονας τὸ πάλαι γενομένας, πολλῇ τοῦ πελάγους ἐπικλυσθῆναι φορᾷ. Hinc legendum puto:

Βοῦρ', Αἴγειρ', Ἑλίκη τε κεκλυσμέναι.

Quantillum intersit inter αιγειρ et και εις, in oculos incurrit. Idem nomen restituere conati sumus *Crinagorae* Ep. XX. αὐτίκα δ' Αἰγείρας χθαμαλωτέρη, εἶθε, Κόρινθε, Κεῖσθαι, καὶ Λιβυκῆς ψάμμου ἐρημοτέρη. Saepissime commemoratur clades urbium Burae et Helicae. *Phavorinus* ap. *Stob.* T. CIII. p. 562. 10. non homines tantum, et familias, sed totas civitates funditus periisse dicens, alias aliis casibus, αἱ δὲ, addit, τῆς θαλάσσης ἐπελθούσης. ποῦ μοι Ἑλίκη; κατεπόθη. ποῦ Βοῦρα; καὶ αὐτὴ κατεπόθη. δύο πόλεις Ἑλληνίδες ἀπώλοντο ὥσπερ πλέουσαι. *Ovid.* Metam. XV. 293. *Si quaeras Helicen et Burim, Achaiadas urbes, Invenies sub aquis.* Si plura cupis, adi *Spanh.* ad *Callim.* H. in Del. 100. p. 463. et *Gatack.* ad *M. Antonin.* L. IV. p. 131. — V. 8. ἐν ῥυθίαις Vat. et Plan. Sed recte emendatum ἐμβυθίαις.

XIII. Cod. Vat. p. 215. *Bianori* inſcribit. In Plan. p. 274. St. 395. W. ſine auctoris nomine proſtat. Euripidis in Macedonia ſepulcrum, fulmine percuſſum, et quicquid ei ineſſet mortalis materiae luſtratum eſſe narratur. Plurimum huc faciunt verba *Plutarchi* Vit. Lycurg. c. 31. Tom. I. p. 143. ed. Tubing. ubi Biographus κεραυνὸν εἰς τὸν τάφον κατασκῆψαι narrat. τοῦτο δὲ οὐ ῥᾳδίως ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἐπιφανῶν, πλὴν Εὐριπίδῃ, συμπεσεῖν ὕστερον, τελευτήσαντι καὶ ταφέντι τῆς Μακεδονίας περὶ Ἀρέθουσαν· ὥστ' ἀπολόγημα καὶ μαρτύριον μέγα εἶναι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Εὐριπίδην, τὸ μόνῳ συμπεσεῖν αὐτῷ μετὰ τελευτὴν καὶ γενέσθαι, ἃ τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ πρότερον συνέπεσε. — V. 2. κεραυνείῳ. Ed. Flor. et Vat. Cod. κεραυνέῳ. Ald. pr. et tert. cum Aſc. Deinde omnes πᾶσαν ἀπημφίασας. Vat. Cod. π^{r}αιαν ἀπήχθίασας. — „Scripſi ἀπημφιάσω, ita re„quirente linguae uſu. ἀπημφίασας activum eſt, ut in „*Dioscor.* XXI. *Philipp.* LXXX. et alibi paſſim. Hic „verbum debet eſſe reciprocum." *Br.* Si vera eſt *Br.* lectio, in eum ſenſum accipi debet, ut Euripides, terrena natura penitus abjecta, ad ſuperos abiiſſe dicatur. Sed aliud quiddam latere ſuſpicor. — γαῖαν ἀπημφίασας protulit *Dorville.* *Huetius* p. 26. ἐπημφίασας ſuſpicabatur. — V. 4. *Barneſius* in Vita Eurip. §. 32. tanquam diverſam lectionem profert σώματος. — ἱστορίην quo ſenſu h. l. ſit poſitum, non ſatis video. Sive enim *notitiam*, *cognitionem*, ſive *hiſtoriam* verteris, obſcurum eſt. Sed ἱστορία etiam eſt ἡ θέα, ut ἱστορῆσαι, θεάσασθαι. Fuerit igitur periphraſis. ἡ θνητὴ ἱστορίη σώματος, *id quod in hoc tumulo mortale eſſe videbamus, intelligebamus.* Vide *Alberti* ad Heſych. v. ἱστορεῖ. not. 28.

XIV. Cod. Vat. p. 264. Εἴς τινα Κλειτώνυμον τύραννον, οὐκ οἶδα ὅστις. Bis exſtat in Planud. p. 31. et 248. St. 47. et 360. W. Non in tyrannum Clitonymum, ſed in tyrannicidam hujus nominis ſcriptum carmen. Qui

eum in fluvium projectus esset, ut piscibus praeda fieret, litore tamen casu ruente sepultus est. — V. 1. ἰχθύσι καὶ ποταμῷ. ut undae eum abriperent, pisces comederent. Hoc ἐν ἰχθύσι ταφῆναι dixit *Lucian.* T. I. p. 243. Similia collegit *Abresch.* anim. in Aesch. T. I. p. 154. — ἐχθρὸς ὅμιλος. tyranni satellites, ut videtur. — V. 2. εἰς ἄκρην. Recte *Brodaeus* interpretatur de acropoli, ubi tyrannus habitabat. — V. 3. Δίκα. Vat. et Plan. loco pr. — ὄχθῃ. Ejusmodi quid ut Paeto contingat, precatur *Propertius* L. III. 5. 37. *Reddite corpus humo, positumque in margine ripae Paetum sponte sua vilis arena tegat.* ut eleganter h. l. emendavit *Marklandus.* Comparavit *Burmannus* et Epigr. nostrum et *Petron.* c. 114. *aut quod ultimum est, iratis etiam fluctibus, imprudens arena componet.* — V. 5. αἰδομένα. Vat. Cod. et Plan. loco pr. et sic vers. sq. γᾶ et ἐᾶς. — Clitonymus ὅρμος ἐλευθερίης vocatur, quandoquidem in eo libertatis recuperandae spes erat posita. Terra hunc virum, libertatis suae strenuum defensorem, sepulcro condidit. Senatum Romanum *Cicero regum, populorum, nationum portum et refugium vocat,* Offic. II. 8. 2. De Titinio Capitone *Plinius* L. VIII. Epist. 12. *colit studia, studiosos amat, provehit; multorumque, qui aliqua componunt, portus, sinus, praemium.*

T. 158.] *XV.* Cod. Vat. p. 450. Plan. p. 54. St. 77. W. De puero apum stimulis confecto. Eandem historiam narrat *Antip. Thess.* Ep. LIII. — V. 3. ἠγνοίησεν ὁ δείλαιος. vulgo. quod in δειλὸς mutandum esse, praeclare vidit *Scaliger.* Et sic est in Vat. Cod. Deinde μελίσσαις omnes edd. veteres usque ad Asc. et Steph. — Ignorabat puer, se ad vos, ut ad apes, venire; eratis autem ipsi infestiores viperis. — Haec si sensum habent, hic esse debet: ignorabat naturam apium, nec qualibus telis instructae essent. Sed sic antithesis perit;

ex qua apparet, vocem *μελίσσας* ad mellificium respicere. Hoc sensu *Grotius*:

Se velut artifices ad apes miser ille ferebat;
At vobis nec erat vipera deterior.

Nostrum locum cum archetypo *Antipatri* comparantibus, *τὸ βρέφος, κηρία μαιόμενον* — fortasse probabile videbitur, sic olim scriptum fuisse:

Ἦ μαίμησεν ὁ δειλὸς ἐς ὑμέας οἷα μελίσσας
ἐλθεῖν.

Idem *μαίεσθαι* et *μαιμᾶσθαι*. *Hesych.* *μαιμᾷν. ὀρέγεσθαι. ἐπιθυμεῖσθαι. μαιμώμενος. ὁρμῶν. ζητῶν.* — V. 5. *θοίνης*. mellis loco, quod se apud apes inventurum esse speraverat. — *ἐναιμάξατε* Vat. Cod. *ἐσμάξατε* Plan. vulgo. Nostrum *Br.* in tribus codd. invenit. — V. 6. *ἀντίπαλοι*. naturam muneri vestro, melli, plane contrariam habentes.

XVI. Cod. Vat. p. 313. *ἄδηλον. οἱ δὲ Βιάνορος.* In Plan. p. 210. St. 306. W. *ἄδηλον.* De Attali immatura morte. Confer *Crinag.* Ep. XLII. 3. 4.

XVII. Cod. Vat. p. 309. *Βιάνορος γραμματικοῦ εἰς τινα γυναῖκα Κλεαρίστην τὸν ἴδιον υἱὸν ὀδυρομένην καὶ διαλόγιον ἀνακράξασαν, (ὥστε) τὴν ψυχὴν ἀποῤῥῆξαι.* In Plan. p. 231. St. 335. W. *ἀδέσποτον, οἱ δὲ Βιάνορος.* Auctoris nomen accessit in Ed. Steph. Hinc ductum Ep. *Eutolmii* III. T. III. p. 8. — V. 3. *ἐχάνδανε.* Fortasse secundum locutionem Homericam Il. λ. 462. *ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός.* — Sequentia sic expressit *Eutolmius*: *οὐδ' ἔσχεν παλίνορσον ἀναπνεύσασα γοῆσαι.* Hic memineris eorum, quae ex Satyro narrat Biogr. Sophoclis p. XI. 13. poëtam, Antigonam recitantem, *καὶ ἐμπεσόντα περὶ τὰ τέλη νοήματι μακρῷ καὶ μέσην ἢ ὑποστιγμὴν πρὸς ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχοντα, ἄγαν ἀποτείναντα τὴν φωνὴν, σὺν τῇ φωνῇ καὶ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι.* — *τόνοι πνεύματος.* partes illae, quibus spiritus emittitur. Sunt

enim

enim τόνοι ap. medicos, modo nervi, modo membranae, modo venae. Hoc loco per fistulam spiritalem, ubi animae meatus, optime explicaveris. — V. 6. εἰς omittit Vat. Cod.

XVIII. Cod. Vat. p. 265. Anth. Plan. p. 236. St. 343. W. De filiis Oedipi, ap. inferos etiam sibi invicem infestis. *Ausonius* Epigr. CXXXIX.

Nec Stygiis lucis ineunt sua foedera fratres
Oedipodionidae, de misero ab miseri!
Namque etiam ex uno surgentes aggere flammae
In diversa sui dissiliunt cineris.
Infandos juvenes! quos nec discordia cassos
Luce, nec in semet linquit atrox animus.
Atque utinam et Thebas quiissent partirier ipsas,
Regnorum et metas, ut cinerum nebulas.

Conf. Anth. Lat. T. I. p. 100. CLXXXVII. — V. 2. „In Plan. αἰσθάνεται δοράτων, ' errore librarii, cujus oculi „in ultimum versum aberrarunt. In Vat. membr. recte „πολέμων." *Br.* ζώντων. bellum adhuc vigens. Vid. ad *Antip. Thess.* Ep. XXXVI. — V. 4. τάφος ἀντίπαλος. Res incredibiles accumulans *Ovidius* in Ibid. v. 35. *Et nova fraterno veniet concordia fumo; Quem vetus accensa separat ira pyra. Philostrat.* L. II. Icon. XXX. p. 855. de igne in Oedipodarum busto: τὸ ἐντεῦθεν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τρέπεται καὶ τὸ ἄμικτον δηλοῖ τοῦ τάφου. ubi vide *Olearium. Antiphil.* Ep. XXXVI. quod totum comparandum: ἠνίδε πυρκαϊῆς δίχα φλόγα· δαιομένα γὰρ Ἐξ ἑνὸς εἰς δισσὰν δῆριν ἀποστρέφεται.

¶. 159.] *XIX.* Cod. Vat. p. 264. Plan. p. 261. St. 377. W. Continet hoc carmen querelas viri, ipsius, ni fallor, *Bianoris*, qui conjugem et, brevi post tempore, unum, quem habebat, filium morte amiserat. — V. 1. Θειονόεις Vat. — ἐμῆς γάμον. In Vat. non minus quam in

Plan. Sed in illo Cod. ſupra emendatum γϱ. μέϱον. — V. 2. Senſus apertus: Spes, quam in filio collocabam ſuperſtite, efficiebat, ut dolorem de conjuge levius ferrem. In verbis haeremus. στένειν εἰς ὀδύνας pro ἐν ὀδύναις accipias. Ingemiſcebam in doloribus minus gravibus propter ſpem filii. At hoc quam contortum! — V. 3. Editus hic verſus ex Plan. In Vat. Cod. habetur: φθονεϱὴν ἐπ' ἐνέσφισε μοῖϱαν. — V. 4. »Videtur ſcri»bendum καὶ εἰς λειπομένον. εἰς emendatum ab ignota »manu in Scaligeri codice repererat Huetius.« *Br.* — V. 5. Πεϱσεφόνη τόδε – ἄκουσεν Vat. Cod. τόδε etiam Planud. — V. 6. ἐπ' εἰχομένης Vat. Cod.

GERMANICI CAESARIS

EPIGRAMMA.

Cod. Vat. p. 360. Plan. p. 44. St. 64. W. — *Herodot.* L. III. 108. p. 251. ὁ λαγὸς ὑπὸ παντὸς θηϱεύεται θηϱίου καὶ ὄϱνιθος καὶ ἀνθϱώπου. Cf. *Athen.* IX. p. 400. E. Leporem *omnium praedae naſcentem* dixit *Plin.* L. VIII. 81. p. 483. Ex noſtro carmine ductum Ep. *Hadriani* III. quod Planud. etiam *Germanico* tribuit. *Auſon.* Ep. XIV.

Trinacrii quondam currentem in litoris ora
Ante canes leporem caeruleus rapuit.
At lepus: In me omnis terrae, pelagique rapina eſt,
Forſitan et coeli; ſi canis aſtra tenet.

LOLLII BASSI EPIGRAMMATA.

¶. 160.] *I.* Vat. Cod. p. 105. Plan. p. 482. St. 626. W. Jovem poëta ridet, quod, puellarum in gratiam, formam tam crebro mutaverit, cum ipse sine fraude dolove cum puella sua congrediatur. — V. 1. *Achill. Tat.* L. II. 37. p. 100. διὰ γυναῖκα Ζεὺς ἐμυκήσατο, διὰ γυναῖκά ποτε Σάτυρος ὠρχήσατο, καὶ χρυσὸν πεποίηκεν ἑαυτὸν ἄλλῃ γυναικί. Cf. *Lucian.* D. D. II. 1. T. II. p. 4. ed. Bip. — V. 2. ἄλλος χ' ὁ μελόθρους κ. ἐπ' ἠϊόνιος. Vat. Cod. et Plan. nisi quod Pl. μελίθρους habet et ἐπ' ἠϊόνος. Recte sine dubio *Br.* emendavit ἐπηϊόνιος. Reliqua an item recte constituerit, non dixerim. — V. 4. κού πέτομαι. ad cygnum referendum. Frigidum acumen. *Antipater Sidon.* Ep. II. unde haec petita, melius:

Εὐαγόρας δ' ὢν χαλκὸς ἄτερ δόλου αὐτὸς ἐναργὴς
πάντας καὶ πάσας, οὐ μεταβαλλόμενος.

II. Cod. Vat. p. 518. Βάσσου Σμυρναίου. In Plan. p. 134. St. 194. W. *Nicarcho* hoc carmen tribuitur. — Poëta vetulae cujusdam longaevitatem cogitans, veretur, ne Pluto ipse obierit. — V. 1. Κυτωταρίς. Vat. Cod. Nostrum est in Plan. Hoc nomen ap. *Theocrit.* Eid. VI. 40. γραῖα Κοτυτταρὶς pro nomine proprio habendum esse negat *Warton*, veneficam, circa Cotyttus sacra operantem, significari existimans. Dicendum potius, nomen a Cotytto derivatum esse. Vide Intrpp. *Hesychii* v. Κοτυττώ. — V. 3. ἔλαφος Vat. Cod. — *Quater egreditur cornicis secula cervus. Auson.* Eid. XVIII. secundum *Hesiodum* ap. *Plutarch.* T. II. p. 415. C. ἔλαφος τετρακόρωνος. Vetula ap. *Martial.* L. X. 67. *Pyrrhae filia, Nestoris noverca – Jam cornicibus omnibus superstes.* — ἡ χερὶ λαιῇ. Hunc locum *Brodaeus* ex *Bedae* commentario de digitorum opera explicat. Poëta vetulam Cotytta-

rim decem millia annorum implevisse ait. Laeva quidem manus numeros omnes citra centenarium indicabat. dextra centenos, ducentos, millenos et qui eos superant, usque ad myriadem. Porro decem millia cum dicis, *Bedae* verba sunt, laevam medio pectore supinam appones, digitis tantum ad collum erectis. Jam vero rursum, δεύτερον, sinistram adhibebat vetula nostra. In eundem modum haec verba explicat *Sirmondus* ad *Sidon. Apollin.* p. 98. *Wouwer.* de Polymath. VII. p. 50. *Juvenalis* Sat. X. 248. de Nestore:

qui tot per secula mortem
Distulit, atque suos jam dextra computat annos;

quem locum ex nostro carmine expressum esse, vix recte statuit *J. Rutgers.* Var. Lect. IV. p. 351. — V. 5. κλίπουσα. Sic Vat. Cod. Fuit itaque καὶ βλέπουσα, quod sensus patitur, metrum respuit.

III. Hoc quoque carmen in Plan. p. 135. St. 195. W. *Nicarcho* tribuitur. *Bassi* est in Vat. Cod. p. 518. sq. Conqueritur de ancilla surda, cujus ridiculos errores enarrat. — V. 1. Onesimus, Lollii nostri fortasse patronus, eum domi ap. se habebat. — V. 3. „εἴποιμεν. Ed. Flor. „male. At scribendum credo: εἴπω μέν." *Br.* — V. 5. πήγανον. Rutam contra capitis dolores efficacem putabant. *Dioscorid.* L. III. 47. πήγανον σὺν ῥοδίνῳ τε καὶ ὄξει κεφαλαλγοῦσι βοηθεῖ. *Plinius* L. XX. 51. p. 208. — V. 6. τήγανον. idem quod τάγηνον. Est *sartago*, *frixorium*, in quo carnes aliaque oleo infuso friguntur. Vide *T. H.* ad *Polluc.* X. 98. p. 1273. — ¶. 161.] V. 7. ὀπόν. *Hesych.* ὀπός. πιτύων. βοτάνη τις, δι' οὗ πήγνυται τὸ γάλα, καὶ τὸ τῶν δένδρων δάκρυον. καὶ τὸ γαλακτῶδες, ἐκ τῆς συκῆς ἐκθλιβόμενον. *Myrrham* hac voce significavit *Oppian.* Hal. L. III. 409. ἧς ἐνιμίσγων θεῖον ὀπόν. quod notavit *Arnaldus* Lect. gr. p. 105. Inter condimenta numeratur

ap. *Athen.* L. III. p. 100. F. ubi laseris succum significat. *Casaubon.* p. 198. *Salmas.* ad Solin. p. 256. B. — Ingeniose *Jos. Scaliger* conjecit: ἣν πόνον αἰτήσω. quod melius respondet τῷ ἄοκόν. — V. 4. πινῶν. Vat. Cod. — λάσανον eo sensu accipe, quo usurpavit *Eupolis* ap. *Moer.* p. 250. ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔστ' οὐδὲ λάσανον, ὅποι χέσω. ubi *Pierson* et nostrum locum laudavit, et *Horat.* I. Serm. VI. 9. *pueri, lasanum portantes oenophorumque.* — V. 9. ἂν δὲ τέξον. Vat. Cod. — V. 10. ὄξος ἔ. Vat. Cod. — V. 11. κήρυκα. me alta voce tanquam praeconem vociferari. Sic qui publice, alta voce loquuntur, κηρύσσειν dicuntur; cujus usus exempla vide ap. *Wetsten.* in N. T. I. p. 255. — V. 12. μελετᾷν. non de oratoribus tantum, qui commentantur, sed de omnibus, qui in aliqua arte exercentur. De histrionibus, vocem exercentibus, *Aristotel.* Problem. XI. 22. Etiam athletae dicuntur μελετᾷν. Vide *Mercurial.* Art. Gymn. III. 7. p. 206. Praecones, in ludis gymnicis certaturos, vocem crebro exercuisse, verisimile est. Eo fortasse respexit poëta. — Ceterum me lectoris gratum facturum esse spero, *Grotii* versione, sive imitationem malis dicere, hic apposita:

Exige, per superos obtestor, Onesime, surdam,
Quae mihi perpetui causa laboris, anum.
Caseus ad mensam si forte petatur ab illa,
Nescio quem casum me timuisse putat.
Ruta petita caput fuerat mihi forte dolenti,
In corbis nobis attulit illa rutam.
Si succis opus est aegro, fert anxia soccos,
Et mytilum cupiam si mibi, fert matulam.
Pro vino vannus; pro seta fertur acetum.
In vanum, quicquid dixero, verba cadunt.
Ut mediterna foris totis ego noctibus, aequum est,
Quid loquar, et praeco nunc ero propter anum?

IV. Cod. Vat. p. 394. Plan. p. 98. St. 144. W. Trojae profuisse docet, quod expugnata et eversa fuerit. Hac enim calamitate factum esse, ut Aeneae progenies Romanum populum orbisque terrarum imperium conderet. — V. 1. ἄῤῥηκτοι ὅρκοι. immutabilia Parcarum consilia. Inter res natura sua firmissimas τὸν ὅρκον recenset Ajax ap. *Sophocl.* in Trag. cognomine v. 648. κοὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδὲν, ἀλλ' ἁλίσκεται χ' ὡ δεινὸς ὅρκος, χ' αἱ περισκελεῖς φρένες. Dii, quae secundum fatorum ordinem in homines statuunt, jurejurando se obstringere dicuntur. *Aeschyl.* Agam. 1300. Ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας. post quem versum nonnulla excidisse videntur. Hoc loco igitur ὅρκος idem est, quod alibi θεσμοὶ, *foedera.* — σφραγίζειν, statuere, confirmare, ut in Epigr. XLII. T. III. p. 27. σοὶ κλέος δῆμος ἐπεσφρήγισσε θανόντι. — V. 2. Πριάμου. Priamus ad aram Jovis Hercei immolatus. Vide quae notavimus ad *Tzetzae* Posth. 732. p. 171. — V. 3. σύ. Vat. Cod. et Ald. pr. — V. 4. ἔχεις. Ed. Fl. et Ald. pr. ἔχειν correxit Ald. quod receptum in Ald. sec. et tert. ἔχει *Steph.* ex Ascens. — φροίμιον. adventus Aeneae quasi prooemium et initium Romani imperii. Simili, sed minus audaci metaphora, Tragici passim φροίμια λόγων dixerunt, quod illustrat *Valcken.* ad Phoen. p. 452. — Clamores, caedem praecedentes, φροίμιον φόνου appellat *Eurip.* in Herc. Fur. 753. φροίμια πρόξενα πόνων *Aeschyl.* in Suppl. 837. Longius progressi sunt in translato hujus vocabuli usu Sophistae, ex quibus exempla dedit *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 176. ed. Bip. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 443. — V. 5. ἡ γὰρ vulgo. ἢ correxit *Huet.* p. 12. — Junge πόλις ἐν ὅπλοις κόσμου ἄνασσα. urbs, quae armis sibi orbis terrarum imperium paravit.

V. Cod. Vat. p. 404. Plan. p. 74. St. 108. W. De naufragio illo, quod Graecorum classis ad saxa Capharea fecit. — V. 1. Καφηρίδες πέτραι scil. Vide *Lennep.*

ad *Phalar.* p. 50. qui nostrum quoque carmen protulit. — νόστου. Vat. Cod. et edd. veteres omnes usque ad Ascens. Num forte graeci poëtae verbum ὀλλύναι privandi sensu usurparunt, ut νοσφίζειν? Tum scribendum foret, haud paulo elegantius:

— αἵ ποτε νόστου
ὤλεσαν Ἑλλήνων, φεῦ, στόλον Ἰλιόθεν.

— V. 3. ψεύστας Vat. Cod. — V. 4. σέλας idem. σέλα πυρὸς αἰθομένοιο *Hesiod.* Theog. 867. Cf. *Munker.* ad Anton. Lib. c. 41. p. 276. — πυρσὸς ψεύστης. De Nauplii face, ductum ex *Crinagorae* Ep. II. — V. 5. Ἴλιος, calamitas, decenni illo bello etiam gravior. *Propert.* L. III. 5. 54. *Saxa triumphales fregere Capharea puppes, Naufraga cum vasto Graecia tracta solo est.* Vide *Bronkhus.* ad L. IV. 1. 115. — V. 8. „πᾶν Ἑλλὰς ἔκλαυσε „δάκρυ. Sic libri omnes, quos sequi satius esse credidi, „quam meis aut aliorum conjecturis indulgere. Notan„da phrasis κλαίειν δάκρυ, et quidem πᾶν. *propter te Grae„cia omnigenas lacrymas fudit.* Pater filium, uxor mari„tum, filius patrem luxit. “ *Br.* Nihil hujus Epigrammatis exitu vidi ineptius, nec ad sensum, nec ad numeros. Fac scriptum fuisse:

Ναύπλιε· σὴν δ' ἀρετὴν Ἑλλὰς ἔκλαυσε μακρόν.

et sensum habebis probabilem, et numeros satis elegantes. Ductus literarum in δακρύων et ἀρετὴν tam inter se similes, ut hanc saltem emendationis partem veram praestare ausim. ἀρετὴ autem non solum de robore et fortitudine, sed de quavis peritia, arte, facultate usurpatur. Recte autem *Bassus* hoc vocabulo in hoc contextu utitur. Graecia, quae Trojanorum exercitus fuderat, Trojanorum heroum virtutem superaverat, tuae unius virtuti, o Nauplie, succubuit. — μακρὸν κλαίειν dictum, ut μακρὸν ἀΰσεν ap. *Homer.* Il. γ. § 1. ε. 101. *Theocrit.* Eid. IV. 37. Alta voce canentes Nymphae &c.

μακρὸν — εἶπαν Ἐλειθυίης ἱερὸν μέλος ap. Callim. H. in Del. 256.

VI. Cod. Vat. p. 504. Plan. p. 69. St. 101. W. Mediocritatem in omni vitae conditione amico commendat. — V. 1. ἄγοι et γαλήνην ἀργήν. vulgo. Nostrum membranae Vat. suppeditarunt, ubi praeterea legitur: τὴν πάλινηνεμίην. unde apparet, olim fuisse scriptum:

— οὐδὲ γαλήνης
ἀργῆς ἡσπασάμην τοὔμπαλι νηνεμίην.

In simili mediocritatis commendatione *Horatius* II. Carm. X. init.

Rectius vives, Licini, neque altum
Semper urgendo, neque, dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Litus iniquum.

ad quem locum comparant *Senecae* Agam. 100. sqq. *Salmasius* in not. mstis corrigit: οὐδὲ γαλήνης ἄγρης ἢ. τὴν πάλι νηνεμίην. non satis video, quo sensu. — V. 4. καὶ πάλαι. vitiose Vat. Cod. — ¶. 162.] V. 6. Θυέλλας. vitae conditionem puta, quae tempestatibus est exposita. — Ζέφυροι. vita tranquilla, nec tamen plane otiosa.

VII. Cod. Vat. p. 402. Plan. p. 9. St. 16. W. De trecentis illis Spartanis, qui cum Leonida ad Thermopylas occubuerunt. — V. 1. Ληθαίης ἀκάτου. *Tibull.* L. III. El. V. 23. *Elysios olim liceat cognoscere campos Lethaeamque ratem Cimmeriosque lacus.* *Theocrit.* Eid. XVI. 40. εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος. — δεύτερον. Trecenti Spartani occisi etiam in pugna de agro Thyreatico. Cf. Ep. *Gaetul.* II. *Simonid.* Ep. XXVI. — Pro ἔσχ' Aldin. sec. εἶχ', unde *Scalig.* εἶλχ' fecit. — V. 3. πρόεδια. *Dioscorid.* Ep. XXXIII. τραύματα δεξάμενος, Δεινὰς ἀντία πάντα. Vide not. p. 403. — V. 4. καὶ στ. Vat. Cod. — In pectore tantum pugnae apparent vestigia. —

V. 5. εἰς ἐμὸν ἀμπαύεσθε Ὕπνον, *in meum somnum requiescite*, insolenter dictum. Tu corrige:

καὶ αἴσιμον ἀμπαύεσθε

ὕπνον.

Mutatio minima, et, ut mihi quidem videtur, certa. ὕπνος αἴσιμος, *somnus fatalis*, quem πότμον ὀφειλόμενον vocat *Leonid. Alex.* Ep. XXXVIII. αἴσιμον ἦμαρ *Homer.* Il. Θ. 72. ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα. *Schol.* — V. 6. ἐννεάτου, Vat. Cod.

VIII. Cod. Vat. p. 243. Plan. p. 204. St. 297. W. In tumulum eorundem trecentorum Spartanorum, Leonidae inprimis, cui leonis imago imposita. *Herodot.* L. VII. 225. p. 611. ὁ δὲ κολωνός ἐστιν ἐν τῇ ἐσόδῳ, ὅκου νῦν ὁ λίθινος λέων ἕστηκε ἐπὶ Λεωνίδῃ. Cf. Ep. *Simonid.* XXXV. *Antipatri Sid.* XCI. — V. 1. γάρ. vett. nonnullae edd. — V. 3. ἀμβλύναντες. qui primi fregerunt belli inter Persas et Spartanos impetum. — Male haec acceperunt Interpp. — V. 4. Μῆδον καὶ Λακεδαιμονίαν. Vat. Cod. vitiose pro Λακεδαιμόνιον. — V. 5. »In Planudea corrupte legitur: ἐπ' ἐμεῖο βόστρυχον εἰκόνα θήρης. In Vat. »βοόστρυχον εἰκόνα θηρός. sarto sic metro et paulo meliori »sensu. βροστρόχου reponebat Salmasius. Sed βοόστρυχος, »etiamsi Graecum esset, nihil aliud esset, quam βόστρυχος substantivum, et hîc epitheton requiritur, quod »vel ad εἰκόνα vel ad θηρὸς referatur. Emendationem »Toupii ad Suidam P. III. p. 462. recepi.« *Br.* Hoc distichon protulit *Suidas* in γαγὼς T. III. p. 423. sic ut in Plan. unde hoc ulcus inveteratum esse apparet. βοόστρυχον jam *Opsopoeus* conjecit. *Brodaeus* legebat sic: ἐπ' ἐμοῦ· πυρσοβόστρυχον sive διαβόστρυχον. in quo praeivit Schol. gr. *Leichius* in not. ad Carm. Sepulcr. p. 13. legit: — ἐπ' ἐμεῦ λῦν βόστρυχον, εἰκόνα θηρός. quod nihili est. *Bernardus* ad Reisk. in Epist. p. 326. — ἐπ' ἐμεῦ βλοσυρὸν δᾶ εἰκόνα θήρης. simul laudans locum *Ptolemaei* He-

phaest. L. II. p. 309. ed. Gale. ubi docetur, cur olim lapidei leones tumulis sint impositi. *Casaubonus* in not. msc. tentabat — ἐπ' ἐμεῖο πανόπτριχος ε. θηρός. *Jos. Scaliger* denique sic plane, ut *Toupius*, hunc locum restituit.

IX. Cod. Vat. p. 263. Anth. *Reisk.* nr. 602. p. 87.— Niobe loquitur. — V. 1. ἀδ' ἐγὼ ἡ. Vat. Cod. — τοσάκις λίθος. Frigida hyperbole. — V. 2. ἐκ μαστῶν .... ἔπηξα. Sic Vat. Cod. lacuna relicta, et *Reisk.* qui tamen ἔτηξα emendavit. In Latinis dedit *candidum lac*, quasi λευκὸν γάλα in Cod. legeretur, quod non minus bonum, quam θερμὸν, quod *Br.* inseruit ex conjectura *Salmasii* in apogr. Guyeti, lectoribus ne monitis quidem. — V. 3. αἰδῖνος ἀριθμοὺς ἡ τέκον. Vat. Cod. et *R.* qui vertit: *Plutonis nunc est illa quondam uteri mei beata copia, cohortes liberorum enixi.* At ἀριθμοὶ non est *copia*, sive *cohors*, sed absolute positum *paucitatem* significat. — Optime haec emendavit *Br.* cui ᾧ videtur deberi. ἀριθμὸς enim in marg. ap. Guyet. reperio. *Magnus ille liberorum numerus Plutonem ditat; Huic enim, non mihi peperi. Sophocl.* Oedip. T. 29. μέλας δ' Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.

X. Cod. Vat. p. 264. Edidit *Leichius* in Sepulcr. 1. p. 2. Anth. *Reisk.* nr. 603. p. 88. In Germanici mortem, quem Pluto Diis, non inferis deberi, pronuntiat. »Germanicus Antiochiae supremum diem obiit A. U. 771. »veneno, ut multi crediderunt, a Pisone ei dato. In »ejus mortem factum hoc Epigr. cujus lemma in apogr. »Buheriano depravatum, sic reformandum est: εἰς Γερ»μανικὸν τὸν Καίσαρα ἀδελφιδοῦν Νέρωνος [In Vat. Cod. est: »εἰς Γ. τὸν Καίσαρος ἀδελφιδοῦν, τὸν πατέρα Νέρωνος] i. e. Ti»berii Neronis fratris filium. Tiberium autem simpli»citer Νέρωνα appellabant, ut supra in Crinagorae Epi»grammatis XVIII. lemmate εἰς εἰκόνα Νέρωνος.« *Br.* Tiberius Neronis nomine appellatur etiam ap. *Horat.* I.

Epist. VIII. 2. IX. 4. Recte se habet lemma Vat. Cod. Erat enim Germanicus, Drusi filius, Tiberii Imperatoris ἀδελφιδοῦς, idemque Neronis pater, ejus, qui cum Druso, Tiberio criminante, hostis judicatus est. *Sueton.* Vit. Calig. c. VII. Cf. *Reimar.* ad *Dion. Cass.* T. II. p. 866. 35. *Fabricius* p. 894. 79. — V. 1. Nexus sententiarum in duobus his distichis non satis perspicuus. *Reisk.* ita interpretatus esse videtur, ut Pluto Orci custodes omnes portas claudere omnesque aditus obstruere jubeat, ne Germanicus, astris debitus, in inferorum regnum penetret. Profecto nisi alia est hujus carminis expediendi ratio, fatendum est, poëtam nugas egisse. Longe aptius lusit *Julian. Aegypt.* Ep. LX. ubi Cerberum hortatur, ut Orci portas diligenter observet, ne defuncti, Archilochi rabiem timentes, aufugiant. Fortasse post v. 2. aliquid excidit. Fortasse etiam prius distichon ad aliud carmen pertinet. Certe posterius pro integro Epigrammate haberi potest. — κλειδοῦχοι, qui Orci claves tenent. Aeacum κλειδοῦχον habemus in Ep. ἀδεσπ. DCXCIII. Idem ap. *Apollodorum* L. III. 12. p. 254. τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου φυλάττει. Haec attigit *Wesseling.* in Obss. L. I. p. 10. Fusius tractavit *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 502. Bip. — V. 2. δέχοισθε Vat. Cod. δέχεσθε emendatum in apogr. Guy. et Ruhnk. στόμια foramina esse videntur, quibus clavis inseritur. Comparavit *Leichius* Axiochum c. XIX. p. 112. ed. Cler. τὰ δὲ πρόπυλα τῆς εἰς Πλούτωνος ὁδοῦ σιδηροῖς κλείθροις καὶ κλεισὶν ἀσφαλίζεται. *Propert.* L. IV. 11, 7. *ubi portitor aera recepit, Obserat umbrosas lurida porta domos.* — V. 4. νῆα τόσην. tantam navem, quantam hujus viri magnitudo requirit. Frigidum acumen!

¶. 163.] *XI.* Cod. Vat. p. 261. Plan. p. 213. St. 310. W. Λουκίλιου. In Atymnium, qui Thebis profectus Tarenti diem obierat. Intelligendum esse oppidum Italiae, Thebam sive Thebas dictum, monuit *Opsopoeus*;

idque probat *L. Holsten.* ad *Stephan.* p. 137. qui ex hoc ipso carmine colligit, illam urbem non procul a Tarento fuisse sitam. — V. 2. δαίμονες. Fallax et incerta spes hominum, mendax fortuna. — V. 4. ὑπ' ὠλετο, Vat. Cod. — V. 5. ἐπὶ παιδὶ λιπὼν βίον. obiit relicto filio, cui custos et tutor esse debebat, eumque ideo oculis moriens privavit, illo, patre amisso, tanquam coeco errante. *Pausan.* L. III. 19. p. 259. Polyxo, ait, Argivam Tlepolemo μετασχεῖν φυγῆς τῆς ἐς Ῥόδον καὶ τῆς νήσου τηνικαῦτα ἄρχειν ὑπολειπομένην ἐπὶ ὀρφανῷ παιδί. *marito superstitem una cum pupillo filio.* Pluribus exemplis hunc usum praepositionis ἐπὶ illustravit *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 436. ed. Bip. Non igitur opus est emendatione *Casauboni*, ὀρφανικὸν δ' ἐ. παῖδα — hoc sine dubio sensu: orbum relinquens filium, hujus vitam privavit oculis. — Pro ὀφθαλμῶν Vat. Cod. ὀφθαλμὸν legit.

THALLI MILESII EPIGRAMMATA.

¶. 164.] I. Cod. Vat. p. 184. Edidit hoc carmen, quod scriptum videtur in natales Tiberii imperatoris, *Boivin dans les Mémoir. de l'Acad. des Inscr.* T. II. p. 291. Anth. *Reisk.* nr. 484. p. 36. — V. 3. βωμοῖς. *Reisk.* male. — V. 5. παππώοις. Vat. Cod. Recte hoc emendatum in Apogr. Tu vestigia in avitis vestigiis posuisti. Hoc verba significant; nihil amplius. Nam ἴχνος ἐρείδειν dicuntur, qui pedes aliquo ponunt, sive ingredientes, sive stantes. *Paul. Silent.* Ep. XXXVI. Εἰ καὶ τηλοτέρω Μερόης τεὸν ἴχνος ἐρείσεις. *Zenodot.* Ep. II. T. II. p. 61. ὃς ἐπ' ἐμοὶ μηδ' ἔρνις ἐν εἴαρι κοῦφον ἐρείδει Ἴχνος. *Meleager* Ep. XIX. τὸν ἐκ πελάγους ἐπὶ γαῖαν Ἄρτι με πρωτόπλοον ἴχνος ἐρειδόμενον. Jam vides, quid statuendum sit de *Boivinii* et interpretatione et conjectura. Sic enim vertit:

Puissiez-vous, affermissant vos pas sur le thrône de votre ayeul, demeurer avec nous un grand nombre d'années, comme nous le demandons par nos prières. Quum inter duodecim priores Caesares Tiberius et Caligula avis successerint, ad Tiberium potius pertinere censet τὰ ἑδράων ἴχνος, *qui avait d'autant plus besoin de s'affermir sur le thrône, que de son tems les Romains n'avaient pas encore entièrement perdu le goût de l'ancienne liberté.* Haec sponte concidunt, verbis recte expositis. De Tiberio tamen et ipse agi puto, qui juvenis avi Augusti virtutem referre videbatur. Sensus est, qui ap. *Theocritum* Eid. XVII. 121. de Ptolemaeo secundo: μοῦνος ὅδε προτέρων τοκέων ἔτι θερμὰ κονίῃ, Στειβόμενος καθύπερθε, ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη. — V. 6. μέλλοις Vat. Cod. a pr. man. Superscriptum γρ. μένοις. *Serus in coelum redeas diuque Laetus intersis populo Quirini. Horat.* I. Carm. II. 45.

II. Cod. Vat. p. 158. ἀνάθημα τῷ Ἄρει παρὰ τινῶν Θάλλου Μιλ. Edidit *Kuster.* ad Suid. T. I. p. 457. ubi τ. βροτολοιγὸς vers. ult. a Lexicographo excitatur. Anth. *Reisk.* p. 4. nr. 404. — V. 3. Μελάντας. Vat. Cod. Μελάνθας est in apogr. Guy. et Ruhnk. — V. 6. δαΐης *Reisk.* δηΐης *Suid.* et Cod. Vat.

III. Cod. Vat. p. 170. Θυηλλου, quod aut in Θάλλου, aut in Θυίλλου mutandum esse judicabat *Br.* post *Reiskium* nr. 446. p. 18. qui etiam de Κόθνου cogitabat. At hoc longius abest. Sine auctoris nomine edidit *Kuster* ad *Suid.* v. ἀμφιλαφὴς T. I. p. 152. Lucus describitur circa fontem, Pani sacer. — V. 1. τανυμήκεες. Cod. lectio. τανυήκεες. apogr. Lips. — V. 2. legitur ap. *Suid.* l. c. qui ἥ θ' ἱερὰ recte dedit cum Vat. non, ut *R.*, ἡ δ' ἱερά. In marg. Guy. et Ruhnk. ἡ διερὰ, *humorem amans*, φίλυδρος. — Iterum Lexicographus v. τανυμήκεες. αἱ μῆκος ἄπειρον ἔχουσαι. καὶ αἱ τανυμήκεες αἶται ἰτέαι. T. III. p. 429. — ἀμφιλαφὴς πλάτανος. Solemne platani epitheton post

Platonem in Phaedr. p. 338. A. Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 27. Pulchre illud vocabulum circumscripsit *Ovidius* in Nuce v. 17. *At postquam platanis sterilem praebentibus umbram Uberior quavis arbore venit honos; Nos quoque frugiferae, si nux modo ponor in illis, Coepimus in patulas luxuriare comas.* — V. 3. Hunc vers., omisso Πανὶ, *Suidas* laudat v. λιβάδα T. II. p. 444. Hinc idem sumsit βοτηρικὰ κύπελλα T. I. p. 443. — V. 4. ἄγκειται. Vat. Cod.

¶. 165.] *IV.* Cod. Vat. p. 391. Θαλοῦ Μιλησίου. Edidit *Jensius* nr. 118. *Reisk.* Anth. nr. 769. p. 162. In platanum, vitibus junctam, quae patulis ramis diffusa amantium mysteria tegebat. — V. 1. φιλεόντων ὄργια. *Aristoph.* Lysistr. 832. τοῖς τῆς Ἀφροδίτης ὀργίοις εἰλημμένος. Vide not. ad *Antip. Sid.* Ep. LXXIV. — Male seq. v. *Bernardus* Epist. ad Reisk. p. 507. conjicit: ὄργια παννυχὸν φ. τ. — V. 3. ἀμφὶ δ' ἂν. Vat. Cod. αὖ dedit R. ἄρ' est in marg. Guyet. — V. 5. φυλλὰς ἀπὸ σεῖο. i. e. ἡ σοῦ φυλλάς. *Scolion* XXII. 4. οἶνον ἀπ' ἀμπέλου. ubi vid. not. p. 308. — V. 6. τοὺς Παφίης ἑτάρους. Amantes *Paphiae sodales* fuisse dictos, vix putem. Scribendum potius:

τοὺς Παφίης ὀάρους.

minima mutatione. Sunt autem οἱ ὄαροι Κύπριδος, dulces amantium sermocinationes et amplexus. *Leontius* Ep. XIV. ὃς ποτὶ γῆρας Ἤλυθεν ἀγνὸς ἐὼν κυπριδίων ὀάρων. *Agathias* Ep. I. mulieribus κυπριδίους ὀάρους πότνια δῶκε Κύπρις. Carm. Heroic. XXI. 16. πολλάκι δ' εὐναίων ὀάρων βεβιημένος ὁρμῇ. Epigr. ἀδέσπ. CCLIII. amorem τερπόμενον νυχίοις ἠϊθέων ὀάροις. *Callimach.* Fr. CXVIII. εὐναίους ὀαρισμούς.

V. Cod. Vat. p. 261. Θαλλοῦ Μιλησίου. Plan. p. 192. St. 280. W. In duos juvenes Milesios, qui in Italia obierant. — V. 3. ἤλλαξαν. Vat. Cod. — στεφάνων sensu translato pro *gloria, ornamentis,* quorum illi patriae suae

ſpem excitaverant, videtur poſitum. — V. 4. ἐν βαιῇ κάλπιδι. *Soph.* Electr. 1142. σμικρὸς προσήκεις ὄγκος ἐν σμικρῷ κύτει.

CNEII LENTULI GAETULICI

EPIGRAMMATA.

¶. 166.] *I.* Cod. Vat. p. 90. Γαιτουλλίου. Edidit *D. Heinſius* in Carm. gr. p. 149. junctim cum *Rufini* Ep. I. Sic etiam *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 102. nr. 282. In Cod. Vat. tamen haec ſejuncta ſunt. Venerem marinam poëta, ad puellam profecturus, donis placare ſtudet. — V. 2. Hunc verſ. cum parte primi laudat *Suidas* T. III. p. 701. ψαιστά. ἄλφιτα ὑπὸ μύλης κατεψημένα. ut h. l. emendavit *Toup.* P. III. p. 577. Pauperiorum haec fuiſſe munera, docet *Kuſter* ad *Ariſtoph.* Plut. 138. et 660. et *Spanhem.* ibid. p. 249. — V. 4. ὑμετέρης. Cod. Vat. et *R.* ἡμετέρης dedit *Heinſius.* — V. 5. Et amanti et naviganti propitia appareas. — *Philodem.* Ep. XXIV. Κύπρι φιλορμίστειρα, φιλόργιε, σῶζέ με, Κύπρι, Ῥωμαϊκοὺς ἤδη, δέσποτι, πρὸς λιμένας. *Antip. Sid.* Ep. LIII. νοτερῆς δέσποτις ἠϊόνος.

II. Vat. Cod. p. 243. ſq. Γαιτουλίκου. Plan. p. 204. St. 297. W. In trecentos Spartanos et Argivos de agro Thyreatico pugnantes. Conf. *Loll. Baſſ.* Ep. VII. — V. 1. βίοτα. Vat. Cod. — V. 2. Laudat h. v. cum parte praecedentis *Suidas* v. θοῦρον T. II. p. 201. — μάχην ἀνάγγελον. unde nemo revertebatur. — V. 3. ἐπ' ἄλλῳ. Vat. Cod. a man. ſec. — V. 4. Θυρέα. Idem hemiſtichium habet *Chaeremon* T. II. p. 55.

III. Vat. Cod. p. 174. Γαιτουλλίκου. Plan. p. 420. St. 555. W. Γετουλίκου. Leonidas, a morbo ſanatus, ſacra

facit Veneri, ut ipsum a paupertie quoque liberet, precatus. Optime noster Leonidae dicendi genus imitatus est. Hinc expressum Epigr. *Longini* I. p. 200. — V. 1. 2. laudat *Suid.* T. I. p. 664. ubi αἶψα τάδε κλυτὰ legitur. κλυτοῦ Cod. Vat. Vix vera lectio ΑΙΨΑ. Legendum puto:

λιτὰ τάδε κλειτοῦ δῶρα Λεωνίδεω.

In Codd. ψ pingitur ut +; hinc error. Nihil aptius huic loco vocabulo λιτά. Noster Ep. I. σοὶ τάδε πέμπω φαιστία καὶ λιτῆς δῶρα θυηπολίης. *Leonid. Tar.* Ep. XV. εἰ δὲ τὸ δῶρον μικρὸν, ἃ λιτὰ ταῦτα φέρει πενία. *Antip. Sid.* Ep. LIII. λιτός τοι δόμος οὗτος. — Nolim audacior esse, sed ipsa Vat. Cod. et *Suidas* lectio eo ducit, ut praeterea corrigamus:

λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ δῶρα Λεωνίδεω.

Lenissimam vides emendationem, una nimirum litera mutata. λιτὸς est *pauper*, et de personis non minus ac de rebus usurpatur. *Callimach.* H. in Apoll. 10. Ὅς μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος· ὃς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος. Ὀψόμεθ', ὦ Ἑκάεργε, καὶ ἐσσόμεθ' οὔποτε λιτοί. *Antiphil.* Ep. VI. λιτὸς ἐγὼ τὰ τύχης. Cf. ad *Leonid. Alex.* Ep. XXX. 7. Paupertatis suae mentionem fecisse poëtam, colligas ex imitatione *Longini*:

Ἐκ πενίης, ὡς οἶσθα, κυρειφνέος, ἀλλὰ δικαίης,
Κύπρις ταῦτα δέχου δῶρα Λεωνίδεω.

Sed magis etiam ex ipso *Leonida Tar.* Ep. XIII. unde totum carmen expressum:

— ἐν πενίης τεύχην χάριν, ἔκ τε πενέστεω
χηὸς ἀλιγηπτύω δέξο Λεωνίδεω.

quae nostrae lectioni ad amussim respondent. — V. 5. ἁλινήκτειραν. Olivae in aqua salsa asservabantur, unde ἁλμάδες. Vide *Athen.* L. II. p. 56. B. C. — Excitat h. v. *Suidas* T. I. p. 113. ἁλινήκτειραν· τὴν ἐν ἁλὶ νηχομένην.

νην. et v. ἀπόπυλον T. I. p. 258. — V. 6. *Suidas* T. III. p. 74. vitiose: καὶ ψαιστῷ ὀλίγον δράμα πενιχραλέον. Veram lectionem servavit in ψαιστά T. III. p. 701. — In Vat. Cod. a pr. m. ψεστόν. — V. 7. *Suidas* v. σπονδή. — καὶ σπονδῆτις· καὶ σταγόνα σπονδῆτιν. T. III. p. 364. Idem σπονδῖτιν legit v. κόλιξ T. II. p. 393. ubi totum laudat distichon. Vat. Cod. σπονδίτην. et v. sq. τὴν κ. βαιῷ. Hoc *Suid.* quoque confirmat. Vulgo τῆς κόλικος βωμῷ. Incidebat *Brodaeus* in βωβῷ, quia ap. *Hesychium* reperitur: βωβός. πηρός. Βωπούς. πηρούς. χωλούς. quod nihili est. *Jos. Scaliger* conjecit in not. msc. βυθίῳ πυθμένι. — ¶. 167.] V. 10. »In membranis scriptum δάσει et supra »correctum γρ. δώσει. Utrumque mendose. At ex com»paratione aliorum carminum in idem argumentum, »scribendum censeo θόσω. Leonidas: δέξο χιμαιροθύτην. »Longinus: καὶ τότε βουθυτέοντά μ' ἐσόψεαι. Vide Phi»lippi X.« *Br.*

IV. Cod. Vat. p. 203. Γαιτουλίκου. Anth. Plan. p. 427. St. 562. W. Γαίτου. Historia de Alcone, qui, cum filium serpentis nodis constrictum videret, belluam, non sine gravi periculo filii (Phaleri), sagitta confecit. *Valerius Flaccus* L. I. 398. Phalerum narrat hunc casum in armis expressum gestasse: *vacua nam lapsus ab arbore parvum Ter quater ardenti tergo circumvenit anguis: Stat procul intendens dubium pater anxius arcum. Manilius* L. V. 304. eundem casum respexit:

Quin etiam ille pater tali de sidere cretus
Esse potest, qui serpentem super ora cubantem,
Infelix, nati, somnumque animamque bibentem,
Sustinuit misso petere ac prosternere telo.

Veterum loca de Alcone collegit *P. Leopardus* Emend. L. VI. 5. p. 148. sq. et *Sirmond.* ad *Sidon. Apollin.* p. 118. — V. 4. βαιὸν lineae superscriptum in Cod. Vat. Displicebat *Gilberto Wakefield* vulgata lectio, eamque sic

corrigebat, Silv. crit. IV. ἧἰξ', ἀτρύτου βαιόν. — V. 5. Idem bene corrigit πανσάμενος δὲ φόβοιο. *metu feliciter deposito*. Vera videtur haec emendatio.

V. Cod. Vat. p. 258. Γαιτουλίκου. Plan. p. 219. St. 320. W. Γαιτουλίου. In tumulum filiorum Medeae. — V. 1. Μηδείης. Vat. Cod. Plan. — V. 2. Γλαύκης. *Schol. Eurip*. Med. 19. περὶ δὲ τῆς Κρέοντος θυγατρὸς οὐχ ὁμοφωνοῦσι τῷ Εὐριπίδῃ οἱ ξυγγραφεῖς. Κλειτόδημος μὲν γὰρ Κρέουσάν φησι καλεῖσθαι, γήμασθαι δὲ Ξούθῳ· (confundens nimirum Erechthei filiam, Atheniensem, cum Creontis filia, Corinthia:) Ἀναξικράτης δὲ Γλαύκην. Vide inprimis *Munker*. ad *Hygin*. Fab. XXV. p. 64. *Wesseling*. ad Diodor. L. IV. 34. — V. 4. μητρὸς ἀμειλίκτου. Plan. Medea ap. *Euripidem* v. 1378. pueros occisos in Junonis lucum latura, γῇ δὲ τῇδε Σισύφου, ait, Σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομεν Τολοιπὸν ἀντὶ τοῦδε δυσσεβοῦς φόνου. Annua his pueris sacra ap. Corinthios fuisse facta, etiam *Pausanias* narrat L. II. 3. p. 118. Conf. *Aeliani* V. H. L. V. 21.

VI. Cod. Vat. p. 218. Γαιτουλ. In Plan. p. 271. St. 391. W. sine auctoris nomine prostat. In Archilochi tumulum. Praetereuntes poëta hortatur, ut vel defuncti acres iambos caveant. — V. 1. „πικρήν. Cod. Vat. μικρήν. In Meleagri praefatione, ubi de Archilochi car„minibus — μικρὰς στράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ, contra Hem„sterhusium, reponentem πικρὰς, recte tuetur Dorville „ad Char. p. 711. At hîc πικρὴν absque controversia „verum est." *Br*. - Nec aliter judicavit *Dorvillius*. πικρὴ Μοῦσα, genus poëseos irae et conviciis sacrum, quod quia Archilochus praecipue excoluit, Musam dicitur imbuisse *veneno vipereo*, quo nullum exitiosius. In Vat. autem Cod. πικρὴν superscriptum est. — V. 4. ἅμματα *suspendium* h. l. significat. — V. 5. Ducta sunt haec ex *Leonida Tar*. Ep. XCVII. de Hipponacte: μὴ τὸν ἐν ὕπνῳ Πικρὸν ἐγείρητε σφῆκ' ἀναπαυόμενον. Cf. *Philipp*. Ep. LXXXIII.

— V. 6. ἐφ' ἑζομένους. Vat. Cod. — κινήσεις. Ed. vett. usque ad Ascens.

VII. Cod. Vat. p. 247. Γαιτούλλου. In Plan. p. 246. St. 357. W. Γαιτανλλικοῦ. ut Aldus invenit in Cod. suo. In Ed. pr. et Ascens. Γετουλίου. In cenotaphium naufragi cujusdam Cretensis. — V. 1. Πελοποννήσος. Plan. Πέλοπος νᾶσος. Vat. Cod. superscriptum γρ. πόννασις. — Voci δύσπλοος substantivi vim tribuit *Brodaeus*, quod sine exemplo puto fieri. Fortasse in Κρῆτα substantivum latet, velut πόντος vel simile. Certe illa voce facile carebimus, cum *v.* 3. diserte indicet, Astydamantem Cretensem fuisse. — V. 2. Μαλέου. Erat proverbium ap. Graecos: Μαλέαν δὲ κάμψας, ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. quod attigit *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* T. I. p. 592. 53. et *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 40. — Pro τυφλαὶ *Bernardus* ad *Theoph. Non.* XIX. Tom. I. p. 83. conjecit στυφλαὶ ex *Lycophrone* 737. Sed bene se habet vulgata. σπιλάδες sunt saxa sub undis latentia et proinde *coeca.* — V. 4. ἔπλησεν θηρῶν. Plan. et Vat. Cod. — ¶. 168.] V. 5. ψεύσταν. Ductum est hoc cum praecedentibus ex *Leonid. Tar.* Ep. XC. κἠγὼ μὲν πόντῳ δινεύμενος, ἰχθύσι κύρμα, Οἴχευμαι· ψεύστης δ' οὗτος ἔπεστι λίθος. Hoc cum acumine extulit noster: Non mirum, fallax monimentum conspici ap. Cretenses, ubi ipsius Jovis monstretur sepulcrum. Praeclare huc facit *Callimach.* H. in Jov. 8. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' οὐ θάνες. *Lucanus* L. VIII. 871. *Atque erit Aegyptus populis fortasse nepotum Tam mendax Magni tumulo, quam Creta Tonantis.*

VIII. Cod. Vat. p. 244. τοῦ αὐτοῦ (Γαιτουλίκου). Plan. p. 200. St. 290. W. Γετουλλίου. Ed. Flor. Γετουλλίκου. Aldin. sec. tert. γαιτουλίκου. *Aldus* invenit in Cod. Γετουλίου. *Steph.* *Brodaeo* judice hoc carmen scriptum est in eos, qui pro Graeciae libertate ad Chaeroneam cum Macedonibus pugnantes occubuerunt. — V. 1. Χερόνα. Vat. et Plan. Κρόνα *Brodaeus* legit.

IX. Cod. Vat. p. 565. Γαιτουλικίου. Plan. p. 136. St. 196. W. Γαιτουλίου. De vetula vinosa. — V. 1. ἀμφορίας conjecit *Opsop.* male. — Seqnentia ducta fortasse ex *Meleagr.* Ep. XCIV. εἴθ' ὑπ' ἐμοῖς νῦν χείλεσι χείλεα θεῖσα. — V. 2. Σηληνίς. Vat. Cod. et omnes veteres edd. usque ad *Steph.* — ἐξεςόρησε. Vat. et Plan. ἐξεφόρησε emendavit *Huetius* p. 14. et *Jos. Scaliger* in not. msc. In idem inciderat *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 617. qui tamen in vulgata nescio quam venustatem inesse putabat. — V. 4. εἴης πρ. Vat. Cod. — V. 5. »Vat. Cod. »lectionem exhibui. Planudea ἀφειδὲς ἐς ἄγγος ἔχουσα. »Scribendum censeo ἀφειδὲς ἐς ἃ ἑλοῦσα. Nam illud ἀφειδεὶς »pro neutro ἀφειδὲς graecum esse non credo.« *Br.* Nec sic hunc locum persanatum puto; nec certius quid habeo, quod afferam. Hoc tamen mihi intelligere videor, scribendum esse:

τοῖον σε προὔπινεν ἀφειδέα — —

Alcaeus ap. *Athen.* X. p. 430. B. ἐν δὲ κίρναις οἶνον ἀφειδέως μελιχρόν.

ANTIPHILI BYZANTINI
EPIGRAMMATA.

¶. 169.] *I.* Cod. Vat. p. 429. Εἰς ναῦν ἑταιρικὴν, ἐν ᾗ πόρναι διεπέρων τὴν θάλασσαν. Edidit *Jensius* nr. 1. *Reisk.* Anth. nr. 652. p. 112. Lusus est in ambiguo. Graeca verba de navi et meretrice explicari possunt. Similis lusus est ap. *Meleagr.* Ep. LXXVII. et ap. *Philipp.* Ep. XXVIII. Cf. *Rigaltium* ad *Artemidor.* Onirocr. p. 26. Nos in interpretando hoc carmine *Reiskium* sequimur. — V. 1. σὺν ἔμπορος. Vat. Cod. κέρδους συνέμπορος, quaestus et lucri socia. Cymbam piscatoris noster Ep. XLII.

κοιτὴν ἰχθυβολεῦντι συνέμπορον vocat. Idem quod συνεργὸς, συνέριθος; nam hoc quoque vocabulum sensu translato usurpant poëtae et sophistae. Vide *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 242. et *Valckenar.* in Fragm. Eleg. Callim. p. 207. sq. — ναυτολογεῖν, quo verbo augenda sunt Lexica, navis dominus sive mercator dicitur, cum vectores quaerit. Hoc ad lenonem translatum, qui juvenes invitat in Veneris volgivagae (δημοτέρης) navigium. Caeterum Cod. Vat. ναυστολόγει habet. — V. 3. λιόσσει. Cod. Vat. et *R.* — Priora verba obscuriora sunt. In κεῖθεν fortasse latet νειόθι, *subtus*, *in inferiore parte.* Sed nec proxima mendae sunt expertia. *Carinam compingere* ad obscoenum sensum deflecti potest. — Venus, amantium et navigantium dea, et navem undas sulcantem, et meretricem βεμβομένην, i. e. σαλευομένην, *subagitatam*, respicit. — V. 5. ἑταίρειος ἐμοί. omisso μὲν Vat. Cod. In marg. ἑταιρείοιος ἐμοί. et sic *R.* Optime haec emendavit *Br.* ex marg. apogr. Guyetani. — στόλος h. l. non cum *Reiskio classem*, sed *apparatum et ornatum* verterim, quam significationem huic vocabulo vindicavit *Markland.* ad Suppl. 1055. — V. 6. κάρπασα. Vat. Cod. et *R.* κάρβασα et vela sunt et tenues mulierum vestes. In σανίδων aliquid obscoeni latet, quod quid sit, intelligitur ex *Aristoph.* Thesm. 1135. τῇ σανιδοτρίσας ὀξοτισθοχρώκτισον. Jam quid φῦκος sit, interpretatione non indiget. Proprie algam marinam, fucum, muscum marinum significat. Alii βρύον θαλάττιον vocant. Nascitur ἐπὶ τῶν ὀστράκων καὶ τῶν λίθων. Vid. *Salmasius* ad *Solin.* p. 805. *Bodaeus a Stapel* ad Theophr. L. IV. p. 411. Hoc loco autem simul significat τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα ap. *Aristoph.* Eccl. 13. — V. 7. ἐπιβαίνετε. Simili lusu *Aristoph.* in Lysistr. 59. ἐκεῖναί γ' οἶδ' ὅτι Ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι. Cf. Eccles. 38. Hac imagine utebatur Julia, Augusti filia, quae, *cum conscii flagitiorum mirarentur, quomodo simi-*

les Agrippae filios pareret, quae tam vulgo potestatem sui corporis faceret, ait: Nunquam enim nisi navi plena tollo vectorem, narrante *Macrobio* II. Saturn. c. V.

II. Cod. Vat. p. 103. Plan. p. 473. St. 615. W.— V. 3. τὸν μάντιν. *Propert.* L. III. El. VI. 17. *His ego tormentis animi sum verus aruspex: Has certas didici saepè in amore notas.* — ἴδ' ὁ χρόνος. Vat. Cod. et Plan. — V. 4. τραύματος. Quamvis in hujusmodi rebus non semper diligentissimi sint poëtae, nostrum tamen, in eadem metaphora manentem, scripsisse autumo:

καύματος ᾐσθανόμην.

Ducta sunt haec ex Epigr. *Philodemi* XV. quod in eodem argumento versatur: μάντις ἐγὼ μεγάλης αὐτίκα πυρκαϊῆς.

III. Cod. Vat. p. 140. Plan. p. 470. St. 611. W. Tabula picta, in qua Leda cum cygno conspiciebatur, huic carmini occasionem videtur dedisse. — V. 2. Κρονίδης. Vat. Cod. a pr. m. — V. 3. κατίεσθετε. Vat. Cod. κατίεσθειν idem quod κατεσθίειν, ab antiqua forma ἔσθω. (Vide ad *Callim.* Ep. XXVI. 1. p. 279.) Sed recte *Planudes* καταίθετε. Amores poëta alloquitur. — Vos, qui me misere amantem torquetis, num et me aviculam vultis fieri? — Quae sequuntur, spectant ad proverbium κόρυδος κύκνου, quod attigi ad *Dioscorid.* Ep. XX. 6. Jovem imitaturus poëta, religioni tamen sibi ducit, eandem cum deo speciem induere. Si is cygnus est factus, me, mortalem, alaudae speciem decebit sumere.

¶. 170.] *IV.* Cod. Vat. p. 158. Primus edidit *Kuster* ad *Suidam* T. II. p. 207. v. θρίναξ, et post eum *Alberti* ad *Hesych.* v. Δηὼ T. I. p. 936. Anth. *Reisk.* nr. 407. p. 5. Parmis, agricola, agriculturae instrumenta Cereri ponit. — V. 1. laudat *Suidas* T. II. p. 588. μύωψ. — ἡ μάστιξ τοῦ ἵππου, τὸ κνίδριον, ὃ ἐπὶ τοῦ ποδὸς

φοραῦσι κεντοῦντες τοὺς ἵππους. Hoc loco virga esse videtur sive arundo, cui cuspis ferrea praefixa. — ἀπηλητῆρα. ap. Lips. vitiose. — V. 2. μέτρον Vat. Cod. et *Suid.* in πήρα T. III. p. 111. μέτρον, ut *Salmasius* in describendo emendasse videtur, exhibet etiam apogr. Guyet. et Ruhnk. πήρα σιτοδόκος μέτρου ποτρίμου doctius pro σπόρου σιτοδόκον, sive τὸν σῖτον δεχόμενον. ut Ep. VII. τὸν 'Αδριακοῦ νέκταρος οἰνοδόκον. — V. 3. *Suidas* in γαμψὸν T. I. p. 467. — V. 4. *Suidas* in θρίναξ T. II. p. 207. τὸ πτύον, ὄργανον γεωργικὸν ὀδοντικόν. καὶ παλιουροφόρον .... *Kuster* et *Reisk.* παλιουροφόρον et θέρους. In apogr. Lips. πολιουρ. Illud est ex conjectura *Salmasii*, qui praeterea scribere conatus est: καὶ παλιουρόροφον φθειραθερῆ θρ. *paliuro tectum, perdens et dissipans aristas ventilabrum.* Non poterat infelicius. Nostra lectio debetur acumini *Toupii* Em. in Su. P. II. p. 197. Idem παλίνορος et παλίνουρος. Hinc παλινουροφόρος, *qui huc et illuc, rursum prorsum, jactatur. Philipp.* Ep. XIV. καὶ τρίνακας ξυλίνας, χεῖρας ἀρουροπόνων. Praeclare huc facit Scholion in *Homeri* Il. ν. 588. a *Valckenario* editum in Mantissa Differt. ad Ursini Virgil. c. Gr. comp. p. 123. Τινὲς δὲ τὰ μὲν σιδηρᾶ, πτύα, τὰ δὲ ξύλινα, καὶ τρίτον χειρὸς ἔχοντα, οἷς καὶ τοὺς στάχυας ἀναῤῥίπτουσι, θρίνακας καλοῦσιν. — θέρους. Vat. Cod. a man. sec. — V. 5. 6. *Suidas* T. III. p. 136. ποδεῶνες. εἶδος γεωργικόν. ubi *Kusterus* corrigit: εἶδος ὑποδήματος γεωργικοῦ. At haec correctio vix aliam auctoritatem habet. Pro *saccis* accepit *Reiske.* Est ποδεὼν proprie sive ima sive extrema pars uniuscujusque rei, ut orificium sacci propendens, substricto funiculo interceptum. Aegeus de prole suscipienda oraculum interrogans, responsum tulit: ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν, μὴ λῦσῃς. ap. *Plutarch.* Vit. Thes. c. 3. Cf. *Apollodor.* L. III. 15. 6. quod explicans *Schol. Euripid.* in Medea 679. πόδα δὲ τὸ μόριον, παρόσον ὡς ὁ ποδεὼν τοῦ ἀσκοῦ προέχει. Veterum loca, ubi ποδεὼν occurrit, collegit P.

Leopardus Em. VII. 13. p. 183. sq. Ad nostrum locum inprimis facit *Schol. Aristoph.* Vesp. 670. τοὺς ἀργιλόφους. τὰ περιττὰ καὶ ἄχρηστα. ἀργίλοφοι γὰρ τῆς μηλωτῆς οἱ πόδες, οὓς ποδεῶνας καλοῦσι. Tenemus igitur propriam vim hujus vocabuli, qua extremitates pellis ovinae, qua pastores amiciebantur, significat, et quidem proprie pedes, quibus pellem sibi sub collo alligabant, ut Amycus leonis exuvias ap. *Theocritum* Eid. XXII. 51. ὑπὲρ νώτοιο καὶ αὐχένος ἠωρεῖτο Ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων. Hanc igitur amictus partem, sive totam μηλωτὴν Parmis Cereri dedicasse videtur. Pellibus autem humeros amicire agricolam jubet *Hesiodus* Ἔ. κ. Ἡ. 543. sqq. — V. 6. Πάρνις. apogr. Lipf.

V. Cod. Vat. p. 175. Edidit *Kuster* ad *Suid.* T. II. p. 81. Anth. *Reisk.* nr. 454. p. 21. Antiphilus, ab itinere redux, Dianae in via collocatae pileum dedicat. — V. 1. Legitur hic versus in πιλήσεσι ap. *Suid.* T. III. p. 115. sed ad πῖλος pertinet. — Εἰνοδίῃ. proprie Hecate, viarum custos. *Orphei* Fragm. XXXIV. p. 395. — φίλη Cod. Vat. quod verum puto. Elegans haec epitheti collocatio. — V. 2. πῖλον peregrinantes gestare solebant, quod passim observatum. Vide *M. Solan.* ad *Lucian.* T. II. p. 330. ed. Bip. *Graev.* in Lectt. Hesiod. XII. p. 60. sqq. — V. 3. *Suidas* v. ἧχθα T. II. p. 81. ubi veteres edd. ἔνθα habent, ut est in Vat. Cod. Apographa ἄν τι. recte. — V. 6. συλᾷν. ne parva quidem impune rapere licet.

VI. Cod. Vat. p. 187. Edidit *Kuster* ad *Suid.* T. II. p. 569. v. μνιαρὸν, ubi v. 3. et 4. sine lectionis diversitate leguntur. Anth. *Reisk.* nr. 492. p. 40. Generosae cuidam mulieri munera poëta mittit. — V. 1. In Cod. scriptum, non, ut *Br.* ait, λιτὸς ἐγὼ τύχης, sed ἐγὼ τλετύχης. plane ut ap. *Suid.* in λιτὸς T. II. p. 452. Hinc *Kuster* et *Toup.* Epist. crit. p. 128. ἔγωγ' ἀτυχής τ', ἀ.

Salmasius autem in marg. ap. Guy. λ. ἐγὼ τέχνης. *Minervam videtur alloqui artium magistram.* Recte *Br. Reiskii* emendationem praetulit. — In apogr. Lipſ. δέσποτα. — V. 2. Parva ſunt mea munera, ut ex anguſta domo; at ſi voluntatem, unde proficiſcuntur, ſpectaveris, me multorum divitias ſuperare intelliges. In hoc quoque verſu conſtituendo *Br. Reiskium* ſibi praeeuntem habuit. Cod. Vat. enim et *Suid.* τὸν σὸν ἀπὸ κρ. *Toup.* tentabat: πολλῶν ἐ. ὑ. τὸν σόν. *multa tua ſumtuoſa donaria*, i. e. *quae a multis donantur.* τόσσον ſuſpicabatur *Kuſterus.* — V. 3. Vocem μνιαροῖο *Kuſter.* in μαλακοῖο mutare conabatur. Deinde explicat: *muſci inſtar mollis.* χλιαροῖο dedit *Reisk.* Codicis ſcripturae patrocinatur *Toup.* Em. in Suid. P. II. p. 269. μνιαρὸν derivandum a μνοῦς. ἔριον, ἁπαλώτατον. *Heſych.* Vide ad *Philod.* Ep. X. 2. Videntur igitur eſſe tapetes villoſi, molli lana, vetuli muſco, obducti. Ejusmodi tapetes μαλλωτὰς appellabant, iisque opponuntur οἱ ψιλοί. *Euſtath.* ad Odyſſ. κ. p. 378. 39. — In βαθυββαίνοιο, ſic enim habet Vat. Cod. et ap. Lipſ., varia tentat *Reisk.* parum feliciter. βαθυββήνοιο *Kuſter.* habet ex *Suida.* Obſcura hujus vocabuli ſignificatio. ῥῆνες ſunt πρόβατα. ἄρνες. ap. *Heſych.* *Homeri* πολύρρηνες in Od. λ. 256. per πολυθρέμμων explicatur ap. *Euſtath.* p. 430. 28. Puto igitur, tapetem ex ovium lana confectum, denſum, et cum ipſius ovis pelle comparandum ſignificari. τάπητος ἔνδυτον. Infra χιτὼν vocatur. — V. 4. εὐανθεῖ. Purpurae ἄνθος tribuitur, ut omnibus coloribus, ſed purpurae prae omnibus. — V. 4. εἱβόμενον *Reisk.* corrigit. — V. 5-6. laudat *Suidas* v. νάρδος T. II. p. 597. et v. 6. *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 753. G. de unguento nardino agens; *Wetſten.* denique ad N. T. I. p. 515. ſed hic vitioſe. — ὑάλου. Succos in vitreis vaſis ſervabant veteres. Vid. *Bernard.* ad *Theoph. Non.* T. I. p. 21. — V. 7. ἔργα. In lana, quam miſit (v. 5.) poëta, mulier manuum dexteritatem poterit oſtendere. χεῖρες enim

pro peritia ponitur. Vide *Rigalt.* ad *Artemid.* p. 18. *Barth.* ad *Statium* T. I. p. 152. — V. 8. εὐειδὴς κ. ἔχει. Vat. Cod. Nostram lect. exhibet *Kusterus*. Nec aliter apogr. Guy. et Ruhnk.

VII. Cod. Vat. p. 191. Totum hoc carmen dedit *Suid.* v. ἀμφιφορῆα T. I. p. 155. Anth. *Reisk.* nr. 506. p. 48. Amphora, vino destinata, conqueritur, quod frumento asservando sit adhibita. — V. 2. Ἀνδριακοῦ. *Suid.* Vinum Adriaticum pro Italico, quod supra mare Adriaticum sive Ionium in Graeciam mittitur. De Ἀνδρίῳ non cogitare debebat *Oudendorp.* ad *Thom. M.* p. 818. praesertim cum meliorem Codicis lectionem non ignoraret. — νέκταρος οἰνοδόκον dictum, ut supra Ep. IV. πήρης μέτρου σιτοδόκον σπορίμου. — ¶. 171.] V. 3. τίς ὁ φθ. Cur Bacchi mihi invidentur munera? anne tanta penuria vasculorum, Cereri servandae proprie destinatorum? — V. 5. Laudat *Suid.* in συλᾷ T. III. p. 394. — V. 6. „In Cod. et ap. Suid. male et contra Epigrammatis sen„sum scriptum οὐ δέχεται." *Br.* At si οὐ δέχεσθαι significat *abhorrere, non ferre*, nihil est, quod in illa lectione reprehendas; quin longe gravior est ea, quam *Br.* in textum immisit. Jam vero satis nota significatio verbi δέχεσθαι, *in amicitiam recipere, admittere, probare*; unde apparet, οὐ δέχεται positum pro, *odio habet, ferre recusat, improbat*. *Thucyd.* L. II. 72. δέχεσθε δὲ ἀμφοτέρους φίλους. *Polyb.* L. I. 45. 4. ἐπαινέσας καὶ δεξάμενος τὴν προθυμίαν. Vid. *Bud.* Comm. L. Gr. p. 1253. *Abresch.* Anim. in Aesch. T. I. p. 368. *Hesych.* Οὐκ ἐδέξατο. οὐ προσήκατο. *Aeschyl. Eum.* 226. οὐκ ἂν δεχοίμην ὥστ' ἔχειν τιμὰς σέθεν. *Plato* Gorg. p. 415. E. οὐκ ἂν δεξαίμην. Ibid. p. 468. E. οὐκ ἂν δέξαιο ἐξεῖναί σοι ποιεῖν ὅ τι δοκεῖ σοι. Noster Ep. XXXVIII. οὐ δέχομαι. In his omnibus locis *recusare, nolle, improbare*, significat. — Sensus est igitur: Et Bacchus jure suo privatur, et Ceres indignatur, quod ebrietatem in contubernio habeat.

VIII. Cod. Vat. p. 190. Plan. p. 28. St. 42. W. Nobili cuidam mulieri, fortasse Caesaris conjugi, poëta hiberno tempore malum ex praeteriti anni proventu sine macula servatum mittit. — V. 1. μῆλον στρούθειον. malum lanatum, mali cydonii species. *Galenus* de Sanit. tuend. c. ult. τῶν Κυδωνίων μήλων τὰ μείζω τε καὶ ἥδίω, καὶ ἧττον στρυφνὰ, ἃ στρούθια καλοῦσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἕλληνες. Nostrum carmen laudat, ubi de hoc malorum genere disputat, *Bod. a Stap.* ad *Theophr.* IV. p. 340. — στρούθιον. Vat. Cod. et *Suid.* T. I. p. 356. ἄσπιλος. ὁ μὴ ἔχων σπίλον τινά. ἐν ἐπιγρ. μῆλον ἐγὼ στρούθιον, ἄσπιλον, ἀῤῥυτίδωτον. Idem duo priora disticha laudans T. II. p. 552. in μῆλον, στρουθίου ἀπὸ προτέρης, et T. III. p. 228. in ἐνιαυτὸς, στρούθιον ἀπὸ προτέρης habet. In Planud. στρούθειον ἀφ' ὑπλοτέρης. Hanc lectionem *Suidae* et Vaticani Cod. lectioni praefert *G. Wakefield* in Delect. Trag. T. I. p. 272. *a juniore, pubescente anno,* contra poëtae mentem. Idem ἔχω pro ἐγὼ corrigit, ut *Huet.* p. 6. ἄγω. Neutrum equidem vulgatae praetulerim. — V. 2. Ita servatum, ut tempestivo fructui similis, cutem geram prorsus juvenilem, laevem, nullisque rugis maculisve dehonestatam. Cod. Vat. νιαρῷ a pr. manu. Suspiceris φιαρῷ χρωτί. *cute splendida vestitum.* Sed in vulgata acquiescendum esse puto. — ἄσπιλον, ἀῤῥυτίδωτον. *Liban.* Or. VI. p. 205. B. τίνι σπίλος ἦν ἐν τῷ σώματι – ῥυτίδες ἐπὶ τῆς μορφῆς. — V. 3. ἰσόχροον. χνοῦς hujusmodi malis tribuitur. Vide ad *Diodor. Zon.* Ep. III. De pueri lanugine *Martial.* L. X. Ep. 42. *Celantur simili ventura Cydonia lana, Pollice virgineo quae spoliata nitet.* — V. 4. ἐν πετάλοις εὐφυές. *Suid.* l. c. Idem tamen vulgatam lect. exhibet v. ἀκμῇ T. I. p. 86. — Haerebat illud malum adhuc in fronde viridante. — V. 5. 6. Profert *Suidas*, paucis omissis, in κρυμὸς T. II. p. 383. et in νιφετὸς T. II. p. 627. utroque loco ἄνασσα exhibens. In Plan. ἄνασσαν. — εἰς δέ σ' ἀ. Vat. Cod. In tuam, o regi-

na, gratiam etiam hiems fructus edit. Non proprio sensu accipiendum ὀπωροφορεῖ, sponte apparet. Similis argumenti carmen est ap. *Crinag.* Ep. IX.

IX. Cod. Vat. p. 159. Plan. p. 443. St. 576. W. Alexandri, regis Macedonum, hastam, in templo Dianae dedicatam, veneratur poëta. — V. 1. δούρατ' Ἀ. Vat. Cod. — ἐκείνου, idem. — γράμμα. Est epigramma rei dedicatae additum. — V. 4. ἔχει κρ. Vat. Cod.

X. Cod. Vat. p. 381. Plan. p. 99. St. 146. W. — In equum Trojanum. — V. 1. δεκέτης λόχος. Non potest esse exercitus, qui decem per annos urbem oppugnaverit, sed ipse est equus ille insidiosus. Sic apparet, epitheton δεκέτη parum esse commodum. Vertit *Grotius*: *Annorum meditata decem;* nimirum λόχος, insidiae, quibus struendis decem annos impenderunt Graeci. At hoc et durum et falsum. δεκέτη fortasse ex Ep. *Agathiae* LXIII. quod ex nostro derivatum est, in contextum venit. Fortasse fuit: ξύλινον λόχον. Vel etiam, quod mihi maxime arridet:

Δουράτεόν Τροίας δέρκου λόχον — —

Agathias l. c. αἴθε δ' Ἐπειὸς κάτθανε, πρὶν τεῦξαι δουρατέαν παγίδα. *Euripid.* Troad. 14. δούρειος ἵππος, κρυπτὸν ἀμπίσχων δόρυ. *Homer.* Od. Θ. 492. ἵππου κόσμον ἄεισον Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ, Ὅν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν, δόλον, ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεύς. Quod si tamen mutationem admittere nolis, λόχον accipe de Graecis, intra recessus equi in insidiis collocatis, decennique bello firmatis. — V. 2. ἔγκυον. Ductum ex *Eurip.* Troad. 11. Ἐγκύμον' ἵππον τευχέων ξυναρμόσας, Πέργων ἔπεμψεν ἐντὸς, ὀλέθριον βάρος. Hoc *Ennius* expresserat ap. *Macrob* Sat. VI. 2. *nam maximo Saltu superavit gravidus armatis equus.* et hinc *Virgil* Aen. II. 237. *Scandit fatalis machina muros Feta armis. Petronius* in Trojae Hal. v. 8. ubi scribendum videtur: *Huc decenni*

proelio Firmata virtus abditur: stipant graves Equi recessus Danai. *Macrob.* Saturn. II. 9. *Cincius in suasione legis Fanniae objecit seculo suo, quod porcum Trojanum mensis inferant: quem illi ideo sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus gravidum: ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit.* — „εὔοπλον ἡσυχίης. Sic libri omnes, „et recte Opsopoeus: *silentibus Graecis probe armatis* „*plenum.* Ita ut emendationem, minime tamen con„temnendam, *Jac. Philipp. de Medenbach* [in Amoen. „liter. p. 44.] reponentis ἡλικίης, admittere necesse non „sit." *Br.* — V. 4. ὑπὲρ νώτου. Vat. Cod. et Plan. inepte. — V. 5. ἢ ῥα. Temere profecto tantus exercitus periit, si ad Martem, i. e. ad bellum conficiendum, dolus Atridis efficacior fuit pugna. πόλεμος oppositus τῷ δόλῳ, *apertam vim* significare debet.

¶. 172.] *XI.* Cod. Vat. p. 387. Plan. p. 91. St. 133. W. Iliadis et Odysseae argumentum indicatur, cum insigni Homeri laude. — V. 1. „τίνες ἐστέ. Sic „Vat. Cod. At Planudeae lectio praestat et reponenda „est, τίνος ἐστέ. Huic enim quaestioni congrua responsio, „θυγατέρες Μαιονίδεω." *Br.* Etiam in Sched. Krohnianis τίνες a pr. man. — V. 2. Μαιονίδου. Plan. et Vat. Cod. Ad sensum conf. Ep. ἀδέσπ. CDLI. Homeri filiae vocantur ipsius carmina, ut Sapphus poëmata ap. *Dioscorid.* Ep. XXV. θεοῖς ἴσας γὰρ ἀοιδὰς Ἀθανάτας ἔχομεν σὰς ἔτι θυγατέρας. ubi vide notas. — V. 3. Ἀχίλλεως Sch. Krohn. a pr. m. — χειρὸς Ἑκτορέαις. Plan. χειρῶν Ἑκτορέαις Vat. Cod. miro librarii errore. Ἑκτορέαις ortum ex Ἑκτορέας. Quare haec ipsa lectio confirmare videtur lectionem χειρός. — δακέτου. vulgo. — V. 5. Ὀδύσσεως. Sched. Krohn. a pr. man. — V. 7. Post duo haec carmina edita non novem, sed undecim Musae exstant, Homeri filiabus illarum numero additis. — V. 8. αἰών. *Tempora dicunt, se habere* — ferri fortasse potest; melius tamen scripseris:

εἶπεν ἔχειν Ἑλικὼν ἔνδεκα Πιερίδας.

Tale quid certe, ut Ἑλικὼν, οὐρανὸς, Ὄλυμπος, exſpectabatur. Id, quod poſuimus, a vulgatae lectionis ductibus proxime abeſt. Haud aliter novem poëtrias in Helicone collocat *Antip. Theſſ.* Ep. XXIII. τάςδε θεογλώσσους Ἑλικὼν ἔθρεψε γυναῖκας Ὕμνοις, καὶ Μακεδὼν Πιερίας σκόπελος.

XII. Cod. Vat. p. 368. Plan. p. 26. St. 40. W. Poëta in umbra quercus caloris refugium quaerit. — V. 2. ἄκρητον καῦμα. non temperatum, vehemens. — V. 3. κεράμων στεγανώτεροι. *ipſis tectis denſiores.* De loco umbroſo *Propert.* IV. 4. 5. *Silvani ramoſa domus, quo dulcis ab aeſtu Fiſtula poturas ire jubebat oves. Tibull.* I. El. IV. 1. *umbroſa tecta* vocat. Facit huc, quod Themiſtocles ſolebat dicere, cum quercubus ſeſe comparans, ὅτι ἐκείνας ὑπέρχονται οἱ ἄνθρωποι καὶ δέονται αὐτῶν, ὅταν ὕῃ, στέγην ἐκ τῶν κλάδων ποθοῦντες. ut haec ſcribenda videntur ex VV. DD. emendatione ap. *Aelian.* V. H. IX. 18. Cf. *Plutarch.* in Vit. Themiſt. c. 18. T. I. p. 300. ed. Tubing. — „οἰκία φωτῶν. arboris ramos, „quibus inſidunt cicadae, quorum οἰκία dicuntur, hominum etiam habitationem appellari, ineptum mihi videtur, unde hunc verſum in mendo cubare exiſtimo. „Pro φωτῶν aviculae nomen deſidero.“ *Br.* Una litera mutata ſcribe

οἰκία φαττῶν.

Coaleſcentibus literis ατ factum eſt ω. *Horat.* I. Carm. II. 9. *Piſcium et ſumma genus haeſit ulmo, Nota quae ſedes fuerat palumbis. Virgil.* I. Ecl. 52. *Hic inter flumina nota Et fontes ſacros frigus captabis opacum – Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes, Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo.* — οἰκία paſſim de animalium luſtris nidisque. Ep. XXIII. οἰκία δειλὰ λαγωοῦ. Vide *Burmann.* ad *Phaedr.* Fab. I. 3. p. 22. — V. 5. τὴν ὑμετέροισιν ὑ. κόμαισιν. Vat. Cod. κἠμὲ τὴν ὑμε-

τέρψει — κάμψει. Plan. — V. 6. ῥέοντ' quaedam edd. vett. — φυγάδων. Vat. Cod. a pr. man.

XIII. Anth. Plan. p. 319. St. 459. W. Opus, quod hoc carmine describitur, sive anaglyphum fuerit, sive tabula picta, Andromedam exhibebat rupi affixam, et Perseum cum bellua marina pugnantem. Jejunum carmen. Conf. *Arabii* Ep. IV. T. III. p. 110. Notavit *Heynius* in Comment. T. X. p. 111., inter Niciae picturas commemorari Andromedam ap. *Plin.* L. XXXV. 39. 28. — V. 3. λιθοδερκέος. quae adspicientes in saxa mutabat. — ἆθλον. Andromedam, sua virtute servatam, sibi pactus erat Perseus ante certamen initum. Est igitur pugna cum illa bellua ἆθλον ἔρωτος, certamen ab amore propositum. Cf. *Huetium* p. 31. — V. 4. ἁ λάλος. — *Immeritam maternae pendere linguae Andromedam poenas immitis jusserat Ammon. Ovid.* IV. Metam. 669. Hinc apparet, nihil esse, quod cum *Huetio* p. 31. statuamus, Cassiopam a poëta nostro cum Niobe esse confusam. At hoc male nos habet, quod epitheton λάλος non Cassiopae, sed ejus proli, (εὐτεκνία pro καλῇ παιδὶ) tribuitur. *Brodaei* conjecturâ ἄλαλος non valde juvamur. Videant alii. — V. 5. »In Planud. legitur: χαλᾷ πέδας »ἠθάδι ναρκᾷ νωθρόν. ubi non prava est *Brodaei* emendatio »δέμας ἠ. ναρκᾷ ν. At Vat. Cod. lectionem exhibui; in »qua notanda vox σηπὰς, qua carent Lexica: *torpore* »*putredinem inducente.* “ *Br.* *Heynius* V. Cl. loco laudato sibi fingit Andromedam jam liberatam et de scopulo descendentem. Accipit itaque verba: πέδα σηπάδι νάρκᾳ ν. de tardo incessu ex constrictis ad rupem et torpentibus membris. σηπάδι malit deducere idem a σήψ, *vipera*, quae morsu torporem inducit — V. 6. ὁ μναστήρ. *Protinus Andromedam et tanti praemia facti Indotata rapit: taedas Hymenaeus Amorque praecutiunt. Ovid.* l. c. 756. — νυμφοκομεῖ. in matrimonium ducit. *Schol. Eu-*

ripid. Med. 985. νυμφοκομήσει δέ ἐστι τὸ τὴν νύμφην κοσμῆσαι. ἀντὶ τοῦ νυμφευθήσεται.

¶. 173.] *XIV.* Anth. Plan. p. 381. St. 519. W. Junctum cum subsequente carmine in Cod. Constantini Lascaris ap. Iriarten. — Narratur historia de Diogene, qui, quamvis satis curta instructus supellectili, tamen, cum rusticum quendam manu aquam haurientem videret, se aliqua ejus parte carere posse intelligebat. Idem narrat *Diogen. Laërt.* VI. 37. p. 533. et alii, quos laudat *Menagius* p. 238. Vertit *Ausonius* Ep. LIII.

Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex
Ista fuit Cynici: sed putat hanc nimiam.
Namque cavis manibus cernens potare bubulcum,
Cur, scyphe, te, dixit, gesto supervacuum.

— V. 1. „πιληθεῖσα. Significatio verbi πιλέω locum vix „hic habere potest. Scribendum credo φυραθεῖσα." *Br.* — V. 3. μέτρα βίοιο ἄρκια. Haec Cynico ad victum cultumque videbantur sufficere. — V. 5. βοώτης. rusticus, ut βούτης. Hinc βωτεῖν. ἀροῦν. Λάκωνες. *Suid.* βωτεῖν. ἀροτριᾷν, ὅτε ὁ Ὠρίων δύνῃ. Λάκωνες. *Hesych.* *Hesiodus* Ἔ. κ. Ἡ. 391. γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν. — ὄστρακον. δέπας ὀστράκινον.

XV. Anth. Plan. p. 381. St. 519. W. Totum hoc carmen profert *Suidas* in Φιλίσκος Αἰγινήτης T. III. p. 603. et *Diog. Laërt.* in Vit. Diog. L. VI. p. 351. qui statuae, Diogeni a civibus positae, insculptum fuisse narrat: ὕστερον δὲ καὶ οἱ πολῖται αὐτοῦ χαλκαῖς εἰκόσιν ἐτίμησαν αὐτὸν καὶ ἐπέγραψαν οὕτω· Γηράσκει . . . . — V. 1. χαλκός. nec aeneae statuae vetustati resistunt. *Horatius* Carm. III. 30. 1. carminibus editis *Exegi monimentum aere perennius.* — V. 3. μοῦνος. tu praecipue. nemo te melius. Sic saepe μόνος. Vide *Wetsten.* ad N. T. I. p. 942. — δόξαν αὐταρκέα. i. e. αὐταρκείας. philosophiam fruga-

frugalitatis et continentiae. ἔκτισας αὐτάρκειαν. *Zenodotus* Ep. T. II. p. 78. δόξα, ut Latinorum poëtarum *ratio*, de praeceptis philosophorum usurpatur. Vide *Bud.* Comm. L. Gr. p. 506. 30. et 507. 28. — Ceterum v. 1. Ald. in Cod. invenit γηράσει. — V. 3. μοῦνος γὰρ β. Plan.

XVI. Cod. Vat. p. 262. Εἰς τὴν ἐν Δικαιαρχίᾳ θάλασσαν καὶ εἰς τὰ ἐκεῖ ϛ νεώρια καὶ τοὺς λιμένας. Edidit *L. Holsten.* ad *Stephan.* p. 99. Anthol. *Reisk.* nr. 599. p. 86. Celeberrimi *Dicaearchi sinus*, quos cum laude commemorat *Statius* II. Sylv. II. 110. sive portus Julius, quem M. Agrippa condidit A. U. 717. Vide *Dion. Cass.* XLVIII. 50. s. p. 565. ubi vide not. Hujus portus commoda describit *Strabo* L. V. p. 245. *Pausan.* L. VIII. 7. p. 611. Conf. *Sueton.* in Aug. c. 16. Calig. c. 19. et *Philippi* Ep. LXXIV. in eandem molem. — V. 1. Mare loquitur. Δικαιαρχίαι Vat. Cod. — γενόμενον πελάγους. moles, quae usque in medium mare producitur. Sic de promontorio Rhegio auctor Ep. ἀδεσπ. DXXVIII. αἰεὶ Θρινακίου γενομένην ὕδατος. — V. 3. Κυκλώπων χ. Ductum ex *Antip. Sidon.* Ep. LI. Τίς τόδε μουνόγληνος ἅπαν δωμήσατο Κύκλωψ — χῶμα. *Statius* V. Sylv. III. 48. *aeriamque educere molem, Cyclopum scopulos ultra, atque audacia saxa Pyramidum.* — V. 4. βιαζόμενα. Sic Vat. Cod. unde apparet, cur alii βιαζόμενα, alii βιαζόμεθα dederint. „Neptu„nus seu mare Terram alloquitur. Hinc intelligendus „hic versus, qui recte in Buheriano cod. scriptus: μέχρι „πόντου, Γαῖα, βιαζόμεθα. Male *Holstenius* βιαζόμενα.“ *Br.* Huc facit *Horat.* III. Carm. I. 33. *Contracta pisces aequora sentiunt Jactis in altum molibus. Seneca* Declam. V. 6. *maria projectis molibus submoventur.* i. e. βιάζονται. — V. 6. Respondet urbs sive portus: Factus sum ad recipiendam classem populi, quo orbis terrarum regitur. Quod si Romae vicinae magnitudinem et potentiam con-

fideraveris, me non nimis magnum esse fateberis. — Hoc voluisse poëtam, sponte apparet. Sed in verbis haeremus. Legitur enim in Cod. ἐπ' αὐτῆς μέτρον, (non, ut *Br.* ait, εἶπ' αὐτῇ μέτρον, quae lectio est in apogr. Guyet. et Ruhnk.) plane ut *L. Holstenius* exhibuit. εἶπ' *Br.* recepit ex conjectura *Reiskii*, (qui etiam tentat εἰ ταύτης μέτρον ἔχει λ.) μικρὸν ex Salmasiana, quam veram putat. Mihi secus videtur. Fortasse scribendum:

εἰ ταύτῃ σύμμετρός ἐστι λιμήν.

σύμμετρον in talibus idem quod ἀνάλογον. Conf. *Bud.* Comm. L. Gr. p. 232. *Eurip.* Electr. 532. τὸ δ' εἰς ἴχνος βᾶσ', ἀρβύλης σκέψαι βάσιν, Εἰ σύμμετρος σῷ ποδὶ γενήσεται.

XVII. Cod. Vat. p. 308. cum nota: ζήτει τὴν τοῦ ἐπιγράμματος ἔννοιαν, ὅτι δύσληπτον. Adscripsit manus rec. Εἰς ὡρολόγιον ἁρμόζει τὸ Ἐπίγρ. Plan. p. 382. St. 520. W. ubi ἄδηλον. — „Illustrat Salmas. in Plin. p. 449. De „Athenaeo Mechanico Fabricius Bibl. Gr. T. II. p. 587. „[T. IV. p. 223. ed. Harl.) Epigramma hoc tanquam „ineditum protulit Dufresne in CP. Christ. P. II. p. 192." *Br.* Agitur de horologio aquario. *Plin.* L. VII. 60. p. 420. postquam de solario dixit: *Etiam tum tamen nubilo incertae fuere horae usque ad proximum lustrum. Tunc Scipio Nasica, Collega Laenatis, primus aqua divisit horas aeque noctium ac dierum.* De clepsydris vide *Vitruv.* L. IX. 9. In Athenaei horologio aër aquae violentiâ angusto canali expressus, ter sonum edebat, quo significabantur horae. Conf. Ep. *Pauli Silent.* LVI. — V. 1. δωδεκάκι. quia diei noctisque tempora ap. veteres in duodecim partes distributa erant. — ἀφεγγέος sc. coelo nubibus obducto, cum nullus est aliorum horologiorum usus. — V. 2. τρισσάκις. Non satis apparet, cur *ter* signum ediderit horologium nostrum; nec utrum ter per totum diem, an *ter* quavis hora. Fortasse fuit

τοσσάκις

i. e. *duodecies.* — ἐγκλείστῳ στόματι. Vide ad Ep. *Bianoris* III. 2. — φθεγγόμενος. Vat. Cod. — V. 3. quando aër, aquâ in tenui fistula compressâ, sonum reddit. ἀνὴρ habet Plan. Quod in ἀὴρ mutavit *Salmasius* et *Huetius* p. 37. — ὕδατος ἄκρον exhibet *Ducange* et apogr. Guyet. et Ruhnk. — Idem αὐλός. — ¶. 174.] V. 5. De Athenaeo quaedam dedit *Reisk.* in Not. Poët. p. 192. — ἐναργής. ut sol conspiciatur, appareat, vel nubibus eum celantibus. ἥλιος igitur pro tempore, quod sol indicat.

XVIII. Cod. Vat. p. 399. Plan. p. 70. St. 103. W. Divinationis genus, quo Eubule hoc carmine usa esse narratur, explicuit *H. Valesius* Emend. II. 5. p. 53. ubi *Antiphili* ope emendavit *Dion. Chrys.* Or. XIII. p. 419. ed. *Reisk.* qui locus unice huc facit: Ὁποῖον λεγόμενόν ἐστι περὶ τὴν μαντείαν τὴν τῶν γυναικῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς· ἐκεῖναι γὰρ βῶλόν τινα ἢ λίθον ἐπαίρουσαι, σκοποῦσιν ἐν τούτῳ περὶ τοῦ πράγματος, οὗ πυνθάνονται· καὶ δὴ ταῖς μὲν αὐτῶν φασι γίγνεσθαι κοῦφον, ταῖς δὲ βαρὺν, ὡς μηδὲ κινεῖσθαι δύνασθαι ῥᾳδίως. Hac igitur divinatione usa Eubule nostra, si quid nollet, lapis ei gravis erat; sin cuperet quidquam, vel folio levior. — V. 1. γναῦς vitiose in Anal. pro γρηῦς. — V. 3. πειρίζουσα. Vat. Cod. — καὶ εἰ β. idem. — V. 5. »ἦν ποθ' ἁμάρτῃ. Sic Planudeae Codd. quatuor. In editis »(et in Vat. Cod.) soloece ἁμάρτοι.« *Br.* — τὰς ἐνίοτε χεῖρας. manuum errorem, quibus idem modo leve modo grave videbatur, imputabat Apollini.

XIX. Cod. Vat. p. 385. Plan. p. 82. St. 119. W. Rhodus insula beneficium sibi a Nerone Caesare tributum jactat. Carminis argumentum non satis certum. Si Nero est Tiberius, (vide ad *Lollii Bassi* Ep. X.) dixeris, agi de hujus in hac insula commoratione. Quatuor autem annos Tiberium Rhodi degisse, satis constat. Vide ad *Apollonid.* Ep. XIV. Ad hanc igitur rem Epigr. no-

ſtrum retulit *Salmaſius* ad *Tertull.* de Pall. p. 152. ſq. Majus tamen quoddam beneficium, quodque magis ad Rhodiorum felicitatem faceret, ab *Antiphilo* celebrari videtur. Quare pronior ſum in *Brodaei* ſententiam, qui de Claudio Nerone agi non ſine magna probabilitate ſuſpicatus eſt. Eandem *Lipſius* amplectitur ad Taciti Ann. XII. 58. ubi Nero narratur, *ut ſtudiis honeſtis et eloquentiae gloria niteſceret*, effeciſſe, ut Rhodiis libertas redderetur, *adempta ſaepe aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi ſeditione deliquerant.* Cf. *Sueton.* in Vit. Ner. c. VII. *Dio Caſſ.* T. II. p. 961. *Triſtan.* T. I. p. 225. — V. 1. Ἀελίου *clara Sole Rhodos. Lucan.* L. VIII. 248. — V. 3. Priſtino meo ſplendore fere extincto novus me fulgor illuſtravit. ἐσβέννυσθαι ſic paſſim ſenſu translato. *Agathias* Ep. XXXIX. οὕνεκα τοίων, ὦ μέγα νηλειὴς, ἔσβεσεν ἀγλαΐην. *Paul. Silent.* Ep. XXXV. σβέσσαν ἀγλαΐην. — Pro μὰ νέα Vat. Cod. γενεὰν legit. — V. 5. Hic, Sol, me ex undis protraxit, hic, Nero, me iterum deſidentem ſervavit. *Pindar.* Ol. VII. 127. βλάστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς Νᾶσος· ἔχει δέ μιν ὀξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατήρ. De Rhodo Soli ſacra veterum loca collegit *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* T. I. p. 514.

XX. Anthol. Plan. p. 317. St. 457. W. In Medeam Timomachi. Vertit hoc Epigr. *Auſonius* Ep. CXXIX.

Medeam vellet cum pingere Timomachi mens,
Volventem in natos crudum animo facinus;
Immanem exhauſit rerum in diverſa laborem,
Fingeret affectum matris ut ambiguum.
Ira ſubeſt lacrymis, miſeratio non caret ira.
Alterutrum videas, ut ſit in alterutro.
Cunctantem ſatis eſt. Nam digna eſt ſanguine mater
Natorum; tua non dextera, Timomache.

Multi hanc tabulam deſcripſerunt, Timomachi peritiam et intelligentiam admirati. Cf. *Philipp.* Ep. XLII. In-

cert. CCCI. Medeam, diversis affectibus distractam, descripsit etiam *Callistrat.* Stat. XIII. p. 905. quem ex nostro Epigrammate passim emendavimus in Exercitt. crit. T. II. p. 59. sqq. Ex *Neophronis* Medea illam Colchidis εἰς οἶκτον καὶ μανίας ἔνδειξιν διῃρημένης imaginem ductam esse, suspicatur *Nic. Loensis* Misc. Epiphyll. L. IV. 17. Quaedam huc pertinentia nuper monuit *Boettiger in den Vasengemälden* T. I. Fasc. II. p. 188. not. — V. 3. ἤθεα δισσά. *Alcinoi* Isagog. in Platon. Doctr. c. XXIV. Ὁρᾶται δέ γε ἐπὶ μὲν τῆς Μηδείας ὁ θυμὸς λογισμῷ μαχόμενος. λέγει οὖν·

Καὶ μανθάνω μὲν, οἷα δρᾷν μέλλω κακὰ,
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

In re diversa, sed similiter dubitantem Medeam descripsit *Philostrat.* Jun. VII. p. 871. — V. 7. αἷμα. Si Medeae furorem decebat liberos obtruncare, non tamen Timomachi intelligentiae consentaneum erat, nefandum hoc scelus repraesentare. Similem pictoris prudentiam *Lucianus* laudat in tabula Clytaemnestrae caedem exhibente, T. III. p. 204. σεμνὸν δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπενόησε, τὸ μὲν ἀκμὴν τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραδραμών.

¶. 175.] *XXI.* Cod. Vat. p. 407. Plan. p. 46. St. 67. W. De musculo, qui auro corroso periit. Egregie huc facit locus *Plutarchi* T. II. p. 526. B. ubi de avaris agit, qui liberis suis divitias congerunt: ὥσπερ τῶν μυῶν τῶν ἐν τοῖς μετάλλοις τὴν χρυσῖτιν ἐσθιόντων, οὐκ ἔστι τοῦ χρυσίου μεταλαβεῖν, εἰ μὴ νεκρῶν γενομένων καὶ ἀνατμηθέντων. *Plin.* H. N. VIII. 82. p. 484. de muribus agens: *Aurariis quidem in metallis ob hoc alvos eorum excidi, semperque furtum id deprehendi; tantam esse dulcedinem furandi.* Conf. *Beckmann.* ad *Aristot.* Mir. Ausc. c. 24. p. 56. ad *Antig. Caryst.* c. 21. p. 32. — V. 1. „In Plan. ψῆγμα πυρρὸν, et hoc *Brodaeus* pro πυῤῥὸν positum ait. ἄπυρον e

»Scaligeri cod. notavit Huetius. Scribendum videtur »ἐκπέρου.« *Br.* In membranis junctim ψηγματοφόρω. — ὀδόντων. limae morsu. — V. 2. ψαμμάθου. Ed. pr. et Ald. pr. — V. 3. πᾶσα. Venter gravi depressus cibo muris incessum reddidit tardissimum. Hinc factum, ut deprehenderetur. — V. 5. δ' om. Vat. Cod. — V. 6. Aurum; quod inter homines omnium malorum fons et origo est, bestiolam quoque magno mactavit malo.

XXII. Cod. Vat. p. 370. Plan. p. 46. St. 66. W. Item in murem, ab ostrea tanquam in muscipula captum. — V. 1. ἱερηφτής. edd. vett. usque ad Ascens. Vide *Antip. Thess.* Ep. LIII. — λυχνοβόρος etiam ex Ascens. in contextum venit. Vett. edd. et Vat. Cod. λιχνοβόρος. φιλόλιχνον murem vocat *Leonid. Alex.* XXX. — δῶμα. Cod. Vat. — V. 3. δυερίοῖς. Vat. Cod. Idem νώθην. — Conchae carnem *spuriam* vocat, quae revera caro non est. Sic Atys ap. *Catullum* LXIII. 27: *notha mulier*, et Luna ap. eundem XXXIV. 15. *notho lumine* splendere dicitur. — V. 5. ἀρμόσθη. Plan. et Vat. Cod. — ὀστρακόεις δόμος. conchae, quibus inclusum animal. *Oppian.* Hal. II. 192. ὁ δ' οὐ φρονέουσαν ἐμύξας Δήγματι κερδαλέῳ πίννην ἕλεν· ἡ δ' ὀδύνῃσιν Ὄστρεα συμπλατάγησε. ubi vide *Schneiderum.* — V. 6. τύμβον ἐπ. Vat. Cod. Ed. Fl. et Ald. pr. *Stephan.* secutus est lectionem ab *Aldo* e Cod. erutam πότμον. — Duriuscule dictum αὐτόφονον τύμβον ἐπεσπάσατο, pro *ipsa sibi comparavit sepulcrum.* Similiter locutus est *Philostrat.* II. Icon. IX. p. 824. Πανθία – Κύρου οὐχ ἧττᾶτο καὶ Ἀβραδάτῃ ἐβούλετο κοινὴν γῆν σπάσασθαι. quod sollicitandum esse non puto. *Antip. Thess.* Ep. LII. ἐν δὲ μελαίνῃ Φορτίδι τὴν Ἕλλης μοῖραν ἐπεσπάσατο.

XXIII. Cod. Vat. p. 360. Anth. Plan. p. 61. St. 88. W. Historia de lepore polypodis cirtis irretito. Conf. *Bianor.* Ep. II. p. 154. — V. 1. αἰγιαλοῦ τενάγεσσιν. in brevibus ad litus vadis. — λαθραίῃ εἰρεσίῃ. Vat. Cod. —

V. 2. πολυπόδην. Vat. Cod. — V. 3. ὄξος. Vulgo. — V. 4. βρόγδην. Respondet latinorum *mordicus*, a βρύκειν, *mordere*, βρύγμα, *morsus*. — ἕλικος πλεκτάνῃ ap. *Aelian.* H. A. I. 32. — V. 5. θάμνον. *Homer.* Il. XVII. 676. αἰετὸν — ὅν τε καὶ ὑψόθ' ἐόντα πόδας ταχὺς οὐκ ἔλαθε πτὼξ Θάμνῳ ὑπ' ἀμφικόμῳ κατακείμενος. *Alciphron* L. III. 9. p. 296. λαγωὸν ἔν τινι θάμνῳ διαστροβήσας. — V. 6. εἰλιδόν. Vulgo. Derivandum vocabulum ab εἰλέω, εἰλύω.

XXIV. Cod. Vat. p. 363. Plan. p. 75. St. 109. W. Invehitur poëta in hominum audaciam, quae primam *commisit pelago ratem* et *non tangenda transsiluit vada. Horat.* I. Carm. III. 9. sqq. — V. 1. τόλμα. *Oppian.* Hal. I. 355. ἀνὴρ τολμήεις πρώτιστος ἐπεύξατο κῦμα περῆσαι. *Statius* III. Sylv. II. 61. *Quis rude et abscissum miseris animantibus aequor Fecit iter? — Audax ingenii.* — T. 176.] V. 3. ὀλίγον ξύλον. Respexit fortasse *Aratum* in Phaen. v. 300. ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει. passim a veteribus expressum. Vide *Bergler.* ad *Alciphron.* I. 3. p. 17. *Propert.* L. III. El. 5. 59. *Hunc parvo ferri vidit nox improba ligno. Juvenal.* XIII. 17. *I nunc et ventis animam committe, dolato Confisus ligno, digitis a morte remotus Quatuor aut septem, si sit latissima taeda.* — ἐνεῖκας Vat. Cod. — Quantum animis hominum insevisti lucri studium, quod nonnunquam morte rependitur. — V. 5. *Theocrit.* Eid. XII. 15. ἦ ῥα τότ' ἦσαν Χρύσειοι οἱ πάλαι ἄνδρες. — In sequentibus pro εἴ γ' ἐπὶ fortasse legendum εὖτ' ἐπί. Obversabatur *Antiphilo*, ni fallor, locus a *Stobaeo* servatus Tit. LVII. p. 376. ὡς ἡδὺ μὲν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν, ὦ μῆτερ, ἔστι μὴ πλέοντα μηδαμοῦ. qui versus relati sunt inter fr. *Callimachi* p. 571. Hinc colorem duxit *Horatius* I. Epist. XI. 8. *tamen illic vivere vellem — Neptunum procul e terra spectare furentem.*

XXV. Cod. Vat. p. 363. In Plan. p. 78. St. 114. W. *Cyllenio* tribuitur, cujus est Epigr. praecedens. In

membranis Vat. recentiori manu adſcriptus eſt verſus: ἔτλην· φεῦ πάσαις ὀλκάσι μοῖρα κλύδων, qui *Cyllenii* eſt ex Ep. II. Ejusdem argumenti eſt Ep. ἀδέσπ. CCCCXXXIV.

XXVI. Cod. Vat. p. 363. In navem in ipſo litore flammis conſumtam. — V. 1. »με τρίψασαν. Sic codd. »omnes et vett. edd. Stephanus primus μέρια μετρήσα- »σαν.« *Br.* Non Stephanus, ſed Aſcenſ. ſic legit primus. Ducta lectio ex *Leonid. Tar.* Ep. LXII. unde ductum argumentum: ὁλκάδα πῦρ μ' ἀνέφλεξε, τόσην ἅλα μετρήσασαν. *Secundus* T. III. p. 6. ὁλκὰς ἀμετρήτου πελάγευς ἀνύσασα κέλευθον. — V. 4. ἀπιστότερον. Halcyon, pullis in undis pereuntibus, δειλαία ἔγωγε, inquit, ἥτις τὴν γῆν ὡς ἐπίβουλον φυλαττομένη, ἐπὶ ταύτην κατέφυγον, ἥ μοι πολλῷ γέγονεν ἀπιστοτέρα. *Aeſop.* Fab. LXXXVI. *Bianor* Ep. IX. 6. — V. 6. Male haec accepit *Brodaeus.* ἐλπὶς, ut Latinorum *ſpes*, ambiguae ſignificationis vocabulum, hoc loco mala illa ſignificat; quae navis ſibi ab undis et tempeſtatibus timuerat, naufragium ſcil. Hoc etiam *Huetius* vidit p. 10. ex cujus binis interpretationibus haec ſola probari meretur.

XXVII. Cod. Vat. p. 407. Plan. p. 80. St. 116. W. »Lemma in Vat. Cod. εἰς μονόξυλα ἐκ δέρματος κατεσκευασμέ- »να ὑπὸ τινος Σαβίνου στρατηγοῦ. Tiberii aevo notus Pop- »paeus Sabinus conſularis et triumphalis, Moeſiae, Ma- »cedoniae et Achaïae praeſes, cujus mors a Tacito et »Dione narrata contigit A. V. 788. Sed utrum hic an »alius hic notetur, dicere non poſſum. Non repugnat »temporum ratio, ſi quidem Antiphilus ſub Tiberio »vixit.« *Br.* *Schneiderus* comparavit locum *Dionis Caſſ.* XLVIII. p. 539. ubi Rufus Salvidienus in bello cum Sexto Pompejo coriaceas naves conſtruendas curavit, (δερμάτινα πλοῖα, κατὰ τοὺς ἐν τῷ ὠκεανῷ πλέοντας — ἔνδοθεν μὲν ῥάβδοις αὐτὰ κούφαις διαλαμβάνων, ἔξωθεν δὲ δέρμα βοὸς ὠμὸν ἐς ἀσπίδος κυκλοτεροῦς τρόπον περιτείνων) iis tamen non

usus est. Diversum igitur factum ab eo, quod h. l. narratur. Qua occasione Sabinus ejusmodi navigiis usus sit, plane non constat. De coriaceis navibus vide *Fabric.* l. c. *Wesseling.* ad *Herodot.* L. II. 194. p. 92. *Casaubon.* ad *Strabon.* L. III. p. 234. C. D. *Salmas.* Exercitt. in Plin. p. 174. D. E. — V. 1. ὑλοτόμου. Vat. Cod. — V. 3. Non amplius tabulae aëneis ferreisve clavis compinguntur. — ἁρμονίῃ τοίχων. laterum compages. — V. 5. Ejusmodi naves modo per undas labuntur, modo in terra plaustrorum funguntur vice. „πυκτόν. Sic Vat. „Cod. et tres Planud. in quorum uno lectio vulgata „πηκτὸν etiam indicatur, η supra υ scripto. Corruptus „videtur hic pentameter. Sensus esse debet, has rates „navium in mari, et plaustrorum in terra usum prae„buisse. Subductae enim, suppositis rotis, plaustra fie„bant." *Br.* ἁμαξείτην. Vat. Cod. — λειρομένας. Vat. Cod. et Plan. — V. 8. Παλλάς. quae Argo navem fabricata est. *Catull.* LXIV. 8. *Diva quibus, retinens in summis urbibus arces, Ipsa levi fecit volitantem flamine currum.*

¶. 177.] *XXVIII.* Cod. Vat. p. 428. sq. Εἰς νῆσον Τερέβινθον. ἡ Τερέβινθος νησίδιόν ἐστι σύνεγγυς περὶ κήπου. Sic lemma scriptum. Plan. p. 81. St. 119. W. Insula Terebinthus si unquam fuit, (nam de Judaeae Terebintho h. l. non cogitandum) nuspiam occurrit, nisi in hoc uno loco. Varia hariolatur *Brodaeus*, quae h. l. recoquere nihil attinet. — V. 1. ὀλιγάμπ. quae nonnisi paucas vites edo, propter angustum solum. — V. 2. νήσοις. Vat. Cod. — V. 3. πολύ. Plan. et Vat. Cod. — Vicinae mihi insulae spatiosiores quidem, sed me longe asperiores. — τοῦτο. κατὰ τοῦτο μόνον. hoc uno, quod majores sunt, me superant. — V. 5. αὖλαξ. terra arabilis, foecunda, opponitur infoecundae arenae Libyae. Eleganter *Grotius:*

Fructu, non spatio res penditur. Anne Libyssa,
Nile ferax, glebis certet arena tuis?

XXIX. Cod. Vat. p. 427. Plan. p. 84. St. 124. W. Apum et mellificii laudes. Confer *Diodor. Zon.* Ep. VI. — V. 1. ὦ καλόν. Insolentius hujus carminis initium. Nec tamen propterea probaverim conjecturam *Jos. Scaligeri* ἄσκαλον, quod cum voce ῥεῦμα non congruit. — ἐν αἰθέρι. *Mellis aërii dona Virgil.* Georg. IV. 1. ubi vide *Interpp. Salmas.* ad Solin. p. 718. *Bod. a Stapel* ad Theophr. L. III. p. 149. — V. 2. »Cod. omnes et »edd. antiquae αἱ πλαστοὶ χειρῶν. Primus Stephanus »χειρῶν. Aliam emendationem tentavi ἄπλαστοι χειρῶν: »*manibus hominum non fictae, sed quas sibi ipsae con»struunt apes, cellae.*« *Br.* Sed tum saltem scribendum ἄπλαστοι δὲ χειρῶν. *Scaliger* in not. msc. χειῶν conjecit, quod in hoc contextu non satis intelligo. *Huetius* p. 10. ὦ πλαστοὶ κηρῶν. Mihi *Brunckii* emendatio magis probatur. Ceterum Vat. Cod. οἱ non αἱ πλαστοὶ exhibet. — θαλάμαι. κηροπαγεῖς θαλάμαι sunt ap. *Apollonid.* Ep. VI. — V. 3. ἀνθρώπῳ. Vat. Cod. — Munus hominibus gratis oblatum, nullo nimirum illis labore et sudore constans. Sic *Leonid. Tar.* Ep. LX. cicada πρόικος ἀνθρώποισι καλοῦ θήρευσιν ἀοιδός. — μακέλλαις. Vat. Cod. — V. 5. γλυκεῦ δέ. Vat. Cod. *Salmasius* in not. msc. suspicatur κηκιοῦ, ejusque vocabuli explicationem se olim daturum esse promittit. — V. 6. σκίπωνες δαψιλὲς (in marg. δαψιλὲς) ἐξ ὀλίγου. Vat. Cod. Apes dulcem laticem ex parvo corpore destillant. πηγάζει. ἀναβλύζει. *Hesych.* — V. 7. *Illae continuo saltus silvasque peragrant* (ποιμαίνονται) *Purpureosque metunt flores, et flumina libant Summa leves* (εὐαγέες). *Virgil.* Georg. IV. 53. — αἰθερίου νέκταρος. Vide *Apollonid.* Ep. VI. — ποιμαίνοισθε. Vulgo.

XXX. Cod. Vat. p. 305. Plan. p. 96. St. 142. W. Historia de pastore, qui favos in rupe quaerens, fune, quo tenebatur, rupto perierat. — V. 1. Βόρκος. Ald. sec. — ἄγραν Vat. Cod. a pr. man. — σχοίνῳ. funis ope, quo tenebatur. — V. 3. »In aliis libris legitur: ἄκεσεν

„αἰ σκυλάκων τις ὃ καὶ βῶιν· ὃς φάγε. satis inepto sensu. „Lectionem, quam in quodam exemplari reperisse se „testatur Opsopoeus, secutus sum. Nescio an alibi βοῒ „pro βοῦν occurrat, hinc notatum a Maittaire p. 306. „qui saepe corruptis librorum lectionibus deceptus „fuit.“ *Br.* Sequebatur pastorem unus e catulis, qui tenuem restim, quasi cibus esset, abrosit. βῶιν, ὃς Vat. Cod. — V. 4. ἀναλκομένῳ Vat. et Plan. — V. 5. κάπνισαν. Flor. Ald. pr. tert. et Ascens. quamvis jam Aldus κάπνισεν δ' in Cod. invenerat. — V. 5. ἀτρυγίς. Mel, cujus alii propter rupis asperitatem compotes fieri non potuerant, Borchus vitâ sibi comparavit. — τρυγῶν. de mellis vindemia. τὸ τῶν κηρίων τρύγημα βλίττειν λέγουσι, *Moeris Atticista.*

XXXI. Cod. Vat. p. 402. Plan. p. 104. St. 155. W. Ad torrentem, imbribus auctum et magno cum impetu ruentem. Comparandus *Ovidius* III. Amor. VI. 5. *Parvus eras, memini; nec te transire refugi: Summaque vix talos contigit unda meos. Nunc ruis apposito nivibus de monte solutis, Et turpi crassas gurgite volvis aquas. — At tibi pro meritis, opto, non candide torrens, Sint rapidi soles siccaque semper hiems.* — V. 1. λαβροπόδη. qui incitato cursu fertur. Male *Brodaeus* λαβροπότη conjecit. — 178.] V. 3. ὄμβροισι. Vat. Cod. Et haec structura bene se habet; sed ὄμβροις praefero ab sonum suaviorem. — V. 4. θολεραῖς δ' ἤρανες ἐν νεφέλαις. Vulgo et in Vat. Cod. *Huetius* p. 13. ἠρανίσω. *Joseph. Scaliger* in not. msc. ἢ βαιὸς corrigit, sensu parum expedito. Facilis est *Brunckii* lectio, undecunque manaverit: τὸ νᾶμα ὅ, τι φέρεις θολερὰ νεφέλαις ἠράνισαν σοί. — V. 5. *Flumine perpetuo torrens soles acrius ire. Sed tamen haec brevis est, illa perennis aqua. Ovid.* Remed. Amor. 651.

XXXII. Cod. Vat. p. 368. Planud. p. 51. St. 73. W. De Euripo, fluctus mirum in modum reciprocante. —

V. 3. Junge ὅσσον χεῦμα πέμπεις δινευόμενον, i. e. δινεύῃ κατὰ, τεταγμένον, i. e. τεταγμένως, ἐς τρὶς ἠελίῳ καὶ τοσάκις ἐννυχί. Statis temporibus, ter die, ter noctu, undas Euripum ait reciprocare. *Suidas* v. Εὔριπος. ἑπτάκις δὲ τῆς ἡμέρας τὸ ὕδωρ τρέπεται. *Plinius* L. II. 100. p. 118. *Et quorundam tamen privata natura est, velut Tauromenitani Euripi saepius, et in Euboea septies die ac nocte reciprocantis.* ubi vide *Harduin.* et *Casaub.* ad *Strabon.* L. I. p. 95. D. — V. 5. μαντεύω. Vat. Cod. — Non inquiro in caussas et originem hujus miraculi. Naturae haec arcana sunt, quae retegere nefas. ἄρρητος φύσις sic crebro ap. *Aelianum* de Hist. Anim. — Respexit *Antiphilus*, ni fallor, ad notam illam de Aristotele fabulam, quem, cum illius reciprocationis caussas indagare frustra conatus esset, prae pudore mortuum esse narrant. Vide *Brucker.* Histor. Phil. T. I. p. 792. *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 205. ed. Harl.

XXXIII. Cod. Vat. p. 406. Plan. p. 5. St. 9. W. Argumentum diserte indicat lemma. — V. 2. μόνον. Vat. Cod. — Notanda elegans translatio in verbis βέβηλος ἠελίου. Solent enim ii, qui nulla alicujus rei cognitione imbuti sunt, ἀμύητοι αὐτῆς dici; ut ἀμύητος κύμων ap. *Philodem.* Ep. XIX. Diana γάμων ἀμύητος *Oppian.* Hal. I, 34. Jam qui ad ejusmodi rei notitiam adducuntur, μυσταγωγοῦνται, μυοῦνται. De Protesilao, qui Trojanos primus Graecae virtutis notitia imbuerat, *Philipp.* Ep. LXXV. σὺ — ἐμύησας Ἴλιον Ἑλλαδικοῦ θυμὸν ἰδεῖν δόρατος. — Recte igitur, qui nondum diem viderat, βέβηλος sive ἀμύητος ἠελίου dicitur. — V. 3. οἶδα. Illa initiationis nocte tenebras simul ab animo et ab oculis discussi. — Usum verbi οἶδα cum participio multis exemplis allatis illustravit *Abresch.* in Lect. Aristaen. L. I. p. 18. sq. — V. 6. ὄμματι τρανοτέρῳ. Vulgo. ὄμμασι τρανότερον. Vat. Cod. Hoc verum esse puto.

XXXIV. Cod. Vat. p. 392. Plan. p. 61. St. 89. W. In belluam marinam, delphinum puto, quae, postquam naufragi cadaver in terram portaverat, ibi exspiravit. — V. 1. Pone comma post θήρ. Haec enim sibi opponuntur sic: Hominem bestia, terrestrem animal marinum, spirans vivensque defunctum. — λοφιῆς ὕπερθε. in tergum sublatum. λοφιήν. νῶτον. τείνοντα. αὐχένα. *Hesych.* *Homer.* Od. τ. 446. φρίξας εὖ λοφιήν, πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς. — V. 3. ἐκόμισα. Vett. edd. quaedam et Vat. Cod. Vide *Clark.* ad Il. β. 183. — ἐς γῆν. Vat. Cod.

T. 179.] *XXXV.* Cod. Vat. p. 307. Plan. p. 223. St. 324. W. Historia de vespillone quodam, qui cum feretro, quod gestabat, lapsus animam reddidit. — V. 2. ἔνδον ὄφρα. Vat. Cod. — V. 4. πρόφασις. Vat. Cod. male. — Philonis senectus, in Orcum prona, nonnisi praetextum quaerebat mortis, i. e. impulsum aliquem, qui pronum everteret. πρόφασις in talibus causam significat. Cf. Ep. ἀδέσπ. CCCCLXI. *Antip. Thess.* CIX. ἦν ἄρα μίμνει Γῆρας καὶ θανάτου λειπομένη πρόφασις. — V. 5. τὸν δ' ἄλλοις. Vat. Cod. Bene. — νεκυοστόλον. Nove h. l. feretrum, cui imponuntur cadavera, νεκυοστόλον vocatur, quasi mortuos ad inferos transmittens, trajiciens. Plerumque de Charonte usurpatur. Hinc *Jos. Scaliger* νεκυοστόλος corrigit in not. msc. ipsum Philonem, libitinarium, significari autumans. Non male. — αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ. Vat. Cod. — ἀσκάντην. σκίμποδα. δίφρου εἶδος. ἢ τὸν κράβατον. *Schol. Aristoph.* Nub. 633. Cf. *Suid.* in ἀσκαντον. *Pollux* L. X. 35. *Eustath.* ad Od. ψ. p. 810. 19.

XXXVI. Cod. Vat. p. 266. Edidit *Leichius* in Sepulcr. 11. p. 3. Anth. *Reisk.* nr. 606. p. 89. Expressum hoc carmen ex *Bianor.* Ep. XVIII. ubi vide not. — V. 2. ἐπ' ἀλλ. apogr. Guy. et Ruhnk. unde hanc lectionem habet *Leich.*, qui hoc distichon male distinctum dedit. Emendavit *van Eldik* in Suspic. p. 17. comparato

Cypriano de Idol. Van. c. IV. *Sic Thebanorum germanitas rupta et permanens regis dissidentibus etiam in morte discordia.* — V. 5. [illegible] ex uno busto flamma surgens dissilit *discors in duos apices.* Sic verba [illegible] explicanda videntur. Apte comparavit *Leichius Ovidium* in Trist. L. V. 5. 33. *Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis, Scinditur in partes atra favilla duas.* Statius XII. Theb. 431. *Exundant diviso vertice flammae, Alternosque apices abrupta luce coruscant.*

XXXVII. Cod. Vat. p. 227. Plan. p. 236. St. 343. W. In Protesilaum, in cujus tumulo ulmi, Trojam versus spectantes, exarescebant. Rem narrat *Plin.* L. XVI. 88. T. II. p. 40. *Sunt hodie ex adverso Iliensium urbis, juxta Hellespontum, in Protesilai sepulcro, arbores, quae omnibus aevis, cum in tantum accrevere, ut Ilium adspiciant, inarescunt, rursusque adolescunt.* quem locum tractavit *Salmas.* in Exerc. Plin. p. 610. F. G. *Quintus Smyrn.* L. VII. 407. [illegible] Αἱ δ' ὁπότ' [illegible] Ἴλιον, [illegible] Cf. *Philostrat.* Heroic. c. II. p. 672. et *Philippi* Ep. LXXV. Τάφον καὶ τέμενος Protesilai fuisse prope Elaeunta, satis constat ex iis, quae narrat *Herodotus* L. IX. 116. p. 744. ad quem locum respexit *Pausan.* L. III. 4. p. 213. — V. 2. Conf. *Homer.* Il. ρ. 695. et quae notavimus ad *Tzetzae* Antehom. v. 222. p. 32. — V. 3. „In Planud. excusis male „legitur [illegible]. Praeter Vat. Cod. [illegible] habet etiam opti„mus Planudeae reg. liber. Hoc autem ex Homero ad„umbratum Il. ζ. 419. ἠδ' ἐπὶ σῆμ' ἔχεεν· περὶ δὲ πτελέας „ἐφύτευσαν Νύμφαι Ὀρεστιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.“ *Br.* [illegible] corrigendum esse, sponte viderat *Huetius* p. 23. [illegible] ornant, instruunt. [illegible] *Hesych.* — V. 4. [illegible] Vat. Cod. — V. 5. „In Planudea inepte legitur [illegible] „[illegible]. Non melius Suidas [in [illegible] T. I. p. 636.]

„ἀνεμώεντα." quod quam bene hic conveniat, ex hujus „vocis expositione judicari potest: ἀνεμώεντος. ὁ πάνυ „ἀπεχθόμενος. Alieno loco exemplum hoc protulit, quod „ad ἀδέμνης pertinebat, βαρύθυμος, ὀργίλος, μνησίκακος. „Forte turbati sunt Suidae codd. Vera lectio est ἀνεμώ„εντα, quam, transpositis vocalibus habet Vat. Cod. ἀνε„μίνητα, quae vox est nihili et forte ad pravam emen„dationem Planudem seduxit. Vir doctus in margine „Flor. emendaverat ἀνεμοίλικτα." *Br.* Legendum esse ἀνεμήνιτα, *Brodaeus* praeclare vidit, eamque emendationem probavit *Stephanus*, cui ipsi ἀνεμοίλικτα in mentem venerat. Illud etiam conjecit *Anonymus* Bibl. Bodl. et *Salmasius* in not. mstis. — V. 6. ἀδαλέην. Vat. Cod. a pr. m. — ἀδαλέαν φυλλοχοεῦσι. *Suid.* — V. 7. 8. laudat hoc distichon *Suid.* T. I. p. 86. v. ἀκμήν. ἀντὶ τοῦ ἔτι. Ibi pro τότ' habetur πότ'. — οὐ μέρος. Vat. Cod.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 405. Plan. p. 42. St. 61. W. Leonidae manes vestem purpuream, qua Xerxes ejus cadaver tegendum curaverat, aspernari finguntur. Idem argumentum tractavit *Philipp.* Ep. LX. Ceterum longe diverso in Leonidam animo fuit Xerxes, si fides *Herodoto* L. VII. c. 238. p. 616. — V. 1. Λεωνίδη. Vat. Cod. et Sched. Krohn. — V. 2. θαμβήσας emendavit *Scaliger* in not. msc. Non male. Nec tamen vulgata spernenda. Nam ταρβεῖν idem est, quod αἰδεῖσθαι, τιμᾶν, ut ex *Sophocle* observavit *Suidas* T. III. p. 431. — ¶. 180.] V. 3. ἔχει. Vat. Cod. recte. Cogitandum de more Spartanorum mortuos in scuto domum ferendi. *Philippus* de scuto tumulo imponendo accepit: ἀσπίς μοι τύμβον κόσμος μέγας. Vide *Potter.* in Arch. L. III. 12. p. 497. ap. *Gronov.* — Sponte apparet, *Leonidae* verba esse: sed ponendum est β. in versus initio. — V. 4. ὁ πλοῦτος. Abstractum, quod vocant, pro concreto; *divitiae* pro *veste divite.* — ἐντάφιον. Proprie quaevis ornamenta, quibus cadaver instructum in atrio collocatur; inprimis autem vestes pre-

tiosae, quibus mortui induebantur. Vide *Cuper.* Obss. II. 9. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. I. 16. 2. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 421. — V. 6. ἐλευθερίης. Vat. Cod. et Sched. Krohn.

XXXIX. Cod. Vat. p. 450. Plan. p. 55. St. 79. W. In fontem, qui post Agricolae cujusdam mortem exaruerat. Hoc carmen in Plan. l. c. Ἀντιφίλου inscribitur; sed p. 89. St. Ἀντιπάτρου. vitiose. Omnes enim edd. ante *Stephanum* et Cod. ap. *Bandin.* in Catal. Bibl. Med. p. 100. Ἀντιφίλου etiam in hoc altero loco exhibent. — V. 2. ἀενάου corr. Aldus in Lect. Ed. pr. quod nonnisi Ald. tertia recepit. — ἠελίου. Omnes vett. loco pr. et Vat. Cod. — V. 3. „Vat. Cod. ἀγρικόλας τετρόμμεθα. In „duobus Planud. τετόμμεθα. In optimo bis legitur. Hic „absque lectionis discrimine; tum Cap. εἰς πηγάς. ubi „ἀγρικόλα τετόμμεθα; [sic Ed. Flor. Ald. pr. tert. loco „altero.] in ultima nominis ἀγρικόλα superscripto ε, ut „sit ἀγρικόλας. Genuinam restitui lectionem: *exhaustae* „*sumus lacrymis, quas Agricolae luctu effudimus.*" *Br.* *Salmasius* in not. mstis δάκρυσ' ἐπ' Ἀγρικόλᾳ τετρόμμεθα corrigit. — Quaedam edd. legunt τετρίμμεθα. Vetus Cod. quidam, teste *Stephano*, τετήγμεθα. — Omnem laticem, quo olim abundabam, bibuli illius cineres imbiberunt. — Nihil hoc carmine frigidius.

XL. Cod. Vat. p. 261. Edidit *Leich.* in Sepulcr. p. 24. Anth. *Reisk.* nr. 596. p. 84. — V. 2. ὀρθὰ τινασσομένων. Haec paulo obscurius sunt dicta. Interpretatio *Reiskii* vix congruit cum verbis ἐμὸς ἀπτὼς ἦν θάλαμος. Thalamus, in quo gravida illa mulier habitabat, plane non concidit, parietibus concussis quidem, sed ὀρθῶς, impetu terrae eos non ex transverso quassante, sed motu ab imo fundo ad superiora rectâ tendente lineâ. Quo factum, ut parietes, licet concussi, ruinam tamen non paterentur. — V. 3. αἶς Leich. ut est in apogr. Guy. et Ruhnk.

Ruhnk. ὑπὸ φωλεύουσαν. Vat. Cod. Utrumque emendavit *Reisk.* — V. 4. ἐνὶ σμῷ. novus timor ad illum priorem accessit. Non metri solum causa, quod *R.* existimabat, ἔμιξα a poëta positum est pro ἔμιξαν, sed quia illud exquisitius et poëticae orationi accommodatius est. — V. 5. φύσις. sine obstetricis ope. ἀμφότεροι. mater cum infante recens nato. Similis casus contigit in Antiochiae ruina, de qua *Dio Cass.* L. LXVIII. p. 1140. καταστάντος δέ ποτε τοῦ κακοῦ, θαρσήσας τις ἐπιβῆναι τῶν πεπτωκότων, γυναικὸς ζώσης ᾔσθετο. αὕτη δὲ ἦν οὐ μόνη, ἀλλὰ καὶ βρέφος εἶχε, καὶ τρέφουσα τῷ γάλακτι καὶ ἑαυτὴν καὶ τὸ παιδίον, ἀντήρκεσεν. ἐκείνην τε ἀνορύξαντες ἀνεσώσαντο μετὰ τοῦ τέκνου — — —. Alia his similia recentiori aevo animadversa sunt in illo terrae motu, quo magna pars Calabriae vastata est, et alia alibi.

XLI. Cod. Vat. p. 395. sq. Plan. p. 75. St. 109. W. In senem portitorem, qui, cum in cymba sua mortuus esset, simul cum ea concrematus est. — V. 1. „νησαίοιο. „Veram hanc lectionem dedit Vat. Cod. Planudea cor„rupta νεσσαίοιο, quod Anthologiae interpretibus nomen „est proprium: *Glaucus Nessuei filius.* νησαῖος πορθμὸς, „fretum quod insulam inter et continentem fluit." *Br.* qui sequitur sententiam *Salmasii* in not. mstis. — Senex noster Θασίων αἰγιαλῶν ἔντροφος dicitur. Jam insula Thasus posita est ad ostium fluminis, quod Thraciam rigat, Νέσσου sive Νέστου, utroque enim modo scribitur. Vide *Harduin.* ad *Plin.* T. I. p. 235. LIV. Quae ap. *Herodotum* L. VII. p. 554. 27. et 560. 22. de *Nesto* narrantur, eadem de *Nesso* tradit *Aristotel.* in Hist. An. VIII. 28. p. 254. Cf. *Wesseling.* ad utrumque *Herodoti* locum, et ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 642. 2. *Salmas.* ad *Solin.* p. 112. A. B. Noli itaque dubitare, quin legendum sit:

Γλαῦκος ὁ Νεσσαίοιο διαπλώουσιν ὁδηγὸς
πορθμοῦ.

Intelligitur enim *fretum Nessaeum* inter Thasum et Thraciam. Hoc non fugere potuit doctissimum Anthologiae interpretem, *H. Grotium*, qui vertit:

Per Nessaea diu ductor freta Glaucus euntum.

— V. 3. πόντου ἀροτρευτής. *Aequor arare* multi latinorum poëtarum dixerunt. — Mox *Stephanus* primus legit οὔποτ' ἔκνωσσε, quum omnes ante eum edd. cum Vat. Cod. ἠδ' ὅτ' exhibuerint. Neutra lectio probanda. Non credibile est, Glaucum per longam aetatem nunquam dormivisse; qui sensus ex *Stephani* lectione emergit; multo minus poëta sic laudare potuit nautam peritissimum, ut diceret, eum, cum obdormivisset, gubernaculum erranti manu rexisse. Quare procul dubio scribendum:

οὐδ', ὅτ' ἔκνωσσε,
πλαζομένῃ στρωφῶν πηδάλιον παλάμῃ.

Haec est laus insignis et huic loco accommodata. Glaucus, vel per somnum, gubernaculum certa dirigebat manu. Sic emendandum esse dixeram in *Emend. in Epigr. gr.* p. 34. Postea, acceptis *Schneideri* schedis, doctissimum hunc virum non aliter h. l. emendasse intellexi; nec *Grotius* aliter legit, quod ex ejus versione apparet:

Doctus arator aquae, nec habet dum lumina somnus,
Flexit aberranti frena marina manu.

— V. 5. αἰλίοιο, Vat. Cod. — βίου ῥάκος. detritum puta et tantum non consumtum marinis laboribus. *Lucian.* Tim. 32. T. I. p. 102. Bip. μαλθακὸν, καὶ ἀγεννῆ, καὶ ἀνόητον ἀποφήνας, ἀποδῷ πάλιν ἐμοὶ ῥάκος ἤδη γεγενημένον. quae egregie illustravit, nostro loco non omisso, *T. H.* p. 398. sq. Vide ad *Crinagor.* Ep. XXXVI. — οὐδ' ἄρ' ἔμελλε. Vitiose Vat. Cod. — V. 7. ηὔκλεισαν. Sic Planud. „libri excusi. At manu exarati ἔκλυσαν aut ἔκλυσσαν. „Horum prius est in Vat. Cod. Si per metrum liceret,

„ἔκλυσσαν verum esse crederem. Major forte corruptela „locum hunc subiit. An scribendum ἔκελσαν?“ Br. ἔκλυσσαν habetur in Ald. sec. Vat. Codicis lectio ἔκλυσαν ad veram lectionem ducit. Scribe:

τοὶ δὲ κέλυφος ἔκαυσαν ἐπ' ἀνέρι — —

cymbam simul cum viro combusserunt, ut suo ipsius navigio inferorum flumina trajiceret. Jam confer *Addaeum* Ep. V. — τὸν ἀμείλιχον ἵκτο πρὸς ᾅδην Αὐτερέτης, ἰδίῃ νηὶ κομισσάμενος· Ἦν γὰρ ἔχε ζωῆς παραμύθιον, ἔσχεν ὁ πρέσβυς Καὶ φθίμενος τύματον πυρκαϊῆς ὄφελος. *Hetrusc. Messen.* T. II. p. 307. item piscatorem cum cymba concrematum esse narrans, addit:

ὄλβιος ὁ γριπεὺς ἰδίῃ καὶ πόντον ἐπέπλει
νηΐ, καὶ ἐξ ἰδίης ἔδραμεν εἰς ἀΐδην.

Notandum vocabulum κέλυφος de cymba. Vide *Valcken.* ad *Ammon.* p. 125. *Crinagor.* Ep. XXXV. ibique not. — Pro τόφρ' ὁ γερ. Vat. Cod. legit: τόφρα γερ.

T. 181.] *XLII.* Cod. Vat. p. 307. cujus auctoritate *Antiphilo* tribuitur carmen, quod in Plan. p. 80. St. 117. W. Μαικίου inscribitur. Conf. Epigr. *Hetrusci* supra laudatum. *Julian. Aegypt.* XLVI. *Addae.* Ep. V. — V. 2. σύνοδιν, συνέμπορον, *comitem sociamque itineris. Hesych.* σύνοδος. συνοδοιπόρος. — V. 3. ἐκεῖνος. Vat. Cod. — V. 4. πονευμένη. Vat. Cod. et Ald. sec. πονησαμένη. Ed. pr. Ald. pr. et tert. πονεύμενον correxit Aldus in Lect. idque recepit Ascens. et Steph. — V. 6. ἐκτέρισεν. Vulgo et in Vat. Cod. — „In Vat. Cod. συνέπλω δ' „ἄχρις ἀΐδεω. Unde scribendum ἄχρις ἐς ἀΐδεω. quod Pla„nudea lectione longe elegantius. Sic in Theocriti „Eid. I. 130. e Flor. ed. Valkenarius ἢ γὰρ ἐγὼν ὑπ' „ἔρωτος ἐς ἄϊδος ἕλκομαι ἤδη. ubi minus bene ceterae edd. „ἐς ᾅδαν.“ Br. ἄχρις ἐς ἀΐδεω emendavit etiam *Salmasius* in not. mstis. Planud. habet: ἄχρι καὶ εἰς ἀΐδαν.

XLIII. Cod. Vat. p. 306. Plan. p. 251. St. 364. W. Nauta quidam, qui, cum post longam peregrinationem, in patriae conspectu, postridie se in terram escensurum esse dixisset, subito coorta tempestate naufragio perierat, suo exemplo docet, quantum Nemesis valeat. — Vehementer a vero sensu aberravit *Opsopoeus.* — V. 2, δυςπλοΐην Vat. Cod. — Cras tandem molesta illa navigatio finem habebit. — V. 3. ἴσος Ἅιδι. ventis vehementer turbatus et exitium nobis afferens. *Macedon,* Ep. XXIII. de nave, Neptuno dedicata, ἧς ἔπι δειλὸς Πολλάκις αἰσάμην εἰσιδέειν Ἀΐδην. — V. 4. κατέτρυχε. Vat. Cod. recte. — κοῦφον ἔπος. illud verbum fiduciae plenum, Vide ad *Philodem.* Ep. XXIV. 5. — V. 5. τὸν λόγον τὸν αὔριον. verba, quibus aliquid in crastinum diem destinatur et designatur.

Ex Lectt. p. 172.] *XLIV.* Cod. Vat. p. 449. Edidit *Jensius* nr. 68. Anthol. *Reisk.* nr. 718. p. 141. *Brunckius* hoc et sequens Epigr. sic exhibuit, ut in apogr. Buheriano leguntur, cum omnibus lectionis vitiis, ut inde doctiores verae lectionis indicia peterent. — In priore hoc Epigr. navigantium oblectamenta recensentur. — V. 1. ὑπὲρ αὐτὴν Vat. Cod. et *R.* — Vel in puppi mihi nonnunquam cubile obtingat, ubi pluviae guttas in rhenonibus sonantes exaudiam. — πρέμνῃ. Intellige navis tabulatum sive catastroma, quod est in puppi. Ibi enim navigantium vulgus cubare solebat. Vide *Casaubon.* ad *Theophr.* Char. XXII. p. 216. sq. Delicatiores sub tabulato cubilia habebant. — Pro τύμματα cum *R.* legendum τύμματι. Quis hic non meminerit loci ap. *Ciceron.* II. ad Attic. 7. *Cupio istorum naufragia ex terra intueri; cupio, ut ait tuus amicus Sophocles,* καὶ ὑπὸ στέγῃ Πυκνᾶς ἀκούειν ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί. quem locum *Heynius* comparavit ad *Tibull.* I. El. I. 48. — διφθερίδες pelles sunt navibus obductae, quas segestra appellabant Romani. Vide *T. H.* ad *Pollux.* X. 134.

p. 1305. — V. 3. μυλάκων. Non sollicitanda haec lectio. μύλακες h. l. non sunt lapides, ex quibus ignis elicitur; huic enim rei quis, quaeso, molarem adhibuerit lapidem? sed potius saxa in focum exstructa αὐτοσχεδιαστικὸν, quales struuntur, ubi subito ignis ad cibos parandos alendus est. Inter illa saxa cum passim interstitia relinquantur, hic illic flamma prorumpit; hoc est πῦρ βεβιημένον ἐκ μυλάκων. Quidquid enim, difficultates et impedimenta ut superet, luctatur et laborat, βιάζεσθαι dicitur. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 114. sq. Hanc interpretationem nostram firmant sequentia. Cave igitur cum *R.* μιλάκων sive μαλαχῶν corrigas, qui sarmenta interpretatur hederae sive malvae, igni alendo inepta; quippe in quibus ignis scintillet tantum et fumet; quare poëta πῦρ βεβιημένον dixerit. — V. 5. καί κρέπτοντα εἴδοιμι διήκονον ἤδη τ. Sic Vat. Cod. In margine scriptum ἴδοιμι διήκονον ἤδη τράπεζαν. In calce paginae legitur sic: καί κε ῥύπτοντα εἴδοιμι διήκονον ἤδη τρ. *Jensius* καὶ κρύπτοντα et ἤδὲ edidit. *Reiskio* in mentem venit κήρυγγῶντ' ἐπίδοιμι sive κήρέπτοντ' ἐπίδοιμι. Neutrum feliciter. Si vera esset glossa *Hesychii*: κρύπτει, σκώπτει, dixeris, *Antiphilum* scripsisse: καὶ κρύπτοντ' ἐσίδοιμι διήκονον, *procacem et dicacem vernam.* *Horat.* II. Serm. VI. 65.

O noctes coenaeque Deûm, quibus ipse meique
Ante Larem proprium vescor, vernasque procaces
Pasco libatis dapibus.

Sed illam ap. *Hesychium* glossam depravatam esse literarum ordo arguit, secundum quem κροόπτει legendum est; quod vocabulum nullam auctoritatem habet. Cogitabam etiam de καὶ ῥέγχοντ' εἴδοιμι — *stertentem in puppi ministrum*, ut Mercurium ap. *Lucian.* Contempl. §. 1. T. III. p. 30. ed. Bip. ἀλλὰ σὺ μὲν ῥέγχεις ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐκταθεὶς, ὤμους οὕτω καρτεροὺς ἔχων. — Mox Vat. Cod. ἔστωμαν. *Reisk.* dedit: ἡ δὲ τράπεζα Ἔστω μοι ἡ πρώτη

v. 8. e. mensa sit mibi primus quisque in navis tabulatae asser. Brunckius: ἠδὲ τράπεζα Ἔστω μοι πηκτὴ *v....* In πρώτη aliud quid latere suspicor. Caeterum huc facit *Persius* Sat. V. 146. *Tun' mare transilias? tibi torta cannabe fulto Coena sit in transtro?* — V. 7. ψιθύρισμα τὸ ναυτικόν. dulcis garrulitas nautarum. ψίθυροι vocabantur procaces illi et arguti pueri, quibus Romani juxta ac matronae tantopere delectabantur. *Dio Cass.* T. I. p. 560. 62. παιδίον τι τῶν ψιθύρων, οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ ὡς πλήθει ἀθύρουσαι τρέφουσι. Vide *Reimar.* T. II. p. 1114. 74. — ἴδε, λάβε. Est ludi genus, ad quod etiam *Strato* respexit Ep. XLVI. ἴδε, λάβε παίζει Σωσιάδας ὁ καλὸς καὶ Διοκλῆς ὁ καλός. Quum ibi ad sensum nequam traducta sint verba, *Br.* hic quoque aliquid nequitiae subesse ratus, τὸ παιδικὸν corrigit pro ναυτικόν. Sed sic nihil est, quod a conjectura satis tutum sit. — Pro εἰ καὶ (εἴ κε *Jens.*) *R.* optime scripsit: εἶχε τ. — τὸν φιλόκοινον, qui non exquisitas voluptates quaero, sed vulgaria capto.

Ex Lectt. p. 173.] *XLV.* Cod. Vat. p. 450. Edidit hoc carmen *Jensius* nr. 69. Anthol. *Reisk.* nr. 719. p. 142. Corruptelae, quibus scatet, et historiae, ad quam respicitur, ignorantia argumentum obscurum reddunt. Causam *Antiphilus* enarrat, cur ardea, sancta apud alias gentes avis, apud Colchos, (si vera est lectio) gravissimo odio habeatur. Vide *Schneiderum* ad *Eutecnium* de Aucupio L. II. 4. p. 431. Hujus enim avis indicio factum est, ut hostes maris vadum animadverterent, per quod in urbem penetraverunt. — V. 1. „In Κυκλάδων „latet gentile nomen urbis cujusdam ab hostibus captae, „quibus vadum in stagno indicaverunt ardeae media in „illuvie stantes. Nomen hoc in genitivo plurali esse „debet, nam substantivum est ἔχθρα, unde pendet: „quod ideo moneo, ne quis Reiskii conjecturam pluris „faciat, quam aequum est. Leves mendas cuique tol„lere facile est, at graviores non elui posse videntur;

„nisi melioris cod. ope." *Br.* Cod. Vat. non Κυκλάδων habet, sed Κολχάδων. unde *R.* fecit Κόλχος τὸν δύστηνον ἐ. *Vir Colchus infelicem in erodium ad inimici instar saevit.* Colchorum nomen in hoc versu obliteratum esse, probabile fit ex vers. 8. ubi Cod. lectio est κόλχους καὶ βρίων. Fortasse legendum:

> Κόλχων δύστηνον τίς ἐρωδιὸν ἔχθρα κολάζει,
> τοῦ τε χάριν προδότης ὄρνις ἐπὶ λέγεται,
> Φοῖβος ἐρεῖ – –

Phoebus indicabit, quae inimicitiae Colchorum ardeam persequantur, et cujus rei causa haec avis proditoris nomine appelletur. — V. 2. τοῦ χ. *Jens.* Hunc vers. *R.* interrogative accepit; minus recte. — V. 3. ἄλα, non ἀλλὰ, in Cod. habetur. *Jensius* et *R.* dederunt: Φοῖβος ἐρεῖ· ἵνα γειτον ὅτ' εἰς ἄλα κ. ἐ. στήσας (sic Vat. Cod. non τήσας). Lacunam post ἐρεῖ esse putavit *R.* Sed divinitus hunc locum restituit *Ruhnkenius* in Epist. crit. I. p. 121. sic:

> Φοῖβος ἐρεῖ· τεναγῖτιν ὅτ' εἰς ἄλα κοῖλον ἐλαφρὸν
> στήσας ψαμμίτην ὄρχον ἐθημολόγει.

comparans *Apollon. Rhod.* L. IV. 1264. ἐπὶ τεναγώδεα λεύσσω τῆλε περισκοπίων ἅλα πάντοθεν. Adde Ep. Nostri XXIII. αἰγιαλοῦ τενάγεσσιν ὑποπλώοντα – πουλυπόδην. Verbum ἐθημολόγει *Reiskius* derivavit a θημὼν, *cumulus, acervus.* Vertit enim: *ex acervo arenae suum sibi cibum colligeret.* Malim ab ἔθημος derivare, unde ἐθημοσύνη, *consuetudo.* Esset igitur ἐθημολογεῖν, *pro more suo colligere.* Notandum verbum. *Bernardus* in Epist. ad Reisk. p. 507. suspicatur: ἐθυννολόγει. — V. 6. πυξοβατεῖ. Cod. Vat. Optime *Reiskius* πεζοβατεῖν. *Tandem intelligebant hostes urbem oppugnantes, ubi pedibus mare transiri posset.* *Parmenio* Ep. IX. Persarum exercitum ναύτην ἠπείρου, πεζοπόρον πελάγους appellat. *Meleag.* Ep. LXXX. οὐ ναύταν, ποσσὶ δὲ πεζοπόρον. — V. 8. κόλχους καὶ βρίων. Poste-

riorem hanc vocem metrum respuit. *Jensius* ἐκδῦσιν et βελον legit. Prius verum. Quid in altero lateat, haud facile dictu sit. At in praecedente versu legerim:

ἐπεὶ βαρὺ ἤρατο μῖσος,
ἐκδυσῶν Κόλχους — — — — —

Ferite malam hanc avem, quia tam grave sibi conflavit odium Colchorum urbe vastata.

Antiphilo in Cod. Vat. tribuitur Ep. ἀδέσπ. CCCCL.

JULII DIOCLIS CARYSTII EPIGRAMMATA.

T. 182.] *I.* Cod. Vat. p. 574. Edidit *Klotz* ad *Tyrtaeum* p. 100. Alterum distichon *Warton* ad Theocrit. T. II. p. 264. Puero pulcritudine sua elato poëta superbiae vindictam auguratur. — V. 1. προσεῖπε. apogr. Lips. et in marg. apogr. *Ruhnkeniani.* — V. 2. οὐδέ. ut *Philodem.* Ep. IV. ὦ σοβαρή, ὑγίαιν'· οὐδ' ὑγίαινε λέγεις. — V. 4. ἄρχῃ. Vat. Cod. et *Wart.* ἄρξει est in apogr. Lips. ἄρξῃ in marg. apogr. *Ruhnk.* — Verba οὐκ ἀντικρινόμενος h. l. sensu passivo accipienda sunt. Tum pilis foedatus prior dicet: Salve, nec responsum feret.

II. Cod. Vat. p. 173. Ἰουλίου Διοκλέους. In Plan. p. 433. St. 567. W. Ἰουλιανοῦ. quod *Reiskio* fraudi fuisse in notitia poëtarum p. 206. animadvertit *Br.* Trias fratrum Pani offert munera. Vide *Archiam* Ep. VI. et sqq. — „V. 3. in omnibus codd. deest. Vacuum re„lictum spatium in Vat. membr. his verbis repletum „a recentiori manu: δικτυβόλει τούτῳ δὲ παρ' ἠϊόνων προκά„λαισι. Quod reponi posse ad perficiendum sensum ra„tus sum, minoribus literis uncis inclusis excudi cura-

nvi." *Br.* — V. 4. *Suidas* in ἄγχη T. I. p. 29. θηραβόλῳ γνώτῳ δ' ἀ.

III. Cod. Vat. p. 374. Plan. p. 72. St. 106. W. De scuto, quod dominum insidentem e fluctibus servavit. Idem argumentum tractavit *Leonidas Alex.* Ep. XV. *Theo Alex.* Ep. I. T. II. p. 405. *Zosimus* Ep. IV. T. II. p. 453. Cogitandum de scuto e viminibus contexto, ἀσπίδι οἰσυΐνῃ. Vide *Eustath.* ad Od. ε. p. 221. 50. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 626. sq. et *Heynium* ad *Virgil.* Aen. X. 119. De nonnullis Milesiorum, urbe ab Alexandro expugnata, narrat *Arrianus* L. I. 19. 5. οἱ μὲν αὐτῶν ῥιπτοῦντες σφᾶς ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ὑπτίων ἐς νησῖδα τινὰ ἀνώνυμον τῇ πόλει ἐπικειμένην διενήχοντο. — V. 4. ὀλλυμένους. Vat. Cod. — ¶. 183.] V. 5. In proeliis tu me a Martis ira defendisti, in undis ex Nerei furore servasti. — ἔν τε θ. Vat. Cod. — ὅπλον. Memineris, ὅπλα, ut *arma*, defendendo potissimum corpori inservire.

IV. Cod. Vat. p. 265. Διοκλέους Καρυστίου. Edidit *Reiske* in Anth. nr. 604. p. 88. Naufragus in litore jacens et saepius pulvere inspersus, quem tamen undae semper abluebant, precatur praetereuntes, ne inanem in posterum insumant operam. Passim depravatum est carmen. — V. 1. κόνει κε. τί γάρ; πάλι μηδ' ἐ. ταύτας Ἠώ οὐκ ὀνοτὰν γ. ἐ. τίθετε. Sic *R.* qui ex mendosissima scriptura sensum elicere non potuit. In Vat. Cod. ταύτας ᾐόνας οὐκ ὀνοτὴν γ. ἐ. τίθετε legitur. *Br.* emendationum suarum, quas *Salmasio* debebat, rationem non dedit. Lectio οὐ ξυνετὴν γαῖαν vix vera. Nihil enim ad rem facit, pulvis naufragi nostri ossibus inspersus utrum de patria terra an de peregrina, ignotaque ideo terra desumtus sit. Fortasse scribendum:

μηδ' ἐπὶ ταύτας
ᾐόνος οὐ μενετὴν γαῖαν ἐμοὶ τίθετε.

me in hoc litore terra haud mansura me inspergite. μενέτης, ὁ δυνάμενος μένειν. *Thom. Mag.* p. 608. Ap. *Aristoph.* in Av. 1619. μενετοὶ θεοὶ ſunt μόνιμοι καὶ βέβαιοι, interprete Scholiaſte. γαῖα μόνιμος, βεβαία, huic loco convenientiſſima. Jam haec explicantur in ſequentibus. —

V. 3. μαινετε δ' ἐμε. Sic Vat. Cod. (superscr. εις) μαίνετο δ' εἴς με dedit R. et in proximis εὔρεκεν. quod Brunckiano εὔρεκεν praetulerim, niſi duplex illud με impediret. *Salmaſ.* in marg. ap. Guy. et Ruhnk. correxit: μανέτω εἴς με, et mox ἐκρίψαι ῥαχίαις οὐδέ με χῶ; Ἀΐδης. Pro χέρσοισι, quod R. adjectiva ſignificatione acceptum cum ῥαχίαις jungit, *in deſertis litoribus*, *Schneiderus* corrigit χέρσοιο. — V. 5. „Ultimum diſtichon exhibui, ut in Cod. ſcriptum „eſt. Manifeſta corruptela. Fortaſſe etiam huc non „pertinet: nam priora duo ſententiam abſolvunt, cui „nihil deeſſe videtur.“ *Br.* In Vat. Cod. ὑπεκβαίνει habetur. In ap. Lipſ. ὑπεκβαίνει, et mox Παρ κυμα σ. μ. ὡ. ἄταφοι. *Reiskio* haec ſic corrigi poſſe videbantur: πὰρ κῦμα σταθεροὶ μίμνομεν ὡς ἄταφοι. *et ſic manemus ſemper inſepulti ad fluctus.* χέρσον ὑπεκβαίνει corrigit *Schneider.* ad *Oppian.* Hal. IV. 134. p. 413. *Crinagor.* Ep. XXXI. χέρσον ὑπεκβαίνοντι κατασπασθεῖσα κλύδωνι. Hoc mihi intelligere videor, in hexametro ſcribendum eſſe; χέρσον ὑπεκβαίνων εἴ μευ χέρσιν ὕδατι θυμός. At in pentametro minus certa emendatio. Quae olim tentavi in Emendd. in Epigr. Gr. p. 36. nunc vix placent. In σταθερῷ fortaſſe τέφρῃ ſive τέφρην latet. Haec aliquando fortaſſe expedientur. Certe non accedendum ad *Salmaſii* ſententiam in marg. Guy. et Ruhnk. qui hoc diſtichon pro ſpurio et addititio habet.

POLEMONIS REGIS
EPIGRAMMATA.

¶. 184.] *I.* Cod. Vat. p. 512. sq. *Polemoni* hoc carmen tribuit, quod in Planud. p. 180. St. 263. W. ἄδηλον est. Viso anaglypho, in quo ἀρτολάγυνος, corona et calvaria exhibebantur, ad vitae fructum hortatur. — V. 1. ἀρτολάγυνος. ἄρτος καὶ λάγυνος interpretatur *Brodaeus*, sive peram, in qua panis et lagena. Huic interpretationi accedit *Schneiderus* in Lex. crit. p. 213. comparans *Plin.* Epist. I. 6. *Proinde cum venabere, licebit, auctore me, ut panarium et laguculam, sic etiam pugillares feras. Athenaeus* narrat L. X. p. 422. D., Cratetem Cynicum objurgasse Demetrium Phalereum σὺν τῇ πήρᾳ τῶν ἄρτων καὶ λάγυνον πέμψαντα οἴνου. *Huetius* p. 19. autem vocem ἀρτολάγυνος de panis offâ interpretatur in lagenarum usum excavatâ. — V. 3. Vulgo hic versus distinctione laborat. Ordo est, monente *Brunckio*, καὶ τοῦτο ἱερὸν ὀστεῦν, προάστιον ἐγκεφάλου. Hic προάστιον est πρόβλημα, *propugnaculum.* Multa ἀπροσδιόνυσα ad hunc locum protulit *Brodaeus.* — Facit huc mos ap. Aegyptios receptus, in conviviis mortis imaginem circumferendi, cum voce: ἐς τοῦτον ὁρέων πῖνέ τε καὶ τέρπευ· ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος. *Herodot.* L. II. 78. p. 140. Conf. *Scaliger.* ad *Ausonii* Cent. Nupt. p. 503. sq. ed. Toll. — V. 5. τὸ γλύμμα. *Huetius* de excavato pane interpretatur; rectius *Brod.* de anaglypho. — περίκειτο ἄνθεα. *Plutarch.* Vit. Arati T. I. p. 328. στεφάνους περικείμενος. Plura hujus locutionis exempla vide ap. *Dorvill.* ad *Char.* p. 68. — *Martial.* II. Ep. 59. *Frange toros; pete vina; rosas cape; tingere nardo: Ipse jubet mortis te meminisse deus.*

II. Cod. Vat. p. 98. Λουκιλλίου ἢ Πολέμωνος τοῦ Ποντικοῦ. *Lucillio* soli tribuitur in Plan. p. 474. St.

615. W. Comparandum Ep. *Rufini* XXI. *Ausonius* Ep. LXXIX.

Hoc, quod amare vocant, misce aut dissolve, Cupido;
Aut neutrum flammis ure, vel ure duos.

Tibull. L. IV. 5. 13. *Nec tu sis injusta, Venus; vel serviat aeque Vinctus uterque tibi, vel mea vincla leva: Sed potius valida teneamur uterque catena.* ubi similia comparavit *Dousa.*

III. Cod. Vat. p. 478. Plan. p. 350. St. 489. W. Totum expressum ex *Platon.* Ep. XVII. — V. 3. ἀπορέπω. Compositum a ῥέπω. in Lexicis non comparet. " *Br.* Obversabatur cl. editori, ut videtur, Latinum verbum *repo* (ἕρπω). *Schneiderus* conjiciebat: καὶ τάχα μὲν σου ἀφείρπει. — V. 3. κέκλιεται. Vulgo.

DIODORI SARDIANI
EPIGRAMMATA.

¶. 185.] *I.* Cod. Vat. p. 186. Διοδώρου. Edidit *Kuster.* ad Suid. T. I. p. 67. Anthol. *Reisk.* p. 39. nr. 490. In Diogenis vestem, quam e tempestate servatus Cabiris dedicaverat. — V. 1. Laudat *Suid.* in ἀήτης. — V. 2. Idem in Βοῤῥᾶς T. I. p. 442. λαίλαπι Βοῤῥαίῃ κλασθὲν ἐρείλησις. at T. II. p. 420. in λαίλαψ, habet idem Βορέῃ et ἀντεῖδε κέρας. In Vat. Cod. Βοῤῥαίῃ κ. ἐς εἶδε κ. In apogr. Lips. ἔειπε. Βοῤῥείῃ *Salmasii* est emendatio in marg. ap. Guy. et Ruhnk. Ad verbum ἀντεῖδε ex ultimo versu Διογένης assumendum. — V. 3. Βοιώτις. vitiose apogr. Lips. ῥοί γε suspicatur *Kuster.* male. Vestis enim loquitur. καί με Vat. Cod. — Βοιώτια Κάβειρε. Insigni religione Cabiri colebantur ap. Boeotios. Vide *Pausan.* IX. 25. p. 757. sqq. *Dionys. Halicarn.* Ant. Rom. I. 68. —

V. 5. Hunc versum cum seq. laudat *Suid.* v. λώπιον T. II. p. 462. τὸ εὐτελὲς ἱμάτιον. λαῖφος. Qui Cabirorum mysteriis initiati erant, ab illis ex periculis servari credebantur, ut notavimus ad *Callimachi* Ep. XXVI. p. 278. His naufragi vota persolvebant, crines detonsos, si nihil aliud supererat, aut vestes, quibuscum ex undis enataverant. Huc facit inprimis *Horat.* Carm. I. V. 13.

— me tabula sacer
Votiva paries indicat uvida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris deo.

— V. 6. ἀλέγοις. Vat. Cod. ἀλέκοις emendavit *Reisk.* et ante eum *Salmasius.* *Gaetulic.* Ep. III. εἰ δ', ὅς μευ βαρόγυιον ἀπώσαο νοῦσον, ἀλάσσεις Καὶ πενίην. ubi vide not.

II. Cod. Vat. p. 186. Διοδώρου. Plan. p. 426. St. 560. W. Maximus quidam, natales celebrans, Junoni sacra cum precibus facit. — V. 1. Ἴμβρασον. Ἰμβρασίης ἕδος Ἥρης. *Apollon. Rhod.* L. I. 187. Ad Imbrasum, Sami fluvium, Junonem natam esse, tradebant veteres. Vide *Schol. Apoll. Rhod.* L. II. 868. qui servavit versum *Callimachi*: ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἰμβρασε Παρθενίου (fr. CCXII.). Totam insulam olim Partheniam fuisse appellatam, ait *Lactant.* Inst. Div. L. I. 17. *Insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Juno adoleverit ibique Jovi nupserit.* Cf. *Stephan. Byz.* p. 327. *Strabon.* L. X. p. 457. et *Spanhem.* ad *Callim.* p. 416. sq. — V. 3. μόσχων. Vitulis Junoni litatur; alii ei juvenca, alii agna fieri narrant. — V. 4. ἴσμεν ex Plan. εἴη ἴσοι vitiose Vat. Cod. — μακάρων θεσμὸν. qui res sacras, sacrorum ritus intelligimus. Hinc probabile est, Maximum Junonis sacerdotem fuisse. — V. 5. ἐπὶ σπίδων. Vat. Cod. — ἐπένευσεν ἔμπεδα. *Aeschyl.* Eumenid. v. 335. μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν. *Hesych.* ἔμπεδα ἐπιτελῆ. βέβαια. ἰσχυρά. ἀμετάλλακτα. ἀσφαλῆ. — Parcae non inviderunt ei id,

quod Juno facrificanti annuerat. Paulo infolentius *Callimach.* H. in Pall. 104. ἐπεὶ Μοιρᾶν ὧδ' ἐπένευσε λίνα, Ἀνίκα τὸ πρῶτόν νιν ἐγείνατο. Nec tamen cum *Bentleio* locum mendofum exiftimaverim. Si enim λίνα Μοιρῶν dici poffunt μεγαίρειν, quidni etiam ἐπινεύειν dicantur?

III. Cod. Vat. p. 482. Εἰς κρύσταλλον γεγλυμμένον. Plan. p. 350. St. 489. W. Verba hujus carminis fatis funt perfpicua, fed in re ipfa haeremus. De fcalpta imagine Arfinoës accepit is, qui lemma addidit, et *Heynius* in Commentatt. T. X. p. 119. At huic interpretationi nec verbum γράψας favet, nec id, quod de colore imaginis dicitur, Ζεύξιδος ἡ χροίη καὶ ἡ χάρις, quae verba fic interpretatur *Huetius* p. 33.: Adeo elegans eft haec imago, ut a Zeuxide picta videri poffit. — Picta igitur effe debuit; nam in fcalpta imagine coloris mentio fieri non poterat. Videtur igitur cryftallus Saturejo pro tabula fuiffe. — V. 2. δαίδαλον. h. l. pro δαίδαλμα. παίγμα interpretatur *Hefychius*. — V. 3. γλύψας tentat *Brodaeus.* — V. 4. μεγάλης ἀνάσσης. magnae huic reginae fimillima fum.

¶. 186.] *IV.* Cod. Vat. p. 366. Edidit *L. Holften.* ad *Stephan.* p. 341. *Jenf.* nr. 46. Anthol. *Reisk.* nr. 696. p. 132. In Pharum. Vid. de hac turri, in infula Pharo a Softrato Cnidio exftructa, *Salmaf.* ad *Solin.* p. 340. C. ubi hoc diftichon profert, ut etiam ad *Achillem Tat.* L. V. 6. p. 418. ed. Bod. *Ifaac. Voffius* ad *Pomp. Mel.* II. 7. p. 204. fq. *Cafaub.* ad *Strabon.* XVII. p. 1141. — V. 2. σύμβολα Vat. Cod. σύμβολον edidit *Salmafius.* *fignum portus;* ubi portus fit, navigantibus indico.

V. Cod. Vat. p. 427. Plan. p. 41. St. 60. W. Drufum puerum, multis jam laudibus infignem, Adrafteae divae commendat. Referendum videtur ad Drufum, Germanici filium, qui per Tiberium periit A. U. 787. — V. 1. φυλάσσευ Vat. Cod. — Ἀδρήστεια. Eadem cum

Nemesi, ut constat ex *Antimacho* ap. *Strabon.* XIII. p. 588. *Ammian. Marc.* XIV. p. 34. Vide *Schellenberg.* in fr. Antim. p. 72. — »Ἰχναίη dicta Nemesis, quia »ἰχνηλατεῖ τὸ δίκαιον, ut Lycophronis graecus interpres »ad hunc versum: τῆς θ' Ἠλίου θυγατρὸς ἰχναίας βραβεὺς »seu, ut Tzetzes, διὰ τὸ κατ' ἴχνος ἕπεσθαι. Vel Ἰχναίη a »Thessaliae urbe Ἴχναι. Strabo p. 435. καὶ Ἴχναι, ὅπου ἡ »Θέμις Ἰχναία τιμᾶται. ubi vide Casaubon. et Hesychii »Interpp. ad Ἰχναίη.“ *Br.* Ἰχναίη Θέμις prima occurrit in Hymno Homer. in Apoll. 94. *Philo* de Mose L. I. p. 96. ἡ γὰρ κόλασις ἑπομένη κατ' ἴχνος, μελλόντων μὲν ἐβράδυνε, πρὸς δὲ ἀδικήματα θέοντας ἐπιδραμοῦσα κατελάμβανε. *Stephan. Byz.* v. Ἴχναι. — Ἰχναίη Θέμις — καὶ ἀπὸ τοῦ διωχθῆναι κατ' ἴχνος ὠνομάσθη. — V. 2. ἡ πολλ. Quae multorum mentes decipit, qui, quoniam pulcritudine, ingenio et honoribus florent, in superbiae crimen incidant. — V. 3. δείδια. Jam enumerantur ea, quae Drusum Adrasteae obnoxium facere possint. — V. 5. τοιάδε. Haec ejusmodi sunt, ut in divinam potius quam mortalem naturam cadant.

VI. Cod. Vat. p. 391. Plan. p. 34. St. 51. W. Διοδώρου Σαρδιανοῦ τοῦ Διοπείθους. Vehementer a vero hujus carminis sensu aberravit *Ducker.* in Addendis ad Thucyd. p. 666. *Casaubonus* illud ad Neronis reditum e Graecia retulit, de quo *Suetonius* in Nerone c. XXV. *Reversus e Graecia Neapolin — albis equis introiit, disjecta parte muri, ut mos hieronicarum est.* Verba poëtae tamen non satis conveniunt hieronicae; nec, cum dicitur κοῦρος ἀρτιγένειον ἔχων χνόον, Nero significari potest, qui, cum ridiculam illam pompam ducebat, triginta annos natus fuit. *Diodorus* noster sub Tiberio claruit. De ipsius tamen Tiberii, quem saepe Neronem vocari supra monuimus, reditu ex bello Rhaetico quominus hoc carmen accipias, vetant verba versus quinti. Agebat enim Tiberius eo tempore annum aetatis vicesimum

ſeptimum. Cogitaveris de Nerone, Germanici filio, Druſi (vide Ep. praeced.) fratre. Sed hunc bellicis laudibus floruiſſe, non conſtat. — V. 1. Qualis olim Neoptolemus, Scyro relicta, Ilium venit, ſic Nero Romam. Αἰγιβότου. *Strabo* L. IX. p. 437. τὴν Σκῦρον — καὶ τὰ τοιαῦτα θρυλλεῖσθαι ποιεῖ, οἷον αἱ τῶν αἰγῶν ἀρεταὶ τῶν Σκυρίων. *Euſtath.* ad *Dionyſ. Perieg.* v. 521. θαυμασταὶ δὲ αἶγες αἱ Σκύριαι. *Athen.* L. I. p. 28. A. Σκύριαι δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος αἶγες ἐξοχώταται. ex *Pindaro.* — ἔπλεο. Vat. Cod. et ſic invenit Ald. in Cod. idque receptum ab Ald. ſec. et tert. — V. 2. μενεπτόλεμος. Vat. Cod. — V. 5. Ille, Neoptolemus, nonniſi fortitudine excelluit; hic, Nero, utroque, et fortitudine et ſapientia.

VII. Cod. Vat. p. 205. Edidit *Kuſter.* ad *Suid.* v. αἴλινον T. I. p. 650. *Weſten.* ad N. T. II. p. 135. Anthol. *Reisk.* nr. 545. p. 65. In Athenaïdem, Lesbiam, Iaſonis et Melae filiam, quae, puerpera, morte immatura exſtincta eſt. — V. 1. 2. laudat *Suidas* l. c. — με. Marmor tumulo impoſitum loquitur. Verba ſic jungo: τοῦτο τὸ αἴλινον γράμμα (triſtis haec inſcriptio, quae Athenaïdis luctuoſum indicat fatum) τῆς Διοδωρείου σοφίης (Diodori poëtae) λέγει με κεκρύφθαι ὠκυμόρῳ λεχωΐδι. — V. 3. κατέφθιτο. Vat. Cod. — Μύλας idem. *Reiskius* Μυλῶς edidit. — Ad κλαίων *Reiskius* Diodorum ſubaudit, cujus nomen in Διοδωρείου latet, eumque Athenaïdis maritum fuiſſe ſtatuit. Hoc probabile; at δεξάμενος vix acceperim pro *in matrimonium ducens.* Et quam dura, quaeſo, verborum ſtructura! Mihi poëta hunc quoque verſum tumulo ſive cippo tribuiſſe videtur. Quare legerim:

παῖδα δὲ Μηλῆς
δεξάμενος, θαλερὴν κεύθω Ἀθηναΐδα.

Nihil verbo κεύθειν in hoc contextu aptius. *Euripid.* Hecub. 325. ὃν ἥδε κεύθει σώματ' Ἰδαία κόνις. Epigr. ἀδέσπ. DCLXVIII.

DCLXVIII. οὐ κεύθει φθιμένην βαιὴ κόνις. DCCXXII. ἀλλὰ τὰ μὲν κεύθει μικρὰ κόνις ἀμφιχυθεῖσα. In hoc contextu etiam verbum δεξάμενος propriam fibi fignificationem retinet. — V. 8. θηροφόρων ἔμελεν. Vat. Cod. — Tu, o Diana, cum Athenaïs tuam opem imploraret, venationi intenta preces puerperae non audifti. Simile acumen in dicto ejus, qui Dianam circa Alexandrum occupatam, templo flagranti opem ferre non potuiffe dixit; quod *Cicero Timaeo* tribuit, de Nat. Deor. II. 27. rectius *Plutarchus Hegefiae* in Vit. Alex. T. I. p. 665. F. Vide *Ruhnken.* ad *Rutil. Lup.* I. p. 26. fq.

¶. 187] *VIII.* Cod. Vat. p. 317. Διοδώρου τοῦ γραμματικοῦ. *Jenfius* nr. 36. Anthol. *Reiskii* nr. 687. p. 129. Paula Tarentina maritum a caedis crimine teftimonio fuo liberat. — V. 1. ἐκρύψεν. Vat. Cod. ἔκρυφεν. apogr. Guy. et Ruhnk. — Teftatur fepulcrum, ubi caligine et tenebris circumdatur. — V. 2. τ' omittit *Jenf.* — V. 3. κατέκτανε. Vat. Cod. — V. 4. οὔνομα Ῥουφίνος. Vat. Cod. mira lectio, quam *R.* fic refingere conatus eft: κανταίνων γαμετῆς, οὔνομα Ῥουφίνιος. Sed hoc jejunum. Ingeniofius *Bernardus* in Epift. ad Reisk. p. 508. τί ματεῖς τοὔνομα; Ῥουφίνιος. *Brunckius* audacter recepit conjecturam *Salmafii*, ne monitis quidem lectoribus. Quid? quod inepta eft lectio, et auctoris ingenio indigniffima. — V. 5. ἀλλά με. Vat. Cod. — Fatum fatale me ad inferos detrufit; nec fane fola fum mulier, quae celeri fato perierit. ὠκύμορος duplicem interpretationem admittit: et ea eft, quae immatura morte periit; et quae fubito exftincta eft. De fubito cafu hoc loco agi, probabilius.

IX. Cod. Vat. p. 306. Plan. p. 262. St. 378. W. Emendatius edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 504. — V. 1. ἠμιτελῆ θάλαμον. Ductum ex *Homeri* Il. β. 695. quod multi expreflerunt. Vide not. ad *Tzetz.* Antehom. v.

222. et 227. — καὶ ἐγγύθι. dum nuptiae parabantur.— V. 3. Θώνιον 'Α. τι μ. ἢ. οἷ σε. Vulgo. Quaedam edd. vett. tamen habent δὲ et ἥ σε. Haec lectio, quam Vat. Cod. praebet, qui insuper μάλ' legit pro μέγ', unice vera est. Hipparchus noster, quem anno quarto et vicesimo aetatis suae exstinctum esse docemur vers. 5., ducturus erat puellam Thonium, Astacenam. "Αστακος nomen est pluribus urbibus commune. Vide *Steph. Byz.* p. 127. τὸ ἐθνικὸν 'Αστακηνὸς — καὶ 'Αστάκιος καὶ 'Αστακία. Bithyniae fortasse urbem significavit. Certe Ep. XIV. Bithynum hominem luget. Pro Θώνιον Cod. quidam ap. *Dorvill.* Θόνιον. — V. 5. In Cod. Vat. adscripta nota: ζήτει εἰ ἐν τὸ ἐπίγραμμα εἰς "Ιππαρχον. Nulla quaestione opus est. Pro 'Ιππάρχου *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 69. "Ιππαρχε corrigit. Mihi vulgata elegantior videtur. — ποίας, *annos. Rhianus* ap. *Pausan.* IV. 17. χείματά τε ποίας τε δύω καὶ εἴκοσι πάσας. Comparavit *Dorvill. Virgil.* Ecl. I. 70.

X. Cod. Vat. p. 218. Διοδώρου. In Plan. p. 198. St. 287. W. *Germanici* est. In Cod. Constantini Lascaris, quem Iriarte describit, p. 86 – 120. hoc Epigr. *Germanico* inscriptum jungitur Epigrammati *Tullii Gemini* X. p. 287. — In monimentum Themistocli ap. Magnesios exstructum. *Plutarch.* Vit. Themist. c. 32. τάφον μὲν αὐτοῦ λαμπρὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ Μάγνητες ἔχουσιν. Ejus cineres tamen clam Athenas transmissos esse narrat *Pausan.* L. I. 1. p. 3. ex *Thucyd.* L. I. 138. μνημεῖον μὲν οὖν αὐτοῦ ἐν Μαγνησίᾳ ἐστὶ τῇ 'Ασιανῇ, ἐν τῇ ἀγορᾷ. — τὰ δὲ ὀστᾶ φασὶ κομισθῆναι αὐτοῦ οἱ προσήκοντες οἴκαδε, κελεύσαντος ἐκείνου, καὶ τεθῆναι κρύφα 'Αθηναίων ἐν τῇ 'Αττικῇ. Hinc apparet, cur *Diodorus* noster hoc monimentum κενὸν ἠρίον vocaverit. At haec quomodo cum sequentibus conspirant, ubi Themistocles ὀθνείην χθόνα ὑποδῦναι, i. e. in peregrina terra sepultus esse dicitur? Haec corruptelae suspicionem faciunt. Adde, quod enunciatio interposita,

ὅτ' ἐκ Μήδων πατρίδα ῥυσάμενος, sequentibus non satis bene aptatur. Dicendum enim erat, articulo interposito: ὅτε ὁ – ῥυσάμενος. Quare vide, an ap. nostrum scribendum sit:

Τοῦτο Θεμιστοκλεῖ καλὸν ἠρίον εἵσατο Μάγνης
Λαός · ὁ δ' ἐκ Μήδων πατρίδα ῥυσάμενος
ὀθνείην ὑπὸ χθόνα καὶ λίθον – –

Sic omnia cohaerent optime: *Pulchrum hoc monimentum Magnesii exstruxerunt Themistocli. Hic autem, qui patriam a Persis liberaverat, non Athenis, sed in peregrina terra sepultus est. Sic invidia statuerat. Quo majores enim virtutes sunt, eo minora eas praemia sequi solent* — *Diodorus* igitur illam famam, quae Themistoclis ossa Athenas translata esse ferebat, aut ignorabat, aut se ignorare simulabat. *Grotius* pro κενὸν fortasse κακὸν, vel simile quid legit. Vertit enim: *Vile Themistoclei gens dat Sipylea sepulcrum.*

XI. Vat. Cod. p. 242. Διοδώρου Ταρσέως. Plan. p. 198. St. 288. W. gentile nomini non addidit. Non ex tumulo ap. Magnesios, sed ex rebus praeclare gestis Themistoclis gloriam aestimandam esse docet. Idem sentiens Agesilaus vetabat, ne ipsi statua poneretur, dicens: εἰ γάρ τι καλὸν ἔργον πεποίηκα, τοῦτό μου μνημεῖον ἔσται · εἰ δὲ μὴ, οὐδ' οἱ πάντες ἀνδριάντες, βαναύσων οὐδενὸς ἄξιον ἔργα ὄντες. *Plutarch.* T. II. p. 191. C. — V. 3. τεκμαίρου Σαλαμ. Sic passim loca, ubi illustris cujusdam viri virtus eluxit, ejus monimenta dicuntur. *Vellejus* L. I. 12. 5. *Eamque urbem — funditus sustulit, fecitque suae virtutis monimentum, quod fuerat avi ejus clementiae. Horat.* IX. Epod. 25. *Neque Africano, cui super Carthaginem Virtus sepulcrum condidit.*

188.] *XII.* Cod. Vat. p. 214. Διοδώρου. Huic hoc carmen vindicavit *Dorvill.* in Sicul. T. I. p. 133. cum in Plan. p. 273. St. 394. W. ἄδηλον sit. Scriptum

in Aeſchylum in Sicilia ſepultum. Vide ad *Antip. Theſſ.* Ep. LVII. — V. 3. γελᾷ. Vat. Cod. Γέλας. Plan. Veram lectionem vidit *Huetius* p. 26. Dicitur τοῦ Γέλα, ut τοῦ Ἱμέρα, τοῦ Φιντία. — Partem hujus verſ. cum ſeq. laudat *Suid.* T. I. p. 671. in ἔγκοτον. ἐχθρόν. ἐνδιάθετον. ubi φθόνος αἰὲν legitur, plane ut in Vat. Cod. Sic iterum in Θησείδας. T. II. p. 196. Emendavit *Toup.* Emend. in Su. P. II. p. 193. et Cur. nov. p. 195. Fortaſſe tamen in hac lectione aliud quid latet, quam quod Planud., ex conjectura procul dubio, repoſuit; nimirum:

τίς φθόνος, αἶ, αἶ,
Θησείδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει.

Sic ſolent poëtae. *Thall. Mileſ.* Ep. V. 3.

XIII. Cod. Vat. p. 260. Plan. p. 212. St. 308. W. In Menandrum. Hoc carmen, in quo tumulus loqui fingitur, omnino planum eſſe et expeditum pronuntiat *Opſopoeus.* Mihi ſecus videtur. Antitheſin eſſe in priore ejus parte, et in verbis, εἰ δὲ Μένανδρον — —, ſatis apparet; ſed ea, aut ipſius poëtae, aut librariorum culpa, paulo obſcurior eſt. Alterum membrum quidem expeditum: Ipſum ſi quaeris Menandrum, ille apud Jovem ſive in beatorum inſulis verſatur. In protaſi igitur ſenſus eſſe debet: Ego nihil niſi cineres Menandri, non ipſum poëtam, contineo. Hic ſenſus ut exiſtat, verba, τὸν Διοπείθους Κεκροπίδην Μένανδρον, ſic accipienda: Athenienſem illum virum, Diopithis fil., quem, dum viveret, Menandrum appellabant, intra me contineo; is enim in pulverem et cineres converſus eſt; at verus ille Menander etc. — At ſic apparet, verba, Βάκχῳ καὶ Μούσαισι μεμηλότα, parum opportune cum protaſi conjuncta eſſe. — Haeremus etiam in v. 3. ubi Menander dicitur ὀλίγην κόνιν ἐν πυρὶ ἔχειν, pro οὐ ὀλίγην κόνιν ἔλιπε τὸ πῦρ. Haec omnia, fateor, depravationis ſuſpicionem movent; ſed quomodo carmen reſtituendum ſit, non dixerim. Senſus, quem quaerimus, exiſteret, ſi legeretur:

- Κηρὸς πιθηρ οὐ μὲν, ξεῖνε, Μένανδρον ἔχω,
ἣν δὲ τὸ πῦρ ὀλίγην ἔλιπεν κόνιν — —

Sed tam audacibus in emendando esse non licet. Viderint alii, quomodo se ex his salebris expediant. In postremis color ductus ex *Callimachi* Ep. L. ἣν δίζῃ Τίμαρχον ἐν ἅιδος . . . δίζεις αὐτὸν ἐν εὐσεβέων. — Ad ἣ μακάρων subaudio νήσοις.

XIV. Cod. Vat. p. 317. sq. Anth. Plan. p. 214. St. 311. W. In Achaei cujusdam, fortis viri, tumulum, ab ejus patre Diomede exstructum. — V. 1. ἦνισ' vulgo et in Vat. Cod. Lectionem ἤνυσ' commemorat *Brodaeus*; et sic emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. — γράμμα, ut supra Ep. VII. pro *inscriptione*. — Ἀσκανίη λίμνη in Bithynia. Vide *Strabon.* L. XII. p. 847. et *Steph. Byz.* p. 122. — V. 3. δέ με. Vat. Cod. — V. 4. ὑψιφαῆ . . . ἤ. sic Vat. Cod. — Pro ἀντέτεινε *Casaubon.* in not. msc. tentat ἀντέτεινε. Emendatione opus esse non videtur. ἀντιτείνειν h. l. idem est, quod ἀνεγείρειν. Vide *Budaei* Comm. Gr. L. p. 972. sq. — V. 6. υἱέϊ ἧ. Plan. et Vat. Cod. υἱέα οἱ emendavit *Scaliger* et *Casaub.* in not. msc. *Brunckius* unde hanc emendationem sumserit, non indicavit. Mire hoc distichon interpretatus est summus *Grotius*.

XV. Cod. Vat. p. 306. sq. Plan. p. 222. St. 322. W. In puerum vernam, qui de scala delapsus cervicem fregerat. — V. 3. ἐπεὶ δ' ἴδε θεῖον ἄ. Vat. Cod. et Plan. Vera lectio, quam *Br.* non mutare debebat cum *Opsopoeo*, qui offendebatur *Diodori* insolentia se ipsum θεῖον ἄνακτα vocantis. Sed poëtam ex pueri servi mente locutum esse dixeris. — V. 6. Vulgo litera minori κόρακος. quod inepte interpretatur *Opsopoeus* de Aethiope; idem tamen proprium fortasse nomen esse suspicabatur. Sic quoque *Brodaeus*. Non igitur opus est cum *Anonymo* Bibl. Bodl. et *Scaligero* corrigere κόλακος. *Scaliger* ad-

scripsit haec: κόλακος. διὰ τὸ ἐκτείνειν ἐρχομένου τοῦ δεσπότου ἐν τῷ θνήσκειν τὰς χεῖρας.

¶. 189.] *XVI.* Cod. Vat. p. 305. Plan. p. 253. St. 367. W. In mare Ionium poëta invehitur, quod cum alios permultos, tum nuper Aegeum et Labeonem merserit. — V. 2. „νηλὴς, Ἀΐδεω — Vat. Cod. quod perinde „est.“ *Br.* — V. 3. Quis enim mala, quae patrasti, enarrare queat, tot infelicium misera morte observata? — Verbum ὀπίζομαι, si sana est lectio, non vulgarem significationem habet, sed pro ὀπιπτεύειν est positum. — V. 5. ἄλγεα καὶ λαβίων ὁ ῥὸν (obscurum an ἐὸν) Vat. Cod. et sic vulgo λαβίων ὅσον. In marg. Wechel. ἴσως βλαβίωνι δεῖ γράφεσθαι. *Stephanus* λαβίων tentat, et v. sq. βρέξας suspectum habet. *Brodaeus* interpretatur: *Aegei et Labeonis, quos cum sociis absorpsisti.* et ἴσον ὤκυμ. *jamjam et illico perituris.* Meliorem igitur lectionem perspectam habuit. *Jos. Scaliger* in not. msc. legit: ἄλγεα καὶ Λαβεῶνος ὃν ὠ. jungens, ut videtur, αἶσαν δυστήνων καὶ ἄλγεα Λ. At quanto facilior et elegantior lectio Brunckiana! *Huetius* denique p. 24. Αἰγέα καὶ Λαβεῶνος ἐν ὠ. ἐ. pro *Aegeum, Labeonis fil.* — V. 6. Bene se habet βρέξας, quod suspectum erat *Stephano. Philipp.* Ep. LXXVII. ὤλετο, δ' οἰκτίστως βρυχθεὶς ἁλί. Hinc βρύχιος et ὑποβρύχιος, *submersus.* βρυχίη ἅλς ap. *Apollon. Rhod.* I. 1310. *mare strepitosum* est. Vide *Arnald.* in Animadv. crit. p. 216. — Huic Epigrammati in Vat. Cod. jungitur distichon, quod huc non pertinet, sed ad *Antipatri Sid.* Ep. XCVII. ubi vide.

ACERATI GRAMMATICI
EPIGRAMMA.

Cod. Vat. p. 226. Plan. p. 238. St. 346. W. In Hectorem, Homericis carminibus immortalem gloriam adeptum. — V. 1. Ὁμηρείησιν. Vat. Cod. — V. 2. ἐρυμνότερον. Plan. et Vat. Cod. a man. sec. Haec lectio mihi alteri Vat., quam *Br.* recepit, videtur praeferenda. Non moenia Trojae, quamvis a diis exstructa, sed tu, o Hector, patriae praesidium majus et fortius. Similiter Anth. Lat. I. Ep. CII. p. 84.

Defensor patriae, juvenum fortissimus, Hector,
Qui murus miseris civibus alter eras.

— V. 3. ἐν σοί. In tuo funere. — V. 4. ἐσιγήθη. carmen de bello trojano conticuit. σιγᾶσθαι sic utitur *Eurip.* in Alc. 79.

LEONIDAE ALEXANDRINI
EPIGRAMMATA.

¶. 190.] *I.* Vat. Cod. p. 571. Edidit *Klotz* ex Schedis Vinar. in Musa puer. nr. 35. p. 67. *Burmann.* ad Propert. p. 251. In Vat. Cod. Ἰλίου Λεωνίδου reperitur. — Miratur poëta, quod Jupiter Periandrum, formosum puerum, non e terra rapuerit. — V. 1. πάλιν. v. εἰλαπίναισι. Vat. Cod. εἰλαπίνῃσιν. ap. Lipf. Respicitur *Homer.* Il. α. 423. Jupiter aut in remotissimis terris versatur, aut alio quodam amore occupatus tenetur. — V. 2. ἔρανον. *Klotz. Propert.* L. II. 2. 55. *Cur haec in terris facies humana moratur? Jupiter, ignoro pristina*

furta tua. quem locum comparavit *Valcken.* in Epist. ad Roev. p. XIII. ubi prius hujus carminis distichon excitavit. — V. 4. ἢ minus placet. Scribendum ἦ φιλόπαις — ut *Burmannum* video edidisse. Tertiam enim caussam poëta attulit, cur Periander adhuc in terris moretur. — Comparandus *Petronius* c. CXXVI.

Quid factum est, quod tu, projectis, Jupiter, armis,
Inter coelicolas fabula muta taces?
Nunc erat a torva submittere cornua fronte;
Nunc pluma canos dissimulare tuos.
Haec vera est Danaë: tenta modo tangere corpus:
Jam tua flammifero membra calore fluent.

II. Vat. Cod. p. 369. *Leonidae Tarentino* tribuit; nescio quam recte. In Plan. p. 66. St. 96. W. gentile non additur. Poëta in astrologos, homines imperitos et stolidos, invehitur. — V. 1. ἀστερόεσσαν κέλευθον. *Signaque et adversos stellarum noscere cursus. Manil.* I. 15. Dictum pro κέλ. ἄστρων.

III. Cod. Vat. p. 535. Λεωνίδου. Plan. p. 140. St. 204. W. In Sosiptolim, ingentis nasi hominem. Similiter in Ep. ἀδεσπ. XC. Ἡ ῥὶς Κάστορός ἐστιν — Ἐν πλοίοις ἄγκυρα, καταστείροντι δ' ἄροτρον· Ἄγκιστρον γρικεῖ· ὀψοφάγοις κρεάγρα.

IV. Cod. Vat. p. 535. τοῦ αὐτοῦ. Plan. p. 140. St. 204. W. Zenogènes, aedibus, ubi habitabat, igne flagrantibus, effugium quaerens, Antimachi naso pro scala usus effugit. — V. 1. πολλὰ δ' ἐμόχθει. *Hermesian.* El. 35. πολλὸν ἀνατλάς. *Philetas* fr. IV. καὶ πολλὰ μογήσας. — V. 2. ὑπεκχαλάσαι mallet *Jos. Scaliger* in not. msc. quod verum puto. *Aristoph.* Vesp. 379. ἀλλ' ἐξάψας διὰ τῆς θυρίδος τὸ καλῴδιον, εἶτα καθίμα. Δήσας σαυτόν. καθίμα δὲ τὸ ὑποχαλᾶ. *Plutarch.* T. I. p. 769. A. διὰ στενῆς θυρίδος παρὰ τὸ τεῖχος ἀιμωρούμενος αὐτὸν καὶ παιδία καὶ γυναῖκα. —

Vulgo αὐτὸν legitur. — V. 3. οὐκ ἔφθανεν. nihil profecit. De mensura mediae syllabae in ἔφθανε, quae naturâ suâ longa, ab Atticis tamen corripitur, *Brunck.* in Lect. p. 157. ad *Apollonid.* Ep. XII. et *Clark.* ad Il. β. 43. — V. 4. ἔφυγεν. Plan. et Vat. Cod.

T. 191.] *V.* Cod. Vat. p. 537. Λεωνίδου. Plan. p. 145. St. 211. W. In Diodorum, malum pictorem. — V. 1. ἔθηκεν. Vat. Cod. — Similiter lusit *Lucill.* Ep. XCIV.

VI. Cod. Vat. p. 533. sq. Λεωνίδου. In Plan. p. 151. St. 219. W. τοῦ αὐτοῦ inscribitur. Praecedit autem Ep. *Nicarchi* XXXII. quod in veteribus edd. Λεωνίδου, in Steph. Λουκιλλίου nomen gerit. — Scriptum in Simylum psalten, qui omnes vicinos suos cantando necavit, praeter unum Origenem, surdum. — V. 3. τοὔνεκεν. auditum, quem natura ei negaverat, vita longiore compensavit.

VII. Cod. Vat. p. 518. Plan. p. 134. St. 194. W. In Philinum, qui juvenis vetulam, senex virginem duodecim annorum duxerat. Simile Epigramma exstat in puellam, quae immaturâ aetate juveni, firmior annis seni nupserat, Anthol. Lat. T. II. p. 470. quod tamen an vetustum sit, dubitatur. *Moneta* in Menagian. T. IV. p. 163. sqq. in Margaretham, Caroli V. filiam, putabat scriptum. — V. 3. τὸν γὰρ ἄ. δ. ποτὲ σ. εἰς. Vat. Cod. Liberos non procreavit; τότε, cum vetulam haberet conjugem. σχείρων. agrum colens sterilem. Nihil notius, quam metaphorae ab aratione ad liberorum procreationem traductae. — V. 4. νῦν. nunc, cum puellam habet. ἀμφοτέρων, τοῦ σπείρειν καὶ τῶν παίδων.

VIII. Cod. Vat. p. 415. Edidit *Jensius* nr. 144. Anth. *Reisk.* nr. 795. p. 172. Leonidas Poppaeae, natales celebranti, sphaeram coelestem dono mittit. Conf. *Antip. Thess.* Ep. XV. — V. 1. Οὐράνιον μίμημα. Globum

coeleftem, mundi imitamentum. Apte confert *Meinecke*, qui haec carmina una cum *Leonidae Tarentini* Epigrammatis edidit Lipfiae 1791., *Lucianum* in Nigrin. 2. T. I. p. 29. ed. Bip. προὔκειτο δὲ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν κατὰ γεωμετρίας σχημάτων καταγεγραμμένον, καὶ σφαῖρα καλάμου πρὸς τὸ τοῦ παντὸς μίμημα, ὡς ἐδόκει, πεποιημένη. — V. 3. Ποππαία. Neronis conjux, quam, Octavia repudiata, duxit a. U. 815. Haec cum perierit a. U. 818., tenemus tempus, intra quod hoc Epigr. fcriptum fuit. — V. 4. καὶ λέκτρων. dignitate regia, quam a conjuge tenes. λέκτρων de cubiculo thalamove male accipitur. Eft *conjugium* hoc loco, ut multis aliis. Jam intelligis, quare globus *coeleftis* λέκτρων Ποππαίας dicatur ἄξιος. — σοφίης. Elegantis ingenii mulier Poppaea fuit, tefte *Tacito* Ann. XIII. 45. *Huic mulieri cuncta alia fuere, praeter honeftum animum. — opes claritudini generis fufficiebant; fermo comis, nec abfurdum ingenium.*

IX. Cod. Vat. p. 415. Edidit *Berkel.* ad *Stephan. Byz.* v. Θύμβρις p. 404. qui *Leonidam* exiftimat gratulari Caefari A. U. C. 708. poft devictum Pompejum Romam redeunti. Nihil hac opinione falfius. *Reisk.* Anth. nr. 658. p. 115. aut ad Neronis triumphum (vide ad *Diodori Sard.* Ep. VI.) aut ad Vefpafiani ex Aegypto reditum (*Sueton.* Vit. Vefp. c. 7. 8.) exiftimabat refpici. At de ejusmodi reditu in hoc carmine non agitur. Poëta, Alexandrinus, Νειλογενὴς, ut eft Ep. VIII., imperatori Romano, nefcio ex quo periculo fervato, gratulatur. Hoc tumida oratione fic extulit: Nilum ad Tiberim feftum agere, votaque fuscipere pro incolumitate Caefaris. Verba, Καίσαρι σωζομένῳ, nihil habent, quod nos de bello five e bello reditu cogitare cogat, illis praefertim temporibus, quibus *Leonidas* fcripfit. Agitur de fefto propter fervatum Neronem habito. Jam vero conftat, fupplicationes factas plurimasque hoftias mactatas effe, cum Nero, poft Agrippinam interfectam, fe ab ea infidiis petitam effe

diceret. *Tacitus* Annal. XIV. 12. *Miro certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia pulvinaria, utque Quinquatrus, quibus apertae essent insidiae, ludis annuis celebrarentur; – dies natalis Agrippinae inter nefastos esset.* Conf. *Dio Cass.* T. II. p. 995. 11. — V. 3. „αὐχένα ἤμαξαν βωμοῖς. Enallage pro αὐχένι ἤμαξαν βωμούς.“ *Br.* βωμοῖς potius dictum pro πρὸς βωμοὺς, quod dicendi genus multis exemplis illustravit *Reiskius* ad Carm. Sepulcr. p. 136. Secures hostias ad aras percusserunt. βουπλήξ. βούκεντρον ἢ πέλεκυς βοὸς ἀναιρετικός. *Eustath.* ad Il. Ζ. p. 485. 9. Non igitur opus est emendatione, quam *Abreschius* proposuit in Add. ad Aesch. p. 649. βωμοὺς, ut αὐχένα a βουπλῆγες pendeat; secundum observationem, quam *Abreschius* passim inculcavit, cum docet, substantiva a verbis derivata verborum casus adsciscere. — ἤμαξαν αὐχένα. *Propert.* L. III. El. I. 111. *Idem Agamemnoniae ferrum cervice puellae Tinxit.* — ἑκούσιον eo pertinet, quod victimarum inter immolandum tranquillitas pro bono omine habebatur.

T. 192.] X. Cod. Vat. p. 415. Edidit *Jensius* nr. 5. Anthol. *Reisk.* nr. 656. p. 111. Emendare conatus est *Heringa* in Obss. p. 186. cujus conjecturas occupaverat *Wesseling.* in Epist. ad Venem. p. 6. ipso *Heringa* monente in Addendis p. 308. Bene de eodem meruerunt *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 116. et *Toup.* Ep. cr. p. 56. Locis veterum de aquis Cutiliis in agro Sabinorum, quae laudat *Heringa*, adde *Strabon.* L. V. p. 349. ubi τὰ ἐν Κοτιλίαις ψυχρὰ ὕδατα commemorantur, ἀφ' ὧν καὶ πίνουσι, καὶ ἐγκαθίζοντες θεραπεύουσι νόσους. Idem V. D. hoc carmen ad Vespasianum refert, propter locum *Suetonii* in Vesp. c. 24. *Consulatu suo nono tentatus in Campania motiunculis levibus ac protinus urbe repetita, Cutilias ac Reatina rura, ubi aestivare quotannis solebat, petiit.* Eodem loco exstinctus est A. U. 832. Μετήλλαξεν ἐν τοῖς ἔργοις τῶν Σαβίνων, τοῖς Κουτιλίαις ὀνομαζομένοις. *Dio Cass.*

V. 1. ἐξ ἑτέρης. Ex novo fonte, aliis nondum usurpato. Conf. ad Ep. *Callimachi* I. Vol. I. 2. p. 253. Insolentius dictum οἴγνυμεν στόμα. — ὥστε. unde novum scribendi genus, nova *Leonidae* carmina, haurire licebit. Vulgo μουσοπόλον legitur. — V. 3. δίστιχα ψήφοισιν ἰσάζεται. numeris inter se aequalia sunt disticha. Planus est horum sensus ex iis, quae supra Ep. XI. notavit *Br.* Nihil hic vidit *Brodaeus*, cujus interpretatio erudita, sed falsa. — V. 4. ὀδόντα. Simili metaphora *Horat.* IV. Carm. III. 16. *Et jam dente minus mordeor invido.* I. Epist. XVIII. 82. *qui Dente Theonino cum circumroditur.* Alia imagine utitur *Alcaeus Mess.* Ep. V. μοῦνος — Μώμου λαιψηρὰς ἐξέφυγε πτέρυγας.

XV. Cod. Vat. p. 384. Ἰουλίου Λεων. Plan. p. 72. St. 105. W. In scutum, cujus ope Myrtilus ex undis enataverat. Conf. *Diocl. Caryst.* Ep. III. Quem noster Myrtilum vocat, is ap. *Dioclem* Anaximenes appellatur. De Myrtilo, Oenomai aurigâ, ne cogitandum quidem. — V. 1. Εἰ ἐνί. Vat. Cod. — V. 3. Ἀ. δ' ὅτ', et deinde ἀσπίδ' ἔσχον. Cod. Vat. — V. 4. κεκρυμμένην. Ed. pr. κύμασι καί. Vat. Cod. Scribendum puto:

κύμασι καὶ πολέμῳ.

Scutum et in undis et in pugna probatum, δοκιμασθέν.

XVI. Cod. Vat. p. 293. sq. Ἰσόψηφον. Plan. p. 217. St. 316. W. De Nioba, linguae intemperantiam luente poenis. — V. 3. γόον. Vat. Cod. *Propert.* L. II. 16. 7. *Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba Sollicito lacrymas depluit e Sipylo.* ubi vide *Burmann.*

XVII. Cod. Vat. p. 202. In marg. notati numeri ϛχνϑ. Planud. p. 428. St. 562. W. Caesari, natales celebranti, carmen poëta offert, meliora in posterum promittens. — V. 3. ἄκαπνον θύος. Carmina donat, carminibus litat, non hostiis. Vetus enim dictum: ἄκαπνα ἀοι-

ἀοιδά

κοιλοὶ ϑόακον. ap. *Athen.* L. I. p. 8. E. quod illustravit, *Leonidae* loco comparato, *Casaubon.* p. 26. sq. — V. 4. ἦν ἐθέλῃς Vat. Cod. a pr. man.

XVIII. Cod. Vat. p. 202. In marg. numeri γνμ. Plan. p. 428. St. 562. W. Marco cuidam Epigrammata ἰσόψηφα mittit Leonidas. *Wesseling.* in Epist. ad Venem. p. 6. de M. Antonino Imper. cogitabat. Sed vide ad Ep. X. — V. 2. εὔϑικτον. Lusus disertae et facetae eloquentiae Epigrammata sua vocat. Condonandum hoc poetae vanitati; lectores enim in his carminibus vix quidquam reperiant, quod εὔϑικτον, i. e. *acutum* et *ingeniosum* appellari mereatur. De sensu hujus vocabuli vide inprimis *Ernest.* in Lex. Technol. Rh. p. 139. sq. — V. 2. Verba καὶ παρὰ μουσοπόλοις quo spectent, non satis video.

¶. 194.] *XIX.* Cod. Vat. p. 202. In marg. numeri ϑριζ. Plan. p. 428. St. 562. W. Mars placentas, uvas rosasque in ara sua positas respuit, sanguine conspersa sacrificia postulans. Conf. Ep. *Leonid. Tar.* XLVII.

XX. Cod. Vat. p. 202. Appicti numeri ͵γψνγ. Plan. p. 428. St. 563. W. Ad Eupolin quendam carmen, donum natalitium, mittit. — V. 1. Respexit fortasse *Archiae* Ep. VI ταῦτά σοι ἔκ τ' ὀρέων, ἔκ τ' αἰϑέρος, ἔκ τε ϑαλάσσης, Πὰν, ἔϑεσαν. — V. 3. Μουσῶν Plan. et Vat. Cod. — V. 4. μίμνει Vat. Cod. et Edd. vett. usque ad Ascens. et Steph. qui μίμνοι receperunt.

XXI. Cod. Vat. p. 202. Numeri adscripti φοϑ. Plan. p. 428. St. 563. W Ad Agrippinam duo disticha ἰσόψηφα mittit. — V. 1. Dum tibi, natales celebranti, ditiores pretiosa munera mittunt. Color, ut in *Horatii* L. IV. Od. VIII. 1 – 12. et ap. *Martial.* L. X. 87. 7 – 20. — V. 2. πέμψουσιν. Vat. Cod. — V. 3. 'Αγριππίνῃ suspicatur *Steph.* citra necessitatem. Intelligenda est mater Nero-

nis, quae periit A. U. 812. — ἰσώρας, quoad numeros duo disticha exaequans. — V. 4. Ejusmodi donis tribuendis par sum, quae invidia non tangit: *Carmina possum Donare, et pretium dicere muneri.* Munera πλεόνα enim φθονερὰ, invidiae obnoxia.

XXII. Cod. Vat. p. 202. Numeri additi ἀρια. Plan. p. 428. St. 563. W. Se majorem etiam, quam antea, in Epigrammatis scribendis brevitatem promittit sectaturum, non distichon disticho, sed versum versui (pentametrum hexametro) exaequando.

XXIII. Miro errore hoc carmen inter *Leonidae* Epigrammata receptum est. In Plan. p. 34. St. 51. W. ἄδηλον est. In Var. Cod. p. 454. Λουκιλλίου inscribitur, ut etiam in Cod. Bibl. Medic. ap. *Bandin.* p. 99. Prooemium secundo carminum suorum libro circumspiciens, nullum sibi aptius occurrere ait commemoratione beneficii a Nerone accepti. — V. 4. Ὁμηρείῳ στόματι. Musa, Homeri ore locuta. *G Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 87. mallet εἶπ' ἐν Ὁμ. Bona lectio, si legeretur in codice; at scriptori obtrudendam non puto. Idem v. 5. κἀμέ τι δεῖ corrigit. — ¶. 195.] V. 7. Periissem, Musae, nisi a Nerone accepissem pecuniam.

XXIV. Anthol. Plan. p. 324. St. 464. W. Miratur poëta, quod Venus armis utatur, quibus ei ad mortalium pectora expugnanda non opus sit. Locum huic lusui dedit statua Veneris armatae. Vide *Heyne* in Commentt. IX. p. 108. — V. 1. Ἄρεος ἔντεα. Martem enim spoliasse videbatur. *Philipp.* Ep. LIV. Ἐς τί δὲ ταῦτ' ἐνέδυς ἀνδροκτόνα; μὴ θρασὺν Ἄρη Συλήσασ' αὐχεῖς; — V. 3. Haec verba praecedentibus, κενὸν βάρος, explicationis causa subjiciuntur. Si inermis Martem, deum, spoliare potuisti, quid opus mortales armis petere?

XXV. Cod. Vat. p. 415. Edidit *Jensius* nr. 6. Anth. *Reisk.* p. 114. nr. 657. Emendationes Viri D. in.

Miſcell. Lipſ. IV. p. 109. hoc carmen invita Minerva tentantis, exagitat *Weſſeling.* Ep. ad Venem. p. 5. Conf. *Heringam* Obſ. crit. p. 189. *Toup.* Epiſt. crit. p. 56. Scriptum ad Dionyſium quendam, qui poëtae chartam et calamos miſerat, atramenti oblitus. — V. 1. Ἴτρια μ. β. ἀστονώδεα σ. καλάμοισιν. Vat. Cod. *Jenſius* ἀλονώδεα dedit. Primam vocem in ἤτρια mutavit *Heringa*, probante *Toupio* et *Weſſelingio.* Eſt autem ἤτριον, λεπτόν τι ὕφασμα, interprete *Galeno* in Ἐξητριασμένον. *Heſych.* ἤτριον. ὕφος λεπτόν. καὶ εὐήτριοι, εὐϋφεῖς. *Leonid. Tar.* Ep. VIII. τὰν ἄτρια κρινάμεναν Κερκίδα. Vide inprimis *Ruhnken.* ad Tim. p. 135. Vides, quam aptum ſit vocabulum de papyri *textura.* Cf. *Plin.* L. XIII. 23. p. 691. ubi vide *Harduin.* et *Caylus Abhandlungen* T. I. p. 223. verſionis germ. In hanc igitur emendationem omnes conſpirant praeter *Reiskium*, qui Ἴκρια – ἀλοκώδεα edidit. Ἴκρια de ſcapis interpretatur, i. e. de rotundis, teretibus papyri aegyptiacae voluminibus. Papyrum vero ἀλοκώδεα videri, *ſulcatam*, ſive propter fibras, ſive ob lineas in ea ductas. Idem tamen in Notis etiam γλοιώδεα tentat. *Bernardo* in Epiſt. ad Reisk. p. 506. δονακώδεα in mentem venit; *Weſſelingio* ἀχνώδεα; *Heringae* ἀλοκώδεα (ut *Reisk.*) et ἀνεμώλια; ſed in neutra ſibi lectione ſatisfacit; *Br.* recepit correctionem *Toupii* χιονώδεα, *chartas nitidas et puras in ſcribendi uſum. Nonn. Dionyſ.* XXXV. καὶ λευκῷ κόσμησε δέμας χιονώδεϊ πέπλῳ. Aliud quid latere puto in lectione Cod. ἀστονώδεα, quod alii fortaſſe aliquando indagabunt. — V. 2. πέμπει. Vat. Cod. Νειλόρυτον. Idem. Utrumque in Apographis emendatum. — προβολῆς. In marg. Mſc. Jenſ. notatum: προχοῆς, *ab oſtio Nili.* Vulgata de ripa, excurſionibus fluvii praeſtructa, aggerisque ad inſtar eminente accipienda videtur. προβολαὶ de ripis ſimpliciter dixit *Dionyſ. Perieg.* v. 1118. ἄλλοι δ' ἰχνεύουσιν ἐπὶ προβολῇσιν ἀναύρων.

XXVI. Cod. Vat. p. 415. Edidit *Berkel.* ad *Stephan.* v. Νεῖλος p. 585. *Jensius* nr. 8. Anthol. *Reisk.* nr. 659. p. 115. Pappo amico Leonidas munus natalitium mittit. — V. 2. βεβαιότατε. Vat. Cod. Si πάππε appellativum sit, *Ruhnken.* in Epist. crit. I. p. 116. legendum censet πάππε σεβαστότατε; sin nomen proprium, idem corrigit: καὶ βίον ἐν φιλίῃ, Πάππε, βεβαιοτάτῃ. Hoc propius accedit ad codicis scripturam, quam id, quod *Br.* ex *Reiskii* emendatione recepit. Sensus est: Ingenium et orationem multifaria rerum scientia exornasti; animum praeterea ita excoluisti, ut in amicitia nemo te certior et constantior existimari possit. — V. 4. ἀοιδοπόλων. Cod. Vat. quod *Heringa* emendavit.

XXVII. Cod. Vat. p. 414. Plan. p. 96. St. 140. W. — V. 1. γραμμαῖσιν. *geometriae et astrologiae.* quem dicendi usum exemplis docuit *Brodaeus.* Add. *Bud.* Comm. L. Gr. p. 252. Dum geometriae dabam operam, nobilibus Romanis ne per somnum quidem notus eram; nunc, postquam ad poësin incumbere coepi, omnibus amabilis videor. — οὐδ' ὄναρ. Vide ad *Callim.* Ep. XV. 3. — V. 4. »In omnibus libris Οὐρανίην Καλλιόπη προφέρει, »contra graecae linguae usum. Non desunt tamen simi»lium constructionum exempla ap. Auctores, qui ex Ro»manorum commercio latinas loquendi formas in grae»cum sermonem intulerunt. Οὐρανίην προφέρει, *Uraniam* »*superat.*« *Br.* Οὐρανίης emendavit *Jos. Scalig.* in not. msc. Musae nomen astronomiae scientiam significat. Respicitur autem satis lepide ad *Hesiod.* Theogon. v. 78. — Οὐρανίη τε Καλλιόπη θ'· ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.

¶. 196.] *XXVIII.* Cod. Vat. p. 313. Plan. p. 252. St. 365. W. Poëta, in navigatione cum multis periculis conflictatus, mari in posterum renuntiat. — V. 1. Γαλήνην Vat. Cod. vitiose. *Lucian.* de Dom. 12. T. III. p. 197. 18. ed. *R.* Καὶ ἡ θάλαττα ἱκανὴ προσκαλέσασθαι,

καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐπισπάσασθαι ἐν γαλήνῃ φανεῖσα — ὥστε εἰ καὶ παντάπασιν ἠπειρώτης καὶ ἀπειρόπλους εἴη, πάντως ἂν ἐθελήσειε καὶ αὐτὸς ἐμβῆναι καὶ περιπλεῦσαι. *Lucret.* L. V. 1003. *Nec poterat quenquam placidi pellacia ponti Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.* Conf *Moschum* fr. V. 1–3. — V. 2. φρῖκα. Ductum fortasse, quod monuit cl. *Meinecke*, ex Il. η. 63. οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρίξ. quem locum recentiores certatim sunt imitati. *Alciphron* L. I. 1. χρηστὴν ἡμῖν ἡ θάλασσα τετήμερον εἶναι τὴν γαλήνην ἀπέδειξε — καὶ ἐπιφρίκει μὲν ὁ πόντος μελαινόμενος, ubi vide *Berglerum*. ἐπιφριττούσης ἠρέμα τῆς θαλάσσης navigare, optabile, secundum *Pollac.* L. I. 106. *Catull.* LXIV. 270. *flatu placidum mare matutino Horrificans Zephyrus proclivas incitat undas.* — V. 3. μ' omittit Vat. Cod. — V. 4. ἀντικορυσσάμενος. Vulgo. — Ut venti, (*luctantem fluctibus Africum. Horat.*) sic nautae quoque cum undis tempestatibusque luctari dicuntur. *Aelian.* Epist. XVIII. ἀνέμοις μάχεται διαφόροις. *Alciphron* L. I. Ep. II. p. 44. ἐρετῶν ἐμπείρων ἀνέμοις καὶ κύμασιν ἀντιμάχεσθαι.

XXIX. Cod. Vat. p. 415. τοῦ αὐτοῦ (Λεων. Ἀλεξ.). In Plan. p. 19. St. 30. W. *Archiae* inscribitur. Historia de puero, quem, in rupe repentem, mater mamma exserta et ostensa revocavit. Idem argumentum tractavit *Parmenio* Ep. VIII. qui puerum non de rupe, sed de tecto, ἀπὸ κεράμων, despexisse narrat: παιδὸς ἀφ' ὑψηλῶν κεράμων ὑπὲρ ἄκρα μέτωπα Κύπτοντος. quod haud paulo verisimilius. ἀπὸ κρημνοῦ habet Vat. Cod. — V. 4. λιμοῦ omnes edd. veteres. λοιμοῦ ex Ascens. dedit *Stephan.* Verum vidit *Huetius* p. 5. — ῥύτορα ex membranis receptum pro λύτορα.

XXX. Cod. Vat. p. 199. Λεωνίδου. Plan. p. 48. St. 70. W. „Leonidae Tarentini est hoc Epigramma, ut e „stylo et comparatione Ep. XIII. T. I. p. 223. mani„festum est." *Br.* Quaedam hinc sumsit *Aristo* Ep. II.

p. 258. — Mures Leonidas e paupere suo tugurio in opulentiorum domos ablegat. — V. 1. 2. profert *Suidas* in σκότιοι T. III. p. 337. — V. 2. Apogr. Gudian. cujus varietates enotatas habebat *Schneiderus*, ἔχει pro εἶδε exhibet; quod manifestum glossema. In Vat. Cod. μυειπόη fuit a pr. man. μοι σιπύη man. sec. De σιπύη vide ad Ep. *Leonid. Tar.* IX. p. 71. — V. 3. *Suidas* laudat v. κρῖμνον T. II. p. 375. ubi ἔχων legitur, quod *Schneiderus* probavit, et, ejus judicium amplexus, *Br.* κρῖμνα *Schol.* ad h. l. τοὺς ἐκ κριθῶν ἄρτους interpretatur. Apud *Babrium* (vide *Tyrwbitti* fr. Babrii p. 56. ed. Harl.): Ἐγὼ δὲ λιτῆς οὐκ ἀφέξομαι βώλου, Ὑφ' ἣν τὰ κρῖμνα μὴ φοβούμενος τρώγω. *Me sylva cavusque Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo. Horat.* II. Serm. VI. 121. *Persius* III. 25. *rure paterno Est tibi far modicum, purum et sine labe salinum.* — V. 4. ἐκ πατέρων. Plane ut *Theocrit.* Eid. XVI. 33. ἀχὴν, ἐκ πατέρων πενίην ἀκτήμονα κλαίων. In fine praecedentis versiculi comma ponendum. — V. 5. „Hic recte Stephanus edidit φιλόλιχνε. Planudeae „Codd. et edd. vett., ut et *Suidas*, φιλόλυχνε.“ *Br.* Vide ad Ep. *Antiphili* XXII. Ap. *Suidam* tamen in μετάλλεις T. II. p. 539. φιλόλιχνε reperio, saltem in Ed. *Kusteri.* Sic etiam Vat. Cod. qui cum *Suida* conspirare solet. — V. 6. 7. *Suidas* in σκυβαλίζεται T. III. p. 339. exhibet ἀπὸ δειπνιδίου γευόμενος. Sic plane Vat. Cod. γευόμενος est in Ed. pr. et Ald. pr. γευσόμενος Aldus invenit in Cod. Hoc verum. — Quid est, quod hunc perscruteris angulum, ubi ne purgamenta quidem et reliquias cibi gustabis? — V. 7. τᾀμὰ δὲ λιτά. *Aristo* l. c. ἐπεὶ λιτὴν οἰκέομεν καλύβην. *Gaetulici* Ep. III. λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ δέξαι Λεωνίδεω, ut nos quidem scribendum esse putamus. — V. 8. *Suidas* in ἁρμαλιά. ἡ τροφή. T. I. p. 332. Cod. Gudian. εἴσεαι et ἁρμαλιήν. *Theocrit.* Eid. XVI. 35. ἁρμαλιὴν ἔμμηνον. *Apollon. Rhod.* L. I. 393. ἐν δέ οἱ ἱστὸν Λαιφεά τ' εὐποίητα, καὶ ἁρμαλιὴν ἐβάλοντο.

XXXI. Cod. Vat. p. 414. »In Planudea p. 119. St. »173. W. adscriptum est Archiae. In Vat. Cod. titulus »τοῦ αὐτοῦ, et sequitur post aliud Leonidae, quod ἰσόψη-»φον est. Hoc etiam ejusdem forte nugatorii generis est, »quod alii viderint. Idcirco lectionem codicum omnium »repraesentavi, quam in alius poëtae carmine confiden-»ter vitiatam pronuntiarem. Sed arithmeticae inten-»tus Leonidas eam in nomine proprio licentiam sibi »sumere potuit. Scilicet in Vat. Cod. et quatuor Pla-»nudeis, quos sequuntur editiones veteres, οὐ τόσον »Ἀθάμας ἐπεμήνατο. Stephanus primus edidit: οὐ τόσον »οὐδ' Ἀθάμας. Potuisset, meo quidem judicio, melius, »οὐχὶ τόσον Ἀθάμας.« Br. Cl. *Meinecke*, computatione instituta, invenit, non esse ἰσόψηφον. *Archiae* ingenium refert. Initio fortasse scribendum οὐ τόσσον Ἀ. Posterior syllaba in τόσον propter caesuram producitur. Sic *Opsopoeus* habet. — Zelotypiam insaniâ graviorem esse, docet ex comparatione Athamantis cum Medea. — V. 2. G. *Wakefield* Sylv. crit. IV. p. 180. malit ἐτεκνοφόνα, *caedem liberorum meditatur*. *Suidas*: φονᾷν. ἑτοίμως πρὸς τὸ φονεύειν ἔχειν.

¶. 197.] XXXII. Cod. Vat. p. 508. Plan. p. 172. St. 251. W. Ad hominem, nescio quem, qui in convivio lautiores cibos in fine epularum apposuerat. — V. 1. πεἶθω. languente stomacho et plura recipere recusante. πλῆθω notaverat *Casaubonus* in Schedis. — V. 2. οὔθατα. In deliciis habebant Romani. Vide *Castellan.* de Carn. Esu L. II. 2. Thesaur. Gronov. T. IX. p. 385. sq. — ἄρτα. Vat. Cod. quod probabat *Salmasius* in not. mstis. ἄρτα vocari τὰ τεμάχη, quia suspenderentur. — τεμάχη χοίρων. frusta suillae. — V. 3. ἐργοπόνοισιν. *agricolis*. vox alibi vix obvia. ἔργον de agris cultis poëtae usurpare solent. Cf. *Inspp. Hesych.* v. ἔργα p. 1417. Suspectum tamen fuit vocabulum *Casaubono*, qui adscripsit ἀγροπόνοισι. Frequenter ἔργον et ἀγρὸς per-

mutantur. Vid. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 732. — Pro μετὰ Vat. Cod. vitiose μέγαν legit.

XXXIII. Cod. Vat. p. 202. Bis legitur in Planud. p. 416. et 428. St. 551. et 562. W. „Leonidae tribuit „Vat. membr. itidem in duobus Plan. codd. Leonidae „adscriptum, sed etiam in sexto libri capite positum, „cui titulus Ἰσόψηφα. Sic inverso ordine legitur: Ἐκ „νεφοτέρης τυφλὸς ἦν παλάμης, καὶ γίνετο πόσις Μητέρι, καὶ „τεκέων ἦν πόσις Οἰδιπόδης.“ *Br.*

XXXIV. Cod. Vat. p. 359. Λεωνίδου. Plan. p. 4. St. 8. W. Historia de coeco et claudo. Idem argumentum tractavit *Plato jun.* Tom. I. p. 175. *Philipp.* Ep. LXIX.

XXXV. Cod. Vat. p. 415. *Leonidae Alexandrino* tribuit, quod in Plan. p. 7. St. 12. W. *Archiae* tribuitur. Miles fortissimus, gravi morbo laborans, ensem sibi in pectus adigit. — V. 1. ὃν πόλεμος. is, cui Mars prae timore pepercit. Frigida hyperbole. — V. 2. θλίβομ' ἐν, Vat. Cod. — ἐν ἰδίῳ πολέμῳ. Morbum indicat, tanquam bellum, quod quis cum sua ipsius natura gerit. — ἴλως. Edd. vett. ὅλως, usque ad Ascens., quae ἴλως dedit. — Similem de Aelio Romano historiam narrat *Apollonid.* Ep. XII. *Philipp.* Ep. XXV.

XXXVI. Hoc quoque carmen in Cod. Vat. p. 414. *Leonidae* nostro adscribitur, cum in Plan. p. 43. St. 63. W. iterum sit *Archiae.* Hoc verius puto. Videtur erratum esse ab eo, qui Vat. Cod. concinnavit, ut in hoc capite *Leonidae* quaedam cum *Archiae* carminibus confunderet. — Scriptum est in boves, navibus trahendis adhibitos. — V. 1. εὐάροτρον ex Lect. Aldinae pr. in Ald. sec. et tert. venit. — V. 2. κὴκ. Vulgo. κὴν πόντου. Vat. Cod. — ἀφελκόμεθα. Plan. Nostra lectio, quam Vat. membr. praestant, unice vera. Boves navigia ex ponto ad litora trahunt; hinc ἀφελκόμεθα. — V. 3. ἔργα γὰρ

εἰρήνης. Vitium his verbis inhaeret, á nemine interpretum animadversum. Boves, naves trahentes, Non terram solum aramus, inquiunt, sed rei nauticae quoque navamus operam. Didicimus enim opera pacis. — Quae sunt, quaeso, illa pacis opera, εἰρήνης ἔργα? Navium certe e ponto trahendarum negotium non majori jure *pacis opus* vocetur, quam aratio. Huic difficultati ut obviam irent interpretes, verba, ἔργα γὰρ εἰρήνης δεδιδάγμεθα, sic explicare conati sunt: At huic negotio non sumus nati. Pacis enim opus (arationem) didicimus. Sed, ne quid dicam de enuntiationis illius ellipsi, quae in hoc contextu nullo modo ferri potest, ne sic quidem bene procedit interpretatio. Quid est enim, quod aratio eximie appelletur εἰρήνης ἔργον? cum praesertim navigatio quoque non belli solum causa suscipiatur, sed multo saepius ob merces arcessendas commutandasque. Hinc apparet, quanti facienda sit Scholiastae interpretatio: αἱ γὰρ τριήρεις ὡς ἐπὶ τὸ πλέον ἐπὶ ναυμαχίαν εἰς τὴν θάλατταν ἕλκονται. λέγει οὖν ἄρα, ὅτι τῆς πολιορκουμένης οὐκ ἔξεστιν ἀροῦν καὶ τὰ περὶ γεωργίαν ἐκπονεῖσθαι ἀνθρώποις. Unde is, qui hoc scholion concinnavit, noverat, de triremibus agi? — Sed ne longum faciam, scribendum videtur:

ἔργα γὰρ εἰρεσίης δεδιδάγμεθα.

En, naves ex ponto adducimus; jam enim rem nauticam didicimus facere. Hanc lectionem sequentia confirmant. Quum nos mare sulcemus, boves inquiunt, delphinos nostram vicem arare par est. — Similis argumenti Epigr. infra legitur inter *Philippi* Ep. XXVII. — V. 4. γαίης Vat. Cod.

T. 198.] *XXXVII.* Vat. Cod. p. 310. sq. τοῦ αὐτοῦ. Praecedit Ep. *Leonidae Tarentini* LXXXII. Huic igitur reddendum. In Plan. p. 213. St. 310. W, gentile non additur. Supervacaneum esse ait sumtum circa moni-

menta, quae defunctos non juvent, sed onerent. — V. 1. γαίης μικρὴ κόνις. *exigua pulveris munera.* — V. 2. ἐπιθλίβει. Mausolo de monimento ipsi exstructo glorianti respondet *Diogenes* ap. *Lucian.* M. D. XXIV. 2. T. II. p. 217. ed. Bip. σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, οὐχ ὁρῶ ὅτι ἀπολαύεις αὐτοῦ, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο φὴς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀχθοφορεῖς ὑπὸ τηλικούτοις λίθοις πιεζόμενος. — V. 3. οἵ με θανόντα. Haec sic expedire conatus est *Brodaeus: mihi cippi et elogii vice erit posteritas, cui mei memoriam relinquens humo me attollam.* Sensus, per se quidem minime ineptus, quomodo ex graecis verbis elici queat, non video. Si οἱ est pro οὗτοι, (hi me defunctum scient, noverint,) primum non apparet, ad quos referendum sit pronomen; nec τοῦτο sensum habet idoneum. Codices nihil juvant. In Vat. habetur: γνώσονθ' Ἀλκάνδρῳ. *Jos. Scaliger* Ἀλκάνδρου emendavit; utinam et reliqua expedire suscepisset! In Ed. pr. Ἄλκανδρος. Hoc fortasse verum. Scripserim equidem:

οἵ με φιλεῦντες
γνώσοντ', Ἄλκανδρος τῇδ' ὅτι Καλλιτέλευς.

Qui me amant, scient, quamvis nullo elogio edocti, *hîc Alcandrum Callitelis filium jacere.* Sensus certe bonus, quamvis veritatem lectionis φιλεῦντες praestare non ausim.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 293. Plan. p. 286[a]. St. 414. W. In Bianorem, filiae duodecim annorum cippum inscribentem. — V. 2. πότμον ὀφειλόμενον. quos eum secundum naturae leges et ordinem praecedere fas erat. πότμον ex Vat. Cod. receptum. Vulgo τύμβον. — V. 4. ἀλλ' ἐκεῖθι. Vide similia ad *Meleagr.* Ep. CXXV.

XXXIX. Cod. Vat. p. 253. Λεωνίδα ἢ Ἀντιπάτρου. Uni *Leonidae* inscribit Plan. p. 218. St. 317. W. Elegans hoc Epigramma nisi *Antipatri* est, Alexandrino certe *Leonidae* tribui nequit. Timon loquitur, praetereuntibus mala imprecatus. Conf. Ep. *Callimachi* XXXIX.

— V. 2. μήθ' ὅστις, μή τινος. Vulgo. In vita Platonis edita in Bibl. Lit. et Art. V. p. 14. haec sic leguntur sine auctoris nomine: Τήνδε σὺ τὴν στήλην παραμείβεο· μήτε με χαίρειν Εἰπὼν, μηδ' ὅστις, μή τινος, εἰρόμενος. — In Vat. Cod. ἐξετάσῃς a man. sec. — V. 3. Quod ni feceris, viam, quam instituisti, ne perficias, precor. Sin, ut volo, tacitus praeterieris, nec sic tamen perficias eam. Praeclara conversio ad Timonis in omnes odium significandum. — Notandum, ἀνύειν ὁδὸν h. l. esse simpliciter *ire*, *incedere per viam*, sive *festinare*, cum saepius *viam perficere* significet.

XL. Cod. Vat. p. 313. ἰσόψηφον. Plan. p. 252. St. 365. W. Expressum ex *Theodoridae* Ep. XVI. Naufragus verba ad nautas facit. — V. 2. ἐκαντοπόρει. Vulgo. ἀνηνοπόρει. Vat Cod. et sic Aldus in Cod. scriptum invenerat. Stephan. Ascensianae lectionem sequitur, quae ipsa Ed. princ. expressit.

XLI. Cod. Vat. p. 312. Λεωνίδου. »Male in Plan. »p. 261. St. 376. W. ultimum distichon a superioribus »avulsum. Περιστερὶς nomen est matris duobus liberis »orbatae: in Vat. Cod. scriptum Περιστερή. Hoc etiam »Leonidae Tarentini esse credo.« *Br.* In marg. Wechelianae legitur: Θεοκρίτου Συρακουσίου. Est in puellam septem annorum, quae fratris bimuli desiderio exstincta est. — V. 2. πολιῆς. Vulgo. In marg. Wechel. πολλῆς notatur. Et sic Vat. Cod. Vulgatam reponendam judicat *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 34. Totum hoc hemistichion vehementer languet. — V. 5. Περιστερή. Cod. Vat. ut Aldus quoque in Cod. reperit. In marg. Wechel. notantur haec: γρ. (ὡς λέγει τις) καὶ αἶ αἶ ἐλεεινὴ, ἔνθ' ὧν ἄλλος ἂν λέγοι, αἶ ἐλεεινὴ, καὶ ἑξῆς παθοῦσα, καὶ οὕτω τὰ λοιπά. — V. 6. ἀνθρώπους. Vat. Cod. — Ad τὰ δεινότατα in marg. Wechel. habetur: γρ. καὶ λυγρότατα.

¶. 199.] *XLII.* Cod. Vat. p. 414. τοῦ αὐτοῦ (*Leon. Alex.*). Plan. p. 103. St. 152. W. Ἀρχίου. In Hecatony-

mum furem, vite usque ad necem verberatum. Bene monuit *Brodaeus*, Hecatonymum illum militem videri gregarium. Milites enim vite caedebantur. Vide *Pichenam* ad *Taciti* Annal. I, 23. et praecipue *Fabricium* ad *Dion. Cass.* T. II. p. 798. Caterum Draconis et Solonis leges uvarum furibus mortem destinabant. *Alciphron* L. III. Ep. XL. μέμφομαι τῷ Σόλωνι καὶ τῷ Δράκοντι, οἳ τοὺς μὲν κλέπτοντας σταφυλὰς, θανάτῳ ζημιοῦν ἠξιώκασιν, τοὺς δὲ κ. τ. λ. ubi vide *Bergler*.

XLIII. Cod. Vat. p. 293. Ἰσόψηφον. Plan. p. 209. St. 305. W. — V. 2. „Vat. Cod. et Planudeae plures bis „Δικαιοτέλευς. Utrum verum sit, viderint, quibus otium „fuerit, calculum subducere notarum. Nam hoc, ut „fere omnia, ἰσόψηφον est." *Br.* Cl. *Meinecke*, experimento facto, literarum summas in utroque disticho sibi non respondere invenit. — V. 1. Δαίμων Ἀργεῖος. Has voces cippo insculptas fuisse apparet. Δαίμων nomen proprium est viri, ejusque Argivi. Quaerit viator, quis ille fuerit; an forte idem cum Dicaeotelis fratre. — Reliqua expedita sunt. — δαίμων *Brodaeus* de daemone quodam accepit; sive Echo sic appellari existimavit. Utrumque perperam. Pro ἐπ' ὀρίῳ vide an ἐπ' ὀρίῳ legendum sit.

CAPITONIS DISTICHON.

Capitoni hoc distichon tribuitur auctoritate Cod. Vat. p. 98. In Plan. p. 481. St. 625. W. *Nicarcho* inscribitur, et conjunctum est cum Ep. *Archiae* II. Separanda esse haec disticha, viderat *Huet.* p. 48. et *Jos. Scaliger* in not. msc.

CORNELII LONGINI EPIGRAMMATA.

T. 200.] I. Vat. Cod. p. 174. Plan. p. 420. St. 555. W. Leonidas, pauper, sed justus, Veneri sacrum facit. Idem argumentum exornavit *Gaetulicus* Ep III. ubi vide not. — V. 1. 2. laudat *Suidas* T. I. p. 92. in ἀκεραιφνοῦς. ἀκηροφανοῦς. οἱονεὶ ἀβλαβοῦς. κὴρ γὰρ ὁ θάνατος. Nihil hac interpretatione ineptius. ἀκραιφνὴς derivandum ab ἀκέραιος, κεράω. *non mixtus*, *purus*. Hinc πενίη ἀκραιφνὴς, ut ἄκρητος, *magna paupertas*. *Hesych*. ἀκραιφνής. καθαρός. ἀκριβής. ἀληθής. *Heliodor*. V. p. 224. ἀμαθόεσσαν δὲ Αἰθιοπίδος ἀκραιφνὴς μὲν καὶ ἐκ βάθους ἐαρινή τις ὥρα πυρσεύεται. — Magna, sed justa, paupertas Leonidae, ut Menae illius Horatiani I. Epist. VII. 56. *tenui censu*, *sine crimine noti*. — V. 2. Κύπρις. Vat. Cod. — V. 3. ἐπὶ φυλλίδα. Vat. Cod. *Suidas* T. I. p. 841. ἐπιφυλλίδα. μικρὸν βοτρύδιον. Vide *Schol. Aristoph*. Ran. 92. Uvae sunt parvae, nullius pretii, quas vindemiatores relinquunt.— V. 4. ὁ δρύπεπα. Sic Vat. Cod. et Planudeae quatuor. »δρύπεπα praeferebat Salmas. veteris atticismi vocem »esse notans. At diversa sunt δρυπέτης et δρυπέπης, de »quorum permutatione videndus Pierson ad Moerin »p. 121. Scholion in Cod. Ja. Lascaris: δρύπεπα. ἐλαίαν, »τὴν ἐπὶ τοῦ δένδρου πεπανθεῖσαν. ὡσαύτως καὶ ἡ ἰσχάς. Unde »videre est, recte a Kustero Suidam emendatum fuisse »in δρυπέπης, qui tamen non audiendus, quando hic ait »reponi debere δρυπέταν.« *Br*. De discrimine inter δρυπετεῖς et δρυπεπεῖς disputavit etiam *Bod. a Stap*. ad *Theophr*. IV. p. 313. Illas enim esse olivas ob maturitatem deciduas; has autem, quae in arbore ad maturitatem pervenissent. Sunt tamen, qui semper δρυπεπεῖς scribendum existiment, unde Latinorum *drupa* originem duxit. Vide ad *Phaniae* Ep. V. — ἀλίπαστον. Olivam

ἀλινήκτειραν vocavit *Gaetulicus* l. c. Ceterum δρύκεπτα h. l. legitur in Ed. Fl. et Ald. pr. δρύκεπτα in Ald. sec. et tert. Asc. et Steph. — τὴν νομίην Vat. Cod. a pr. man. — V. 5. σκ. τὴν κ. Vulgo et in Vat. Cod. — Vini libationem affert, unde faecem delibavit, et quidem ἀνέφλευστον, cado vel poculo non commoto, ne scil. faex cum vino commisceretur. — V. 6. νόσον. Ed. Flor. — V. 7. Si me a paupertate servaveris, majoribus tibi hostiis litabo. Quare festina, precor, o Diva, me opulentiorem facere, ut mox lautiora a me accipias munera.

II. Desideratur hoc carmen in Vat. Cod. ut fere omnia quae in artis opera conscripta sunt Epigrammata. Plan. p. 313. St. 453. W. Phasis laudatur, quod Cynegirum non, ut alii, manibus privatum pinxerit. Statuae Cynegiri sine manibus meminit *Lucian.* in Demonacte p. 1013. Eundem in Poecile fuisse pictum, ait *Plin.* L. XXXV. 34. p. 690. et alii, quos laudat *Wernsdorf.* ad *Himerii* Or. X. 2. p. 564. sq. Idem loca veterum de Cynegiri facinore excitavit ad Or. II. 21. p. 404. — V. 1. Κυνέγειρε. Hunc pedestris orationis scriptores Κυναίγειρον appellare solent. Vide *Wessel.* et *Valcken.* ad *Herodot.* L. VI. 114. p. 491. Vulgo legitur Κυνέγειρε τὸν ὡς Κ. quod *Brunckius*, ex ingenio procul dubio, sed parum feliciter, mutavit in καθώς. Mihi emendandum videtur minima mutatione:

Οὔ σε, μάκαρ Κυνέγειρ᾽, ἐτύμως Κυνέγειρον ἔγραψε
Φᾶσις, ἐπεὶ βριαραῖς σ᾽ ἄνθετο σὺν παλάμαις.

Phasis, pictor, Cynegirum, cui hostium navem manibus retinenti utraque manus amputata est, non tamen mutilum, ut post nobile illud facinus *revera* fuit, sed integris manibus pinxerat. Idque non sine causa idonea. Prudentissimus enim pictor eum manibus noluit privare, qui per manus suas immortalem nactus est gloriam. ἐτύμως ἔγραψε, *vere et ad vivum expressit.* ut *Erinna* Ep. I.

ταύταν γοῦν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅστις ἔγραψεν,
αἴκ' αὐδὰν ποτέθηκ', ἦς Ἀγαθαρχὶς ὅλη.

Theocrit. Eid. XV. 81. ποῖοι ζωγράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψαν· Ὡς ἔτυμ' ἑστήκαντι, καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι. ad quem versum *Valckenar.* potestatem verbi ἐτύμως illustravit p. 375. A. — V. 4. τῶν χειρῶν. Vulgo. τὸν ex *Stephani* emendatione receptum est.

PARMENIONIS MACEDONIS EPIGRAMMATA.

¶. 201.] *I.* Cod. Vat. p. 414. Plan. p. 65. St. 94. W. In Epigrammate brevitatem sectandam esse. Vide *Cyrilli* Ep. T. II. p. 491. *Plato* de Legg. L. XII. p. 958. E. de iis, quae circa sepulturam curanda sunt, agens, λίθινα ἐπιστήματα, ait, μὴ μείζω ποιεῖν ἢ ὅσα δέχεσθαι τὰ τοῦ τετελευτηκότος ἐγκώμια βίου, μὴ πλείω τεττάρων ἡρωϊκῶν στίχων. — V. 1. φαμί. Vat. Cod. — V. 2. σταδίῳ. Paroemiace dictum. Dolichos quatuor et viginti stadia continet, secundum *Suid.* v. δολιχός. Sed vide *Kusterum.* Ad rem praesentem nihil facit, quot stadia τοῖς δολιχοδρόμοις percurrenda fuerint; sensus vel sic perspicuus. — V. 3. ἀνακυκλοῦται. Vat. Cod. — Dolichodromis stadium saepius percurrendum. — Ad ἐλαυνόμενος repetendum videtur δρόμος. In stadio cursus, celeri impetu peractus, nonnisi una respiratione indiget.

II. Cod. Vat. p. 93. Plan. p. 480. St. 624. W. — V. 1. ἐς Δ. Vat. Cod. — ἔρευσας. Edd. vett. — μὴ τρέφῃ. Conqueritur Jupiter ap. *Lucian.* D. D. II. 2. quod a mulieribus non ametur: ἀλλά με δεῖ — κρύπτειν ἐμαυτόν· αἱ δὲ τὸν μὲν ταῦρον, ἢ κύκνον φιλοῦσιν, ἐμὲ δὲ ἢν ἴδωσι, τεθνᾶσιν ὑπὸ τοῦ δέους.

III. Cod. Vat. p. 93. Plan. p. 480. *St.* 624. W. — V. 1. χρυσοῦ. Elegans aposiopesis: ἀντὶ χρυσοῦ εἶχε. ut ap. *Lucian.* D. D. XV. 2. ἐγὼ δὲ ἤδη κατὰ τὴν Ἀφροδίτην. — Fabulam de Jove *Parmenio* interpretatur, ut supra *Antip. Thess.* Ep. III. — δοκέω δ', ὅτι καὶ Δανάῃ Ζεὺς Οὐ χρυσὸς, χρυσοῦς ἦλθε φέρων ἑκατόν.

IV. Cod. Vat. p. 517. Παρμενίωνος. Edidit *Reiske* ex Schedis Lacrozianis in Not. Poët. p. 257. ubi Παρμενίδης inscribitur. In pauperem quendam, qui, ne fame consumeretur, cum vetula cubabat; at, in vetulae amplexibus haerens, famem minus gravem existimabat. Rhetor ille ap. *Lucian.* T. III. p. 26. ed. *R.*, qui vetulam duxerat, τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα, ait, τὰ ἐκ τῆς σορου φιλήματα, ὑπερήδιστά μοι ἐποίει ὁ λιμός. Facit huc *Athen.* L. XIII. p. 584. B. Παρασίτου τινὸς ὑπὸ γραὸς τρεφομένου καὶ τὸ σῶμα εὖ ἔχοντος, χαρίεντως, ἔφη, ὦ νεανίσκε, τὸ σωμάτιον διάκεισαι. τί οὖν οἴει, εἰ μὴ ἐδευτεροκοίτουν; τῷ λιμῷ ἄν, ἔφη, ἀπέθανες. — V. 2. δ' εἰ τὸ δυνηροτέρα. Vat. Cod. Nostrum habet *R.* Malim praeterea:

ἡ κοίτη δ' ἔστ' ὀδυνηροτέρα.

— V. 3. Priore loco Vat Cod. εὔχετο, altero ηὔχετο exhibet; *R* bis εὔχετο. Equidem bis ηὔχετο scripserim. — V. 4. Φυλλίς. *Reisk.* Nomen Φίλλις supra legitur ap. *Persam* Ep. VIII. — ἴδε. Vide, quaeso, pauperis hujus pueri inconstantiam, animique levitatem. — V. ἄκληρος sic usus est *Homer.* Od. λ. 488. ubi Achilles, βουλοίμην, ait, ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη.

1. 202.] *V.* Anth. Plan. p. 333. St. 473. W. Junonis hoc signum, Polycleti opus, in solio sedentis, ex auro et ebore concinnatum, memorat *Pausanias* L. II. 17. p. 148. — V. 1. ὄμμασιν ἀθρήσας. Artifices, qui deorum speciem cum praestanti arte expresserunt, deos ipsos vidisse dicuntur; ut in *Platon.* Ep. IX. ubi Venus,

Venus, simulacro suo Cnidi conspecto, ποῦ, ait, γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης; — V. 2. ὅσην. Nisi ad magnitudinem et amplitudinem statuae referendum est, quod mihi optimum videtur, de iis divini corporis partibus accipi debet, quas Polycleto videre licuisset. Erat autem illud signum μεγέθει μέγα, *eximiae magnitudinis*, ut *Pausanias* ait. *Arnaldus* in Anim. Crit. p. 15. ὅσην pro οἵην positum existimat; quod an fieri possit, dubito. — V. 3. κάλλος ἔδειξεν. Haud scio, an haec obversata sint *Maximo Tyr.* Or. XIV. p. 260. ed. *R.* μηδὲ αὖ τὴν Ἥραν, οἵαν Πολύκλειτος Ἀργείοις ἔδειξε, λευκώλενον, ἐλεφαντόπηχυν, εὐῶπιν, εὐείμονα, βασιλικὴν, ἱδρυμένην ἐπὶ χρυσοῦ θρόνου. — ὅσον θέμις. *Plato* Ep. XI. Πραξιτέλης, οὐκ εἶδεν, ἃ μὴ θέμις. *Anacreon* Od. LI. 9. de Venere disco insculpta: ὁ δέ νιν ἔδειξε γυμνὰν, χ' ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι, Μόνα κύμασιν καλύπτει. *Democrit.* infra p. 260. item de Venere Anadyomene: στέρνα μόνον φαίνουσα, τὰ καὶ θέμις. *Libanius* in Opp. T. II. p. 667. C. ἔδειξε δὲ Ἀκταίων, ἰδὼν, ἃ μὴ θέμις. Idem p. 727. C. τὰ δὲ μετὰ τὸν μαζὸν συνέχει ζωστὴρ, οὐκ ἐῶν τὸ πλέον ὑπορεῦσαι παντάπασι, καὶ παρασχεῖν ἀνδρῶν ὀφθαλμοῖς, ἃ μηδὲ γυναῖκα θέμις ἰδεῖν· ut h. l. emendavit *J. Pierson* in Veritim. p. 85. — μορφαί. *forma singulorum membrorum sub palla latentium* explicat *Heynius* in Comment. X. p. 105.

VI. Plan. p. 334. St. 474. W. In Nemesin Rhamnusiam. Unice huc facit, ad Epigrammatis argumentum explicandum, *Pausan.* L. I. 33. p. 81. Δοκεῖ δὲ καὶ τοῖς ἀποβᾶσιν ἐς Μαραθῶνα τῶν βαρβάρων ἀπαντῆσαι μήνιμα ἐκ τῆς θεοῦ ταύτης (Νεμέσεως)· καταφρονήσαντες γὰρ σφίσιν ἐμποδὼν εἶναι τὰς Ἀθήνας, ἑλεῖν λίθον Πάρειον, ὃν ὡς ἐπ' ἐξειργασμένοις ἦγον ἐς τροπαίου ποίησιν. τοῦτον Φειδίας τὸν λίθον εἰργάσατο, ἄγαλμα μὲν εἶναι Νεμέσεως. Conf. *Theaeteti* Ep. IV. Ep. ἀδέσπ. CCLVII. *Meursium* de Popul. Att. v. Ῥαμνοῦς. — Alii hanc statuam Phidiae, alii Agoracriti opus esse dicebant, Cf. *Junium* in Catal. Pict. p. 8. — V. 3. ἐνδι-

κος. Persarum superbia et insolentia pro merito punita. — V. 4. σοφίης. Peritiam in artibus significare videtur; ut passim. Vide ad *Anacreont.* Ep. III. V. I. I. p. 197. sq.

VII. Cod. Vat. p. 367. Plan. p. 70. St. 102. W. In novercas. Cf. inprimis Ep. ἀδέσπ. CCCCXXX. Fortasse Hippolyti imago quaedam huic disticho occasionem dedit. — V. 1. χόλος. Novercae malus in privignos animus nunquam non ira incitatur. Si Cod. praeberet νόος, id non spernerem. *Euripid.* Alcest. 309. Ἐχθρὰ γὰρ ἡ 'πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.

VIII. Cod. Vat. p. 374. sq. In Plan. p. 120. St. 173. W. *Antipatro Thessalonicensi* tribuitur. Eandem historiam narrat *Leonid. Alex.* Ep. XXIII. — V. 1. μέτωπα. de tecto despiciens, super τὰ μέτωπα incubuit. — V. 2. μοῖραν vulgo. quod non habet, unde pendeat. *Br.* recepit lectionem Cod. Vat. μοῖρα ἄφοβον, χρῆμα scil. Infantes mortem non timent, non magis ac pericula. — V. 3. ἐξόπιθε et μετέστρεψε. Vat. Cod.

IX. Cod. Vat. p. 407. Plan. p. 7. St. 12. W. In trecentos illos Spartanos, qui Persis ad Thermopylas restiterunt. In Ed. pr. hoc carmen ἄδηλον. *Parmenionis* nomen in Cod. invenit Aldus. — V. 1. ἀμειψιθέοισι κελεύθοις. Viis terrae marisque commutatis, terrâ nimirum navibus, mari pedestri itinere transmisso. In hoc Persarum itinere exornando veteres scriptores inter se certarunt. Inprimis huc facit *Isocrates* in Paneg. c. 25. qui Xerxen eo insolentiae progressum esse ait, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάσσης. quod expressit *Cicero* de Fin. II. 112. Xerxem *maria ambulasse, terram navigasse* dicit. *Virgil.* Culex 32. *Non Hellespontus, pedibus pulsatus equorum, Graecia cum timuit venientes undique Persas.* *Lucan.* L. II. 672. *Tales fama canit tumidum super aequora Persen Construxisse vias — Incessitque fretum rapidi super Helles-*

ponti, Non Eurum Zephyrumque timens: quum vela ratesque In medium deferret Athon. Anth. Lat. T. I. p. 190. *Idem commisit longo duo litora ponte. Perses, et fecit per mare miles iter.* — V. 3. τρισσοῖς. Cod. Vat. — ἔστεγεν. cohibuit, sustinuit. Hoc sensu *Diodor. Sic.* XI. 25. οὐ μὴν γε τὴν ὁρμὴν καὶ βίαν τῶν Ἑλλήνων ἔστεγεν οὐδὲ τὸ κατεσκευασμένον τεῖχος. Plura exempla pete, si libet, ab *Elsnero* in Obss. sacr. T. II. p. 119. — αἰσχύνοντ' vett. quaedam. αἰσχύνησθ' Ald. tert.

¶. 203.] *X.* Cod. Vat. p. 364. Plan. p. 14. St. 25. W. Se paucis contentum impatientemque contumeliae regum non sectari coenas, poëta confirmat. Conf. *Martial.* L. II. Ep. 53. — V. 1. λιτὸν σκέπας. *toga, quae defendere frigus, Quamvis crassa, queat. Horat.* I. Serm. III. 14. *Hesych.* σκέπας. σκέπη. ad quem *Toup.* in Em. in Hesych. I. p. 286. laudat *Porphyr.* de Abstin. IV. 12. p. 159. ζωσάμενοί τε σκέπασι λιτοῖς. — οὐδὲ τραπίζαις. *Ammian.* Ep. XXV. μὴ σύ γ' ἐπ' ἀλλοτρίης, ἄνθρωφ', ἵζοιο τραπέζης. — V. 2. ἄνθεα. Ut cicadae, poëtae flores pascuntur. — V. 3. παρ' ὀφρύν. nutum divitis observans et horrens, ut *Horat.* ait I. Ep. XVIII. 11.

XI. Cod. Vat. p. 374. Plan. p. 10. St. 19. W. ubi *Aldus* in Cod. invenit Παρμενίδου, quod inde in Ald. sec. et tert. fluxit. — Lusus est verborum in κόρις et κόρος, ἐκκορίζειν et κορεῖν, quem explicuit *Alberti* ad *Hesych* v. ἐκκορεῦσι. φθείρουσι. ἐκκαλλύνουσι. — Cimices usque ad fastidium de me saturati sunt; at ipse quoque saturatus, i. e. fatigatus sum cimices perdendo et everrendo. — κόρις pro κόρεις.

XII. Cod. Vat. p. 243. Planud. p. 239. St. 347. W. Habet etiam *Suidas* v. φάτις T. III. p. 584. ubi φθεῖσθαι legitur, ut in Vat. Cod. — Respicitur ad oraculum, Alexandro ab invita Pythia datum. *Plutarch.* Vit. Alex. c. 14. Αὐτὸς ἀναβὰς βίᾳ πρὸς τὸν ναὸν εἷλκεν αὐτήν. ἡ δ' ὥσπερ

ἐξηττημένη τῆς σπουδῆς εἶπεν· ἀνίκητος εἶ, ὦ παῖ. Cf. Ep. ἀδέσπ. T. III. p. 28. XLV.:

Ἄφθιτε Κωνσταντῖνε· θανεῖν δέ σε μή τις ἐνίσπῃ·
τῶν γὰρ ἀνικήτων ἅπτεται οὐδ' Ἀΐδης.

XIII. Cod. Vat. p. 233. „Ad oram libri sui e Vat. „Cod. descripsit Salmasius." *Br.* In puellam Helenam, luctu de fratris sui morte consumtam. Ejusdem fere argumenti Ep. *Leonidae Alex.* XLI. — V. 1. ἀδελφῷ. Vat. Cod. — V. 2. „τὴν κρεκαλῆς ἔφθασε. Reposui δειλῆς. „Scribi etiam potest ῥαδαλῆς. Hesych. ῥαδαλόν. ἁπαλόν. „Hoc cod. scripturae propius accedit: magis placet ta„men prior emendatio." *Br.* — V. 3. εἰς δὲ γάμους. Vat. Cod. quod *Salmasius* inter describendum emendasse videtur. Certa emendatio, ut apparet ex *Erinnae* Ep. III. Καὶ σὺ μὲν, ὦ Ὑμέναιε, γάμων μολπαῖον ἀοιδὰν Ἐς θρήνων γοερὸν φθέγμα μεθαρμόσαο. Vide not. ad *Meleagri* Ep. CXXV. Vol. I. 1. p. 140. — τὰς γαμ. ἐλπίδας. Sponsorum spes non, ut alias fieri solet, puellae nuptiae praeciderunt, sed mors evertit. *Anyte* Ep. XXII. ἀλλ' ἐπὶ πάντων (νυμφίων) Ἐλπίδας οὐλομένα Μοῖρ' ἐκύλισσε πρόσω.

XIV. Cod. Vat. p. 234. Plan. p. 260. St. 375. W. Expressit *Eutolmius* Ep. IV. T. III. p. 8. — V. 2. δίπλακα. Duriuscule dictum. Sensus est: Helena fratris mortui desiderio exstincta est. Hinc duplex matri luctus, quae ob puerum et puellam tumulum lacrymis suis irrigavit. — V. 4. ἡ πάντων ἐλπίς. omnes, qui se eam ducturos esse speraverant.

Ex Lect. p. 177.] *XV.* Hoc Epigramma, quod an integrum esset dubitabat *Br.*, exstat in Vat. Cod. p. 507. ubi initio non, ut in ap. Buheriano, αὐτῷ τῷ, sed αὔταντις legitur. Nomen proprium viri desideranti *Brunckio* prorsus accedo. Hoc autem quod fuerit, haud facile dictu sit. Ad sensum tamen carminis nihil plane refert,

quomodo appellatus fuerit is, de quo hoc carmine agitur. Fortaſſe ſcribendum:

Αὐτοκλῆς γήμας Πιθάνην τὴν γείτονα, ῥέγχει.

Autocles Pithanam, impudicam mulierem, duxerat, non ut eam pro uxore haberet, — nihil enim impedit, quominus totam noctem ſtertat — ſed ut ipſa habeat, cujus nomine flagitia ſua tegat et occultet. In hujus officii mercedem Autocles largiter nutritur. Tali conditione fuit Pauſimachus paraſita, quem ὑπό τινος γραὸς τρεφόμενον *Philoxenus* dicebat τοὐναντίον πάσχειν τῇ γραὶ συνόντα· αὐτὸν γὰρ ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. *Athen.* L. VI. p. 246. B. — V. 3. μὴ πλεῖν, μὴ σκάπτειν. Fere paroemiacum. *Lucian.* T. III. p. 222. Bip. τυχῇ γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτά γε, μὴ πονήσαντα, μηδὲ καμόντα ἕτοιμον ἀργύριον λαβεῖν. — V. 4. ἀλλοτρίῳ cum *Br.* legendum.

Parmenonti, qui *Parmenio* eſſe videtur, Vat. Cod. tribuit Ep. ἀδέσπ. CXXI.

ANTIPHANIS MACEDONIS

EPIGRAMMATA.

¶. 204. (male in Ed. Lipſ. marg. 240.)] *I.* Cod. Vat. p. 157. Ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ παρὰ Ἠνοῦς. Sic nomen puellae etiam in contextu Epigrammatis ſcribitur. Vulgatum λουσαμένη emendatum ex Vat. Cod. ubi tamen haec ipſa lectio ſuperſcripta voci λυσαμένη. Sic jam *Joſ. Scaliger* emendavit in not. mſc. — Puellae venuſtae illecebrisque ſuis omnes allicienti Venus ceſtum ſuum tribuiſſe videbatur. *Liban.* T. II. p. 710. δοκῶ τὴν κόρην τὸν τῆς Ἀφροδίτης κεστὸν διαζώννυσθαι, καὶ διὰ τούτου τοὺς νέους θηρᾶν. ut haec emendavit *Abreſch.* in Lectt. Ariſt.

L. I. p. 5. Argutius etiam *Martialis* L. VI. Ep. 13. de Julia:

Ut Martis revocetur amor, summique Tonantis,
A te Juno petat ceston et ipsa Venus.

Prius distichon laudat *Suid.* in ἱμερόεντα T. II. p. 116. omissis verbis Ἰνὼ λυσαμένη. *Reiskius*, qui hoc Epigr. in apogr. Lipf. invenit nr. 402., puellae nomine offensus, Νικὼ scribendum censebat. — V. 3. *Suidas* in θελξινόοις T. II. p. 170. — V. 4. Tu omnibus tuis illecebris in me unum usa es. Simile acumen in Ep. ἀδεσπ. LVII. ubi Amor puellae arcum et sagittam donasse narratur: — εἰς ἐμὲ τὴν φαρέτραν ἐξεκένωσε κόρη.

Ex Tom. III. p. 331.] I. Cod. Vat. p. 553. *Antiphani* tribuit hoc carmen, quod in Plan. p. 19. St. 30. W. ἀδέσποτον est, ut etiam ap. *Stob.* Tit. XCVI. p. 531. 22. Gesn. 413. Grot. Hominem, omnibus animalibus infestum, ab omnibus odio haberi docet. — V. 2. παντοπέτωρ. Vat. Cod.

II. Cod. Vat. p. 504. Hoc quoque carmen in Plan. p. 178. St. 261. W. ἀδέσποτον est. — Brevitas vitae nos admonet, ut tempore utamur, priusquam senectutis hiems ingruat. — V. 2. Verba κἢν — μένῃ arcte jungenda cum ὀλίγος χρόνος. Quae interposita sunt, alterius epitheti vim habent. Tempus ad vivendum concessum nobis et exiguum et saepe calamitosum est. Hoc *Euphron* queritur ap. *Stob.* T. XCVI. p. 526. 38.:

ὦ Ζεῦ, τί ποθ' ἡμῖν δοὺς χρόνον τοῦ ζῆν βραχὺν,
πλέκειν ἀλύπως τοῦτον ἡμᾶς οὐκ ἐᾷς;

et *Antiphon* ap. eundem p. 530. 28. ἀλλὰ πάντα μικρὰ καὶ ἀσθενῆ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ ἀναμεμιγμένα λύπαις μεγάλαις. — In Vat. Cod. μένει soloece. — V. 3. καὶ μᾶλλον, ὀλίγος χρόνος scil. — ὅριος Ald. pr. — *Horat.* I. Carm. IX. 15. *nec dulces amores Sperne, puer, neque tu choreas:*

Donec virenti canities abest Morosa. — V. 5. γήρως βαρύ. Vat. Cod. Videtur legendum:

χειμὼν τοὐντεῦθεν γήρως βαρὺς —

postilla gravis senectutis hyems irruit. Plane sic *Ovidius*, quem apte comparavit *Brodaeus*, Metam. XV. 212. ubi vitae humanae tempora cum anni temporibus conferuntur: *Inde senilis hiems tremido venit horrida passu.* — V. 6. „στόνυς. Male in Planud. στήνυς. Haec saepe „permutata. Vide Guil. Canter. N. L. V. 3." *Br.* στόνυς Vat. Cod. — Nec puella, decem minis emta ut arrigas, efficiet. — ὀρχιπέδη. Recte explicavit *Brodaeus*, (qui confert verba δεραιοπέδη, λαιμοπέδη, γυιοπέδη) de testiculorum torpore, quo perinde ac pedica constricti teneantur. ὀρχιπέδην tamen etiam scrotum significasse, apparet ex *Aristoph.* Avv. 142. ubi ὀρχιπεδᾶν, *scrotum manibus tractare*, occurrit. Vide *Schol.* *Grotius* hoc distichon sic vertit:

Bruma senectutis veniet cito: semitalento
Nil facies: nervos contrahet illa tuos.

III. Cod. Vat. p. 428. Edidit *Jensius* nr. 11. Anth. *Reisk.* nr. 662. p. 116. „Quum venustum hoc Epi„gramma, cujus exemplar circumferebatur valde cor„ruptum, a doctissimis viris, Ruhnkenio [Ep. crit. „p. 117.] et Toupio [Em. in Suid. p. 499.] emendatum „fuerit, quos non ubique sequor, operae pretium est, „Codicis lectiones accurate enotare." *Br.* Pro mortuo habendum esse, poëta ait, qui, lucro unice intentus, vino, cantui amorique non, dum possit, indulgeat. — V. 1. „Cod. λωτοῦ χέλυς. Male. λωτὸς est tibia; χέλυς ci„thara. Hac emendatione, quam praeceperat elegan„tissimus Ruhnkenius, nihil verius, ut mirer, Toupium „dedisse λωτοῦ μέλος." *Br.* Non *Toupii* est lectio, sed *Reiskii*, qui sic edidit. Similia junguntur ap. *Ovid.* Remed. Am. 753. *Enervant animos citharae, lotosque ly-*

raeque, Et vox et numeris brachia mota suis. Alexis ap. *Athenaeum* L. II. p. 47. C.:

'Εὰν ἰδιώτην ἄνδρα μονοσιτοῦντ' ἴδῃς,
ἢ μὴ ποθοῦντ' ᾠδὰς, ποιητὰς καὶ μέλη,
τὸν μὲν ἰδιώτην τοῦ βίου τὸν ἥμισυν
ἀπολωλεκέναι νόμιζε, τὸν δὲ τῆς τέχνης
τὴν ἡμίσειαν· ζῶσι δ' ἀμφότεροι μόλις.

— V. 3. »παρθενικαὶ, κοῦροι. Sic perspicue Codex. Recte! »Puellae, pueri optime junguntur. In Gaulmini Cod. »sive e literarum compendio, sive e scribae ignorantia »πεῦκαι. Ineptae hae taedae multum excitarunt fu»mum.« *Br.* Male cl. Editor interpolati Apographi lectionem pro ipsa Codicis scriptura habuit. Membranae Vat. legunt: ἢ πεύκας, κοῦροι. Hinc *Reiskius* vehementer inepte conjicit: ἢ πεύκας κοῦφοι στέφανοι, μέρα λιτὰ δὲ δειπνῶν — *non leves pineae coronae; contra vero macris victitans moris.* — *Ruhnkenius* eleganter: ἢ πεῦκαι, κοῦροι. Haec nimirum omnia ad comissationem spectant, ubi facibus locus, non minus ac corollis et unguento. *Charito* L. I. p. 5. 5. ἐν δὲ τῇ νυκτὶ ταύτῃ φανερῶς μὲν οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἐπικωμάσαι· κρύφα δὲ καὶ ἀδήλως ἐπελθόντες σημεῖα κώμου ἧσαν καὶ κατέλιπον· ἐστεφάνωσαν τὰ πρόθυρα, μύροις ἔῤῥαναν, οἴνου πηλὸν ἐποίησαν, δᾷδας ἔῤῥιψαν ἡμικαύστους. — κοῦροι ad puerorum amores spectat, ad quorum limina comissationes habentur. Quare non est, ut cum *Toupio* corrigas: ἢ πεῦκαι, κῶμοι, στ. . . — Mox Vat. Cod. λειτὰ, quo errore nihil in membranis frequentius. — V. 4. »Cod. »λαιτροπόδας πρόκτας. quod vere a Ruhnkenio emenda»tum, mutatione quam minima. Longius a veteri scri»ptura discedit Toupius scribens λάθρα πολυτρώκτας. »quod tamen elegans, et summo sagacissimi viri inge»nio dignum.« *Br.* Hic iterum interpolatum Apogr. imposuit cl. Editori. In Cod. Vat. habetur: λαθρόποδας τρόκτας. Sic quoque *Jensius* edidit, apud quem prae-

terea τρωκτὰς legitur. Nihil hîc igitur emendavit *Ruhnkenius*; (nam τρώκταις ille non dedit.) — τόκοι λαθρόποδες sunt usurae, quae sensim sensimque procedentes, patrimonium rodunt et consumunt denique. τρώκτης. ὁ ἐκ παντὸς κερδαίνων, οἷον ἀποτρώγων. *Suid.* Cf. *Eustath.* ad Od. p. 541. 24. et p. 582. 44. — Quo sensu autem τρώκται χεῖρες accipiendae sint in recepta lectione, doctissimus Editor non explicuit. — τόκους χειρὶ τιθέναι foenerator dicitur, qui usuras digitis computat, sive, ut *Palladas* ait Ep. LXXXVI., ἐν δακτύλοισι τοὺς τόκους σφίγγει. — V. 5. Formulam, οὗτος ἐμοὶ τέθνηκε, illustravit *Ruhnkenius* de homine perdito et desperato, laudans *Sophocl.* Antig. 1284. τὰς γὰρ ἡδονὰς Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. *Lysis* ap. *Jamblich.* de Vit. Pyth. 17. p. 62. εἰ μὲν ὦν μεταβάλλοιο, χαρήσομαι· εἰ δὲ μή γε, τέθνακας. Hinc ἔμψυχον νεκρὸν mutuatus est *Lucian.* M. D. VI. 2. T. II. p. 143. Bip. — V. 5. „Cod. περίμνηστιν. Toupii emendationem recepi, „quae unice vera est; saltem elegantia sua aliorum co„gitationes superat. Nomen proprium hîc locum habe„re non videtur. Deridentur in genere foeneratores „avari omnes. Salmasius παράμνηστιν reponebat vel πα„ράμνηστον: *cujus obiter tantum meminimus, cujus sepul„crum praeterimus, a παραμνάομαι. vel cujus memoria „periit.* Quae quidem non unius sunt assis. In alia „deinde ivit. Nam in Plin. p. 859. hinc μνῆστιν pro „tumulo profert. ubi partem hujus versus sic laudat: „περὶ μνῆστιν δὲ παρέρπων.“ *Br.* Olim *Ruhnkenius* Περιμνήστην pro nomine proprio habuerat; in secunda autem Epist. criticae editione hanc lectionem rejecit, nec tamen aliorum post se conatus probans. *Reiskius* μεριμνητὴν suspicabatur. Equidem *Toupii* vestigia premens, legerim:

οὗτος ἐμοὶ τέθνηκεν ἀνήρ· νῆστιν δὲ παρέρπων — —

Jejunum illud cadaver praeteriens. *Antiphanes* ap. *Athen.*

L. XIV. p. 662. C. ὁ σπλὴν σεσάχθαι νήστις, ἐκπολεῖ μ' αὐτοσί. Attigit hoc vocabulum *Pierson.* ad *Moer.* p. 270. — V. 6. φάρυγα. Cod. Vat. Apographa φάρυγας. — Qui δὲ ἄλλ. φάρυγας φείδεται, is est, quem *Horatius parcum ob heredis curam* vocat I. Epist. V. 13.

¶. 205.] *IV.* Cod. Vat. p. 531. Plan. p. 183. St. 267. W. *Stobaei* Floril. T. X. p. 126. 15. Gesn. 71. Grot. Etiam hoc carmen avari foeneratoris stultitiam exagitat. — V. 1. ὁ χρόνος. Temporis progressus, ut usuram gignit, sic etiam canos et senectutem adducit. Inepte vulgo ἐπερχόμενον. Verior lectio ex Vat. Cod. recepta est. Ad sensum totius carminis comparandus *Horat.* II. Carm. III. 6. sqq. — V. 4. Hic quoque vulgata lectio γνώς τι μελετημάτιον ex Vat. membranis emendata est. γλαφυρὸν de oratione, carminibus etc. frequenter quidem usurpatur; at etiam de concinna specie, concinnis moribus apte dicitur. Vide ad *Antipat. Thess.* Ep. XXVIII. 3. — V. 5. μεγάλην διαθήκην. De Staberio quodam divite et avaro *Horat.* L. II. Serm. III. 91. *Quoad vixit, credidit ingens Pauperiem vitium, et cavit nihil acrius, ut si Forte minus locuples uno quadrante periret, Ipse videretur sibi nequior.* — V. 6. ὀβολὸν vulgo.

V. Cod. Vat. p. 550. Plan. p. 137. St. 198. W. In Grammaticos invehitur, magna ingenia calumniantes, mediocria ad coelum efferentes. Cf. *Philipp.* Ep. XLIII. *Herodic.* T. II. p. 65. — V. 1. ῥιζώνυχα. Vat. Cod. Accusativus a ῥιζώνυξ (vide *Polluc.* II. 145.) hic locum non habet. — γένη ῥιζώρυχα Μούσης ἀλλοτρίης Grammaticos designat, qui, cum ipsi nihil ex suo ingenio progignant, in alienis carminibus perscrutandis rimandisque versantur, nec tamen flores in Musarum hortis decerpentes, sed radices effodientes. — V. 2. σῆτες ἀκανθοβάται. Fuisse, qui ἀκανθοβόται corrigerent, notavit *Casaubon.* ad *Athen.* L. III. p. 186. 51. ipse tamen vulgatae unice favens. Cynulcus, unus interlocutorum in

Athenaei convivio L. III. p. 97. D. alium vituperat, quod omnia a reliquis prolata anxie perſcrutaretur, τὰς ἀκάνθας συνάγων, ὡς ἂν ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν ἀεὶ διατρίβων, ἀνθέων δὲ ἡδίστων μηδὲν συναθροίζων. *Heſiodus* ap. *Lucian.* T. III. p. 243. ed. *R.* οὐχ ὁρᾷς, ait, ὅσα τῆς ποιήσεως καλά· σκινδάλμους δὲ καὶ ἀκάνθας τινὰς ἐκλέγεις, καὶ λαβὰς τῇ συκοφαντίᾳ ζητεῖς. Ap. *Philipp.* Ep. XLIV. Grammatici σῆτες ἀκανθολόγοι vocantur. σῆτες autem ſunt tineae, qui lanam chartasque arrodunt. Hinc ad Grammaticos translatum vocabulum. — V. 3. κηλῖδες. magnis ingeniis labem adſpergitis. — ἐπ' Ἠρίννῃ. Paucos verſus Erinna reliquerat, tales tamen, unde conjectura fieret, quid praeſtare potuiſſet, ſi ad maturos perveniſſet annos. *Euſtath.* ad Il. β. p. 247. 30. οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἐνάμιλλοι τοῖς Ὁμήρου. Conf. Ep. ἀδέσπ. DXXIII. Non omnes inter antiquos Criticos idem ſenſiſſe, ex hoc loco apparet. Et profecto Erinnam ob paucos verſiculos Homero aequare vel etiam anteponere, ridiculum. — κομῶντες, *gloriantes.* Vide *D. Heinſ.* in Lectt. Theocr. c. X. p. 327. *Spanh.* ad *Ariſtoph.* Plut. 170. et 572. — V. 4. Καλλιμάχου πρόκυνες. *Philippus* eosdem Ζηνοδότου σκύλακας, Καλλιμάχου στρατιώτας appellat. Callimachum, ut illuſtrem aliquem Grammaticum, eumque in illuſtribus ſcriptoribus et poëtis judicandis non valde clementem, nominat. κύνες pro cuſtodibus, ſatellitibus, paſſim occurrunt. Vide inprimis *Ruhnken.* Epiſt. crit. I. p. 93. ſq. Procyon ante Canem oritur, eumque praecedit, multum Cani ſplendore cedens. Hinc intelligitur, cur Grammatici vocentur Callimachi πρόκυνες. — V. 5. ποσὶ σκ. Vat. Cod. — V. 6. Faceſſite vos, qui tanquam cimices poëtas canoros clanculum mordetis. κόρεις. *Horat.* I. Serm. X. 78. *Men' moveat cimex Pantilius?* — In his quid offenſioni eſſe poſſit, non video. Tamen *Bernardus* ad *Thom. M.* p. 549. εὐφρόνων λαβροδάκναι tentat; omnino male et contra metricas leges.

VI Cod. Vat. p. 370. Planud. p. 72. St. 106. W. Pastor navis carinam fluctibus in litore agitatam videns, illam manu prehendit, infelici eventu; ipse enim illâ carinâ in mare tractus periit. — V. 1. πλακτόν. Vat. Cod. et ἐπακτῆς. — V. 2. βλοσυρῆς. Vat. Cod. — V. 4. οὕτω. Vulgo. — V. 5. ἔσχε. omnes edd. vett. ἔσχεν. Steph. et Vat. Cod. male. — V. 6. δρυμοί. Ad pastorem referendum; *sylvae* enim pro *pascuis* frequenter ap. poëtas; λιμένες ad nautas, qui nave fracta perierant.

VII. Cod. Vat. p. 399. Plan. p. 88. St. 130. W. Argumentum vide ad *Apollonid.* Ep. XI. — V. 4. ἀνδρόφωνον. Vat. Cod. κηλίδ' omnes vett. usque ad Steph. — κηλὶς, τὸ μίασμα. *Eurip.* Iphig. T. 1200. εἴπερ γε κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος. *Sophocl.* Oedip. C. 1134. ᾧ τις οὐκ ἔνι κηλὶς κακῶν ξύνοικος. — ¶. 206.] V. 5. κοῦραι. Nymphae, quae h. l. pro ipsa aqua ponuntur. — εἰς Βάκχον. Vide *Meleagr.* Ep. CXIII.

VIII. Cod. Vat. p. 398. Edidit *Jensius* nr. 135. Anth. *Reisk.* nr. 786. p. 168. Malus, arbor, cujus dimidia pars exaruerat, de invidia conqueritur, quod eruca unum, quod progenuisset, malum comederit. — V. 1. Ἡ μέν. *Jens.* μεν. *Reisk.* Sic est in Cod. — Sed qui hic veram lectionem reposuit, in fine versus male scripsit κεῖνό γε λεύσσων (sive δεδορκώς), quae conjectura ex prava totius loci interpretatione enata est. Unice vera est scriptura Codicis. κεῖνο, τὸ ἥμισυ, illa pars, quae adhuc supererat (alterâ intermortuâ), unum malum progenuit in summo cacumine. Hoc carmen haud scio an *Longo* obversatum sit, qui L. III. p. 97. malum describit, cui γυμνοὶ πάντες ἦσαν οἱ κλάδοι, καὶ ἓν μῆλον ἐπέκειτο ἐν αὐτοῖς ἄκροις ἀκρότατον, μέγα καὶ καλόν. Hoc Daphnis decerpit, metuens, μὴ ἑρπετὸν φαρμάξῃ συρόμενον. — V. 3. κύων δένδρων. eruca, quae arbores laedit. Laudavit hoc distichon, ubi varias vocis κύων significationes illustrat,

Schneiderus in Peric. cr. p. 89. — καρποφόρος. Cod. — ἡ πτιλόνωτος. Dubiae ſignificationis vocabulum. πτίλα. πτερὰ ἁπαλά. *Heſych.* πτίλον. πτερὸν ἁπαλώτερον. *Suid.* De pluma uſurpavit *Sophocl.* ap. *Clem. Alex.* p. 716. Jupiter ἐπημφιεσμένος πτίλον κύκνειον. De pinna *Ariſtoph.* in Acharn. 1182. Priore ſignificatione ſi accipiendum eſt πτιλόνωτος, ad dorſum erucae pilis, tanquam lanugine, tectum reſpicitur: ſi alterâ, vox κάμπη de eruca intelligi nequit, ſed aliam quandam beſtiolam, tenuibus alis inſtructam, ſignificare debet. De inſectorum alis vocem πτίλον uſurpari, notavit *Schneiderus* in Lexic. p. 461. — V. 6. »In Cod. ſic ſcriptus hic verſus: πορθεῖ καὶ τούτους γηρὰν »ἀεί μ' ἔλεγεν. quae verba nec augur, nec Sibylla ex»poſuerint. Salmaſius tentabat: καὶ τούτοις κῆρας ἄγει »μελέας. in quibus parum eſt lucis, et adeo obſcurae, ut »novae potius obductae tenebrae quam veteres discuſ»ſae videantur. Audaciori conjectura locus ſanandus »erat, aut in menda relinquendus.« *Br.* Hoc profecto longe fuiſſet melius, quam novum verſum procudere, in quo membranarum lectionis nec vola, ut ajunt, nec veſtigium. Non melius *Reiskio* emendandi conatus proceſſit, qui ipſam Invidiam h. l. loquentem induci exiſtimans, ex conjectura dedit: ὁ Φθόνος, ἐς πολὺν ὄχλον ἀπέβλεπον· ὃς δὲ τὰ μικρὰ Πορθεῖ, καὶ τούτου γυῖα ῥάναιμ', ἔλεγεν. *Ad haec Invidia: Ego quidem, ait, magnam laedere oculis turbam ſoleo; at qui pauca corrumpit, illius oſſa libens equidem ſpargerem.* Quae merae ſunt tenebrae. Partem veri, pro meo quidem judicio, *Salmaſius* vidit; in cujus emendatione, quamvis plurima tenebroſa ſunt et minime probanda, illud tamen praeplacet, quod γηρὰν in κῆρας mutavit. Vide, an corruptiſſimus locus in hunc modum emendari queat:

ὁ φθόνος εἰς πολὺν ὄγκον ἀπέβλεπεν· ὃς δὲ τὰ μικρὰ
πορθεῖ, καὶ τοῦτον Κῆρα καλεῖν ἔπρεπε.

Haec et ſenſum efficiunt omnino bonum, et a lectionis,

quam Cod. praestat, vestigiis parum recedunt. In tanta mea egestate, arbor ait, non putaram fore, ut uno hoc malo privarer. Invidia enim copias et amplitudinem luscis oculis limare solet: qui autem ne egenis quidem et exiguis parcit, nac illum non invidiosum, quod lenius, sed pestem et perniciem appellare fas est. — Primum scripsimus εἰς πολὺν ὄγκον. Solet enim ὁ ὄγκος τοῖς μικροῖς opponi. *Euripides* in Melanippe fragm. XV.:

ὦ τέκνον, ἀνθρώποισιν ἔστιν οἷς βίος
ὁ μικρὸς εὐκτὸς, γίγνεται δ' ὄγκος κακόν.

ut h. l. olim emendavimus in Exercitt. crit. T. I. p. 217. Sed plurimum huc faciunt verba *Incerti Poëtae* ap. *Stobaeum* T. CIII. p. 561. Ὄγκου δὲ μεγάλου πτῶμα γίνεται μέγα· Πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται, Σφάλλει δ' ἐκείνους, οὓς ἂν ὑψώσῃ τύχη. Sententia eadem ap. *Ovidium* Remed. Am. 369. *Summa petit livor: perflant altissima venti: Summa petunt dextrâ fulmina missa Jovis.* — Κὴρ pro infesto et pestifero daemone; ut κῆρες *pestes*, ap. *Synesium* p. 38. ἀξιῶν αὐτοὺς πάσης ἐλαύνεσθαι γῆς καὶ θαλάττης, ὡς ὄντας κῆρας πόλεών τε (pestem et perniciem civitatum) καὶ πολιτείας. Cf. *Valcken.* ad Hippol. p. 283.

IX. Cod. Vat. p. 396. Plan. p. 32. St. 49. W. Historia de puella, quae, cum sponsi amplexus timens e cubiculo aufugisset, a canibus lacerata est. — V. 1. ἐπὶ παράστασιν. Vat. Cod. De παστὰς et παστὸς vide ad *Philipp.* Ep. LIV. — Πετάλης ancillae nomen ap. *Propert.* IV. 7. 39. — V. 3. ἠμαύνην. Sic Vat. Cod. optime. In »Planud. μύβοιν, quod quid esset, non mirum, interpre»tum nullum dicere potuisse.« *Br.* *Huetius* p. 6. conjecit πόσιος. Idem in ora Cod. *Scaligeri* invenit γ' ἀρμόβιον, (et sic in not. msc. Bibl. Bodl.) quod nempe prima illa Veneris initia vi coalescant; vel quod Venere constent et coalescant vitae principia. μύβοις legendum putabat *Opsopoeus*, ut esset nomen proprium viri, genitivi casus.

Brodaeus tentabat δειμᾶται τὰ βοῖν πρῶτα ζυγά. five δείμαθ' ἅρμα βοῖν πρῶτα ζυγά. ut haec per parenthesin dicta sint: primum jugati boves timent. Haec nullius sunt assis. — V. 4. παρθενικαῖσι. Vat. Cod. — V. 6. αἴφνης. Vulgo. quod ex Cod. Vat. mutatum est.

AUTOMEDONTIS CYZICENI EPIGRAMMATA.

¶. 207.] *I.* Cod. Vat. p. 574. Primus edidit *Toup.* in Addendis ad Theocrit. T. II. p. 398. ultimo versu omisso. De paedotriba quodam, a pulchris pueris circumdato. — V. 1. παιδοτρίβην. qui pueros palaestricam docet. — V. 3. profert *Alberti* ad *Hesych.* v. ὑποκόλπιον. ubi ὦμον legitur, ut in Cod. Vat. ὦμων *Toup.* dedit. Color, ut ap. *Meleagr.* Ep. V. ἀγκὰς ἔχοις Διόδωρον, ὁ δὲ γλυκὺς ἄντιος εἶδοι Δωρόθεος, κεῖσθω δ' εἰς γόνυ Καλλικράτης. — ὑποκόλπιον. Sic *Paul. Silent.* Ep. XII. ἄλλην ὑποκόλπιον εὐθὺς ἑλίξεις. ubi vide. — V. 6. παιδοτριβεῖς. Lusus est in ambigua significatione verbi τρίβειν, quod, in arte palaestrica technicum, ad obscoenam libidinem transfertur. Cf. *Straton.* Ep. LXIV.

II. Cod. Vat. p. 550. Primum distichon expromsit, ubi nomen Κόννιχος illustrat, *G. Koen.* ad *Gregor.* D. D. p. 134. Ad puerum de mutata formae pulcritudine, ipsiusque mente simul immutata. — V. 1. καὶ om. *Koen.* qui recte habet λέαιναι, ut Cod. Vat., ubi *Br.* apogr. λάεια exhibet. — V. 2. ἀλάεσσι. Vat. Cod. — Quae sequuntur, per interrogationem accipienda puto: Κόννιχε, τοῦτ' ἐγένου; *talis igitur evasisti?* — V. 3. Iterum vitiose *Br.* apogr. οὐκ ἔλειον. Vat. Cod. ἔλεγον. Hic interrogandi signum ponendum, in fine pentametri delendum. Seq.

versa *Br.* cum invenisset ἐν ναι καί —, hoc perperam mutavit in γίνεο ναί —. Veram lectionem jam dudum restitui in Emend. in Ep. gr. p. 41.:

> οὐκ ἔλεγον; μὴ πάντα βαρὺς θέλε, μηδὲ βάναυσος
> εἶναι. καὶ κάλλους εἰσί τινες Νεμέσεις.

quam emendationem nunc confirmavit Apogr. nostrum, quod quin hoc quoque in loco genuinam Vat. Cod. lectionem exhibeat, noli dubitare. Monuerat poëta Connichum suum, ne nimis sit saevus, neque nimis facilis. Idem *Strato* sic expressit Ep. LI.:

> μήτε λίην στυγνὸς παρακέκλισο, μήτε κατηφὴς,
> Δίφιλε, μηδ' εἴης παιδίον ἐξ ἀγέλης.

Voce βάναυσος de puero meritorio idem usus est Ep. LXXVI. — Recte deinde Cod. καὶ κάλλους. *Etiam pulcritudo suam habet Nemesin*, quae superbientes et insolentes puniat. *Philostrat.* Epist. XIX. p. 921. ad puerum: ταχέως σε θεασαίμην γενειῶντα καὶ παρὰ ἀλλοτρίαις θύραις κείμενον. ναὶ Ἔρως, ναὶ Νέμεσις, ὀξεῖς θεοὶ καὶ στρεφόμενοι. Conf. *Straton.* Ep. LXXI. *Agath.* Ep. XIII. 9. Plane ut noster, *Meleager* Ep. XXII.:

> ἀλλά, Πολυξενίδη, τάδ' ὁρῶν, μὴ γαῦρα φρυάσσου·
> ἔστι καὶ ἐν γλουτοῖς φυομένη Νέμεσις.

Facit ad hanc paederastae admonitionem dictum Bionis ap. *Stob.* T. LIX. p. 410. Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει, φεῦ, ἔλεγε, τυραννίδος τριχῇ καταλυομένης. ubi τριχὶ legendum esse, apparet ex *Plutarch.* Amor. T. II. p. 770. B. ἔτι δὲ φορτικώτερον ὁ σοφιστὴς Βίων τὰς τῶν καλῶν τρίχας Ἁρμοδίους ἐκάλει καὶ Ἀριστογείτονας, ὡς ἅμα καλῆς τυραννίδος ἀπαλλαττομένους ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἐραστάς. In verbis, quae hunc locum praecedunt, vulgo etiam legitur τριχῇ αἱρεῖσθαι τὴν φιλίαν pro τριχὶ διαιρεῖσθαι, ut praeclare emendavit *Ruhnken.* ad Tim. p. 190. — V. 5. ἔσω μάνδρης. in caulam venisse videris, hirco similior quam

puero

puero scilicet. In eadem re Auctor Ep. ἀδηλ. XXXVIII. ἦν θέρος ἐξ ἐρίφου τρηχὺν ἔθηκε τράγον. — ὅτε β. Cod. Vat. male. — ἔχειν σε φρένας. *Horatius* IV. Carm. X. 6. ad Ligurinum:

Dices, Heu, quoties te in speculo videris alterum,
Quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genae?

III. Cod. Vat. p. 106. Εἰς πόρνην ὀρχηστρίδα. Edidit *Reiske* in Misc. Lips. T. IX. p. 142. nr. 321. Lubricas saltatricis cujusdam asiaticae artes describit et miratur. — V. 1. κακοτέχνοις σχήμασιν. figuris libidinem excitantibus. *Philodem.* Ep. XXI. ὦ κακοτεχνοτάτου κινήματος. Mulier κακοτεχνοῦσα τοὺς νέους est ap. *Aristaen.* II. Ep. 18. p. 99. Vide *Abresch.* in Lect. p. 286. — Ejusmodi autem artes inde a teneris unguiculis edocta exercebat. *Horat.* III. Carm. VI. 17. *Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, et fingitur artibus: Jam nunc et incestos amores De tenero meditatur ungue.* Item de Dionysia quadam Anth. Lat. T. II. p. 271. *Cujus in octava lascivia surgere messe Coeperat et dulces fingere nequitias.* — ἐνόχων κινουμένην. fuit primitus in Cod. Vat. sed error emendatus. — T. 208.] V. 3. παθαίνεται. Sic Vat. Cod. et *Salmas.* qui hoc distichon laudavit ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 427. Apogr. Lips. πυθαίνεται. Laudatur autem pantomima, quod omnes affectus artis ope praeclare exprimat et imitetur. παθαίνεσθαι proprie dicuntur oratores affectu concitati. Cf. *Ernesti* in Lex. Techn. Rh. p. 237. — βάλλουσα τὰς χεῖρας, ad tibiae sonum manus apte jactat. *Propert.* IV. 5. 45. *Si brachia jactat, I comes et voces ebria junge tuas.* Idem L. II. 18. 5. *Sive aliquis molli deducit candida gestu Brachia.* quod expressit *Ovid.* II. Amor. 4. 29. *Illa placet gestu, numerosaque brachia jactat.* — V. 5. τρίβακον πάσσαλον hinc profert *Alberti* ad *Hesych.* T. II. p. 1413. In obscoena significatione vocabuli πάσσαλος

suo more ludit *Aristophanes* in Eccl. 1011. ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον Ἕλκειν ἐνατὶ λαβομένας τοῦ πατ-τάλου. — τρίβακα. κατατετριμμένα. *Suid.* Proprie *pannosum, multo usu detritum.* Laudatur igitur mima, quod nec senes respuat, sed in his quoque libidinis scintillas excitare noverit. *Salmasium* hunc versum explicare in Not. ad *Achill. Tat.* p. 732., notavit *Schneiderus* in Per. Crit. p. 11. — V. 7. γλωττίζει. Hinc γλωττίσματα, *impudica oscula.* Vide ad *Crat.* Epigr. T. II. p. 3. Ad glossam *Moeridis*, καταγλωττίσματα, τὰ περίεργα φιλήματα p. 224. *Pierson* hoc distichon expromsit, qui ἐπιτρίψῃ habet, ut *Reisk.* emendavit lectionem apogr. Lips. ἐπιθρίψῃ. In Sched. Lacroz. ἐπὶ μίψῃ. Sic Cod. Vat. *Repositanus* in Anth. Lat. T. I. p. 47. *Saepe levi cruris tactu permovit amantem In flammas.* *Aristoph.* Acharn. 737. πόρνην, ἥτις τὸ πέος τρίψει καὶ τὴν ὀσφύν. — V. 8. κορύνην. *Nicander* Alex. 408. δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήσασα κορύνην. *Schol.* αἰδοῖον ὄνου..

Ex T. III. p. 331.] *III*[a]. Cod. Vat. p. 511. Secum loquitur Automedon, convivio, ut videtur, parato, ad quod meretricem arcessi velit. Sed mox eum facti poenitet, timentem, ne se ridendum propinet. — V. 1. Πέμπε, κάλει. Haec ad se ipsum. Jam licet mittas, qui meretriculam arcessat; omnia enim parata sunt. — Deinde se ipsum ab hoc consilio revocat. — V. 3. αὐτή. Sic pronomina saepissime ponuntur ad res obscoenas significandas. Ceterum in Cod. legitur: αὕτη γὰρ λαχάνοισι σαρωτέρη πρὶν ἀκάμπης ζῶσα νεκρά. Probabilem sensum emendando effecit *Br.*: an ipsa poëtae verba divinaverit, dubitare licet. *Schneiderus* hoc distichon post v. 6. collocandum censebat, ut αὐτὴ ad κώπην referretur; quod mihi necessarium non videtur. Praeterea corrigit:

αὐτὴ γὰρ λόγχης στιβαρωτέρα, ἡ πρὶν ἀκαμπής
ζῶσα, νεκρὰ . . . .

Ingeniose! et fortasse vere. Lectio *λαχάνων* tamen habet, quo se tueatur. Fortasse legendum est:

> *αὕτη γὰρ λαχάνου συβρωτέρη, ἡ πρὶν ἀκαμπὴς*
> *ζῶσα, νεκρὰ μηρῶν πᾶσα δέδυκεν ἔσω.*

Hesych. *συβροί. ἰσχνοί. λαγαροί. ἁβροί.* (sic lege pro *τάφροι.*) Haec enim, quae, dum viveret, inflexibilis erat, nunc demortua, quavis beta languidior pendet et se intus femora recepit. — *Catull.* LXVII. 21. *Languidior tenera cui pendet sicula beta.* *Ovid.* I. III. Amor. VII. 66. *Nostra tamen jacuere, velut praemortua, membra Turpiter, hesterna languidiora rosa.* Encolpius ap. *Petronium* c. CXXXII. illam sui partem quasi devotam videns, *Illa*, ait,

> *Non magis incepto vultus sermone movetur,*
> *Quam lentae salices, lassove papavera collo.*

Conf., si tanti est, Anthol. Lat. III. 273. p. 690. — V. 4. *πᾶσα δέδυκεν ἔσω.* *Petronius* l. c.: *Namque illa metu frigidior rigente bruma confugerat in viscera mille operta rugis.* — V. 5. *ἀνάρμενος.* Proprie navis instrumento nautico non instructa. Conf. ad *Antiphili* Ep. I. 8.

IV. Cod. Vat. p. 514. Plan. p. 174. St. 254. W. — V. 1. *ὅτ' ἐπίνομεν.* Excusi omnes, vitiose. Codd., quos consuluit *Br.*, *ὅτε πίν.* quod sensus flagitat. Vesperi, dum vino calemus, humanis invicem animis sumus; mane autem, vini vaporibus dissipatis, nihil nisi inimicitiae et ferina rabies. — In laudem vini scriptum videtur, quod animos conciliet.

V. Cod. Vat. p. 553. *Automedonti* vindicat carmen, quod in Plan. p. 144. St. 209. W. *Apollinario* tribuitur, cujus Epigramma praecedit. Scriptum in Polycarpum quendam, trapezitam, ut videtur, et decoctorem, ut *Huetius* p. 15. existimat. — V. 1. *κεινῆς παρέοντι τραπέζης.* Parasitum vocat mensarium, qui aliena pecunia, ipsius fidei concredita, ad vitam sustentandum utebatur

tur. Sed jam mensa, ad quam antea alebatur, vacua, pecuniâ illâ deperditâ. — V. 2. λέσχη. Vat. Cod. — Vulgo κερματίοις ψευδόμεν' ἀλλοτρίοις; ubi *Scaliger* ad *Propert.* L. I. VIII. p. 360. vocativum pro nominativo positum esse contendit. Non opus est ad talia confugere post repertam lectionem Vat. Cod. — V. 3. Polycarpus, et suis et alienis bonis concoctis, cum jam premi coepisset a creditoribus, rarius in forum prodibat, et conspecto e longinquo aliquo ex creditoribus suis, se in pedes dabat. — V. 5. τὸ σὸν αὔριον. Omnes veteres edd. τὸ σὸν ἀργύριον. quod in ἄργυρον mutandum censebat *Jos. Scaliger.* *Stephanus* primus αὔριον dedit ex Cod. Idem conjecturâ assecutus est *Opsopoeus.* Hanc lectionem confirmant Vat. membr. Omnibus quidem promittebat Polycarpus, cras, dicens, tuum habebis, veni, quaeso, et aufer. — κοὐδ' ὀμόσας. Duplex negatio. Ne juratus quidem fidem apud quenquam invenis. — V. 7. „Vat. „Cod. πέλαζε. Scribendum videtur πελάζει: nondum „enim abierat; supra ὑποκάμπτεις ἤδη καὶ ζητεῖς." *Br.* Nihil Polycarpo superesse ait *Automedon*, nisi ut asylum quoddam quaerat. Hoc autem parodia significavit, quam *Schol* notavit in marg. Wechel. Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσε. Odyss. ι. 39. Qui enim Samothracum deorum mysteriis initiati erant, singulare Cabirorum praesidium in tempestatibus experiri putabantur. Vide ad *Diodor. Sard.* Ep. I. Hoc igitur ad Polycarpum, in alienae pecuniae fluctibus laborantem, jocose transtulit.

VI. Cod. Vat. p. 549. Αὐτομέδοντος. In Plan. p. 146. St. 213. W. ἄδηλον est. Ad Athenienses, minimo pretio jus civitatis vendentes, hoc carmen pertinere, apparet ex nominibus Atticis Triptolemi, Cecropis, Erechthei et Codri. Jam antiquis temporibus, Demosthenis aevo, Athenienses propter facilitatem, quam in jure civitatis vendendo ostendebant, notabantur. Vide *Spanhem.* in Orb. Rom. c. XVI. p. 123. sq. ed. Lond. et, qui ejus fa-

cilitatis exemplum narrat, *Plutarch.* T. II. p. 182. D. Hanc ob causam Augustus Atheniensibus interdixit, μηδένα πολίτην ἀργυρίου ποιεῖσθαι. *Dio Cass.* T I. p. 736. 2. — V. 1. ἀνθρακίων. Carbones vectigalis loco ap. Romanos dabantur. Vide *Stewech.* ad *Vegetium* L. IV. 8. p. 239. Simile quid olim de Claudio dictum esse, *Schneiderus* me monuit, apud *Dion. Cass.* T. II. p. 955. eum civitatem vendere, καὶ ὑάλινά τις σκεύη τετριμμένα δῷ τινι. quo spectant haec ap. *Senecam* in Apocoloc. p. 852. *Consul numularivolus, qui vendere civitatulas solebat.* — V. 2. αὐτός τε omisso a Vat. Cod. — V. 3. ὑφηγήτορα. Vat. Cod. Quo sensu ὑφηγητὴς hoc loco sit positum, obscurum est. *Brodaeus* vertit, *duci, qui te introducat et insinuet.* *Subpraeceptori, Opsopoeus.* *Boettigerus in den Vasengemählden,* Fascic. II. p. 200. interpretem intelligit, qui in templis peregrinos circumducat resque visu dignas ostendat. Quum ὑφηγεῖσθαι sit *viam monstrare, praeire, auctorem esse, suadere,* (vide *Bud.* Comm. Gr. L. p. 260.) ὑφηγητὴς autem sive ὑφηγητὴς *dux* et *auctor*, (vide *Sallier.* ad *Thom. M.* p. 878. sq.) facile adducor, ut h. l. rhetorem intelligam, qui, parva mercede accepta, jus civitatis compararet studioso hujus beneficii. Fortasse etiam is est, qui civitatis jure donandum ad tribules adducebat, inscribendumque curabat. — Sed, ut dixi, res est obscurior. — V. 4. ἡ rec. man. additum in Vat. Cod. — V. 5. ταῦτ'. Hoc si mente servaveris, licebit te ex nobilissimis Atheniensium familiis oriundum esse dicas. Quantum vero Athenienses antiquissimis temporibus generis nobilitati tribuerint, satis constat. A prisco illo Athenarum rege, Κόδρῳ, qui genere praeclaro conspicui erant, Κόδρου εὐγενέστεροι dicebantur. Vide *Diogen.* Cent. IV. 84. et *Arnald.* in Lect. gr. p. 82.

¶. 209.] *VII.* Cod. Vat. p. 550. Plan. p. 185. St. 269. W. *Stob.* Tit. X. p. 127. 37. Gesn. 75. Grot. — Timet poëta, ne hospes, apud quem coenaverat, eum

iterum invitet. — V. 2. κεκάραγεν κράμβης. Asparagus sive cyma brassicae, proprie cauliculus olerum primitus e terra exeuntium. Vide *Salmas.* de Hom. H. I. c.XXX. p. 33. μήλινον, lutei coloris, ut veteris, decem nimirum dierum. *Martial.* XIII. 17. *Ne tibi pallentes moveant fastidia caules, Nitrata viridis brassica fiet aqua.* Isti autem brassicae cauliculi in coena nostri, magis erant similes culmis cannabinis; tam tenues, tamque macilenti erant. De καννάβινος dedit quaedam *Huetius* p. 17. — V. 3. Cavebo, ne ejus, qui me hac coena acceperit, nomen prodam. — ἔστι γὰρ ὀξύς. i. e. ὀξύθυμος, ut ap. *Theocrit.* Eid. XIV. 10. — V. 3. φόβος οὐχ ὁ τυχών. ingens metus, ne me iterum ad coenam vocet.

VIII. Cod. Vat. p. 550. Plan. p. 129. St. 187. W. Facetum carmen in Arrium quendam, Phoebi aedituum, qui munera et victimas deo oblatas statim auferens, Apollini ne minimam quidem earum partem permittebat. — V. 2. καί σύ γε. Vulgo. — V. 4. ἰκτίνου χεῖρα. *milvinas manus.* Imperatorem rapacem *vulturium* appellat *Cicero* Or. in Pison. 16. *Famem*, quae ad raptum faciendum exstimulat, *milvinam Plautus* vocat in Menaechm. I. 3. 29. — V. 5. „ἀκνίσου. Vat Cod. perperam. Vide ad Archiam XVI." *Br.* ἄκνισον βωμὸν Apollo aram suam appellat, in qua propter Arrii rapacitatem nihil hostiarum comburebatur. Erat autem τῶν νεωκόρων sacrificare, deorum simulacra custodire, ludos et certamina in dei honorem habita curare. De horum hominum dignitate et officiis diserte disputavit *Selden* in Marm. Arund. Operum T. II. p. 1571. sqq. — V. 6. si quis hostias adduxerit. τὴν πομπήν, sacrificium, ut ap. *Aristoph.* Acharn. 248. ὦ Διόνυσε δέσποτα, κεχαρισμένως σοι τήνδε τὴν πομπὴν ἐμὲ πέμψαντα, καὶ θύσαντα. Av. 848. ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσι θεοῖς, τὸν ἱερέα πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ. — V. 7. ἐν Διός. Vulgo et in Vat. Cod. Hoc si emendatione indiget, scripserim:

ναί, Διὸς ἀμβροσίῃ πολλὴ χάρις.

Quae sequuntur, parum commode dicta: Unus ex vobis, i. e. mortalis essem, si deum fames attingeret. Dicendum erat: Consumerer, fame enecarer; sive, ut *Grotius* vertit: — *namque heic conderer, ut vos, Ipse; deos posset si tetigisse fames.* Fac, scriptum fuisse:

εἰς ἀΐδεω γὰρ
ἦλθον ἄν, εἰ λιμοῦ καὶ θεὸς ᾐσθάνετο.

et nihil ad sensus integritatem desiderabis. Sed tam audacibus conjecturis quod pretium statuendum sit, non ignoro. Alii itaque viderint.

IX. Cod. Vat. p. 556. sq. „Epigramma hoc, quod „in codicibus meis non habeo, uberioribus instructus „copiis in lucem protulit primus cl. d'Orville in Siculis „p. 271. mutilo ultimo versu, cujus postrema haec tan„tum, νέην ἱερὰ βοσκόμεναι, in codice lecta fuerant. Admo„dum probabiliter supplevit vir eruditissimus, scribendo „ἢ ἐλάφου, κενεὴν ἠέρα βοσκόμεναι. ἡμίονοι pro ἢ ἐλάφου pla„cuit cl. Toupio Epist. de Syrac. p. 343. Cur autem „huic illud praetulerit, nullam idoneam rationem ex„cogito, quam ipse dixerit. Festinanter e Theocrito, „qui mihi ad manum erat, epigramma descripsi, non „inspecto Orvilliano exemplo, quo nunc collato et re „attentius considerata, illius conjecturam ἢ ἐλάφου prae„fero. Vide Lucillii XCVII.“ *Br.* *Toupii* emendandi pruriginem damnat et *Dorvillii* lectioni merito patrocinatur *Burmann.* in Anth. Lat. T. II. p. 698. sq. — Describitur hoc carmine mulorum macilentorum jugum. De usu mulorum in re vehiculari vide *Bochart.* in Hieroz. P. I. L. II. c. 9. et *Scheffer.* de Re Vehic. I. 8. — V. 1. κοιμεδονεῖν. Vat. Cod. — V. 2. λιταῖς ἴκελαι. Sic Cod. Vat. Non λιταῖς εἴκελαι, ut ait *Dorvill.* Respicitur locus notissimus *Homer.* Il. ι. 499. unde seq. vers. ὀφθαλμοὶ restitutum est pro vitioso ὀφθαλμῶν. — V. 4. Ἠφαίστου

πομπή. Vulcani sacrificium *Dorvill.* interpretatur. *Toupius* autem mulos, dignos, qui in Vulcani comitatum reciperentur, quia claudi scilicet. Prius praefero, ita tamen, ut muli Vulcani appellentur hostiae propter id ipsum, quod claudicant. — σκύτινα δαιμόνια. non veri muli, sed mulorum umbrae. Manes δαιμόνια vocantur et δαίμονες. In *Euripid.* Alcest. 1140. Hercules Admeto conjugem reducit μάχην ξυνάψας δαιμόνων τῷ κοιράνῳ, *umbrarum regi.* Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 178. — σκύτινα, *coriaceae*, autem vocantur, quibus nihil nisi pellis et ossa relicta erant. Macilentorum philosophorum adumbrans imaginem *Antiphanes* ap. *Athen.* XIII. p. 565. F. σοφιστῶν, λεπτῶν, ἀσίτων, σκυτίνων. Sic σκυτίνη ἐπικουρία, respectu habito ad σύκινην ἐπικουρίαν, *Aristoph.* dixit in Lysistr. 110. ubi vide *Flor. Christ.* p. 226. — V. 7. κορώνης ἢ ἐλάφου. Ductum ex versu *Hesiodi* ap. *Plutarch.* T. II. p. 415. C. Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη Ἀνδρῶν ἡβώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος. Vide *Davisium* in *Ciceron.* Tusc. Qu. L. III. 28. et *Ruhnken.* Epist. crit. p. 112. sq.

X. Cod. Vat. p. 514. Plan. p. 20. St. 32. W. Veram philosophiam per compendium poëta docet, Epicuri somniis omissis. Explicat hoc carmen *Erasmus* in Proverb. Chil. II. VII. 98. — V. 1. εὐδαίμων. Similem rerum ad beate vivendum pertinentium enumerationem facit *Philemon* ap. *Lucian.* de Lapsu c. 6. Fragm. nr. 71. p. 364. Αἰτῶ δ' ὑγείαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν, Τρίτον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί. — ¶. 210.] V. 3. Dicta sunt haec ad mentem *Hipponactis* ap. *Stob.* Tit. LXVI. p. 418. 25. Δύ' ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισται, Ὅταν γαμῇ τις, κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν. quod etiam *Chaeremon* expressit ap. eundem p. 419. 15. γυναῖκα θάπτειν κρεῖττόν ἐστιν ἢ γαμεῖν. — V. 5. μάτην cum ζητεῖν jungendum.

XI. Cod. Vat. p. 493. Plan. p. 65. St. 95. W. Nicetae rhetoris eloquentia per comparationem laudatur.

Vide de hoc Niceta *Philostrat.* in Vit. Soph. p. 510. qui eum Nerva imperante floruisse tradit. Eundem commemorat *Plin.* Epist. VI. 6. *Julius Naso – prope quotidie ad audiendos, quos tunc ego frequentabam, Quintilianum et Nicetem Sacerdotem ventitabat.* Ejus nomen *Freinshemius* restituit in Dial. de cauf. corr. eloq. c. 15. — V. 1. Veluti ventus leniter surgens, sic Nicetae oratio a principio sedata et lenis. κήτης ἐπὶ προτόνοισιν. Aura esse videtur, quae funes percurrit, circum funes ludit. Sunt enim οἱ πρότονοι, οἱ ἑκατέρωθεν τοῦ ἱστοῦ σχοῖνοι ἐκτεταμένοι εἰς τὴν πρῷραν καὶ πρύμναν. *Hesych.* Similitudines a navigatione ad dicendi artem translatae passim obviae. Apud *Aristoph.* in Ran. 1029. Chorus Aeschylum, causam contra Euripidem dicturum, hortatur, ne se ira patiatur abripi: ἀλλὰ συστείλας ἄκροισι Χρώμενος τοῖς ἱστίοισιν, Εἶτα μᾶλλον μᾶλλον ἄξεις, Καὶ φυλάξεις, ἡνίκ' ἂν τὸ Πνεῦμα λεῖον καὶ καθεστηκὸς λάβῃς. *Quintil.* Inst. Or. X. 7, 23. de extemporali dicendi facultate agens: — *deliberare, non haesitare videamur. Hoc, dum egredimur e portu, si nos nondum aptatis satis armamentis aget ventus; deinde paulatim simul euntes aptabimus vela et disponemus rudentes et impleri sinus optabimus. Id potius, quam se inani verborum torrenti dare quasi tempestatibus, quo volent, auferendum.* Ejusdem similitudinis vestigium est ap. *Ciceronem* in Brut. c. 24. ubi cum dixisset, Galbae orationem et gravem et incitatam fuisse, addit: *dein cum otiosus stilum prehenderet, motusque omnis animi, tanquam ventus, hominem defecerat, flaccescebat oratio.* — V. 3. Procedente oratione vehementius inflatur, omnibus velis expansis navigat, ἱστιοδρομεῖ. — V. 4. πανταύρας. antennis malo firmiter alligatis, quod vento fortius flante fieri solet. — V. 6. ἔμπορον ἦν εἰς. Vat. Cod. Latet aliquid. *Salmasius* in notis ad Aldin. edit., *non dubito*, ait, *quin* ἔμπορος *sit ex emporio Planudis, quod huic loco ineptum est.*

I 5

Automedonti Aetolo in Vat. Cod. tribuitur Ep. inter Theocritea VIII.

PHILIPPI THESSALONICENSIS EPIGRAMMATA.

ꝥ. 211.] *I.* Hoc ſecundae Anthologiae prooemium legitur in Vat. Cod. p. 83. cum inſcriptione: Ἕτερος στέφανος Φιλίππου τοῦ Θεσσαλονικέως· ὃν ἐποίησε κατὰ μίμησιν Μελεάγρου. συνῆξε δὲ καὶ αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἐμφερομένων ποιητῶν, ἐξ Ἀντιπάτρου, Κριναγόρου, Ἀντιφίλου, Τυλλίου, Φιλοδήμου, Παρμενίωνος, Ἀντιφάνους, Αὐτομέδοντος, Ζωνᾶ, Βιάνορος, Ἀντιγόνου, Διοδώρου, Εὐήνου καὶ αὐτοῦ Φιλίππου. ἔγραψε δὲ οὕτως ὁ Φίλιππος στέφανον πρός τινα Κάμιλλον. Ut omnis haec nova collectio Epigrammatum ad *Meleagri* exemplum inſtituta fuit, ſic hoc quoque prooemium conſcriptum eſt ad imitationem prooemii illius, quod Gadarenſis poëta Coronae ſuae praefixit. Editum eſt a *Vavaſſore* de Epigr. p. 179. ſq. *Fabricio* in Bibl. gr. Vol. II. p. 687. *Martino* in Epiſtol. T. I. p. 192. *Reiskio* in Notit. Poët. p. 267. — V. 1. κλυτόδενδρος. Pieria nobilibus arboribus conſita. Ad poëtas, cum arboribus comparatos, hoc epitheton ſpectat, quod an ab antiquiore poëta uſurpatum ſit, ignoro. — V. 2. πρωτοφύτους. Fallitur *Martinus*, qui πρωτοφύτους κάλυκας opponi putat τοῖς ὀψιφύτοις ἄνθεσι v. ult. Duo haec vocabula idem ſignificant, recentiores flores, qui paulo ante prodierant. Sic noſter Ep. VII. πρωτογόνῳ γάλακτι de recenti lacte uſurpavit. — V. 3. νεανῆς Vat. Cod. Mart. Fabr. Vavaſſ. νεαρῆς *Reiske* dedit ex ap. Lipſ. σελὶς νεαρή, poëtarum recentiorum opera. *Antip. Theſſal.* XXIII. poëtrias vocat ἀοιδῶν ἱεργάτιδας σελίδων. et de *Ariſtophanis* carminibus idem Ep. XXV.

ἠνίδ' ὅσον Διόνυσον ἔχει σελίς. — ἀντανέπλεξα diserte scriptum in membranis, et sic *Mart.* *Vavassor* ἄντα ἔπλεξα. Ap. Lipſ. et hinc *Reisk.* αὐτὸν ἔπλεξα. Codicis ſcriptura procul dubio vera, quae *Philippum*, cum *Meleagro aemulantem*, novam coronam nectere ſignificat. — V. 4. Μελεαγρείοις. Vat. Cod. Μελεαγρῆος *Mart.* Noſtrum *Vavaſſ.* et *Reisk.* — V. 5. Quum veterum poëtarum opera legeris, haec quoque pauca, quaeſo, legas recentiorum carmina. παλαιοτέρων κλέος, illuſtres illos antiquitatis poëtas. — Κάμιλλα. *Mart.* vitioſe. Nihil de hoc *Camillo* conſtat. — ὀλιγοστιχίη. Sive de brevioribus carminibus, qualia ſunt Epigrammata, ſive de collectione non adeo ampla accipiendum. — V. 9. Τύλλιας vitioſe *Martin.* — μελίλωτον. Sic lotus vocabatur apud Naucratitas. Plurimus ejus ad coronas uſus. μελιλωτίνους στεφάνους, πάνυ εὐώδεις καὶ καύσωνος ὥρᾳ ψυκτικωτάτους commemorat *Athen.* III. p. 73. A. B. Cf. L. XV. p. 678. C. p. 685. F. *Salmaſ.* Exerc. Plin. p. 686. ſq. *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* VII. p. 903. — ἀμάρακον. Vid. *Meleager* I. 41. — V. 10. Apogr. Lipſ. μύρτα δ' ὡς. unde *Reisk.* fecit μύρθ' ὡς. Reliqui omnes membranarum lectionem exhibent. — V. 11. Ζωνᾶς. Vat. Cod. Σωνᾶς. *Mart.* — V. 12. ἐλαίη. Vat. Cod. et *Mart.* Reliqui ἐλάη. Hac vocis forma noſter iterum utitur Ep. XX. καὶ πτέρνην ἤδη χρυσοχίτων' ἐλάην. — Pro ἴον in fine verſus *Reiskius* ἶφυ dedit, non indicata lectionis varietate. — V. 13. συνεπίπλεκε. Vat. Cod. Omnes edd. συνεπέπλεκε, praeter *Martinum*, qui συνεπίπλοκα dedit. *Reiskius* ex apogr. Lipſ. δὲ inſeruit poſt Εὐήνῳ. — V. 14. ἐθέλεις. Vat. Cod. et *Reisk.* ἐθέλοις *Vavaſſ.* In hoc quoque diſticho agnoſcimus imitatorem *Meleagri*, cujus ſunt haec in Prooemio ad finem: ἄλλων τ' ἔρνεα πολλὰ νεόγραφα.

II. Vat. Cod. p. 590. Ἄδηλον. Editum eſt inter Callimachea nr. XLVII. p. 314. cujus poëtae id eſſe ſuſpicabatur *Albertus* ad *Heſych.* T. I. p. 839. Tanquam

ἀδήλου idem carmen exhibuit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 332. *Brunckius* secutus est conjecturam valde probabilem *Jo. Piersoni*, qui id *Philippo* tribuendum esse censebat propter Ep. III. ubi Archestrati pueri fit mentio, Verisim. p. 83. sq. Expressit *Philippus* Epigr. *Meleagri* XXXIV. Archestratum puerum, quem pulchrum esse negans poëta in Nemesis iram incurrerat, precibus placare conatur. — V. 3. συνήρπασε *Dorvill.*, neglecto dorismo. συναρπάζειν positum videtur pro ἀναρπάζειν, ad poenam rapere, ut συμμάρπτειν in eadem re ap. *Herodotum* L. VI. 86. p. 478.:

— κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰσόκε πᾶσαν
συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα.

Simplex μάρπτειν ap. *Euripidem* Stob. Eclog. Grot. p. 121. sq. Δίκη — βραδεῖ ποδὶ στείχουσα μάρψει τοὺς κακοὺς ὅταν τύχῃ βροτῶν. Idem verbo συναρπάζειν eodem sensu utitur in Bacch. 443. Βάκχας — ἃς συνήρπασας. et 728. κἀγὼ ξυνεπήδησ', ὡς ξυναρπάσαι θέλων. — καὶ εὐθὺς ap. Lipf. — ἥψαμαν ἐν πυρί. Etiam hoc ductum ex *Meleagro* Ep. XVI. τὸ γὰρ πλέον ἐν πυρὶ παίδων βαλλόμενος κεῖμαι. *Horat.* I. Carm. XIII. 8. *arguens, Quam lentis penitus macerer ignibus.* — V. 4. πᾶς δ' ἐν ἐμοί. Vat. Cod. Eleganter hoc correxit *Pierson.* Haud aliter *Meleager* Ep. XXIII. ὡς ἀπ' Ὀλύμπου Ζεὺς, νέον οἶδεν ὁ παῖς μακρὰ κεραυνοβολεῖν. *Asclepiades* Ep. XIII. τόξοις μὴ βάλλετέ μ', ἀλλὰ κεραυνοῖς, καὶ πάντως τέφρην θέσθε με κἀνθρακιήν. — V. 5. ἱλασσόμεσθ' Vat. Cod. quod correxit *Anna Fabri* et alii. In apogr. Ruhnk. ἱλασσόμεσθα τὸν θεόν. et in marg. ἱλασσώμεσθ' ἢ τὰν θ. Pro ἢ *Ernestus* dedit ἃ. male. — V. 6. κρέσσων. Vat. Cod. — Puerum magis vereor quam Nemesin; quare illum placabo, haec valeat.

T. 212.] *III.* Cod. Vat. p. 512. Edidit *Pierson.* in Verisim. p. 84. V. 3 — 5. laudat *Albertus* ad *Hesych.* v. ἀμφιμάζωσαι T. I. p. 1200. In puerum, qui, dum de-

fuerat pulcritudine, poëtam spreverat; nunc, *in faciem mutatus hispidam*, ultro se ejus amplexibus offerebat. — V. 2. οἰνωπαῖς. Vat. Cod. οἰνωπὸς edidit *Pierson.* et sic correxit *Corn. de Pauw* in Apogr. suo. Sed vereor, ut sic recte procedat oratio. Nam ad οἰνωπὸς subaudiendum foret ἦς: quo facto, pendent verba ψυχὰς ἔφλεγες ἠϊθέων, cum apodosis sequentibus verbis contineatur. Alia esset ratio, si v. 1. legeretur: ἦν ἄρα μὲν καλὸς ὤν. Nunc veram puto membranarum lectionem, οἰνωπαῖς. ἀμφὶ παρειαῖς enim non est *circa genas*, sed διὰ παρειῶν: *flavescentibus genis.* Hic praepositionis ἀμφὶ usus frequens est apud *Pindarum*, cujus haec sunt: Olymp. VIII. 55. Πέργαμος ἀμφὶ τεαῖς — χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται. Isthm. VII. 11. ἀμφὶ πυκναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς. Dionysus personatus in *Euripidis* Bacchis v. 236. describitur οἰνωπὸς, ὄσσοις χάριτας Ἀφροδίτης ἔχων. et v. 438. οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν. Conf. *Valckenar.* ad Phoeniss. 1167. — V. 4. παίζων. De amoris lusibus accipe. In Sardanapali epitaphio (vide T. I. p. 185.) quod vulgo sic profertur, ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, ut ap. *Arrian.* Expedit. Alex. II. 5. 5., illud παῖζε cum ἀφροδισίαζε commutatur ap. *Plutarch.* T II. p. 336. C. — Jejunum est in proximis, ὡς —, *pulchritudinis florem ut rosam perdidisti.* Putabam:

τὴν ἀκμὴν ἠρινὸν ἠφάνισας.

Similiter ap. *Rufinum* Ep. VIII. scribendum videtur:

οὐδὲ τὸ καλὸν
τῶν ἱλαρῶν μήλων ἠρινὸν ἐξέφυγεν.

ubi vulgo ἢ ῥόδον legitur. *Galenus* in Protrept. c. VIII. τὴν τῶν μειρακίων ὥραν τοῖς ἠρινοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαν. — ἀφανίζειν in hac re proprie dicitur. *Philostrat.* Epist. XXXV. p. 929. φθονερὸς γὰρ ὁ χρόνος καὶ τὴν κάλλους ἀκμὴν ἐπάγει καὶ τὴν ἄνθους ὥραν ἀφανίζει. *Strato* Epigr. LIV. οἷόν μοι παιδίον ἠφάνικεν. *Xenoph. Ephes.* I. p. 10. ἤδη δὲ αὐτῷ τὸ σῶμα πᾶν ἠφάνιστο καὶ ἡ ψυχὴ κατεπέπτωκει. ubi vide cl.

Locella p. 149. — V. 5. ἐπιπερκάζεις. Metaphora de uva, quae ubi nigrescere incipit, ἐπιπερκάζειν dicitur, translata ad puerum, cujus genas prima lanugo obumbrat. *Hesych.* ἐμπερκάζουσαν. ὑποθάλλουσαν. μελανίζουσαν. περκάζει. μελανίζει. ποικίλλει. *Aristaenet.* L. I. 3. p. 19. βότρυς δὲ οἱ μὲν ὀργῶσιν, οἱ δὲ περκάζουσιν. Fortasse apud *Philostratum* Epist. X. p. 918. legendum, ὥσπερ τῶν βοτρύων οἱ εὖ περκάζοντες, pro πράττοντες. Vide *Salmas.* ad Solin. p. 364. *Variat liventibus uva racemis. Propert.* IV. 2. 13. cum quo conspirat *Horat.* II. Carm. V. 8. ubi de puella immaturis annis — *tolle cupidinem Immitis uvae: jam tibi lividos Distinguet autumnus racemos Purpureo varius colore.* quem illustrat *Cuningham* p. 264. — V. 5. φίλον ἕλκων. Vat. Cod. et *Pierson.* qui nihil hic corruptelae suspicatus est. *Brunckius* recepit conjecturam *Toupii* in Emend. in Suid. II. p. 201. νῦν φίλος accedis, antea φιλίας οὐδεὶς λόγος. *Theocrit.* Eid. XV. 144. καὶ νῦν ἦνθες, Ἄδωνι, καὶ ὅκκ' ἀφίκῃ, φίλος ἥξεις. Mihi tamen vulgata ferenda videtur. φίλον ἕλκων est, *amicum invitans*; ut ap. *Straton.* XVII. κἂν καὶ Τειρεσίην ἢ Τάνταλον ἐς πότον ἕλκει. Frequentius hoc sensu ἐφέλκεσθαι ponitur. *Leontius* Ep. X. κάλλεϊ καὶ τέχνῃ πάντας ἐφελκομένη. — V. 6. Stipulas mihi largiris, cum aliis ipsam messem permiseris. *Asclepiad.* Ep. I. καί τις ἂν εἴποι Κρείσσονας αὐχμηρὰς ἀστυχύων καλάμας. ubi vide notas p. 22.

IV. Cod. Vat. p. 608. πεντάμετρον μόνον. Unum hoc exemplum est graeci carminis e continuis pentametris, quo poëta Venerem, cujus deae manifesta ubique potentia, invocat. Nemo ante *Brunckium* edidit, qui postremos duos versiculos sic, ut in Analectis habentur, refinxit, usus cum *Reiskii* conjecturis, in margine apographi, quod nunc in bibl. Suhmiana asservatur, tum emendatione docti viri in apogr. Lips. qui ἐργασίαις τε καλαῖς conjecit. In membranis autem legitur:

ἐν πᾶσι μύθοις ἔργοισίν τε καλοῖς.
πάντη γὰρ πᾶσι σὴν δηλοῖς τιμήν.

Vereor, ne *Brunckius* versuum numeros corrigens, poëtae aliena affinxerit. Certe τιμὴν, quod membranae habent, elegantius est, quam quod librariorum oscitantiae aut glossatoris sedulitati tribui queat. Quis, quaeso, spoponderit, verum esse, quod lemmatis auctor dicit, totum hoc carmen pentametris conscriptum esse? Quid, si *Philippus* varia metra conjungere voluit, ut alii ante eum fecerant? Vide *Dorvill.* Vann. crit. p. 185. sqq. Perperam enim saepenumero librarios de istorum carminum metris statuisse, ex multis exemplis satis constat. Haec nos certe ab audaci mutatione retrahere debent.

V. Cod. Vat. p. 157. Edidit *Reiske* in Anthol. nr. 403. p. 3. et *Toup.* in Epist. crit. p. 124. Archicles piscator anchoram, nassas et reliqua piscaturae instrumenta Neptuno dedicat. — V. 1. laudat *Suid.* T. I. p. 459. cum interpretatione, ἡ ἄγκυρα ἡ τὸν βυθὸν οἰκοῦσα; nisi fuit ἡ τὸν βρύον οἰκοῦσα. Est enim βρύον muscus marinus, praecipue id ejus genus, quod in scopulis nascitur. Vide *Hesych.* v. βρύων. Quid intersit inter βρύον et φῦκος, docuit *Bod. a Stap.* ad *Theophr.* IV. p. 411. Cf. III. p. 132. Apud *Philostrat.* Icon. II. 16. p. 833. Glaucus sic describitur: φεῦ, τῶν στέρνων, ὡς λάχνη μὲν αὐτοῖς ἐγκατέσπαρται, βρύων κομῶσα καὶ φυκίων. — ἐρυσινηΐδα. quae navem retinet. *Theaetet. Scholast.* Ep. I. ἄγκυραν ἐχενηΐδα. Similiter *Sophocles* ap. *Athenaeum* L. III. p. 99. D, anchoram appellat νηὸς ἰσχάδα. — V. 3. μόλυβδον. Vat. Cod. quod et ipsum verum. Vide de hac diversitate scripturae Intrpp. *Moer. Att.* et *Thucyd.* T. I. p. 370. ed. Bip. Agitur hoc v. de plumbo retis ἀψῖδι appenso. Sunt autem ἀψῖδες proprie τὰ κύκλα τῶν τροχῶν, αἱ περιφέρειαι. *Hesych.* *Scheffer.* de Re Vehic. L. 6. p. 52. Hinc etiam

retis περιφέρεια. Rem illustrant similes loci in carminibus dedicatoriis. *Julian. Aegypt.* Ep. VI. εὐκόλπου τε λίνοιο περίπλοα κύκλα μολίβδῳ. Ipse *Philippus* Ep. XXII. λίνον ἀκρομόλιβδον, rete, in superiore margine plumbo instructum, habet. Emendatione non opus, qua hunc versum tentavit *Salmas.* in marg. ap. Guyet. δίκτυον μολιβδοῦν; eamque recte impugnat *Cornel. de Pauw* in not. msc. ubi tentat: δίκτυον μολίβδῳ ἠφιδωμένον; quod se bene haberet, sed membranarum lectioni non praeferendum est. — V. 4. ἐπ' ἐσφραγισμένους. Vat. Cod. Nassas munitas, metaphora a sigillo ducta, interpretatur *Salmas.* in ap. Guy. At σφραγίζεσθαι, ut latinorum *signari*, nonnunquam ponitur pro *instructum, distinctum esse.* Vide ad *Rufin.* Ep. II. Nassis aptari solet suber, quod in aquae superficie natans, ubi nassa lateat, significat. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 1. p. 12. ed. Wagn. et quae notavimus ad *Archiam* Ep. X. p. 255. — Ceterum *Reiskius* τοὺς posuit ante φελλοῖς, quod certe vulgari verborum positioni accommodatius. Membranarum tamen scriptura versum molliorem reddit. — V. 5. ὑδασιτεγῆ. Vat. Cod. unde *Salmas.* in marg. ap. Guy. ὑδασιστεγῆ fecit. *Reiskius* cum in ap. Lips. ὑδατοτεγῆ reperisset, dedit ὑδατοστεγῆ. *pileum caput ambientem et imbres humoremque omnem arcentem.* Idem ἀμφίκρηνος in notis derivat a κρᾶς, κρᾶτος, ἀμφικάρηνος. Melius derivaveris a κρῆνον, quod e κάρηνον contractum est. Hoc certe rectius et verius, quam cum *Salmasio* in marg. ap. Guy. ἀμφίκρημνον legere, quod ipse emendationis auctor de pileo ab utraque parte reciso interpretatur. *Corn. de Pauw* membranarum lect. tuetur, eamque a κρήνη derivat, quam vocem de aqua pluviatili usurpari non dubitabat. Eidem tamen etiam ἀμφίτρητον in mentem venit. In piscatorum supellectili *Theocritus* Eid. XXI. 13. πίλους commemorat, qui *Reiskio* propter aberrationem Aldinae temere suspecti fuerunt. — V. 6. πυρητόκον. Sic membr. Apogr.

πυροπλό-

πυρρεστλόκον. *Reisk.* πυροςτόκον. Vox alibi non occurrit. λίθον πυροστόκον dixit *Theaet. Schol.* Ep. I. μητέρα πυρὸς τήνδε λίθον *Julian. Aeg.* Ep. VI. — V. 7. Ποσειδῶν. apogr. Lipſ. et *Reisk.* — Ἀρχικλῆς. Hoc nomen perperam legit auctor lemmatis: ἀνάθημα τῷ Ποσειδῶνι παρὰ Χαρικλέους. Laudat h. v. cum ſeq. *Suidas* v. ἄλη T. I. p. 108. — V. 8. ᾐόνων. Vat. Cod. et duo Codd. regii in *Suidae* l. ubi vulgo ᾐόνος habetur. *Toupius* legendum cenſet: τῆς ἐπ' ᾐόνων ἄλης. *vitae litoralis*, qualem piſcatores agunt. Haud aliter *Cornel. de Pauw* h. l. conſtituit. ἄλης eſt ap. *Suid.* et in membranis Vat. nec mutari debebat in ἄγρης, quod *Salmaſii* inventum in apogr. Guy. et Ruhnk. legitur. ἄλη. πλάνη. *Suid.* quod huic loco convenit; ubi piſcator loquitur, moleſtias et labores navigationis non amplius ferens. Sic venator Ep. VIII. δαμεὶς χρόνῳ Ἀπεῖπεν ἤδη τῆς ὀρειδρόμου πλάνης. et Ep. XXIII. piſcator Neptuno inſtrumenta ſua dedicat, ἐπεὶ μογερῆς παύσαθ' ἀλιπλανίης. Delus inſula ap. *Callimach.* H. in Del. 205. ἄφρητον ἄλης ἐπεπαύσατο λυγρῆς. Idem eſt ἀλητὺς, ap. eundem in fr. CCLXXVII. μαστύος ἀλλότ' ἔκαμνον ἀλητύϊ. ubi legendum: ἀλλ' ὅτ' ἔκαμνον, *poſtquam fatigati erant.*

VI. Cod. Vat. p. 158. Edidit *Kuſter.* ad Suid. v. κύμβαλα T. II. p. 394. *Reiske* in Anthol. nr. 405. p. 4. Gallus Clytoſthenes furoris inſtrumenta Rheae ponit. Cf. *Erycii* Ep. II. Incert. Ep. CLXXIV. — V. 1. ὀρεξάχευα. Vat. Cod. et ap. Lipſ. in cujus marg. ὀρεξίχειρα notatum. Hoc recepit *Reiskius.* Noſtrum inveni in ap. Guyet. et Ruhnk. idque tuetur *Suidas*, qui h. v. cum v. 6. laudat v. τύμπανον T. III. p. 516. — V. 2. *Suid.* v. κύμβαλα. l. c. Cymbala intus cava, κοιλοχείλεα, quo vocabulo hujus inſtrumenti ratio paulo obſcurius indicatur. ὀξύδουπα. Ap. Anonym. Ep. CLXXIV. ὀξύφθογγα κύμβαλα. — V. 3. κερόβοας. tibias (hoc enim λωτοὶ, nulla materiae ratione habita) ex cornu factas, ſoni gravioris. Ep. Incerti l. c. βαρυφθόγγων ἀλαλητὸν Αὐλῶν, οὓς μόσχων λοξὸν

ἔκαμψε κέρας. Haec Gallorum instrumenta conjungit *Catull.* LXIII. 21. *Ubi cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant, Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.* Qui de his disputavit *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. IX. 8., *tympana* cum *cymbalis* confudisse videtur. Vide, quae collegit *Burm.* ad. Anth. Lat. T. II. p. 503. — ¶. 213.] V. 4. στροβηλίσας et ἐπ' ὠλόλυξεν. C. V. Prius derivandum a στρόβιλος, quod *trochum* significat; hinc στροβιλῶ et στροβιλίζειν, quo verbo rotatio capitis eorum, qui gallico furore correpti erant, pingitur. *Catullus* l. c. 23. *Ubi capita Maenades vi jaciunt hederigerae, Ubi sacra sancta acutis ululatibus agitant.* Ceterum metro nihil cum *Kustero* timendum. στροβιλίζειν antepenultimam modo corripit, modo producit. In στρόβιλος certe media producitur ap. *Ion. Chium Athenaei* L. III. 91. E. στρόβιλος ἀμφ' ἀκανθαν ειλίξας δέμας. et ap. *Aristoph.* Εἰρ. 864. in tetrametro jambico: εὐδαιμονέστερος φανεὶς τῶν Καρκίνου στροβίλων. — V. 5. φάγαρις. κοπὶς ἢ πέλεκυς. *Suid.* T. III. p. 274. ubi h. v. laudat. αἵματι φοινιχθέντα φάσγανα. Ep. incert. CLXXIV. *Saxum acutum* Attini tribuit *Ovid.* in Fast. IV. 237. *acutam silicem Catull.* l. c. 5. — λυσιφλεβῆ. quo vena demetitur. φλὲψ, *vena.* *Alcaeus* Ep. VIII. καρέμωνες γονίμην τις ἀπὸ φλέβα. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XXVI. — V. 6. *Suid.* l. c. λεοντίδιφρε σοὶ 'Ρείῃ κ. θῆκε. — V. 7. γυρέσας pro ἀναπαύσας πόδα γυραλέον.

VII. Cod. Vat. p. 159. Edidit *Reiske* in Anthol. nr. 410. p. 7. Eleganti hoc carmine caprarius Pani, quem ipse rudi manu edolaverat, sacra facere fingitur. — V. 1. ἐκ φηγοῦ. φήγινος κολοσσὸς Herculis ap. *Erycium* Ep. IV. — αὐτόφλοιος. Vide ad *Apollonid.* Ep. X. T. II. P. I. p. 359. — V. 3. αἰγιβάτην. *Reisk.* — V. 4. μεθύσας. imbuens. Infra Ep. XXIII. κώπην ἄλμης τὴν μεθύουσαν ἔτι. Vide ad *Philodemi* Ep. XVII. — V. 5. διδυματόκας. *Reisk.* Formam διδυματόκον agnoscit *Theocrit.* Eid. I. 25. VIII. 45. — Mox ἔσοιντο malit *Brunckius*; in talibus enim dedi-

cationibus, quae voto terminantur, optativum adhiberi. At quid impedit, quominus is, qui preces fundit, se voti damnatum iri confidat, eamque confidentiam verbis significet? Notandum tamen, verbum ἔσονται in codice recentiori charactere scriptum esse. — V. 6. Pro τρηχὸν *Reisk.* πικρὸν dedit, errore sive suo, sive ejus, qui cod. Lipſ. scripsit. — Nullius pretii est conjectura *Salmasii* in marg. Guyet. κἤκτοθι φεύγουσι sive φεύξουσι.

VIII. Cod. Vat. p. 161. Editum a *Majo* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 583. *Alberto* ad *Hesych.* v. ἐπισφύρια T. I. p. 1392. *Reiskio* in Anth. nr. 412. p. 8. Quum in quibusdam apographis in duo carmina divulsum esset, *Kusterus*, vitio non animadverso, quatuor priores versus pro integro Epigrammate exhibuit ad *Suid.* T. I. p. 525. Recensum poëta instituit instrumentorum artis venatoriae, quae Gelon, venator decrepitus, Pani dedicat. — V. 1. ὑλεσκόπῳ. Cod. Vat. *Guyetum* in marg. ὑληκόπῳ emendasse, notavit *Albertus*. Recte. Sic ὑληφόρος. ὑληωρός. ὑληκοίτης. Ipse tamen *Hesychii* editor ὑλοσκόπῳ mallet, ut *Kusterus* edidit. — V. 2. ἐκτέτρυσα *Kuster.* ἐκτέτριψε *Salmas.* in ap. *Guyet.* Vera est vulgata. Vide Interpp. *Hesychii* in ἔθρισε et ἐκτέθριξε. Male etiam *Majus* ἐν ἔρῳ tentat pro ἐν ἔργῳ. Hasta Gelonis nostri longo tempore *in ipso venationis opere* (non aerugine igitur) detrita erat. — Mox codex λίνῳ πολυστρέφῳ. Nostrum edidit *Albertus* et *Reisk.* λίνου πολυστρέφου *Kuster.* γηραλέον νεφέλας τρύχος appellat *Antip. Sid.* XVII. quod carmen *Philippus* expressisse videtur. — V. 4. „δειραγχίας. Sic „recte scriptum in apogr. Buher. [et in Cod. Vat.] „Hinc *Suidas* δειραγχίας πάγας, τὰς τὴν δέρην ἀγχούσας, „quam vocem supra *Archiae* reddidi VIII. 3. ubi male „editum erat δειραχθὲς pro δειραγχές." *Brunck.* — V. 5. νευροπλεκεῖς. ap. Lipſ. — Verſ. seq. Cod. ὠκεῖς. „Salmasius „reposuit ὀχεῖς, i. e. ἱμάντας. Ordo est: νευροπλεκεῖς τε „ὀχεῖς, κνωδάλων ἐπισφύρους. Lora e nervis, quibus fera-

„rum crura constringuntur.“ *Br.* *Reiskius* dubitans, an ποδίστρας pro ποδιστῆρας poni possit, ὠκεῖς ποδιστὰς dedit et junxit: nervis plexas pedicas, subito ferarum malleolos implicare doctos. At vox ποδιστὴς non magis obvia quam ποδίστρα. In *Salmasiana* emendatione mihi parum arridet substantivorum accumulatio, ὀχεῖς, ποδίστρας, ab hujus carminis indole aliena. Nec video, quid in ὠκεῖς π. tantopere reprehendi possit. Certe celeritas in pedica non indigna erat, quae commemoraretur. — V. 7. κλοιούς. Vide ad *Antip. Sidon.* Ep. XVII. 3. p. 25. κυνούχους h. l. eodem sensu accipiendum, quo ap. *Leonid. Tarent.* Ep. XI. ὁ τὸν κύνα κρατῶν δεσμός Vide not. T. I. P. II. p. 73. — V. 8. ἀπ' εἶπεν. Vat. Cod.

IX. „Incertum, utrum Leonidae Tarentini an Phi„lippi. Edidit Salmas. in Plin. p. 73. ex eo emendatius „Toup ad Suidam II. 170. [II. p. 285.]“ *Br.* Qui *Leonidam* hujus carminis auctorem fecerit, novi neminem. In Vat. Cod. inscribitur p. 177. ἀνάθημα ταῖς Νύμφαις. παρὰ γραὸς πενιχρᾶς. Λέοντος, οἱ δὲ Φιλίππου Θεσσαλ. et sic *Dorvill.* in Sicul. T. I. p. 166. *Reisk.* Anthol. nr. 458. p. 22. Scriptum est in anum, quam pedibus graviter laborantem aquae calidae Symaethi sanarunt. — V. 1 – 3. laudat *Suidas* v. γραῦς T. I. p. 495. sine varietate. Semper mihi suspectam fuisse fateor lectionem Codicis et *Suidae*, γυρὴ πόδας, *varis pedibus*. Quomodo enim, quaeso, fieri poterat, ut, quae hoc vitio laboraret, quod non morbi, sed naturae est, aquarum vi sanaretur? Quare mihi non sic videtur scripsisse *Philippus*, sed

ἡ πηρὰ πόδας.

luxatis pedibus laborans. *Schol. Homeri* Il. β. 599. πηρὸς καλεῖται ὁ κατά τι μέρος τοῦ σώματος βεβλαμμένος. Noster Epigr. XIV. γυῖ' ἀναπηρωθείς. Ep. LXIX. πηρὸς ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄρ' ὄμμασι. *Pausan.* III. 8. τὸν γὰρ δὴ ἕτερον τῶν ποδῶν

ἀπεπήρωτο ὁ Ἀγησίλαος. *Agath.* Histor. L. II. p. 56. ἄμφω τὼ πόδε πεπηρωμένος. Cum hac lectione plane conspirat v. 8. ἀμφίχωλον σκέλος. — V. 2. laudat *Suidas* v. παιώνειον T. III. p. 68. παιωνίοις τισὶ φαρμάκοις, σωτηρίοις, θεραπευτικοῖς, ἰατρικοῖς. Pro nomine proprio habebat *Salmasius*, sine causa idonea. — V. 3. 4. *Suidas* in διεσκήριπτε T. I. p. 579. — μὲν vitiose ap. *Toupium.* Vide *Tyrwhitt.* in Notis ad Toup. Emend. T. IV. p. 420. — τετρωμένην. Cod. Vat. *Suidas* et edd. usque ad *Reiskium*, qui diu ante *Toupium* τετρυμένην emendaverat. Epigr. Inc. DCXLIX. γήραϊ καὶ πενίῃ τετρυμένος. *Addaeus* Ep. III. τετρυμένον ἐργατίνην βοῦν. Vide ad *Anytes* Ep. VII. At vetula nostra non dicitur *detrita* sive *confecta* aetate, sed morbo male affecta, τετρωμένη, ut recte Codex. *Eustath.* Od. ι. p. 219. 26. τὸ τρῶσαι ἰωνικῶς τὸ βλάψαι δηλοῖ. Od. φ. 295. οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅστε καὶ ἄλλους βλάπτει. — V. 5-7. laudat *Suidas* in οἶκτος T. II. p. 665. »In cod., »ut et apud Suidam, scriptum αἵ τ' ἐρινόμου Αἴτνης π. Εὐμέ»θου. Hoc postremum recte a doctissimo Wesseling emen»datum, Probabil. c. 29. extremo, ubi mirum a viris »diligentissimis, Wesselingium dico et Hemsterhusium, »non observatum fuisse hoc Epigr. in Salmasii Plinianis. »ἐρινόμου in metrum peccare videtur. Salmasius emen»dabat ἐριννόμου. Hemsterhuys ἐριβρόμου, aut ὀρεινόμοι, »relatum ad αἱ Νύμφαι. His longe praestat Toupii con»jectura πυριπνόου.« *Br.* αἱ 'ν πυρηνόμου dedit *Reiske.* — Pro εἷλεν *Salmasius* εἶχεν tentabat, in marg. ap. Guyet. — 𝔉. 214.] V. 6. Συμαίθου idem primus emendavit. Est fluvius in agro Catanaeo, hodie *Lagiaretta* sive *Lalaretta*, (vide *Cluver.* Sic. Ant. L. I. p. 124. 48.) celebratus etiam Jovis amoribus, qui juxta eum Nympham compressit Thaliam, ex quo concubitu nati sunt Palici, tradente *Macrobio* Saturn. V. 19. Conf. inprimis *Valcken.* ad *Callimachi* Eleg. p. 175. — V. 8. ἀμφίκωλον *Salmas.* vitiose. Mox in contextu ap. Guy. et Ruhnk.

ἄρτιμι legitur; in marg. ἀρτιμές. Haec est genuina scriptura codicis. Ordo est: λιβὰς Αἰτναίη διεστήριξεν (i. e. ἔθηκε) τὸ ἀμφίχωλον αὐτῆς σκέλος ἀρτιμές. *debiles vetulae pedes aqua Aetnaea quasi fulsit et firmavit.* Quare neque cum *Reiskio* ἀδρανὲς, neque cum perspicacissimo *Wakefield* in Sylv. crit. T. I. p. 143. ἀσθενὲς σκέλος legerim. — V. 9. διεστήριζεν. Cod. Vat. *Dorv.* et *Salm.* — V. 10. ἀσύνετον. Nymphae dono delectatae aniculae de salute congratulatae sunt; ut haec explicat *Toupius.* At haec explicatio cum reliquis minime coit. Est potius: consentientes inter se tribuerunt ei, ut sine baculi ope domum rediret.

X. Cod. Vat. p. 183. sq. Edidit *Kuster* ad *Suidam* v. κεγχρίτιον T. II. p. 288. ubi Lexicographus v. quintum profert. *Reisk.* in Anthol. nr. 480. p. 34. Isidi Damis, ex undis servatus, sacra facit, deamque precatur, ut eum ex paupertate quoque eripere velit. Conf. Epigr. *Gaetul.* III. T. II. p. 166. et *Corn. Longini* Ep. I. p. 200. — V. 1. *Suidas* hunc versum laudans T. II. p. 521. v. μελάμβωλος, exhibet λινόπεπλε, ut Cod. Vat. In ap. Lipf. λινόπεπλος. *Isis linigera* ap. *Ovid.* ex Ponto I. 1. 51. Amor. II. 2. 25. Cf. *Heins.* ad A. A. I. 77. Etiam Isiaci linteas vestes solebant gerere. *Plutarch.* T. II. p. 352. C. — V. 2. ῥέξει. Cod. Vat. et *Kuster.* *Reiskium* apogr. Lipf., quod θῆσει habet, in errorem induxit. — V. 3. *Suid.* v. λαγαρὸν T. II. p. 408. Tenuem placentam significat, vel talem, quae facile frangi et comminui queat. *Schol. Aristoph.* Vesp. v. 672. λαγαριζόμενον, τὰ λαγαρὰ ἐσθίοντα· ὅ ἐστιν εὔθρεπτα (l. εὔθραυστα) καὶ εὐτελῆ. Ejusmodi autem placentas diis aegyptiis fuisse dicatas, apparet ex *Juvenal.* Sat. VI. 540. *ansere magno Scilicet, et tenui popano corruptus Osiris.* In marg. ap. Guyet. et Reisk. γλαγερὸν notatur. — V. 4. *Suid.* v. ἐνυδρίβιον T. I. p. 758. Anser Isidi sacer et in deliciis fuit. *Ovid.* Fastor. I. 453. *Nec defensa juvant Capitolia, quo minus anser*

Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas. Cf. Intrpp. *Juvenalis* l. c. et *Petron.* c. 37. — V. 5. *Suid.* in κεγχρείτιν T. II. p. 288. et ψαφαρῇ T. III. p. 701. νάρδῳ ψαφαρῷ Vat. Cod. et *Suid.* Emendavit *Salmas.* in marg. ap. Guy. et *Kusterus.* Hunc sequitur *Toup.* Epist. crit. p. 58. emendationis auctorem non indicans. Tenue unguentum significari videtur, cujus majus est pretium, teste *Plinio* L. XIII. p. 680. Audaci conjectura *Reiskius* edidit γάστρα ψαφαρά, *fragilis gastra caricis onusta*; quod minime probandum est. — κεγχρίτιδες (in Cod. Vat. κεγχρήτιων legitur) ἰσχάδας *Salmas.* interpretatur caricas, nigris veluti milii granis sparsas, sive omnino coloris varii, ad Solin. p. 240. sq. Melius caricam cum granis interioribus, quae milii granis simillima, intelligas. — V. 6. *Suidas* in ἀσταφὶς T. I. p. 358. — V. 7. πελλάγευς. Cod. Vat. non, ut *Br.* in notis affirmat, πελάγευς. *Suidas* hoc distichon profert v. κεμὰς T. II. p. 295. In marg. ap. Guyet. tentatur: εἰ δ' ὡς ἐκ πελάγους ῥύσῃ τὸν Λ. ἄ. Κὴκ πενίης θήσει κρ. κ. Hinc θήσει in quaedam apographa venit; nam in Cod. Vat. θύσει legitur, ut etiam ap. *Suidam.* Multa hic parum recte posuit *Brunckius*, cujus notam adscribere supersedeo. Expressa sunt haec sive ex *Gaetulico* l. c. sive ex eodem exemplo (*Leonid. Tar.* Ep. XIII.), unde *Gaetulicus* duxit sua:

εἰ δ'; ὡς μευ βαρύγυιον ἀπώσαο νοῦσον, ἐλάσσεις
καὶ πενίην, θύσω πιαλέον χίμαρον.

Hinnulum promittit Isidi, quia hinnuli Dianae mactabantur, cum qua Isis saepenumero confunditur. χρυσόκερων respectu habito ad cervas Dianae currui junctas. *Callim.* H. in Dian. 102. κεράων δ' ἀπελάμπετο χρυσός. *Quintus Smyrn.* in recensu laborum Herculis T. II. p. 475. χρυσόκερων ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγρευσε,

XI. Cod. Vat. p. 187. sq. Edidit *Holsten.* ad Steph. Byz. p. 21. *Kuster* ad Suid. T. I. p. 455. *Reiske* in Anth. nr. 493. p. 41. Apollinem Actiacum poëta secundam

navigationem rogat. — V. 1. Λευκάδος. *Virgil.* Aen. III. 274. *Mox et Leucatae nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo.* ubi vide ill. *Heynium.* In Leucatae cacumine templum fuit Apollini consecratum. *Strabo* L. X. p. 452. B. Hinc *Leucadius deus* ap. *Ovidium* Trist. V. 2. 76. et passim. Cf. not. ad *Antipatri Thess.* Ep. XXXIII. T. II. P. I. p. 314. sq. — Laudat h. v. *Suidas* in αἰπὺ T. I. p. 655. — V. 2. τὸν ἠϊονίῳ Cod. Vat. Sinceram lectionem vidit *Salmasius*, unde plurima apogr. Ἰονίῳ legunt. — V. 3. *Suidas* in χειροφορία T. III. p. 664. et in δαῖτας T. I. p. 516. Panes deo offert, quales nautae comedere solent. — V. 4. *Suidas* hunc vers. laudans v. ὀλίγον T. II. p. 678. ὀλίγην exhibet. Apogr. Lips. κεινωμένην. Etiam in hoc Epigr. color ductus ex *Leonid. Tar.* XIII. et *Gaetul.* Ep. III. quorum hic σταγόνα σπονδῖτιν — τὴν κόλποις βαιῷ πυθμένι κευθομένην offert Veneri. — V. 5. *Suidas* in βραχυφεγγίτης T. I. p. 455. Lucerna, cui parum olei affusum, cujusque adeo flamma non diu durabit. ἀκύμορον φλόγα appellat *Oppian.* Κυνηγ. I. 131. Vide ad *Meleagr.* Ep. LXXVIII. — V. 6. „Cod. οἴγνης [οἴνγης]. quod Kusterus probabiliter „emendavit, reponens ὄλπης. οἴγνης esse posset ab οἴγω, „unde οἰγέω, οἴγνυμι. *apertura, foramen.*" *Br.* ὄλπης jam in marg. Guyet. et Ruhnk. reperitur. In eandem lectionem inciderat V. D. in Miscell. Obss. Nov. II. T. IV. p. 241. *Reiskius* στύππης dedit: *stuppam igni alendo adhibitam.* Quanto illud elegantius! Flamma nutritur ex ampulla, quae parce et guttatim (φειδωλὸς, quae suis bonis parcit) ex ore, cujus nonnisi dimidia pars humectatur, oleum affundit. Epitheta cum delectu posita rem mirifice extenuant et diminuunt. — V. 8. σύνδρομον. qui nos comitetur. πόμπιμον ἄνεμον. *Euripid.* Hecub. 1290. *Homer.* Od. δ. 360. οὐδέ ποτ' οὖροι Πνείοντες φαίνονθ' ἁλιάεες, οἵ ῥά τε νηῶν Πομπῆες γίνονται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

XII. Cod. Vat. p. 404. Anthol. Plan. p. 41. St. 60. W. Lysistratus, in mediis undis cum vehementi tempestate urgeretur, a Dioscuris sive Cabiris servatus est. — V. 1. ἐκ ζαήτου. Vulgo. Sed jam dudum ἐξ αἰήτου correxerat *Aldus* in edit. pr. quem aliae secutae sunt, aliae non. Edit. rarissima, quae prodiit ap. Nicol. Sabienses, utramque lectionem conjungens legit ἐκζαήτου. Sinceram lectionem, quam *Toupius* ad Suid. P. II. p. 152. tanquam ex ingenio profert, etiam *Brodaeus* habet. Sic quoque Vat. Cod. ἐξ αἰήτου. ἐξ ἀνέμου. *Hesych.* — Mox Vat. Cod. αἰζαοῦ νότου. ζαὴς νότος, impetuosus. *Homer.* Odyss. μ. 313. ὦρσεν ἔπι ζαῆ ἄνεμον νεφεληγερέτα Ζεύς. i. e. σφοδρῶς πνέοντα. Tempestatem ex diversis ventis ortam describit. *Horat.* I. Carm. III. 12. *nec timuit praecipitem Africum Decertantem Aquilonibus, Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti. Virgil.* Aen. I. 84. *Incubuere mari, totumque a sedibus imis Una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis Africus, et vastos volvunt ad litora fluctus.* Conf. *Heinrich.* ad *Musaeum* v. 316. p. 164. sq. — Π. 215.] V. 3. βυθίτης. Vat. Cod. ἐκ νεάτων μυχῶν. ex infimo mari. Sic ap. *Theocrit.* Eid. VII. 59. τόν τε νότον, τόν τ' εὖρον, ὃς ἔσχατα φυκία κινεῖ. — V. 4. ὤλεσθεν. Vat. Cod. — ἱστός. Malus fractus, laborans, in tempestatum descriptionibus passim obvius. *Horat.* I. Carm. XIV. 5. *Et malus celeri saucius Africo. Alcaeus* ap. *Heraclid.* de Allegor. p. 15. Nusquam aliquid reperitur, quod huic loco, εἰς ἅλα πτύσας, sit simile. *Toupius* quidem l. c. *Philippum* respexisse monet *Theocrit.* Eid. XV. 133. κύματ' ἐπ' ἠϊόνι πτύοντα. Haec quidem satis sunt expedita; frequenter enim undae cadavera naviumque tabulas dicuntur ἐκπτύειν. *Oppian.* Hal. V. 596. τάδ' ᾐόσιν ἔπτυσαν αὐταῖς κύματα. *Leonidas Tar.* Ep. XCVI. τί μ' οὐκ — ἠγλαε' ἀπὸ ψιλῆς ἔπτυσας ᾐόνος; ubi vide not. et *Valck.* ad *Theocr.* Adon. p. 408. C. Sed haec loquendi ratio a nostro loco aliena est. Recte igitur *Toupium* reprehendit cl. *Wake-*

field in Sylv. crit. T. I. p. 54. quod *elegantem* dixerit locutionem, quae ne sensum quidem habeat, et corrigendum proponit: εἰς ἁλὸς πτυχάς. Gravius mendum hunc versum deturpare suspicor, in quo fortasse nec ὤλισθεν sincerum, quod verbum pro rei ratione et modo nimis videtur ignarum. — V. 5. „πλανώμενος ad Λυσί-„στρατος refertur: prava distinctione turbatus hic erat „locus. Libri omnes ἐς ἀΐδαν, quod ex oscitantia, non „consulto, mutatum est. Melior est sic versus, jambo „in quarta sede posito, loco anapaesti.“ *Br.* Vulgo comma post πλανώμενος ponitur. Deinde in Analect. εἰς ἀΐδαν erat. — Lectio Cod. Vat. φορτὶς δὲ σύρει ἀΐδαν πλανώμενον — majoris depravationis suspicionem movet. *Gilb. Wakefield* l. c. ἀνιώμενος corrigit. Nec *Grotium* vulgatam secutum esse, apparet ex ejus interpretatione: *Hians ad Orcum jam trahebatur navis.* — V. 6. ἱερουργὸν αὐτῷ. Edd. veteres omnes, praeter ed. Nicolin. Sabiens. ubi ἱερουργεῦντὰς, quod *H. Stephanus* tacite recepit sive ex conjectura *Brodaei*, sive *Adriani Junii* in Animadverss. L. II. c. IX. Nihil *Opsopoei* interpretatione ineptius. Deos ἱερουργεῦντας *Junius* interpretatur de Dioscuris, de quibus nota res; nec minus dii Samothracii nautis opitulabantur. Vide not. ad *Callimachi* Ep. XXVI. T. I. P. II. p. 278. — V. 7. νεωκόρῳ debetur *Toupii* sagacitati; vulgo et in membranis νηοκόρῳ, *navis custodi.* Lysistratus nimirum Dioscuris a sacris erat: quae causa fuit, ut homini opitularentur. Sinceram lectionem perspexisse videtur *Grotius*, qui vertit:

illi concitum sedans fretum:
Unius hoc valuere cultoris preces.

Huetius p. 7. poëtam in verbis νηοκόρος et νεωκόρος ludere putabat. — V. 8. μόνῳ mallet *Brunck.* — ἐκφύσων male Cod. Vat. *Statius* III. Sylv. II. 1. *Di, quibus audaces amor est servare carinas, Saevaque ventosi mulcere peri-*

cula ponti, *Sternite molle fretum*. *Antip. Sidon.* LXVII. οὐκέτι κοιμάσεις ἀνέμων βρέμον.

XIII. Cod. Vat. p. 160. Anth. Plan. p. 438. St. 571. W. Coquus, Timasion, Vulcano artis suae instrumenta dedicat. Comparandum inprimis Epigr. *Aristonis* I. T. II. p. 252. Coquorum instrumenta recenset *Eustath.* ad Il. λ. p. 820. 3. *Pollux* VI. 88 – 90. et iterum X. 95 – 111. — V. 1. laudat *Suid.* in κνώδαλον T. II. p. 335. ubi *Kusterus* de vocabulo κνώδαλον recte statuit, ad omnia animalium genera pertinere. Conf. quae nuper de eodem fuse disputavit cl. *Ilgen* ad Hymn. Homer. p. 413. sqq. — V. 2. ῥιπίδας. Vide ad *Dioscorid.* Ep. XII. et *Archias* Ep. V. — πυρηνέμους quo sensu dictum sit, divinari magis quam doceri potest. Flabellum describitur *flammam vento*, quem facit, excitans. Sed idem sensus continetur epitheto πυριτρόφους. Fortasse fuit:

ῥιπίδας τηρηνέμους.

Archias l. c. νέθεν κεύθουσαν ἄημα ῥιπίδα. — V. 3. »In »Planudeae excusis libris male legitur ἰθμόν. Vat. et cod. »Jani Lascaris ἠθμόν. Hujus ad oram scriptum hoc Scho»lion: ἠθμὸς, ὁ δϋλιστήρ· ἐργαλεῖον διατετρημμένον πολλαῖς »τρύπαις, δι' οὗ τὸ ὑγρὸν εἴωθε διακρίνεσθαι τῶν παχυτέρων. »οὖρον ἀπηθῆσαι. καὶ ἀπὸ βιβλίων ἀπηθῶν· Ἀριστοφάνης. (Ra»nis 974.) ἀπὸ τοῦ ἤθω, ἤσω, ἠμὸς, καὶ ἠθμός. δι' οὗ διη»θεῖται καὶ διαβιβάζεται. Quibus similia leguntur in Ety»mol. M. p. 422. ubi l. 35. διακρίνεσθαι scribendum est »pro διακρίνειν.« *Br.* ἠθμὸν legendum esse, non fugit *Brodaeum*, nec *Jos. Scaligerum* in not. msc. Conf. *Polluc.* X. 108. ἠθμὸν legit etiam *Suidas*, qui hunc vers. cum seq. excitat in ἐσχάρα T. II. p. 335. — V. 4. ἐσχάρην. *Aristoph.* Acharn. 887. ὑμεῖς ἐξενέγκατε τὴν ἐσχάραν μοι δεῦρο καὶ τὴν ῥιπίδα. ubi Schol. ἐσχάραν per ἄρουλαν interpretatur. Inprimis huc facit *Glossa* in Exodum Msc. ab

Hemsterhusio prolata ad *Polluc.* X. 101. p. 1275. *Arula vas aeneum et quadratum, quatuor pedes habens, in quo carbones posuerunt, et super ipsum erat craticula et sic assabant carnes.* Rem diserte exposuit *Casaub.* ad *Athen.* I. 6. p. 22. Cf. Intrpp. *Hesychii* v. ἐσχάρα. Hinc apparet, eam κρεηδόχον vocari, quia carnes assandae hujc arulae imponebantur. Alterum vero, quod additur, πυρὸς γέφυραν, significare videtur arulam in ipso igne collocandam. — V. 5. »Scholion in cod. Jani Lascaris: »ζωμήρυσις, ἡ καὶ ζωμαρύστρις καὶ ἐτνήρυσις, ἐν ᾗ τὸ ἔτνος »ἀρύονται, ὥσπερ οἰνήρυσις. πᾶν τὸ ταράσσον.« *Br.* *Aristo* l. c. ζωμοῦ τ' ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἀρυστρίδα. In Vat. Cod. ζωμήροισιν vitiose. Facetus locus est de instrumentis artis coquinariae *Anaxippi* in Citharoedo ap. *Athen.* L. IV. p. 169. B. C. qui emendatione indiget:

ζωμήρυσιν φέροις, ὀβελίσκους δώδεκα,
κρεάγραν, θυίαν, τυροκνῆστιν παιδικήν,
στελεὸν, σκαφίδας τρεῖς, δορίδα, κοπίδας τέτταρας.

Nemo facile dixerit, quid sit τυροκνῆστις παιδική; nam *Dalechampi* interpretatio nullius est assis. Fortasse scribendum:

τυροκνῆστιν; δοίδυκα.

In *Aristophanis* Αἰολοσίκωνι ap. *Polluc.* X. 104. junguntur haec: δοίδυξ, θύεια, τυροκνῆστις, ἐσχάρα. — V. 7. σοῦ Vat. Cod. — V. 8. »γυίων ὀρφανισμένος. Vulgo. γυῖον habent etiam tres Planudei, ut metri lex poscit.« *Br.* Plurimae edd. vett. ὀρφανισμένος, Brunckiana lectio nititur auctoritate Vat. Cod. γυῖον ex cod. Scaligeri laudat Huet. p. 41.

XIV. Cod. Vat. p. 160. Anthol. Plan. p. 419. St. 554. W. Lysixenus, agricola, senectute confectus, Cereri instrumenta sua consecrat. Expressit *Philippus* Epigramma *Antiphili* IV. T. II. p. 170. Quaedam hinc sumsit *Agathias* Ep. XXX. — V. 1. αἰλεσίβωλον σφῦραν.

instrumentum malleo simile, quo glebae comminuuntur. Cf. *Phaniae* Ep. IV. p. 53. Apud *Agathiam* ipsum aratrum κλασιβῶλαξ vocatur. σφῦραν βωλοκόπον vocat *Pollux* X. 129. — V. 2. laudat *Suidas* in γαμψὸν T. II. p. 467. πυρίλογους Cod. Vat. vitiose. Quod si tamen codex offerret

πυροτόμους

id vulgatae anteponerem. *Antiphil.* l. c. γαμψόν τε δρέπανον, σταχυητόμον ὅπλον ἀροτῆρος. — V. 3. Laudat h. v. *Suidas* T. I. p. 406. ἀχυρμιαί. οἱ τόποι, εἰς οὓς τὰ ἄχυρα ἀποφέρεται λικμώμενα. — τριβόλους. quae Latini *tribula* appellant. *Varro* de R. R. I. 52. p. 200. *Oportet* — *e spicis in area excuti grana. Quod fit apud alios jumentis junctis ac tribulo. Id fit e tabula, lapidibus aut ferro asperata, quo imposito auriga aut pondere grandi trahitur jumentis junctis, ut discutiat e spica grana: aut ex assibus dentatis cum orbiculis, quod vocant plostellum poenicum. Columella* L. II. 20. 4. Conf. *Schneiderum* ad *Varron.* p. 362. sq. ad *Columell.* p. 121. ubi nostrum quoque locum attigit; et *Longum* Pastor. III. p. 93. περιήλαυνε τοὺς βοῦς καὶ τοῖς τριβόλοις κατειργάσατο τὸν στάχυν. — V. 4. *Suid.* T. III. p. 530. ὕννις. γεωργικὸν ἐργαλεῖον, καὶ ῥόπαλον. Hunc versum laudans ὕνιν scribit, adjecta nota: τὸ δὲ ῠ μακρόν. Est ea pars aratri, quae terram secat, vomer. Vide *Salmas.* ad Solin. p. 576. Cod. Vat. vitiose ὄνιν. — V. 5. *Suid.* T. I. p. 448. ubi legitur καὶ κέντρ' ὀπισθονυγῆ. — δεσμά. lora, quibus boves reguntur. βουστρ. τεν. docte pro δεσμὰ στρέφοντα τοὺς τῶν βοῶν τένοντας. — V. 6. ἀρουροπόνου. Planud. *Antiphil.* l. c. καὶ παλινούροφόρον, χεῖρα θέρευς, θρίνακα. — V. 7. „γυῖ' ἀναπηρωθείς. Sic omnino legendum. Nam corrupta est „lectio γυῖα πεπηρωθείς. Salmasius conjiciebat πεπειρωθεὶς „vel γυῖά γε πηρωθεὶς, vel γυῖ' ἐπιπηρωθείς. Cod. J. Lascaris, ut Florentina, γυῖα πηρωθείς." *Br.* πεπηρωθεὶς est in Vat. Cod. et in tribus Aldin. Bad. Steph. Nicol. Sab.

γυῖ' ἐπιτηρώσας conjecit *Jos. Scaliger* in not. mstis. Sed vide, an verbis, quae augmentum per ἀναδίπλωσιν praefigunt, ut πεπιθέω, ἐκλελάθω et similibus, etiam addendum sit verbum κεκηρέω. Cf. quae collegit *Fischer* in Anim. ad Gramm. Veller. T. II. p. 314. sq. — αὔλακι πολλῇ. multum arando, assiduo arandi labore debilitatus. Minus recte *Grotius: Corpore et ipse ferens sulcos Lysistratus omni.*

XV. Cod. Vat. p. 160. Anthol. Plan. p. 447. St. 580. W. Leontichi, fabri lignarii, instrumenta recensentur. Expressum carmen ex *Leonidae Tar.* Ep. IV. ubi vide not. T. I. P. II. p. 61. sq. — V. 1. μολυβαχθέα. Vat. Cod. Perpendiculum, plumbo gravatum. — Verba ῥευστονῶν στφόρων hinc excitat *Suid.* T. III. p. 418. Partem vers. 2. idem in ἀρίδες T. I. p. 320. — „Conferendum „cum Leonidae Tar. IV. In utroque τῶν ἀρίδων mentio. „τεκτονικὸν ἐργαλεῖον esse, nobis dicunt grammatici, sed „quodnam, ab iis non docemur. Stephanus *scobinam* „interpretatur; perperam. ἀρὶς instrumentum est, quod „fabri nostri *la plane* appellant, duobus instructum ma„nubriis, et ideo Philippo ἀμφίδετον dictum." *Br.* — ¶. 216.] V. 4. „Scr. μιλτείῳ ῥάμματι. Sic e Vat. Cod. „profert Salmas. de Homon. H. I. p. 95. ἰθυτένον τε πρίο„να μιλτείῳ βάμματι πειθόμενον. ἰθυτένῃ etiam melius vi„detur quam ἰθύδρομον." *Br.* In Vat. Cod. legitur, ut in Planudea: ἰθύδρομόν τε Πρ. μ. στέγματι πειθόμενον. Prius igitur *Salmasius* memoriae vitio mutasse putandus est; alterum sumsit ex *Suida* v. πρίων T. III. p. 174. Ad eundem locum respicere videtur *Salmasius* ad Solin. p. 245. B. ubi memoria eum iterum fefellit, cum scriberet, σχοίνος βάμματι πειθόμενος. Significatur serra, quae lineam, minio signatam, sequitur. Vocabulum στέγμα nulla in Lexicis auctoritate nititur; quare hoc nomine lectio βάμματι praeferenda videtur. Sed elegantius fortasse scripseris:

μιλτείῳ τέγματι πειθόμενος.

quo minium jubet, secutus. *Galenus* de Artib. c. V. p. 5. C. πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσι, κοινῷ προστάγματι πειθόμενοι. — V. 5. μιλτοφυρῆ. *Leonid. Tar.* l. c. καὶ μίλτῳ φυρόμενοι κανόνες. *Suidas* in ἐφείλιξαν T. I. p. 920. ὀχοινίον τε ἐφείλιξαν μίλτῳ· ἀντὶ τοῦ ἔφυραν καὶ περιείλιξαν. Vitiose Aldinae et Ascens. μιλτοθυρῆ exhibent, quas perperam secutus est Steph. μιλτοφυῆ *Suidas* habet in μίλτος T. II. p. 562. et in ψαλλομένη T. III. p. 699. τιλλομένη. κυρίως δὲ ψάλλειν τὸ τῷ ἄκρῳ τῶν δακτύλων τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι. Cf. *Toup.* ap. Suidam P. II. p. 268. *Salmas.* in Plin. p. 821. D. hunc locum videtur respicere, et iterum p. 813. A. — V. 8. „ἀπέδυσε habent etiam membranae: sed scribendum ἀπέλυσε." *Br.* Hujus emendationis necessitatem non video; imo vulgata lectio Brunckianae emendationi haud paulo praestare videtur. Ut totum corpus, sic etiam species corporis, juventus senectusque, cum vestimento comparatur, quod tempus, anni, mors denique mortalibus detrahit. Sic Epigr. Incert. DCLXIV. ἐς οὐρανίας δ' ἄρ' ἀταρπούς Ψυχὴ πωτᾶται σῶμ' ἀποδυσαμένη. Serpentes passim dicuntur τὸ γῆρας ἀποδύεσθαι. Vide *Barth.* ad *Statii* Theb. IV. 97. sq. p. 926. *Schneider* ad *Aelian.* H. A. IX. 16. Et simili ratione γῆρας ἀποσυλᾶν *Himer.* Or. Ecl. X. 13. p. 190. Quidni igitur iisdem ὁ χρόνος τὸ γῆρας ἀποδύειν dicatur? Et si hoc, etiam aetas τὸ ἄνθος τῶν γυίων mortalibus detrahere dici potest.

XVI. Cod. Vat. p. 158. Anth. Plan. p. 447. St. 579. W. Demophon, faber aurarius, cum senectus ejus oculos caligine obduxisset, Mercurio artis suae instrumenta dedicat. — V. 1. *Suidas* T. I. p. 381. in αὐλός. — ὁ ἀπιμήκης φυσητήρ. et iterum in φιλήνεμος T. III. p. 600. Intelligitur fistula follis, quae in caminum inserta, flammam excitat. Folles ipsi sunt φῦσαι, ap. *Apollon. Rhod.*

IV. 763. sive πρηστῆρες ap. eundem IV. 776. — In Edit. pr. Flor. et Ald. αὐλοῦ. vitiose. — V. 2. „πρηείχρυ„σον. Sic Vat. Cod. recte. In Planudeorum uno lectio„nem a vera non longe remotam reperi, κρηείχρυσον, alii „pessime τρηίχρυσον." *Br.* Veram lectionem jamdudum perspexerat *Brodaei* acumen, eamque probavit *Kusterus* ad *Suid.* in ῥίνη T. III. p. 260. ubi τεχνηείχρυσον exhibetur, quod a vero proxime abest. τρυείχρυσον conjecerat *Jos. Scaliger* in not. msc. — V. 3. δίχηλον. forceps bifida, cancro, unde nomen duxit, simillima. In descriptione cancrorum *Plin.* IX. 51. p. 518. *Praeterea bina brachia denticulatis forcipibus. Statyll. Flacc.* Ep. V. p. 263. ῥαιβοσκελῆ, δίχηλον, ἀμφοδυόντα. Perperam Vat. Cod. δίχειλον. — V. 4. Leporis pede aurifices utuntur ad scobem et ramenta colligenda. — V. 6. „καπθὸς. „Frequentem usum hujus vocis ap. sequioris aetatis poëtas „damnarunt critici quidam, quos Philippi et antiquio„rum etiam exemplum defendere posset. Moschio ap. „Stob. in Floril. Grot. p. 437. κανθοὺς τ' ἐξέτηξε δα„κρύοις." *Br.* Noster iterum Ep. XVII. et LIII. κανθὰς ὕφαιμος.

XVII. Cod. Vat. p. 152. Anth. Plan. p. 444. St. 577. W. Callimenes scriba, cum aetate provectus, oculis minus valeret, Musis consecrat artis suae instrumenta. Confer *Phaniae* Ep. III. ibique notata T. II. P. I. p. 161. sqq. — V. 1. πλευρῆς. De chartae superficie accipiendum. *Paul. Sil.* Ep. L. γυρὸν κυανέης μόλιβον σημάντορα γραμμῆς. — V. 2. Vulgo σμίλην. Doricam terminationem profert Vat. Cod. et *Suid.* in σμίλη T. III. p. 343. — V. 3. κανόνα procul dubio idem, quod apud alios κανών. *regula.* — „πτερώδῆνα. Pumices aquae inna„tant, et a fluctibus ad litus impelluntur, ubi colligun„tur. Sic vulgata lectio intelligenda. Sed aliud quid „scriptum fuisse reor, scilicet πτεράδῆνα, ut in Damocha„ridis Ep. T. III. p. 69. τρηχαλέην τε λίθον, δοιάκων εἶδαρ, ἐπὶ „κόσμον.

»κόσμον. Hic enim epitheton requiri videtur, quod pu»micis usum declaret, et quum sequatur πόντου λίθον, »quid necesse erat παρὰ θῖνα addere? Est autem παρα»θῆγα pro παραθηγέα. ut in Sapphus IV. νεοθᾶγι σιδάρῳ, »pro νεοθαγεῖ." *Br.* *Suidas* h. v. laudans T. II. p. 343. περὶ θῖνα legit. Idem excitat v. 4. in κίσσηρις T. II. p. 319. *Brunckii* conjecturae favet nonnihil *Paul. Silent.* Ep. LI. καὶ λίθον ὀκριόεντα, δόναξ ὅθι διςσὸν ὀδόντα θήγεται ἀμβλυνθεὶς ἐκ δολιχογραφίης. *Julian. Aegypt.* Ep. X. λᾶαν, ὃς ἀμβλεῖαν θῆγε γένυν καλάμων. Id. Ep. XI. λίθος εὐσχιδέων θηγαλέη καλάμων. Mihi tamen, ne quid dissimulem, vulgata lectio non videtur sollicitanda. — αὐχμηρὸν. aridum pumicem. Vide *Schwarz* de Ornam. Libr. p. 210. — V. 5. 6. ἀπὸ πανσάμενος et ἐπ' ἀεικέσετε. Vat. Cod.

XVIII. Cod. Vat. p. 187. Anth. Plan. p. 424. St. 559. W. Vetula Minervae artis textoriae instrumenta consecrat. Comp. *Leonid. Tar.* Ep. VIII. *Archiae* Ep. XI. *Antip. Sid.* Ep. XXII. XXVII. — V. 1. ὀρθριλάλοισι. Vat. Cod. ὀρθρολάλοισιν tres Aldinae. — Laudat h. v. *Suid.* T. II. p. 714. Ὀρθρογόη χελιδών. λέγεται καὶ ὀρθρολάλος. De pectinis sonitu vide notata ad *Antip. Sidon.* Ep. XXII. Tom. II. P. I. p. 30. — V. 2. *Suid.* λειομίτου T. II. p. 436. ubi λειομίτου κάμακος legitur, ut in Vat. Cod. Proba est vulgata. κάμακας, quod verbum per appositionem cum κερκίδας jungendum, pectinis perticas significat, quibus fila seu stamina laevigantur. Rem docte et diserte explicavit cl. *Schneider* v. *Tela* in Indice Scr. R. R. p. 370. ubi docet, κερκίδα esse pectinem, quo confusa stamina discriminantur, telaque percutitur. Hinc tot epitheta, quae ad sonitum applausi pectinis spectant. — V. 3. κτένα κοσμοκόμην. pectinem lanificum, quo comae lanarum ordinantur. Vide *Schneider.* l. c. p. 362. —

V. 3. δακτυλοτρίβον. Vat. Cod. Excitat h. v. cum seq.

Suidas T. I. p. 373. Fusum suspensum e filo, quod verticillo torquetur. *Catullus* LXIV. 313.:

Dextera tum leviter deducens fila supinis
Formabat digitis; tum prono in pollice torquens
Libratum tereti versabat turbine fusum.

— V. 5. σχοίνοις. Vat. Cod. — ὀδόντι. Habet *Suidas* in τάλαρος T. III. p. 426. et Vat. Cod. Vulgo ὀδόντων. Cogitaverit aliquis de dente nentis mulierculae, cum ap. *Catull.* l. c. habeatur: *Atque ita decerpens aequabat semper opus dens, Lanaeque aridulis haerebant morsa labellis.* Sed intelligendus dens pectinis, quo lana carpitur. τολύπη enim est glomus lanarum carptarum, carminatarum et ad nendum paratarum, ut *Schneiderus* docuit l. c. p. 363. 364. — ¶. 217.] V. 7. Παλλαντιάς. Sic nonnulli Minervam appellabant, ut Pallantis filiam. *Clem. Alex.* Cohort. p. 24. ed. Ox. Cf. *Heyn.* ad *Apollodor.* T. II. p. 746.

XIX. Cod. Vat. p. 147. Anth. Plan. p. 418. St. 553. W. Sosicles Cereri post messem primitias offert.— V. 1. χώρου μικραύλακος. Fortasse ductum ex *Apollonid.* Ep. V. οὐ πεδίον πολυαύλακος. Ap. *Diodor. Zon.* Ep. II. agricola munera offert πενιχρῆς ἐξ ὀλιγηροσίης. — V. 3. αὖτις vett. edd. omnes praeter Steph. — V. 4. cum parte tertii laudat *Suidas* in ἀμβλὺ T. I. p. 135. et iterum in καλαμητομίης T. II. p. 229. utroque loco αὖθις et φέροι. Vat. Cod. φέρει. male. Similiter *Theocritus* VII. 155. post sacra Cereri facta descripta: ἇς ἐπὶ σωρῷ Αὖθις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον.

XX. Cod. Vat. p. 160. Planud. p. 430. St. 564. W. Munera a Damone, hortulano, Priapo oblata recensentur. Expressum ex Ep. *Diodori Zonae* III. p. 80. — V. 1. *Suidas* T. I. p. 477. in γεραιός. — Malum punicum *flavo tegmine* (ξανθοχίτων) cum ab eo colore, quem

vulgo habet, abhorreat, *Schneiderus* ad Nicandri Alexiph. p. 339. dubitat, an a vulgari diversum significare voluerit poëta. *Columella* X. 243. *punica, quae rutilo mitescit tegmine grani.* — γεραιόφλοια. rugosae ficus. ῥυτιδόφλοιον σῦκον. *Zonas* l. c. — V. 2. ῥοδέας στ. Mira haec. Quis unquam uvae rosaceum sive colorem sive odorem tribuit? — ὠμὸν ἀποσπάδιον. uvam de vite decerptam. ὄμφακος ὠμᾶς *Theocritus* Eid. XI. 21. Uvam, maturam quidem, sed nondum flaccescentem, aridae et passae opponi puta. — V. 3. ap. *Suid.* v. ἄχνη T. I. p. 404. Hoc loco usitatius esse λάχνη, quod de lanugine malorum et genarum proprie dicitur, notavit *Ruhnken.* in Epist. crit. p. 150. De malis cydoniis agitur, ut ap. *Zonam.* ubi vide not. *Virgil.* Ecl. II. 51. *Ipse ego cana legam tenera lanugine mala Castaneasque nuces.* *Calpurn.* Ecl. II. 91. *Cerea sub tenui — cydonia luce.* — V. 4. κάρυα χ. ἐκφανέ' ἐκ λ. vulgo. Ad verbum fere *Zonas:* καὶ κάρυον χλωρῆς ἀρτίδορον λεπίδος. — V. 5. Ap. *Suid.* in σίκυον T. III. p. 313. et ap. *Schol. Aristoph.* Acharn. 519. qui χνοάοντα per πέπονα interpretatur. Vulgo σίκυον χλοάοντα. Utrumque vocabulum passim confunditur. Vide *Wernsdorf.* ad Himer. Orat. VII. 3. p. 515. σίκυον *Scaliger* conjectura assecutus est. — In Vat. Cod. χνοάοντα. — V. 6. περκὴν est in ed. Flor. et duabus Ald. περέικὴν Ald. pr. Reliquae περκνήν. πέρκην revocavit post *Brunckium* cl. *de Bosch.* πέρκη ἐλάη (vide Ep. I. 12.) est περκάζουσα. *mitescere incipiens.* Idem est πέρκος et περκνός. *Hesych.* περκνόν, μέλαν. ποικίλον. περκνός. γλαυκός. μέλας. περκώματα. τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου ποικίλματα. — ἐλάη Vat. Cod. — V. 7. φιλοδῖτα. Vat. Cod. Idem Λάμων, ut Planud. quod fortasse ne consulto quidem a *Brunckio* in Δάμων mutatum est. — V. 6. γυίοις θαλέθειν. Cf. ad *Meleagr.* CXXVIII. p. 144. *Archilochi* fr. XXVII. p. 170. *Horat.* Epod. XIII. 6. *Dumque virent genua, Et decet, obducta solvatur fronte senectus.* *Theocrit.* XIV. 70. ποιεῖν

γι δεῖ, ἐς γῆν χλωρὴν. *Laberius* ap. *Macrob.* Saturn. II. 7. *cum vigebam membris praeviridantibus.*

XXI. Cod. Vat. p. 191. Planud. p. 412. St. 547. W. De Mercurii statua, ab Hermogene, qui inter pueros victoriam e cursus certamine reportaverat, ad carceres posita. Hermogenem, aliunde non notum, hinc laudat *Corsinus* in Catal. Nemeonicarum et Isthmionicarum. — V. 1. Hunc versum excitans *Suidas* in ἄχνους T. I. p. 405. et in ὑσπληγξ T. III. p. 567. utroque loco ὑσπλήγγεσι legit, et sic Plan. Uno γ Cod. Vat. De ejusmodi defectu literae γ Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 660. et quos laudat *Fischer* in Animadvv. ad Velleri Gr. p. 162. — ὑσπλήγγεσιν. Steph. ex Ascens. — V. 2. „Δαιμονεῦς in „metrum peccat: in membranis δαῖμον ἐύς. Ad oram cor„rectum δαιμονίως." *Br.* V. 4. „Partem hujus penta„metri ap. Suidam deprehendit sagacissimus Toup „Emend. III. 154. [p. 437. in στάδιον T. III p. 366.] „ubi scriptum, ἐν σταδίοις ἐθμοθήκην νέμειν. Kusterus ἐν „omisit, quod est in editione principe." *Br.* Ante *Toupium* idem monuerat *Oudendorp.* ad Thom. M. v. στάδιον μάχη p. 806. — V. 4. κνάσμος. Vat. Cod. — V. 5. In Planud. et in Cod. Vat. ἔχων τίνας. quod *Grotius* sic accepit, quasi de Hermogenis liberis quaereret deus: *Divesne et prole? Novena.* *Brunckius* emendavit ἑλὼν τ. *quosnam vicit?* αἱρεῖν hoc sensu dixit *Aristides* Or. Platon. II. p. 129. ἐκ δίκα πολλῶν ᾕρει τοὺς ῥήτορας. ut h. l. emendavit *Wyttenb.* ad Plutarch. de Ser. N. V. p. 8. ubi Schol. msc. laudat: αἱρῶν τοὺς ῥήτορας ἀντὶ τοῦ νικῶν· καὶ Αἰσχίνης· αἱρεῖ γὰρ αὐτὴν οὐχὶ γραφὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ψήφισμα. — V. 6. „Male Planudea πόδας ἠερίους. Mer„curius loquitur: *Volavis, tanquam si pedes meos habuisses.* „Alas autem in pedibus habebat Mercurius, seu talaria:

„*quae sublimem alis, sive aequora supra,*
„*seu terram, rapido pariter cum flamine portant.*

»ἀμετέρους dedit Vat. membr.« *Br.* Curforibus pedes alati tribuuntur. *Antip. Sidon.* XXXIX. τοῖοι γὰρ παιδός πτηνοὶ πόδες. Equos de curfus praemio certantes *alipedes* vocat *Statius* Theb. VI. 298.

XXII. Cod. Vat. p. 141, fq. Planud. p. 412. St. 548. W. Pifo, pifcator, Mercurio pifcaturae inftrumenta confecrat. Conf. *Leonid. Tar.* Ep. XXV. Ep. Incert. CXXVIII. — V. 1. ἀκροδέτους. arundines in fumma parte ligatas. Quod inftrumentum intelligatur, non fatis fcio. Fortaffe arundo, cui hamus aptabatur. *Theaetet.* Ep. I. τῶν δ' ἀγκιστροδέτων συζυγίην δονάκων. — V. 2. Ap. *Suidam* T. I. p. 504. in γυρῶν. — ¶. 218.] V. 4. σχοινοτενεῖς. a fune junceo fufpenfas. σχοῖνος enim funibus plectendis inferviebat. Facit huc *Herodot.* L. V. 6. p. 378. qui tantam in Prafiade palude pifcium copiam fuiffe ait, ut, fi quis januam aperiens κατίει σχοίνῳ σπυρίδα κεινὴν, eam brevi tempore pifcibus repletam extraheret. — V. 5. ἔγκυον pro ὕγρον, quod legitur in Planud., repofuit *Huetius*. — V. 8. »Male antea legebatur αἰθόμενος καμάτοις, »Emendavit Reiskius. Sic *Theaetetus* infra p. 514. ψῆφαι πνευστοφόρῳ βριθομένης παλάμας.« *Br.* Senfum optime perfpexit acutiffimus *Reiske*; an ipfam poëtae manum affecutus fit, vehementer dubito. Lege, una litera mutata:

πολλοῖς ἀχθόμενος καμάτοις.

Theocrit. Eid. XVI. 79. ἀχθόμενοι σακέεσσι βραχίονας ἰτεΐνοισι. *Hefych.* ἀχθόμενος. βαρούμενος. ἀχθομένη. βαρυνομένη. Vide *Abrefch.* in Auct. Diluc. p. 290. *Weffel.* ad *Herodot.* II. 175. p. 189. Haud aliter emendavit h. l. *Jof. Scaliger.* in not. mftis.

XXIII. Cod. Vat. p. 147. Planud. p. 415. St. 550. W. In eodem argumento verfatur cum praecedente. — V. 1. μολύβδῳ. Vat. Cod. — V. 2. ἅλμης. *madidum nunc quoque rore fali* vertit *Grotius.* — δυσίθαλασσα. τὰ εἰς τὴν θάλασσαν ἐμβαλλόμενα. *Suidas* T. I. p. 635.

h. versum excitans. — V. 5. φιλήματι στεφανε. Vat. Cod.

XXIV. Cod. Vat. p. 455. Anth. Plan. p. 91. St. 133. W. Homeri nomen et gloriam nunquam interituram esse, poëta auguratur. Cf. Ep. Inc. CCCCXCII. — V. 1. οὐρανόν. Vat. Cod. Idem plane color ap. *Virgil.* Aen. I. 607. *In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet; Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.* quae obversabantur *Senecae* in Herc. Oet. 1582. sqq. Cf. notata ad *Cleobuli Lindii* carmen T. I. P. I. p. 193. ubi laudanda erat parodia *Critiae* ap. *Athen.* L. XIII. p. 600. E. Οὔ ποτέ σου φιλότης γηράσεται, οὐδὲ θανεῖται, Ἔς τ' ἂν ὕδωρ οἴνῳ συμμιγνύμενον κυλίκεσσι Παῖς διαπομπεύῃ προπόσεις ἐπιδέξια νωμῶν. Huc facit etiam *Virgil.* Ecl. V. 76.:

Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

— V. 2. ἠέλιος. Venefica ap. *Senecam* in Herc. Oet. 459. *mea jussi prece Manes loquuntur. — Nox media solem vidit, et noctem dies.* — V. 3. γλυκὺν ὕδωρ. Cod. Vat. — ἀρυόμενοι. Plan. et Cod. Vat. *Dorvillius* cum in una Anthol. editione reperisset ἀρυόμενοι, restituit eam lectionem, quam *Br.* in textum recepit. Vide ad *Charit.* p. 240. Citius mare aquam hominibus praebebit dulcem et potabilem. — V. 4. βαθὺ κλέος Vat. Cod. nec aliter edit. pr. Flor., tres Aldinae, ed. Nic. Sab. Sinceram lectionem Ascens., ni fallor, prima exhibuit. — Nunquam fiet, ut veterum Homeri carminum oblivio ipsius auctoris nomen et gloriam deleat. Idem Homero promittit Anthol. Lat. L. II. p. 448. *Carmina sola carent fato mortemque repellunt. Carminibus vives semper, Homere, tuis.* *Martial.* X. Ep. II. *At chartis nec fata no-*

cens, nec secula prosunt, Solaque non norunt haec monimenta mori.

XXV. Cod. Vat. p. 242. Anthol. Plan. p. 199. St. 290. W. Historia de Aelio, quem celebrat *Apollonid.* Ep. XII. p. 134. — V. 1. Ἄργους πρόμος. Plan. et Vat. Cod. Nec aliter lemmatis auctor: εἰς ἕτερον Αἴλιον Ἀργεῖον στρατίαρχον. Apud *Suidam* v. θρασύχειρ T. II. p. 204. haec sic leguntur mutilata: Αἴλιος ὁ θρασύχειρ Ἄργους πρόμος τηξιμελεῖ νούσῳ κεκολ. Quum hic Aelius in *Apollonidae* carmine Romanus vocetur, *Brodaeus* Ἄρειος legendum judicavit. Hoc probat *Kusterus* l. c. Ad vulgatam non offendit *Grotius*, qui vertit: *Aelius Argelidum rector.* — ἐψὲ διώκας vulgo, in quo explicando nugatur *Brodaeus.* In marg. Wechel. notatur ut varia lectio ὁ ποτὲ δήσας. quod sensum habet non plane ineptum; sed quanto praestantior, ipsis membranis Vat. firmata, emendatio *Scaligeri* ap. Huetium p. 21. et in not. msc. ὁ ψελιώσας. In eandem sponte inciderat *Jo. Pierson.* ad *Moer.* p. 420. ψέλλιον sive ψέλιον *armillae. Schol. Eurip.* ad Phoen. 799. ἔστι δὲ ψέλιον ὁ κρίκος τοῦ χαλινοῦ ἢ ἁπλῶς ὁ κρίκος. Conf. *Trill.* in Obss. p. 412. — V. 3. 4. Hoc distichon proferens *Suidas* in κεκολουμένος T. II. p. 204. legit προτέρων, ut etiam Vat. Cod. habet; προτέρων tamen idem v. τηξιμελεῖ T. III. p. 463. *Animo cepit consilium tam forti viro dignum, quoque antiquam suam virtutem testaretur.* — ἔδραμε. Fere ut *Plin.* L. III. Epist. VII. *Erat illi natus insanabilis clavus, cujus taedio ad mortem irrevocabili constantia decucurrit.* — τηξιμελεῖ νούσῳ, id est γυιοβόρῳ. De morte *Ammianus* Ep. XXVI. καὶ τοὺς μὲν τήξας, τοὺς δ' ὀπτήσας — ἄξει πάντας εἰς ἓν βάραθρον. — ¶. 219.] V. 6. ἄνδρας. Conf. *Anacr.* Epigr. LXXX.

XXVI. Cod. Vat. p. 361. Anthol. Plan. p. 43. St. 62. W. Historia de vacca, quae cum ante Dianae aram collocata esset, ut victima, partum edidit; quo facto

dimissa est. — V. 2. θαῦμα vitiose Vat. Cod. — V. 3. Hujus jam imminentem mortem antevertit partus maxime opportunus, i. e. εὔστοχος. Nihil est in hac lectione, quod merito reprehendas. *Jo.* tamen *Pierson.* in Verisim. p. 90. εὔτοκος sive εὔλοχος tentabat. — V. 4. Parturientibus enim praesto esse solet dea, nec eas, quarum misereri didicit, sibi immolari fas putat. οὐκ ἐδίκαζε suspicatur *Jos. Scaliger.* Fortasse recte. — ὡς ἐλεεῖν ἔμαθε. *Meleager* Ep. XLI. οἶδα παθὼν ἐλεεῖν.

XXVII. Cod. Vat. p. 406. Planud. p. 43. St. 63. W. De bobus, retia in mari ducentibus. Conf. *Leonid. Alex.* Ep. XXXVI. Excitat hoc carmen *Casaubonus* ad *Aelium Lamprid.* Vit. Heliag. c. 24. T. I. p. 857. *Pisces ex vivariis suis bubus traxit.* Ad siluros cum hamo extrahendos Istri accolae bobus utebantur, teste *Aeliano* H. A. XIV. 25. p. 801. Cf. *Harduin.* ad *Plin.* IX. not. 26. p. 538. — V. 1. πρηῢτένοντες. mansuetum collum jugo praebere soliti. τένοντες enim de cervice proprie. Epigr. XIV. βοόστροφα δεσμὰ τενόντων. Ep. XLIX. ἄπαιρέ μου τένοντος λέπαδνα. — V. 3. ἀσίδηρον. non vomere, sed fune. — V. 4. μακροτέρων. Vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. Longo funi, cui everriculum aptum est, juncti sulcos in mari trahimus. — V. 5. ἐκ σταχύων. post arationem piscatui inservimus. — V. 6. κῆν. Plan. κἠν. Vat. Cod. Respicitur hoc versu ad *Homeri* mare ἀτρύγετον. — ἀροῦσι. Sic *Euripid.* ap. *Athen.* L. X. p. 422. A. ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβὴς τροφός· θάλασσαν τήνδ' ἀροῦμεν, ἐκ ταύτης βίος.

XXVIII. Cod. Vat. p. 429. *Philippo* hoc carmen vindicat, quod in Plan. p. 80. St. 117. W. ἄδηλον est. In navem, cui *meretricis* nomen. Ambiguis verbis poëta utitur, quae de navi et meretrice explicari possunt. Expressum est carmen ex *Antiphilo* Ep. I. p. 169. — V. 1. Leno hanc navem aedificandam curavit. ἀπ' ἔργων. a *quaestu meretricio.* ἐργάζεσθαι et ἐργασία vocabula vitae

meretriciae propria. *Nicarch.* Ep. X. κόπρι, τὸ δ' ἐργαστήριν καὶ λάβε καὶ μετάδος. *Artemidor.* Onirocr. II. p. 136. Venus nuda visa ἑταίραις καὶ μόναις (f. πόρναις) ἀγαθὴ καὶ ἐργασίας σημαντική. Vide *Valcken.* ad *Herodot.* L. I. p. 48. *Interpp.* ad *Hesych.* v. ἐργάτις. — ὥρης ἔμπορος. pulcritudinis institor, leno. Haec sic explicata sensum habent optimum, nec opus erit cum *Reiskio* corrigere ἡ παθέσι συμφορουμένη, *quae lepidum nomen accepit a Veneris exercitio;* quam ejus conjecturam laudat *Schneider.* in Peric. crit. p. 17. —' V. 4. εἰμὶ πτάν. Vat. Cod. Idem vers. 5. οὐκ ἔτι. in marg. αὐτῶ. et v. 6. βαστάζων ξεῖνον. — Vereor, ut hujus versus lectio satis sincera sit. Nihil enim jejunius: *recipio advenientem*, *quemlibet hospitem fero.* Legerim insistens vestigiis Cod. Vat.:

ἐλθόντα δέχομαι πάντα βαστάζειν ξένον.

quemlibet hospitem mihi ferendum sumo, sive *ferre volo.* Hunc enim sensum habet verbum δέχεσθαι cum infinitivo junctum; quem ejus usum illustravit *Markland.* in conj. in Lysiam Or. XXV. p. 430. *Lennep.* ad *Phalar.* p. 278. — V. 7. ἐρέσσεται. Vat. Cod. *Sosipater* (sive potius *Dioscorides*) Ep. I. T. I. p. 504. τῆς μὲν ἐρεσσομένης, τοῦ δὲ σαλευομένου.

T. 220.] XXIX. Cod. Vat. p. 403. Anth. Plan. p. 97. St. 143. W. In elephantum Caesaris curru junctum. Elephanti.

Caesaris armentum, nulli servire paratum
Privato.

secundum *Juvenal.* XII. 106. Cornuficio ob rem praeclare gestam tribuit Augustus, ut, quoties foris coenaret, elephantis domum veheretur. *Dio Cass.* XLIX. p. 574. 33. ubi vide *Fabric.* Triumphantem Caesarem elephantos comitatos esse, narrat *Sueton.* Vit. Caes. c. 37. de qua re videndus *Spanhem.* de Usu et Praest. Num.

T. I. p. 170. 720. Primus Romae Pompejus elephantes currui junxit, tradente *Plin.* L. VIII. 2. *Plutarch.* V. Pomp. T. I. p. 626. — V. 1. φαλαγγόμαχος. Vat. Cod. — πυργωθείς. ἐλέφαντες ἀχθόμενοι τοῖς πύργοις. *Dio Cass.* LXXIII. p. 1239. 71. — μυριάδους. Non de copia tantum, verum etiam de magnitudine μύριος usurpatur, quod passim monuimus. — V. 3. ἀλλὰ φῦ σε. Vat. Cod. Idem. ζυγοδέσμοις. — V. 7. Bellua quoque pacis sentit munera.

XXX. Cod. Vat. p. 185. Plan. p. 444. St. 577. W. De apum examine, quod in navis rostro mellificaverat. — V. 1. „Male antea legebatur κείμεθα. Ipse poëta „loquitur. Nominativus ἔμβολα, quibus appositi alii, „τεύχεα et μαρτύρια; ab his pendet verbum activum σιμ- „βλεύει, *recondunt*. Scripsi autem τεύχεα pro τείχεα. Hoc „bene de lateribus navium, non de rostris dici potest, „quae sunt navium arma." *Br.* Debetur haec emendatio *Stanleio* ad *Aeschyli* Persas 415. p. 778. eandemque lectionem expressisse videtur *Grotius*, dum vertit: *Rostra aerata citis decus et tutela carinis.* *Suidas*, qui hoc distichon profert in ἔμβολα T. I. p. 720., τείχεα habet et ἔμβολα, haud aliter ac Vat. Cod. — V. 2. Ἀκτιακοῦ. Augustus in pugnae Actiacae memoriam Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ τριήρη τε καὶ τετρήρη, τά τε ἄλλα καὶ ἑξῆς, μέχρι δεκήρους, ἐκ τῶν αἰχμαλώτων νεῶν ἀνέθηκε. *Dio Cass.* LI. p. 632. 1. Haec igne absumta sunt, *Strabonis*, ut videtur, tempore, quem vide L. VII. p. 325. Jam cum *Philippus* nonnisi primo post Christum seculo exeunte scripserit, (vide Prolegg. p. XLVI.) apparet, hoc Epigr., ut plurima alia, ex antiquiore poëta expressum esse. — V. 3. ἀνὰ δ᾽ ἐκ. vulgo, et ap. *Suidam* in ἀνὰ T. II. p. 63. et in σίμβλοι T. III. p. 314. — V. 5. χρηστῆς. Vat. Cod. — Sub Caesaris imperio vel hostium arma fructus ferre docentur. Suavi hac imagine de apibus in armis favos struentibus recentiores poëtae passim usi sunt. Nihil hoc

facit, quod apum examina armis, templis, domibus adhaerentia in diris ominibus sunt habita, ut docet *Plin.* XI. 17. Veterum loca collegit *Fabricius* ad *Dion. Cass.* T. I. p. 272. et 492. *Ruperti* ad *Sil. Ital.* VIII. 635. p. 623. Eadem fuit ratio alius cujusdam imaginis, ad pacis otium significandum passim adhibitae, cum araneae telam armis intendere dicuntur, (vide ad *Bacchylid.* Fr. IX. T. I. P. I. p. 282. sq.) quod et ipsum inter infausta habebatur omina.

XXXI. Cod. Vat. p. 398. Anth. Plan. p. 101. St. 149. W. In Thebanorum historia bona malis mirum in modum commixta esse docet. Cf. *Onest.* Ep. VI. VII. p. 290. quae hinc expressa. Notissimae sunt Thebanae illae fabulae, quas data opera tractaverat *Lysimachus* ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς παραδόξοις, de quo opere vide *G. Cuperum* Obss. I. 4. p. 25. sqq. — V. 2. ἠσπάσατο. Verbum non valde commodum ad exprimendum id, quod volebat poëta, Bacchum mysteria Thebanis tradidisse. Res sic videtur accipienda: Bacchus, Thebanus, mysteria coluit; eadem Pentheus, et idem Thebanus, sprevit. Sed sic quoque non satis accurate locutus est poëta, cum Bacchum, mysteriorum inventorem, ea ἀσπάζεσθαι, *amplexum esse*, dicat. Fortasse tamen ἀσπάζεσθαι paulo laxiore significatu accipiendum est pro *diligere, delectari.* Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 42. — V. 7. οἰκτρόν. At non in omnibus *miseranda*, ut ipse poëta ait; bona enim compensabant mala. Fortasse alia hic olim obtinebat lectio. *Grotius* vertit: *O semper Thebae fati pila*, quo difficultas occultatur, non explanatur.

XXXII. Cod. Vat. p. 370. sq. Planud. p. 61. St. 88. W. In lusciniam a delphino trans mare vectam. — V. 2. πνεῖ γάρ. Vat. Cod. et Plan. quod *Br.* tacite mutavit. Boreas, ventus Thracicus. Vide ad *Simonid.* Ep. CV. T. I. P. I. p. 266. sq. Respicitur autem ad Tereum,

Odrysiorum regem. — ¶. 221.] V. 5. ἄκωπον. sine remis navigantem. Mox στομάτων receptum est ex Vat. Cod. pro vulgato στόματος. Ad pluralem numerum fortasse offendebat *Planudes*; sed frustra. — Vocem jucundam, qua delphini aures mulcebat luscinia, κιθάρην appellat, respectu habito ad Arionem, qui δελφῖνος ὀχεύμενος περὶ νώτοις Κῦμα μέλαν περάασκε καθήμενος ἄτρομος αἰεὶ Ἀείδων. *Oppian.* Hal. V. 449. *Ille sedens citharamque tenet, pretiumque vehendi Cantat et aequoreas carmine mulcet aquas. Ovid.* Fast. II. 115. — V. 8. Ἀρείονος Vat. Cod.

XXXIII. Cod. Vat. in prioribus paginis post titulum. Planud. p. 196. St. 284. W. In Damostrati luctatoris statuam. Hunc hominem, aliunde non cognitum, ex hoc carmine in Catalog. Isthmionicarum retulit *Corsinus.* — V. 3. καθ' ὕγυρον. Vat. Cod. εὔγυρον πάλην interpretatur *Brodaeus* de gyro, in quo se luctatores contorquent. — V. 4. ψάμμονος. Vat. Cod. Arena nunquam ejus tergum signavit, nunquam dejectus est. σφραγίζεσθαι hoc sensu *Eurip.* Iph. Taur. 1372. δεινοῖς τε συμβάντεροισιν ἐσφραγισμένοι ἔφευγον. h. e. signati, vulnerati. Qui *Philippi* versum excitavit *Bernardus* ad *Theoph. Nonnus* T. II. p. 303., diversas verbi ἐφραγίζεσθαι significationes non bene distinxit. — V. 5. ἰδ' ἰς. Vat. Cod. — V. 7. λυθέντα. Similiter de Myronis vacca Ep. XLIX. προὐδήσας βάσει. — V. 8. „κονίσσομαι Sic Planudeae duo codd. „Libri excusi κονίσομαι. quod aeque bonum est. Hoc est „a κονίω; alterum a κονίζω. Utrumque est ap. Home„rum." *Br.* κονίσομαι Vat. Cod. ἕβδομον. post sex victorias reportatas. κονίζεσθαι dicuntur athletae pulvere sese conspergentes. Hinc κονίζεσθαι idem, quod ἀγωνίζεσθαι. Vide *Eustath.* ad Il. γ. p. 289. 35.

XXXIV. Cod. Vat. p. 408. Planud. p. 44. St. 64. W. In canem, quae ventre inciso partum edidit. Similem historiam celebrat *Martial.* de Spect. Ep. XII. XIII. XIV.

— V. 2. εἰλκύσθη. Vat. Cod. — παιδοπόρος γένεσις obscurius dictum de genitalibus. — V. 3. συγκατέμυσε. uterus clausus est, cicatrice obductus. μύειν, συμμύειν in re simili dixit *Horapollo* I. 47. p. 60. vaccam narrans, cum tauri congressum appetat, mugire; quod si taurus non adsit, συμμύει τὴν φύσιν, μέχρι τῆς ἑτέρας συνόδου. *Hippocrates* Aphorism. V. 51. ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερέων συμμέμυκεν. Vide *Foes.* Oecon. Hipp. p. 358. *Theophan. Nonus* in Epit. c. CCIX. T. I. p. 164. ἐμπνευματοῦται ἡ μήτρα — τοῦ στομίου μύσαντος. — V. 4. Jam cruciatus puerperii instabant. βάσανον de cruciatu simpliciter usurpavit *Jamblich.* Vit. Pyth. §. 68. p. 55. de morbi doloribus *Lucian* in Tragop. v. 280. δεῦτ', ὦ σκυθρωπαὶ, πάντοθεν πετώμεναι Βάσανοι, πάρεδροι τῶν ἐμῶν βακχευμάτων. Vide *Interpp. Thom. Mag.* p. 143. — V. 5. διαρραγέντος μητρὸς? Vat. Cod.— ἐξέθορον. *Martial.* l. c. XII. *Exsiliit partus miserae de vulnere matris.* De Apolline in insula Delo nato *Homer.* Hymn. in Apoll. 119. ἐκ δ' ἔθορε πρὸ φόωσδε. ubi vide cl. *Ilgen* p. 228. Veterem Hymni auctorem imitatur *Callim.* H. in Del. 255. ἕβδομον οὐκ ἔτ' ἄεισαν, ὁ δ' ἔκθορεν. Plura vide ap. *T. H.* in *Lucian.* T. I. p. 211. sq. ed. Bip. — Operarum vitio ed. Steph. φίλοι. — V. 7. Non amplius Lucinam puerperis opem ferre necesse est, cum etiam Mars ad idem negotium sufficiat. At Lucinae etiam hoc tribuit *Martialis* Ep. XIII. *O quam certa fuit librato dextera ferro! Hanc ego Lucinae credo fuisse manum.* — λέλυται. abdicatur munere. Sic plane *Nicarchus* Ep. VI. οὕτω Βοώβαστις καταλύεται. Vide de hoc usu verbi καταλύεσθαι *Valckenar.* ad *Herodot.* VI. p. 442. 3. — γαστέρας ἡμετέρας. *hominum uteros.* Quum ipse poëta loquatur, ἡμετέρας offensioni est. Fortasse fuit:

ἤρξατο μαιοῦσθαι γαστέρα ΘΗΛΥΤΕΡΩΝ.

Similiter in *Antip. Thess.* Ep. LXIII. emendare conati sumus: Ἔμπαλι δ' ἡ μὲν θηλυτέρων ὠδῖνας ἔλυσε.

XXXV. Cod. Vat. p. 532. Φιλίππου. In Planud. p. 184. St. 268. W. *Lucillio* adſcribitur. *Stobaeus* denique Tit. X. p. 126. 2. Gesn. 71. Grot. *Palladae* tribuit. Hinc *Salmaſ.* in libro de Uſuris p. 16. hoc diſtichon tanquam *Palladae* laudat. Hujus eſſe libentiſſime crediderim; a *Philippi* certe ingenio longius abhorret. — V. 1. ἐκδεδάνεικας, ab ἐκδανείω, ſcribendum contendit *Salm.* — δίδωσι ὅ. vitioſe *Gesn.*

¶. 222.] *XXXVI.* Cod. Vat. p. 532. Λουκιλλίου. Fallitur igitur *Brunckius*, qui hoc carmen in membranis *Philippo* adſcribi pronuntiat. *Lucillio* etiam Planud. tribuit p. 152. St. 221. W. Ejusdem poëtae ſunt etiam quinque quae ſequuntur Epigrammata. Noſtro continetur parodia Ep. *Antipatri Sidon.* XXXII. vide not. T. II. P. I. p. 40. Dion, fur exercitatiſſimus, auream Veneris ſtatuam cum Adonide rapuit. Ab eo inde tempore omnes ei fures principatum in arte ſua conceſſerunt. — V. 1. Dorismum neglexit Planud. — V. 3. „ὁλοσφύρητον praeter Vat. habent etiam tres Planudeae „codd.“ *Br.* Vulgo ὁλοσφύριστον. Venus cum Adonide in eodem templo colebatur. *Pauſan.* IX. 41. p. 796. Ἔστι δὲ Ἀμαθοῦς ἐν Κύπρῳ πόλις· Ἀδώνιδος ἐν αὐτῇ καὶ Κύπριδος ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον. Conf. *Arnald.* de Diis Aſſeſſ. c. 25. p. 177. — V. 5. αὐτοὶ τοίνυν invenit Ald. in Cod. ſuo; idque temere receptum in Ald. 2. Eadem lectio reperta in Cod. Vat. — Idem ἄριστα.

XXXVII. Cod. Vat. p. 532. et Planud. p. 153. St. 222. W. *Lucillio* tribuit. Scriptum in eundem Dionem. Facete παρῳδεῖται Ep. *Aſclepiadis* II.:

Εἰ πτερά σοι προσέκειτο, καὶ ἐν χερὶ τόξα καὶ ἰοὶ,
οὐκ ἂν Ἔρως ἐγράφη Κύπριδος, ἀλλὰ σὺ, παῖ.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 532. τοῦ αὐτοῦ. Planud. p. 152. St. 222. W. *Lucillii.* Non omnino expeditus

ſenſus. Hoc poëtam voluiſſe puto: Eutychides dicens, ſibi religionem eſſe jurare deum, neſcio quem, eundem tamen deum furto abstulit idem, nulla ab hoc ſcelere religione prohibitus.

XXXIX. Cod. Vat. p. 532. ſq. τοῦ αὐτοῦ. Planud. p. 152. St. 222. W. *Lucillii.* Eutychides Apollinis, qui fures indicat, ſtatuam auferens, ſe deo fatidico ſuperiorem eſſe pronuntiat. Dorismum in hoc et ſqq. neglexit *Planudes.* — V. 3. τέχνην τέχνη. Vat. Cod. — χείρεσι. oracula tua cum meis manibus. — V. 5. δ' omittit Vat. Cod. Te propter linguae tuae importunitatem, quia mortalibus omnia indicas, ſtatim vendam. ἀχαλινώτων στομάτων. Vide not. ad *Theodorid.* Ep. VII. Tom. II. P. I. p. 124.

XL. Vat. Cod. p. 533. τοῦ αὐτοῦ. Anth. Planud. p. 153. St. 222. W. *Lucillius* παρῳδεῖ Ep. Incert. CCXVII.:

Βουκόλε, τὰν ἀγέλαν πόῤῥω νέμε, μὴ τὸ Μύρωνος
Βοΐδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάσῃς.

¶. 223.] *XLI.* Vat. Cod. p. 532. τοῦ αὐτοῦ. Plan. p. 152. St. 222. W. Aulus Mercurii ſtatuam auferens ſe magiſtro praeſtare gloriatur. Simile quid de Cilice fure habet *Martialis* L. VI. Ep. LXXII. — V. 1. τῶν θεῶν. Vat. Cod. — V. 4. νυκτικλέπτας. Vat. Cod. — V. 5. Hunc ſenarium laudat *Cicero* ad Famil. IX. 7. Vide *Erasm.* Chil. III. 5. 23.

XLII. Anth. Plan. p. 317. St. 457. W. In imaginem Medeae, etiamnum furentis. Expreſſit hoc carmen *Auſonius* Ep. CXXX.:

Quis te pictorum ſimulavit, peſſima Colchis,
In natos crudum volvere mente nefas?
Usque adeone ſitis puerorum haurire cruorem,
Ut ne picta quidem parcere caede velis?

Numnam te pellex stimulat? numne alter Iason,
Altera vel Glauce sunt tibi causa necis?
Quin ne picta quidem sis barbara. Namque tui vim
Cera tenax zeli concipit immodicam.

Vulgo hoc carmen disticho longius est. Sed hoc perperam ei adhaesit et separatim exscribendum erat. — V. 3. ἤ τις. Plan. — V. 5. ἔῤῥε. Jason ad Medeam in Tragoedia *Euripidis* v. 1346. ἔῤῥ', αἰσχροποιέ. Abominatur poëta Medeae saevitiam, quam vel ipsam ceram sentire affirmat. Haeremus in verbis εἰς ἃ θέλεις, quae *Ausonius*, negligenter plerumque graeca convertens, plane praeteriit. *Grotius* sic vertit:

I procul in ceris etiamnum improba; sentit
Effigies, tendat quo tuus ille furor.

Latina plana sunt et perspicua; graeca non item. Nam si eum sensum efficere voluisset *Philippus*, quem *Grotius* ei affingit, saltem scripsisset:

χ' ὥσπερ θέλεις, ἡ γραφὶς αἰσθάνεται.

vel simile quid. Depravatum esse hunc versum nullus dubito; sed satis certam vitii emendationem non reperio. Quod olim proposui in Emendatt. in Epigr. Gr. p. 53. αἱ σανίδες χἡ γραφίς, non potui probare Censori doctissimo in Ephemerid. Jenens. anni 1794. nr. 167. p. 458. qui corrigendum censet: τῶν γ. ὦ. ζ. οἷς ἀσεβεῖς; sive ἀθετεῖς, κ. γρ. Idem fortasse fatebitur, elegantius esse et horum poëtarum indoli accommodatius, quod mihi se postea obtulit:

σὺν γὰρ ἀμέτρων
ζήλων λυσσάλέος καὶ γραφὶς αἰσθάνεται.

imago et ipsa furoris particeps. Sic solent poëtae. Incert. auctor Ep. CCCII. T. III. p. 215. ὤ, τίς ὁ τεχνίτης τόδ' ἐνέπλασεν, ἢ τίς ὁ γλύπτης, Ὃς λίθον εἰς μανίην ἤγαγεν εὐτεχνίῃ; Alius de Timomachi Ajace Ep. CCXCV. ὁ γράψας

εἶδε

οὐδέ σε μαινόμενον, Καὶ συναλυσσήθη χεὶρ ἐνὶ ἐμοί. — γραφίς est *ipsa imago.* ut ap. *Julian. Aegypt.* Ep. XXXII. 2. *Cometam* Ep. II. 5. *Incert.* Ep. CCCLII.

XLIII. Cod. Vat. p. 549. Plan. p. 137. St. 198. W. Contra grammaticos, nugarum architectos. Conf. *Antiphan.* Ep. V. p. 205. — V. 1. σῆπες. *Brod.* invenit in suo libro. σῆτες sunt tineae, lanam et chartam corrodentes. χλαῖναν σαπρὸν τῷ χρόνῳ ὑπὸ κόρεων καὶ σητῶν ἠμβρωμένον. *Alciphron* L. I. 26. p. 104. σητόκοπα βιβλάρια. *Lucillius* Ep. XVIII. Ob hanc causam grammatici *omnium* libros *perscrutantes* σῆτες ἀπάντων appellantur. Malim tamen:

σῆτες ἀκανθῶν.

cum et sq. Epigr. iidem grammatici σῆτες ἀκανθολόγοι vocentur, et ap. *Antiphanem* l. c. σῆτες ἀκανθοβάται. ubi vide not. Haud aliter *Scaliger* in not. msc. h. l. emendandum censebat. — V. 2. Τελχῖνες. qui omnia invidis oculis rimamini, calumniatores et mendaces. *Aelian.* H. A. VI. 58. obtrectatores allocutus, ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ, inquit, ὦ Σισύφων καὶ Τελχίνων καὶ Κερκώπων ζηλωταὶ ἄνθρωποι. *Nicolaus* ap. *Stobaeum* Tit. XXXVIII. p. 223. Τελχῖνες βάσκανοί τε σφόδρα ἦσαν καὶ φθονεροί. τεχνῖται δὲ ὄντες καὶ τὰ τῶν προτέρων ἔργα μιμησάμενοι, Ἀθηνᾶς Τελχινίας ἄγαλμα πρῶτοι ἱδρύσαντο, ὥσπερ εἴ τις λέγοι, Ἀθηνᾶς βασκάνου. Vide inprimis *Eustathium* ad Il. ν. p. 915. 8. Od. α. p. 20. 8. ἡ δὲ παροιμία τοὺς φθονεροὺς καὶ ψογεροὺς Τελχῖνας καλεῖ. Hoc sensu sophistae vocem adhibere solent. Vide *Spanh.* ad *Callim.* H. in Del. 31. p. 404. *Bergler.* ad *Alciphr.* L. I. 12. p. 75. ed. Wagn. *Wernsdorf.* ad *Himer.* Or. IX. p. 561. Alia de iisdem Telchinibus vide ap. *Valckenar.* ad Callim. Eleg. fragm. p. 143. sqq. — V. 3. σκύλακες, ut ap. *Antiphanem* l. c. Καλλιμάχου πρόκυνες. — V. 3. Καλλιμ. στρ. Callimachi satellites, a quo tamen ipso, quamvis ejus nomen et auctoritatem tanquam scutum vobis

praetenditis, maledicam linguam non cohibetis. — V. 5. οἷς τὸ μιν. qui in minimis particulis rimandis tempus consumitis. *Herodicus* T. II. p. 65. οἷσι μέμηλε τὸ σφὶν καὶ τὸ σφῶν καὶ τὸ μιν ἠδὲ τὸ νιν. Hesiodus de Luciani cavillationibus questus T. III. p. 244. ἀλλ' οὐ μόνος ταῦτα σὺ, ait, οὐδὲ κατ' ἐμοῦ μόνου, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἄλλοι τὰ τοῦ ὁμοτέχνου τοῦ ἐμοῦ Ὁμήρου κατακνίζουσι, λεπτὰ οὕτω κομιδῇ, καὶ μάλιστα μικρὰ ἄττα διεξιόντες. Quae *Democritus* in sophistas dixisse videtur, ap. *Clement. Alex.* Strom. I. p. 28. ed. Wirceb. etiam in grammaticos quadrant; ζητήσεις ἐριστικὰς ἐκπορίζοντες, λεξιδίων θηράτορες, ζηλωταὶ τεχνυδρίων. — V. 6. ζητεῖν. Respicitur ad ζητήματα illa grammaticorum de locis Homericis. Qui in ejusmodi quaestionibus inveniendis et solvendis laborabant, λυτικοὶ appellabantur. Vide *Jonsium* de Script. gr. phil. T. II. p. 206. *Valcken.* Dissert. de Schol. Homer. ined. p. 145. *Wolf.* in Prolegg. ad Homer. p. CXCV. Hos inanium ἐρωτημάτων inventores exagitat *Seneca* Epist. LXXXVIII. *Juvenal.* Sat. VII. 231.:

— ut forte rogatus,
Dum petit aut thermas aut Phoebi balnea, dicat
Nutricem Anchisae: nomen patriamque novercae
Archemori: dicat, quot Acestes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.

ubi vide *Grangaeum.* — Pro αἰ κύνας Cod. Vat. εἴκονας vitiose. — V. 7. κατατρίζοντες. Plan. Fortasse rectius, quam Vat. Cod., si vera est *Eustathii* observatio ad Od. α. p. 820. 36. ἰστέον δὲ. ὅτι τρύζειν μὲν διὰ τοῦ υ ψιλοῦ ἐπὶ τρυγόνων — τρίζειν δὲ κυρίως ἐπὶ νυκτερίδων. Tenuem sonum significari apparet. Junge: κατατρύζοντες ἄλλων, contra alios disputantes, clamantes. — ἐς δ' ὑμᾶς suspicabatur *Jos. Scaliger* in not. msc. Vereor, ut recte. Optat poëta, ut virus suum in alios evomant, nec sua scripta inanibus observationibus suis commaculent. Hoc est ἀποσβέ-

σατε ἰὸν ἐς ἡμᾶς. venenum vestrum, quo nostra scripta adflare possitis, exstinguite. ἀποσβέννυσθαι dicuntur ea, quae abeunt, evanescunt, exarescunt. Solis ardor ἔσβεσεν λευκοὺς λιβάδας. *Antiphilus* Ep. XXXIX. σβέννυντο πηγαί. Epigr. Heroic. XX. σβέσσον ἀγηνορίην, excute superbiam. *Paul. Silent.* Ep. XXXV. Multa his similia ap. poëtas Anthologiae exstant. Obversabatur *Philippo* Ep. *Leonidae Tar.* XIV. ἀλλὰ σύ, Μῶμε, ἔξιθι καὶς ἑτέρους ὀξὺν ὀδόντα βάλε.

XLIV. Vat. Cod. p. 553. *Philippo* hoc carmen vindicat, quod ἄδηλον est in Anthol. Plan. p. 138. St. 201. W. Astrologis et grammaticis, vanis rebus intentis, valedicit. — V. 1. quorum oculi nunquam non circa coelum et stellas errant. — V. 2. οἵ τ' ἀπ' Ἀρ. qui ab Aristarcho familiam ducitis. — V. 3. ζητεῖ. Ald. pr. et Ascens. — V. 4. Fabulam de Proteo et Pygmalione exponit *Brodaeus* h. l. De posteriore vide *Meursium* in Cypro II. 16. — ¶. 224.] V. 5. λευκὸν στίχον. intellectu facilem. Docte haec explicuit *Brodaeus*. Opponitur μέλαιναν ἱστορίην, rerum reconditarum et abstrusarum cognitio, Cf. *Th. Graevium* ad *Callimach.* H. in Cerer. 123. *Strato* comicus in loco faceto ap. *Athen.* L. IX. p. 383. A, ubi coquum describit, omnia obscure et aenigmatice significantem:

— τί οὖν, ἀπόπληκτε, περιπλοκὰς λέγεις;
πηγὸς πάρεστι; πηγός; οὐχὶ λευκὰ σὺ
ἐρεῖς, σαφέστερον δ' ὃ βούλει μοι λέγειν;

ut hunc locum feliciter restituit *Casaubonus*, quem vide p. 662. *Suidas*: Λευκόν. — λευκὴ γὰρ λέγεται φωνὴ ἡ εὐήχοος. Vide *Olear.* ad *Philostr.* p. 194. et 205. Vocem *candidam* etiam Latini dixerunt, *fuscam* ei opponentes, ut Graeci μέλαιναν et φαιάν. *Reimar.* ad *Dion. Cass.* T. II. p. 999. — V. 6. παρακαλλιμάχους. Vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. *Callimachum* hic excitat propter τὰ Αἴτια et Ibin, carmina obscurarum fabularum plenissima;

quamvis nullum ejus poëma erat, quod grammaticis non multiplices difficultates opponeret, cum in rebus tum in verbis.

XLV. Vat. Cod. p. 512. Anth. Plan. p. 174. St. 254. W. Vitis ad hederam, ne nimis arcto complexu ipsam constringere et enecare velit. — V. 1. σκολιὸν πόδα. *Erycius* Ep. XIII. σκηνίτης μαλακοῦς κισσὸς ἅλοιτο πόδας. Vide not. ad *Simm. Theb.* Ep. II. T. I. P. I. p. 330. sq. Tribuitur hederae τὸ χορεύειν, respectu ad ejus cum scena attica cognationem habito. *Simmias* l. c. ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς βλαισὸς Ἀχαρνίτης κισσός. — V. 2. βοτρυόπαιδα. *Theocrit.* Epigr. IV. 8. ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι ἄμπελος. — χάρις Βρομίου. Bacchi munus, vitem. Ad arctos amplexus significandos hederae imagine utitur *Horat.* I. Carm. XXXVI. 18. *nec Damalis novo Divellatur adultero, Lascivis hederis ambitiosior.* Epod. XV. 5. *Arctius atque hedera procera adstringitur ilex Lentis adhaerens brachiis.* Inprimis autem huc facit *Laberius* ap. *Macrobium* Saturn. II. 7:

Ut hedera serpens (ἑρπηστὴς) *vires arboreas necat,*
Ita me vetustas amplexu annorum enecat.

— V. 3. τίς γὰρ ἐλεῖται Vat. Cod. — Quis enim te, nisi in compotationibus, coronis adhibeat? Quodsi me enecas, tu quoque tuo honore privaberis. De coronis hederaceis vide *Athen.* XV. p. 675. C. D.

XLVI. In prioribus Vat. Cod. paginis. Planud. p. 295. St. 434. W. In Heran Laodicensem athletam, aliunde non notum. Expressum partim ex *Antip. Sidon.* Ep. XL. — V. 1. λιτόγυιον. Vat. Cod. „γυιοτορογάστορα. In „Lexicis non comparet. Eum significat, qui ventre presso „est, cui castigatus venter, non tumidus.“ *Br.* — V. 2. Ἄτλαντα. Ex *Antipatro* l. c. σιδαρέους Ἄτλαντος ὤμους. — V. 4. μηρῶν. Vat. Cod. — πάμμαχον. Ex *Antip. Thess.* Ep. LXVIII. de Glycone: ὁ παμμάχων κεραυνὸς — ὁ καινὸς

Ἄτλας. — V. 5. Σμύρνα. Ludos Smyrnae celebratos commemorat *Pausan.* VI. 14. p. 485. Pergamena certamina *Dio Cass.* LI. p. 652. 99. Argis quinquennales ludi celebrari solebant de clypeo, qui agon appellabatur ἀσπὶς ἐξ Ἄργους. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Pallad. 35. p. 647. De Actiaco certamine dixit *Stephan. Byz.* v. Ἄκτια. πόλις Ἀκαρνάνων — ἐν ταύτῃ Ἀπόλλωνος γυμνικὸς ἀγὼν καὶ ἱππικὸς καὶ πλοίων ἅμιλλα διὰ τριετηρίδος ἦν. Vide, quae de hoc agone collegit *Jos. Scaliger* de Emend. Temp. p. 456. sqq. *Fabricius* ad *Dion. Cass.* p. 632. 12. et nuper *Ignarra* de Palaestra Neapol. p. 64. sq. — V. 8. τὴν Λιβ. *Pindarus* Ol. II. 178. de Theronis munificentia: ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν, Ἐκεῖνος ὅσα χάρματ᾽ ἄλλοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δυνατός. Epigr. ἀδέσπ. XXXIV. κἠπὸ Λιβύσσης Ψάμμον ἀριθμητὴν ἀρτιάσαι ψεκάδα.

XLVII. Cod. Vat. p. 185. Anth. Plan. p. 426. St. 560. W. Preces ad Dianam pro Caesare de morbo avertendo. Quum de *Philippi* nostri aetate non satis constet, vanum fuerit inquirere, in cujus Augustorum morbum hoc carmen compositum sit. Preces fiunt ad Dianam σώτειραν, quam Thebani ad pestilentiam depellendam invocant ap. *Sophocl.* in Oedip. Tyr. 216. Ejusdem deae partes fuerunt in sanandis Proeti filiis, ut inde apparet, quod Melampus, illis ab insania liberatis, templum Dianae consecravit. *Pausan.* VIII. 18. p. 637. — V. 1. κούρα Vat. Cod. a man. sec. — V. 2. θαλάμους ὀρέων. i. e. μυχούς. Idem hoc loco θάλαμος, quod θαλάμη. *Pindar.* Pyth. IX. 60. de Cyrene venationis studio dedita: ὀρέων κευθμῶνας ἔχει σκιόεντας. — V. 3. 4. excitat *Suid.* T. III. p. 539. in ὑπερβορέων. ἀντὶ τοῦ πόῤῥω. — V. 5. γὰρ Plan. et Vat. Cod. pro δ᾽ ἄρ᾽, quod *Br.* tacite in texto posuit. — ἀτμὸν Λιβ. *Antiphil.* Ep. VI. ὁ δ᾽ εὐώδης ἀτμὸς ἴσχῃ πλοκάμους. — V. 6. καλλιθύτων ταύρων. Plan. Prius etiam Vat. Cod. habet. Mutato accentu καλ-

λιθυτᾶν recte emendatum esse apparet. κάπρον. Apris inprimis infesta. Vide *Callimach.* H. in Dian. 151. sqq.

¶. 225.] *XLVIII.* Planud. p. 301. Steph. 442. W. Φιλίππου nomen in edit. Steph. et Wech. omittitur. Sed in Aldinis et Nic. Sabiens. edit. εἰς ἄγαλμα Φιλίππου. Castigavit *Brodaeus:* Εἰς τὸ τοῦ Διὸς ὀλυμπίου ἄγ. Φιλίππου. — V. 1. εἰκόνα δείξων. Dii artificibus passim apparuisse dicuntur. Vide not. ad *Parmen.* Ep. V. p. 202.

XLIX. Cod. Vat. p. 478. sine auctoris nomine. Φιλίππου Μακεδόνος est in Plan. p. 306. St. 445. W. Poëta fingit agricolam Myronis vaccae, tanquam vivae et spiranti, imposuisse jugum. Cf. *Antip. Sidon.* Ep. LVI. p. 21. et Ep. Incert. CCXXIX. p. 196. — V. 2. λέπαδνα. ἱμάντες πλατεῖς, οἷς ἀναδέονται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν. *Hesych.* ubi vide *Intrpp.* Conf. *Eustath.* ad Il. ε. p. 456. 3. — εἴδηρον. Ed. pr. Flor. — αὐλακοεργάτην. vulgo. αὐλακοεργάτα. Vat. Cod. — V. 3. ἀμὸν. Ed. Flor. pr. ἀμῶν. Vat. Cod. Scribendum spiritu mutato ἁμὸν sive ἁμῶν; utrumque enim locum habet. Vide *Fischer.* Anim. ad Velleri Gr. gr. T. II. p. 227. — V. 4. τέχνᾳ δ' ἐξεπόνησεν. Plan. metro claudicante; cui vitio mederi cupiens *Jos. Scaliger* in not. msc. τέχνᾳ μὲν ἐκπόνησεν. parum feliciter. Praestantissima lectio ἐζωπόνησεν debetur Vaticano codici, qui praeterea τέχνα legit, quod fortasse non spernendum. Epigr. Incert. Auct. CCXV. p. 213. ἥρπασε τέχνα τὴν φύσιν. Vide quaedam hujus generis in Animadverss. nostris in *Callistrati* Stat. p. 18. — ὄψιν ἔμπνοον. speciem meam animavit. Auctor Incert. Ep. CCXCVIII. Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο. *Petron.* c. 88. *Myron, qui paene hominum animas ferarumque aere comprehendit.* — V. 5. ὡς πολλάκις με κατομυκᾶσθαι θέλειν. Haec mihi valde inepte videntur dicta. Dixerat vacca, sibi a Myrone viventis spirantisque speciem tributam esse; nunc eadem

addit, se nonnunquam *mugire velle*; ut sua ipsius specie decepta videatur scilicet. Ab ejusmodi ineptiis cum sibi in aliis locis caverit *Philippus*, h. l. scribendum existimo:

ὡς πολλάκις με κἀπομυκᾶσθαι δοκεῖν.

ita animatam et vividam speciem expressit Myron, ut iis, qui me videant, saepe mugire videar. Hoc aptum et ex poëtarum sophistarumque consuetudine. Huc fortasse respexit *Geminus* Ep. VI. p. 280. μυκᾶται γὰρ ὁ χαλκὸς, ἰδ᾽ ὡς ἔμπνουν ὁ τεχνίτας ἐθήκατο. *Antip. Sidon.* Ep. LIV. et LV. ἁ δάμαλις, δοκέω, μυκήσεται — πλάττεις ἔμπνοα καὶ σὺ, Μύρων. *Lucian.* in Phalar. T. II. p. 198. de Perilli tauro, κινήσεως αὐτῷ καὶ μυκηθμοῦ ἔδει μόνον πρὸς τὸ καὶ ἔμψυχον εἶναι δοκεῖν. *Philostrat.* Jun. Imag. X. p. 880. in descriptione scuti, ubi boves erant: τὸ δὲ καὶ μυκωμένων ὥσπερ ἀκούειν ἐν τῇ γραφῇ καὶ τὸν ποταμὸν κελάδοντα εἶναι δοκεῖν, παρ᾽ ὃν αἱ βόες, πῶς οὐκ ἐναργείας πρόσω; et mox: ὁ μὲν γὰρ μεμυκέναι δοκεῖν καὶ σπαίρειν ὑπεράττεται. — V. 6. ἔργα ad arationem. *Apollon.* Lex. Homer. p. 296. ἔργον. ὅτ᾽ ἂν ψιλῶς Ὅμηρος ἔργον λέγει, μηδενὸς ἑτέρου συμφραζομένου — τὴν γεωργίαν δηλοῖ. Quaedam huc pertinentia collegit *Rittersh.* ad *Oppian.* Hal. I. 105. p. 177. — προσδήσας. Cf. Ep. XXXIII. 7. Ep. inter ἀδέσπ. CXXII. (quod *Antipatri Sidonii* est) ἁ μόλιβος κατέχει με καὶ ἁ λίθος. *Geminus* Ep. VI. ἡ βάσις ἡ κατέχουσα τὸ βοΐδιον, ᾗ πεπέδηται.

L. Cod. Vat. p. 482. Plan. p. 306. St. 445. W. dorismo neglecto. In equum aëneum Lysippi. Ad hoc opus *Junius* in Catal. Artif. p. 115. pertinere suspicatur versus *Statii* I. Sylv. I. 86.:

Cedat equus — — —
— — — quem tradere es ausus
Pellaeo, Lysippe, duci, mox Caesaris ora
Aurata cervice tulit.

Sed in his de equo, cui Alexander insidebat, in *Philippi* carmine de nudo agitur equo. Praeterea hos ap. *Statium* versus merito pro suppositititiis habent *Barthius* et *Mark-*

laudus. Conf. Epigr. *Michael. Pselli* T. III. p. 127. — V. 2. κορωνιῶν. γαυριῶν. *Hesych. Simonides* ap. *Etymol. M.* p. 270. 46. καὶ σαῦλα βαίνων, ἵππος ὡς κορωνίτης. Vide not. ad *Archilochi* fr. XL. p. 175. — *Statius* l. c. v. 46. *At sonipes, habitus animosque imitatus equestres, Acrius attollit vultus, cursumque minatur: Cui rigidis stant colla jubis, vivusque per armos Impetus.* — V. 4. αὐρίζων. jubam, ad veli instar, ventis tradidit. Nusquam alias hoc verbum (ab οὔριος derivandum) occurrit. *Grotius* vertit: *deque toto vertice Vento fluentes fundit in cursum jubas.* — V. 5. ἠνιοστρόφους. Vat. Cod. et mox ἐναρμόσῃ et κρηπιδοστρέφῃ. In tribus Aldin. κρηπιδοστρέψου. *Jos. Scaliger* in not. msc. κρηπιδοστρέψη. — V. 7. παρ' ἐλπίδας. Vat. Cod. et Plan. Usitatam dicendi formam revocavit *Brunck*. παρ' ἐλπίδα. *Euripid.* Orest. 975. Hippol. 1121. Fragm. incert. 187. *Thucyd.* IV. 62. τῷ παρ' ἐλπίδα μὴ χαλεπῶς σφαλλέσθαι. Eadem ratione παρὰ δόξαν et παρὰ γνώμην ap. pedestres scriptores saepenumero. Non tamen propterea immutanda Codd. lectio. παρ' ἐλπίδας certe habet *Euripid.* Hecub. 680.

LI. Anth. Plan. p. 308. St. 448. W. Recensentur Herculis labores T. II. p. 475. in carmine, quod *Quinto Smyrnaeo* tribuitur; in Ep. ἀδεσπ. 282. et in Anthol. Lat. I. 42. et 43. p. 21. sq. Adde *Senec.* Herc. Oet. 1 – 51. — V. 2. γόνυν. Ed. Flor. pr. — [p. 226.] V. 3. „In ἐλκύσας media corripitur. Ap. Homer. Il. ρ. 558. „ubi legitur τείχει ὕπο Τρώων ταχέες κύνες ἑλκύσωσιν, e me„lioribus libris scribendum est ἑλκήσωσιν. Aemilianus „infra εἵλκυσεν ὑστάτιον νᾶμα καταφθιμένης." *Br.* — V. 5. ὕδρην. Vulgo.

LII. Anthol. Plan. p. 310. St. 450. W. De Hercule ab Amore armis spoliato. Comparandum Epigr. *Gemini* IV. p. 280. qui hanc statuam Lysippi opus esse docet. — V. 1. εἶδες pro ἐσύλησε. Ed. pr. Fl. et Ald. —

V. 4. ὄζος. clava. στέρθεν vocat *Geminus*. βαρόωντος. cujus inferior pars gravior et amplior. Amoris impotentiam celebrans chorus ap. *Senec.* in Hippol. 317. nec Herculis exemplum omittit:

Natus Alcmena posuit pharetram,
Et minax vasti spolium leonis;
Passus aptari digitis smaragdos.
— — — — — —
Et manu, clavam modo qua gerebat,
Fila deduxit properante fuso.

Hos tam molles amores Lycus Herculi exprobrat in *Senecae* Herc. fur. 465. *Fortem vocemus, cujus ex humeris leo Donum puellae factus et clava excidit, Fulsitque pictum veste Sidonia latus?*

LIII. Planud. p. 318. St. 458. W. Ad hirundinem, quae in tabula, ubi Medeae imago picta erat, nidum construxerat. — V. 2. μαῖαν vocat Medeam, cujus tutelae hirundo pullos suos tradidisse videbatur. — V. 3. κανθὸς ὕφαιμος. oculus sanguine interfusus, qualis furentium. Multa similia collegit, nostro non omisso, *Dorville* ad *Charit.* p. 40. Ut hic Medea φόνιον πῦρ ab oculis dicitur ἀστράπτειν, sic ap. *Asclepiadem* Ep. XII. ἵμερον ἀστράπτουσα κατ' ὄμματος. *Meleager* Ep. XXXVIII. ἤστραψε γλυκὺ κάλλος, ἰδοὺ φλόγας ὄμμασι βάλλει. — V. 4. ἄπο στυφλέει. Vulgo. — V. 5. σίδηρος. Semper cum gladio repraesentabatur Medea. Vid. *Böttiger in den Vasengem.* T. I. 2. p. 163. — V. 6. κἂν κηρῷ. ut supra Ep. XLII. ἔῤῥε καὶ ἐν κηρῷ παιδοκτόνε. Epigramm. ἀδέσπ. CCXCV. de sculptore conqueritur Philoctetes, quod καὶ ἐν χαλκῷ τὸν πόνον εἰργάσατο. Ep. CCXCVII. ὁ δ' ἀγέρωχος Λύσσα καὶ ἐν χαλκῷ κεῖνο τὸ πικρὸν ἔχει. Quaedam hujus generis laudavimus ad *Antipatr. Sidon.* Ep. XXXI. T. II. P. I. p. 39.

LIV. Anth. Plan. p. 325. St. 465. W. In Venerem armatam. Vide ad *Leonidam Tar.* Ep. L. T. II. P. I.

p. 106. sq. — V. 1. φιλομμειδὴς una Wechel. Reliquae edd. omnes uno μ. — V. 3. Similis color in Ep. *Antimachi* T. I. p. 167. ἐντεάσι σοι γὰρ Ἔρωτες ἐφίμεροι, ἅ τε κατ' εὐνὰν Τέρψις, καὶ κροτάλων θηλυμανεῖς ὄτοβοι. Utrique poëtae obversabatur fortasse locus Homericus Il. ε. 428. οὔ τοι, τέκνον ἐμὸν, δέδοται πολεμήϊα ἔργα· Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. In hoc contextu vocabulum παιὰν suspectum est. Paeanes certe, qui proprie in Apollinis honorem canebantur, Veneri non magis grati, quam reliquis diis. Hoc loco autem ponendum erat aliquid, quod Veneris numini et cultui proprium et peculiare esset. Quare legendum puto:

σοὶ παστὸς φίλος ἦν, καὶ ὁ χρυσοκόμης Ὑμέναιος.

Sic totum hoc distichon continet circumscriptionem earum rerum, quas *Homerus* ἔργα γάμοιο vocavit. παστὸς, torus nuptialis. *Meleager* Ep. CXXV. φέγγος ἐδᾳδούχουν παρὰ παστῷ Πεύκαι. Vide, quae notavimus ad *Antip. Sidon.* Ep. XCVIII. T. II. P. I. p. 94. — αὐλοὶ etiam ad nuptias spectant. *Homer.* Il. σ. 493. — πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει· Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν Αὐλοὶ, φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον. *Terent.* Adelph. V. 5. 6. *verum hoc mihi morae est, Tibicina et hymenaeum qui canent.*

¶. 227.] *LV.* Anth. Plan. p. 328. St. 468. W. Mercurius, Priapi partibus fungens, viatorem olera tangere vetat. De Mercurio hortorum et agrorum custode vide *Heynium* in Commentat. Soc. Reg. X. p. 83.

LVI. Planud. p. 338. St. 478. W. Primus hoc carmen edidit Aldus in Lection. Nam in ed. pr. Flor. omissum est. *Brunckius* in Anal. haec sic distribuit, ut ap. *Stephanum* distributa leguntur. In Lect. p. 184. distinctionem interlocutorum mutavit, sic:

— — Π. θίγγανε μηδεμιᾶς.

Ο. ὀργίλος ὡς ὁ Πρίηπος. Π. ἐρεῖς — ἔτι καὶ κενὸς ἥξεις.

Ο. ναὶ λίτομαι, δός μοι. Π. καὶ γὰρ ἐγὼ δέομαι.

Ο. χρήζεις γὰρ, λέγε μοι, παρ' ἐμοῦ τινός; Π. ἔστι νόμος που, δός, λάβε. Ο. καὶ θεὸς ὢν κ. τ. λ.

V. tertium sic explicat: *quam pronus in iram es, Priape!* Cui hic respondet: *Dices, quantum volueris, iracundum me esse; nec sic magis proficies.* At hoc distichon mihi sincere scriptum non videtur. Pro ἔτι in notis msc. *Jos. Scaligeri* ἔστι reperio, quod locum non habet: quare aliud quid a viro doctissimo scriptum esse existimo. Certe verba, ἐρεῖς ἔτι καὶ κενὸς ὀργῆς, et dura et obscura sunt. — V. 6. δὸς, λάβε. Paroemia passim in sensum obscoenum detorta. *Strato* Ep. XLVI. δὸς λάβε παίζει Σωσιάδας ὁ καλὸς, καὶ Διοκλῆς ὁ δασύς. Similiter in Lusibus nr. XXXVIII. hortorum deus: *Paedicare volo, tu vis decerpere poma. Quod peto, si dederis, quod petis, accipies.* Ibidem nr. V. *Quod meus hortus habet, sumas impune licebit: Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.* Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 484. — V. 8. πυγά. Non aliter lusit *Marc. Argent.* Ep. XXII. ἦν δὲ μόνον τὸ θίγῃς τῆς ἰσχάδος, ἰσχάδα δώσεις· Ὡς ἰσότης πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.

LVII. Anth. Plan. p. 333. St. 472. W. In Amores deorum arma gestantes. Anaglyphum poëtam describere puta. Cf. *Secundi* Ep. T. III. p. 5. Fuit ejusmodi anaglyphum in Museo Capitolino. Vide *Propyläeen* T. I. p. 43. — V. 2. φρυασσόμενοι. *exultantes et triumphantes. Secundus* l. c. ὅπλα φέρουσι θεῶν νήπι' ἀγαλλόμενοι. φρυάττεσθαι dicuntur, qui spiritus sumunt. Hinc φρύαγμα et τῦφος frequenter jungitur. Vide *Intrpp. Thomae M.* p. 901. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Pallad. 2. p. 605. *Wetsten.* ad N. T. II. p. 479. — V. 6. λαμπάδα. Vulgo *Br.* nihil de emendatione monuit. Sed vera est procul dubio, sive a cod. oblata, sive ab ingenio. Duabus taedis instructa visitur Diana. *Aristophan.* Ran. 1406. Ἀμπύρους ἀνέχουσα λαμπάδας Ὀξυτάταιν χεροῖν Ἑκάτη. Plura in hanc rem, etiam ex nummis, protulit *Spanhem.* ad *Callim.* H. in

Dian. v. 11. p. 169. v. 116. p. 259. — V. 7. οὐκ ἄχθος. Temere igitur indignamur mortales, si quos Amor telis suis superat, cum ipsi dii arma sua Amoribus tradiderint.

7. 228.] *LVIII.* Vat. Cod. p. 394. Planud. p. 379. St. 518. W. In testam, quae tenere palmiti munimenti loco apposita erat. — V. 1. Ἀδριανοῦ vulgo, quod pro nomine proprio potoris cujusdam habebat *Brodaeus.* Nostram lectionem servavit Vat. Cod. Utra forma praeferenda sit, vix dixeris. Ἀδριακὸν πόντον dixit *Strato* Ep. XCI. nec aliter dixit *Horat.* I. Carm. XVI. 4. *sive flamma Sive mari libet Adriano.* Cf. etiam *Steph. Byz.* p. 24. Notanda sunt vasa Adriatica. Fortasse in urbe Adria fabrica erat vasorum figlinorum paulo celebrior; fortasse etiam apud Graecos vasa Itala sic vocabantur, quod ipsis supra mare Adrium adveniebant. Vide ad *Antiphili* Ep. VII. ubi νέκταρ Ἀδριακὸν pro Italo vino occurrit. — λαιμὸς μελίγηρυς. ex cujus collo liquor cum suavi strepitu destillabat. Hinc *Marc. Argent.* Ep. XVIII. de lagena: εὔλαλε, πρηΰγελως, εὔστομε. quae ante oculos habuit auctor ἀδεσπ. Ep. LXXVII. — V. 4. τετομένῳ. Palmes erat acclinis ad tugurii parietem; si sincerum est κλάδῳ, de qua lectione dubitare nos cogit epitheton τρυφερόν. Scribendum puto:

πρὸς τρυφερὸν τετομένῳ κάλαμον,

Palmitibus enim jungebant calamos, quibus se applicarent tenerae vites. *Columella* IV. 12. 1. *arundines singulis viticulis applicabimus binas, aut, si regionis conditio permittit, de vepribus hastilia. Virgilius* Georg. II. 358.:

Tum laeves calamos et rasae hastilia virgae
Fraxineasque aptare sudes furcasque valentes,
Viribus enisi quarum et contemnere ventos
Adsuescant, summasque sequi tabulata per ulmos.

Anthol. Lat. T. I. p. 490. *Foecunda vitis conjuges ulmos*

gravas, Textasque inumbras pampinis arunditas. — V. 5. Pro γὰρ Vat. Cod. δὲ legit.

LIX. Cod. Vat. p. 401. Anth. Plan. p. 33. St. 49. W. De vacca simul arante et vitulum lactante. — V. 1. πυρητόμον. *Brunckius* tacite in textu posuit. Vat. Cod. γυρητόμον legit, quae est vulgata lectio omnium edit. praeter eam, quam *Nicolini Sabienses* curarunt. Haec enim γυητόμον exhibet. Idem in mentem venerat *Brodaeo*, qui et γειοτόμον suspicatur, et Anonymo Bibl. Bodlej. *Scaliger* in not. msc. γυρητόμος tentavit, nulla interpretatione addita. δάμαλις· γυρητόμος esset, quae aratrum orbiculatim ducit; sed sic malim γυητόμος, terram proscindens. *Grotium* γυητόμον probasse, apparet ex latina ejus versione: *scindentes jugera sulcos.* His omnibus elegantior *Brunckii* lectio, praesertim ob sequens τέμνει; an etiam verior et sincerior, dubitari debet. — V. 3. ἀροτρευόντων. Plan. et Vat. Cod. Ap. *Huetium* p. 6. *Jos. Scaliger* emendasse dicitur μετ' ἀροτρευόντων ζεύγλης; sed in notis msc., quas mihi consulere licuit, ἀροτρευόντος legit, ut etiam doctissimo praesuli in mentem venit. — V. 4. δεύτερον ἄλγος. *Asclepiad.* Ep. XIX. καὶ τὸ τρίτον ἄλγος ἔρωτι. — V. 6. ἐὰν φείσῃ, sine dubio ad vaccam referendum. Non satis accurate *Grotius: Si parcere matri non vis, at vitulo parce, juvencus erit.* — δαμάλης malit *Brodaeus*, quia poëta ὁ μόσχος dixerit.

LX. Cod. Vat. p. 405. Anth. Plan. p. 9. St. 15. W. Leonidas munera ipsi post mortem a Xerxe oblata aspernatur. In eodem argumento versatur *Antiphil.* Ep. XXXVIII. unde hoc expressum. — V. 1. πολλὸ δέμας. Ingens Leonidae corpus. αὐτοδάϊκτον. quia Leonidas se ultro morti objecerat. — V. 2. εὐχλαῖνον Ald. in Lectr. idque receptum in Ald. 2. 3. — V. 3. ἤχνεον. Vulgo et in Cod. Vat. Causam emendationis reddere neglexit *Br.* quae mihi quidem minime videtur necessaria. ἠχεῖν;

ut Latinorum *sonare*, is dici potest, qui alta voce aliquid recitat. Sic certe *Pindarus* ap. *Dionys. Hal.* de comp. verb. T. II. p. 41. ἀχεῖτε ὀμφὰ μελέων σὺν αὐλοῖς, Ἀχεῖτε Σεμέλαν ἑλικάμπυκα χοροί. *Sophocl.* Trachin. 866. ἠχεῖ τις οὐκ ἄσημον, ἀλλὰ δυστυχῆ κωκυτὸν εἴσω. i. e. *edit.* Sed vide, an *Philippus* scripserit:

κὴκ νεκύων δ' ἤχησεν ἔπος Σπάρτας πολὺς ἥρως.

Leonidas Tar. Ep. LXI. τῇδ' ἔπος ἐκ γαίης τόσον ἄπυεν. Cf. Not. ad *Asclepiad.* Ep. XIX. T. I. P. II. p. 38. — V. 5. αἶρε. *Brunck.* revocavit lectionem ed. pr. Flor. et Ald. quam Vat. Cod. confirmat. Vulgo ἔῤῥε, quod Aldus in Cod. quodam reperit. — V. 6. κήξω. Vat. Cod.

LXI. Cod. Vat. p. 407. sq. Anth. Plan. p. 26. St. 41. W. In laurum, quae in Caesaris ara enata erat. *Julius Caesar* L. III. de bello civili 105. ubi et alia ostenta commemorat, *Trallibus*, ait, *in templo Victoriae, ubi Caesaris statuam consecraverant, palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento exstitisse ostendebatur.* Verum huc inprimis facit historia, quam *Quintilianus* narrat Inst. Or. VI. 3. 77. *Augustus nuntiantibus Tarraconensibus, palmam in ara ejus enatam, Apparet, inquit, quam saepe accendatis.* Ad hoc prodigium *Philippus* haud scio an respexerit. Eadem enim res varia ratione narrari potuit, et ipse poëta, acuminis captandi causa, fortasse laurum pro palma posuit. Erat Tarracone templum Augusti, sub *aeternitatis Augustae* nomine exstructum, cujus effigies in nummis Tarraconensium occurrit. Iidem, ut erant insigni erga Augustum studio conspicui, post ejus mortem quoque *aram cum palma* in nummis exhibuerunt. Vide *Vaillant* Numism. Aer. Imper. T. I. p. 45. Simile prodigium narrat *Dio Cass.* XLVIII. p. 559. 45. — V. 1. Δάφνη ποτὶ, verbis transpositis, Vat. Cod. quo reposito versus mollius decurret. — ἀνέτελλεν. Idem. — V. 2. μελαμπέταλον. Vat.

Cod. δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον dixit etiam *Meleager* Ep. I. 14. — V. 4. θέλει Ζῆνα. Vat. Cod. quod fortasse servari debebat. — Caesares suos adulantes Romani Joves appellare solent. *Oppian.* Κυνηγ. I. 3. Αὐσονίου Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος Ἀντωνῖνε. cum quo loco nostrum comparavit *Arnold.* in Lect. gr. p. 177. *Horat.* I. Epist. XIX. 43. *Jovis auribus ista servas.* Idem II. Serm. VI. 56. *O bone, nam te Scire, deos quoniam propius contingis, oportet.* — ¶. 229.] V. 6. μὴ σὺ τίκτειν. *Jos. Scaliger* in not. msc.

LXII. Cod. Vat. p. 449. Difficile hoc Epigramma edidit *Salmasius* Histor. Aug. T. II. p. 218. et ex eo *Burmannus* ad Sueton. Claudium c. 21. p. 756. et iterum *Burm.* II. ex Cod. Vossiano et Grotii in *Dorvill.* Sic. T. II. p. 430. *Reiskius* in Jensian. nr. 78. p. 145. nr. 728. Thessalorum in tauris domandis artificium describitur. Plurimum ad sensum illustrandum facit *Plinius* H. N. VIII. 45. p. 472. *Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice tauros necare.* quem locum ex hoc carmine sic corrigere conabatur *Salmasius*: *cornu intorto restibus* sive *retibus*; frustra, monente *Vossio* ad *Catull.* p. 194. sq. Disertius illud Thessalorum inventum describit *Sueton.* in Claud. c. 21. in ludorum commemoratione, quos Claudius exhibuerat: *praeterea Thessalos equites, qui feros tauros per spatia circi agunt, insiliuntque defessos et ad terram cornibus detrahunt.* Hinc apparet, quo sensu apud *Plinium* accipienda sint verba *cornu intorta cervice*; quae lucem lucrantur etiam ex *Theocriti* Eid. XXV. 145. Herculem, taurum domantem, pingentis:

τοῦ μὲν ἄναξ προσιόντος ἐδράξατο χειρὶ παχείῃ
σκαιοῦ ἄφαρ κέραος· κατὰ δ' αὐχένα νέρθ' ἐπὶ γαίης
κλάσσε βαρύν περ ἐόντα.

Alia hujus generis dedimus in Exercitatt. crit. T. II. p. 121. Ceterum confer, quod *Burmannus* monuit;

monimentum antiquum inter Marmora Oxon. p. 267. in quo festum ταυροκαθάψια, seu juventutis Thessalicae exercitia in tauris domandis, exhibetur; et *Dion. Cass.* LXI. 9. p. 988. — V. 2. ἀτευχέτοις. Nullis igitur armis instructi tauris adequitabant. Non argutandum in eo, quod iidem equites ὁπλιζόμενοι dicuntur, i. e. promti et parati ad tauros petendos, quamvis sine armis. Oxymori speciem de industria effecisse videtur poëta. θηρσὶν, i. e. εἰς θῆρας, *in feros tauros.* — V. 3. „Quid sint δενδροτυπεῖ „πῶλοι, non ego magis aliis dixerim. Quomodo *Grotius* „intellexerit, ex ejus versione non liquet:

„*Sed rapido saltu, velut alta evellitur arbor,*
„*Sic jacere in frontem fortia vincla parat.*

„Nihil simile in graeco hexametro, qui, ut et sequens, „corruptus mihi videtur." *Brunck.* δενδροτυπεῖ dedit *Jens.* et *Salm.* quod *Reiskius* in κεντροτυπεῖ mutandum censebat; cujus conjecturae eum postea poenituit. Verum videtur, quod *Schneiderus* reponendum censebat:

κεντροτυπεῖς πώλους —

equos stimulo excitatos. — Mox haeremus in ζεύξει, quae est scriptura Cod. In *Dorvillii* Sicul. perperam excusum τεύξει. *Brunckius* corrigit πελάσει, conjectura non minus audaci quam improbabili. Futuri temporis terminationem ab h. l. alienam esse, apparet ex v. 6. ubi est ἐξεκύλισε. Melius, ex hac quidem parte, *Reiskius* ζεῦξε. In marg. ap. Pawiani δενδροτυπεῖ ζεύγει habetur, quod fortasse ex Vossiano libro fluxit. Verbum videtur requiri, quod *incitare*, *impellere*, sive etiam *inscendere* significet. Tum fortasse ante σκιρτήματι incidendum, ut jungantur verba sic: σπεύδων ἀμφιβαλεῖν πλέγμα σκιρτήματι ταύρων, periphrastice pro ταύροις σκιρτῶσι. — V. 4. tauri fronti laqueum circumjicere studens: σπεύδων ἀμφιβαλεῖν τῷ μετώπῳ πλέγμα. Hinc πλέγμα μετωπίδιον, nove, nec tamen contra horum poëtarum consuetudinem. Quamvis laquei

quei in hac Thessalorum exercitatione nulla alibi mentio fiat, vix tamen licuerit poëtae verba in alium sensum accipere. Non enim facile accesserim *Vossio* ad *Catull.* p. 195. πλέγμα et ἅμμα h. l. de manuum vinculo interpretanti; multo minus *Pauwio*, qui μετωπίδιον πλέγμα interpretatur de cornibus inflexis et in se recurrentibus, quae illi conentur ἀμφιλαβεῖν, (sic enim corrigit,) manibus tenere. — V. 5, ἀκρότατον ἅμμα. laqueus summis cornibus innexus. εὔτροπον. facile ad levem impulsum sese inclinans et in quamcunque partem velis vergens. Sic haec cum *Reiskio* explicari possunt; nec tamen huic interpretationi multum tribuerim. — V. 6. τόσην Vat. Cod. et ἐξεκύλησε. τόσσην ἐξεκύλισσε *Salm.* ἐξεκύλισε scribendum esse docuit *Brunck.* ad Theocrit. XXI. 70.

LXIII. Cod. Vat. p. 370. Planud. p. 73. St. 106. W. Naufragus a fluctibus circumactus, in patris cadaver incidit; quo conscenso salvus in portum pervenit. — V. 2. φύσιος. Vulgo. νῆα φύσεως. nec manu factam, nec consulto delectam, sed ab ipsa natura mihi oblatam et ob hanc causam jucundiorem. — V. 3. ἐλθὸν omnes veteres, praeter Steph., qui ἐλθὼν habet, eumque secuta Wech. — V. 5. ἤγαγεν εἰς λ. δὲ καί. Vat. Cod. aeque bene.

LXIV. Cod. Vat. p. 396. sq. Planud. p. 82. St. 120. W. Platanus, quam venti everterant, vino irrigata denuo virescere coepit. Optime *Brodaeus* laudavit *Macrob.* Saturn. II. 9. *Hortensius platanos suas vino irrigare consuevit.* *Plinius* T. I. p. 655. *Tantumque postea honoris increvit, ut mero infuso enutriantur; compertum, id maxime prodesse arboribus.* Add. *Martial.* L. IX. 62. de Caesaris platano: *Crevit et effuso laetior umbra mero.* Vehementer igitur a vero sensu aberravit *Opsopoeus*, qui hoc carmen de vite platanum obumbrante interpretatur. — V. 1. εἰδθαλῆ. Vat. Cod. — V. 2. δακρύοις,

Vulgo. — V. 3. ἔστι. Ed. pr. Flor. et Ald. ἔστη Ald. 2. ἔστην, quod Ald. in Cod. invenit, Ald. 3. et Ascens. — ὄμβρων. cum hic mihi latex quovis anni tempore ipso Jovis imbre sit laetior et utilior. — V. 6. ἄλλων κλινομένων. De ceteris arboribus, vento prostratis, interpretatur *Brodaeus*; cujus explicationem merito impugnat *Burmannus* Anth. Lat. T. II. p. 356. Argutior est sensus, quem *Grotius* perspexit et optime reddidit his verbis:

Sic mihi vita redux: aliorum corpora flectis
Evius: at nostrum rectius esse dedit.

LXV. Cod. Vat. p. 398. Anth. Plan. p. 52. St. 75. W. De muliere, quae, cum omnes suos liberos morte sibi ereptos vidisset, etiam adoptivum filium praematura morte perdidit. — V. 1. ἡ πυρὶ πάντα τεκοῦσα. quae omnes suos liberos rogo et flammis peperit. — »βαρύπενθος habent libri omnes et hinc agnoscunt Lexica. »Analogiae magis consentaneum esset βαρυπενθής.« Br. a *Schneidero* monitus. βαρυπενθὴς etiam *Jos. Scaliger* in not. msc. emendavit. — ¶. 230.] V. 3. ἐφόρμισα. Vat. Cod. Ald. 2. et ed. Nicol. Sabiens. ἐφώρμισα, τὸν θυμὸν sc. animum ad alienos applicui liberos. — V. 5. οὕτως. quamvis ipsa liberos pepereram, eo tamen deveni, ut filius mihi adoptandus esset. — V. 8. καὶ λοιπαῖς. Sic *Philippum* scripsisse dubito. Fortasse legendum:

ἤδη κἀλλοτρίαις πένθος ἐγὼ γέγονα.

LXVI. Cod. Vat. p. 399. Planud. p. 53. St. 75. W. Aristodice, senorum liberorum mater, omnes amisit, partim morbo, partim naufragio. — V. 2. ἄχθος. Idem quod alibi ὄγκος in eadem re. δουλοσύνας ἄχθος ἐκφυγόμενος. *Aristo* Ep. I. p. 258. — V. 3. ἤρισε. terra et mare, quasi certamine inito, in eam furit. — V. 4. ἤμυσαν. Fortasse ex *Homero* Il. Θ. 306. μήκων ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν — ὣς ἑτέρωσ' ἤμυσε κάρη. — V. 5. ἀεί. Omnes veteres praeter Ascens. Steph. — Ad cippos eorum, qui in terra perie-

runt, luscinia est; naufragos autem flet ut alcyon. *Eumath.* de Hysm. et H. L. X. p. 448. τὴν γλῶτταν ἀλκυόνος πολυπενθέστεραι, ἀηδόνος θρηνητικώτεραι, αὐτῆς Νιόβης μιμούμεναι τὸ πολύδακρυ, πρὸς θρῆνον ἐρίζουσαι. Anthol. Lat. T. II. p. 126.:

Cum te, nate, fleo, planctus dabit Attica aëdon,
Et comes his lacrymis veniet pro conjuge Seiren,
Semper ut Alcyona flebit te voce suprema.

LXVII. Cod. Vat. p. 263. Planud. p. 212. St. 309. W. ἄδηλον. Iterum p. 248. St. 360. W. ubi Φιλίππου. In naufragi cadaver, ab undis et scopulis misere laceratum. — V. 1. ξένιον τόδε σῆμα. Vat. Cod. et Plan. loco priore. Loco sec. ἠϊόνι. At pro σῆμα omnino σῶμα scribendum, quod jam *Huetius* viderat p. 21. et sic *Brunck.* in Lect. emendavit. *Brodaeus* interpretatur, quasi legisset Ἰόνιον. *Grotius* vulgatam interpretatione tuetur sua: *Sparsa vides hominis miseri monumenta per actam.* Sed σῆμα sic, ut reliquias significet, ab antiquis usurpatum esse dubito. Saepenumero autem confusa verba σῆμα et σῶμα. [In edit. Lips. in marg. infer. male excusum: *Scr.* σῆμα. pro: *Vulgo* σῆμα.] — V. 2. ψυχόμενον. Plan. l. pr. Altero ἰσχόμενον. Vat. Cod. ἰσχυμένων. — V. 4. κόρσῃ. Vat. Cod. et mox χειρῶν. κόρσην. Ed. pr. Fl. et Ald. utroque loco. — V. 6. ἁρμονίῃ. *Epicrates* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. D. de Laïde: ἐπεὶ δὲ δολιχὸν τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει, τὰς ἁρμονίας δὲ διαχαλᾷ τοῦ σώματος. *Crinagor.* Ep. XXXV. p. 150. ἀγλώσσου δ' ἁρμονίῃ στόματος.

LXVIII. Cod. Vat. p. 452. Planud. p. 2. St. 5. W. In vitem acerbas uvas proferentem. — V. 2. ἡ Βορέου ἔχ. Vat. Cod. *Brunckius* dedit lectionem Cod. Vat., Βορβόρου tamen melius esse judicans, ut ap. *Diodor. Jun.* I. 2. Sed ibi quoque Vat. Cod. et *Suid.* Βορβόρῳ λαίλαπι exhibent. — V. 3. νιφοβλῆτος Vat. Cod. a pr. man. Idem κρυμώδεας a pr. man. *Opsopoeus* fluctuat inter κρυμώδεας,

κρυώδεις et κρημνώδεις. — V. 4. σιδηροτέκον Ἰβηρίδος. Non de Hispania accipiendum, sed de Iberia, quae inter pontum Euxinum et mare Caspium erat posita. Huic tribuit, quod vicinae Chalybum terrae proprium esse putabatur, τὸ σιδηροτοκεῖν. Vide *Schol. Apollonii Rhodii* I. 1323. Idem II. 1007. ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες. *Aeschyl.* Prometh. 720. οἱ σιδηροτέκτονες οἰκοῦσι Χάλυβες — ἀνήμεροι. Cf. *Casaub.* Lect. Theocrit. III. p. 247. — ¶. 231.] V. 5. ὀμφακοφῶντας. Vat. Cod. a man. sec. βοτρυώεντα fuit supra ap. *Diodor. Zon.* Ep. III. Cf. *Nicander* Alexiph. 184. Hinc ῥαγίζειν. *Theocrit.* Eid. V. 112. — ἐγείνατο. Vat. Cod. et mox ἐπὶ πάντοις. Error in marg. emendatus. — ἀπεπάντους. ἀπέπειρον ὀπώρην vocat *Leonid. Tar.* Ep. XLIV. πεπάνων βοτρύων ῥᾶγα *Epigon. Thess.* Ep. I. p. 306. — V. 6. στυφελὴν σταγόνα. quae acerbitate os contrahit. Quidam uvam immaturam mordens χείλεα στυφθεὶς χαμάδις βάλεν. Epigr. ἀδέσπ. 386. *Alcaeus Mess.* Ep. XVIII. πηγόεσσαν ἄχερδον, ἀποστρέφουσαν ἰδεῖν χείλεα. Hinc translate *Themistius* Orat. XXVII. p. 339. A. ὡς ἂν εἰ (ψυχὴν) σκληρὰν ἰάσῃς καὶ στρέφουσαν. — V. 7. Lycurgum alterum, (Dryantis fil. vide Il. ζ. 130. *Apollodor.* L. III. 5. 1.) ejusmodi vites radicitus exstirpare velit poëta. — θερίσῃς. Vulgo. In Vat. Cod. a pr. manu θερίσεις, quod vulgatae non praeferendum.

LXIX. Cod. Vat. p. 359. Φιλίππου, οἱ δὲ Ἰσιδώρου. Utrique poëtae tribuitur etiam in Plan. p. 4. St. 8. W. In claudum et coecum, sibi invicem opitulantes. Expressit noster *Platon. Jun.* Ep. I. p. 175. Cf. *Leonid. Alex.* Ep. XXXIV. — V. 2. Id quod natura alteri negaverat, alter ei mutuo dabat. — αὐτούς. vett. edd. prope omnes. — V. 4. ἐρθοβάτει. Vat. Cod. — φωναῖς *Brodaeo* suspectum, praecipue, ut videtur, propter archetypum *Platonis*, ubi est: κατωμάδιον βάρος ἄρας Ἀτρέπτω ἀθνείοις ὄμμασιν ἠεροβατεῖ. Quare suspicatur φάεσι sive

γλώσσαις. Non hic haesit *Grotius*, qui vertit: *Claudus item coeco voce gubernas iter.* — V. 6. »εἰς ἔλεον. Sic »libri omnes absque sensu. Recte emendat *Guil. Canterus* N. Lect. III. 23. εἰς τέλεον.« *Br.* Eandem conjecturam invenio ap. *Wetsten.* N. T. II. p. 249. Frustra eam quaesiveris in edit. Nov. Lect. quae prodiit Basileae 1566. sed est in Lampade Crit. T. III. p. 585. Optime sibi invicem opponuntur τὸ ἐλλιπὲς καὶ τὸ τέλεον. *Plutarch.* T. II. p. 2. ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως ἐλλιπὲς, ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν ἀτελές.

LXX. Vat. Cod. p. 395. Planud. p. 29. St. 45. W. De apro, qui, dum aries puerum cornibus feriebat, vinculis ruptis et impetu in arietem facto, hunc dente percussit. — V. 1. κορύπτων reperit Aldus in Cod. cum in Ed. pr. esset κορύπτης. In Schol. Wechel. haec notantur: γρ. καὶ κορύπτης, ἵν' ᾖ τὸν παῖδα τῆς κορύπτης. ἢ κορύπτων κέρασι, παίσας καὶ κόπτων καὶ ὠθῶν. In Vat. Cod. καλύπτρης legitur. Hoc verum videtur. Certe haud facile intelligas, quomodo ex κορύπτων, si sic scripsisset *Philippus*, καλύπτρης factum sit. — V. 3. Ἡράκλειος. Aprum Herculi sacrum fuisse, aliunde vix notum. — ἀποῤῥήξας neutraliter accipi video, *prorumpens e vinculis*. Vulgaris ratio ferret, ἀποῤῥήξας τοὺς δεσμοὺς, nec aliter locutos esse veteres puto. *Philippus* vero scripsisse videtur:

κάπρος δ' Ἡράκλειος ἐπιῤῥάξας ἀπὸ δεσμῶν.

vinculis ruptis in arietem irruens. sive, quod eodem redit:

ἐπιῤῥήξας ἀπὸ δεσμῶν.

Diodor Sic. XV. 84. p. 68. ἄφνω τοῖς Μαντινεῦσιν ἀνελπίστως ἐπέῤῥαξεν. Ibid. 85. 70. ἐπιῤῥαξάντων ἀλλήλων τῶν ἱππέων. Vide *Budaei* Comm. L. Gr. p. 1100. 10. — V. 4. ἔβαψε γένυν. *Antip. Thess.* Ep. XXVI. βαψαμένη κοίλων ἐντὸς ἄρη λαγόνων. — V. 5. ζωὰν ν. δ' ἐχαρίσατο. Vat. Cod. ἐχαρίσατο. ed. Flor. Ald. pr. et Junt. reliquae duplici σ. Non opus est fulcro, cum ι in hoc verbo producatur. —

ἀπὸ Ἥρης. Insolenter dictum et obscure, ita ut sensum magis conjectando consequamur quam intelligamus. Hercules, dum puer esset, Junonis iniquae ira exercitus puerorum misereri didicit. *Jos. Scaliger* in not. msc. ὑπὲρ ἥρην emendat.

LXXI. Cod. Vat. p. 366. Plan. p. 31. St. 47. W. Historia de puero, cui glacies Hebri, sub ejus pedibus rupta, caput absciderat, quod sepultum est, reliquo corpore fluctibus abrepto. Idem argumentum tractavit *Statyll. Flacc.* Ep. XII. p. 264. sq. Latinam hujus carminis versionem, sub *Julii Caesaris* nomine, edidit *Aldus* in Catalect. p. 79. *Germanico Caesari* alii eandem tribuunt, quos vide in Anthol. Lat. T. II. p. 62.

Thrax puer adstricto glacie dum luderet Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumque imae partes rapido traherentur ab amne,
Abscidit heu tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urna,
Hoc peperi flammis, cetera, dixit, aquis.

Uno disticho auctius produxit *Marqu. Freberus* L. I. Parerg. c. 23.:

Me miseram! plus amnis habet, solumque reliquit,
Quo mater nati nosceret interitum.

De antiquitate hujus carminis dubitarunt *Dorvillius* in Misc. Obss. Nov. Vol. I. P. III. p. 151. et *Bonada* Vol. II. p. 264. — V. 2. ἐμβαίνων. Vulgo. et sic Vat. Cod. ἐμβαίνων dederunt ed. Nicol. Sabiens. et Schedae Krohnianae. In eandem lectionem incidit *Jos. Scaliger* in not. msc. — ἔφυγεν. Vat. Cod. et Plan. — V. 3. λαγαρούμενον. ad ποταμὸν referendum. *in glaciem jam tenuem et attritam.* Vide ad Ep. X. 3. — V. 6. πρόφασιν ἔχειν nonnunquam dicuntur ea, quae non justam et plenam actionis causam habent, sed speciem tantum. — V. 7. ἐκεῖλατο. Vat. Cod. — V. 8. ἔλαις. Vat. Cod.

T. 232.] *LXXII.* Vat. Cod. p. 369. ſq. Planud. p. 44. St. 64. W. Hiſtoria de cane venatico, qui, cum delphinos circum navem ludentes videret, eos perſecuturus in mare deſiliit fluctibusque ſubmerſus eſt. — V. 2. πελάγεος. Plan. — V. 3. θηρεῖν Vat. Cod. — V. 6. πάντων. *non omni canum generi.* Sunt enim canes marini, quos poëta reſpicit. Jejunum carmen et in fine praeſertim ſine nervis.

LXXIII. Vat. Cod. p. 434. Planud. p. 47. St. 69. W. Argutum formicarum inventum, quo urceum in aqua collocatum petebant, deſcribitur. — V. 1. Mira eſt aberratio Vat. Cod. in fine verſus, ubi ἤνίκα τήνδε legit. Sic verbum deſiderari apparet. — V. 2. σμηνοδόκου pro nomine proprio habebat *Brodaeus* et *Grotius*: *Smenodoco fuerant quae condita mella ferebant Formicae.* Majore initiali vocem exhibet edit. Nicol. Sabienſ. σμηνοδόκος tamen agricolam ſignificare videtur, apium culturae et mellificationi ſtudentem. *Joſ. Scaliger.* σμηνοδόκον emendavit, unde non ſatis video quid lucremur. — V. 3. προσσέν. Vat. Cod. et Plan. — V. 5. „In Planudea ſic legitur: οἱ δὲ νέας κούφας ἀχύρτιδας ἀντιφέροντες. „In quo verſu tres graves mendae, quarum una tantum „ſublata, νεῶν repoſito pro νέας. In Vat. Cod. vox κούφας „deeſt, vacuo relicto ſpatio. Scribendum κάρφας, *feſtucas.* „In ἀχυρτίδας metri lex violata. Nam prima in ἄχυρον, „ἀχυρμιὰ, et aliis derivatis ſemper brevis. ἀχυρτίδες *pa„leolae*; in H. Stephani Theſauro ex veteri Lexico ſine „auctoritate, ex hoc loco adſtrui non poſſunt; nam cor„ruptus eſt. Scribendum ἀχυρίτιδας. Nihil verius hac „emendatione. Sic itaque verſus integer legendus:

„οἱ δὲ νεῶν κάρφας ἀχυρίτιδας ἀντιφέροντες.

„i. e. οἱ δὲ φέροντες κάρφας ἀχ. ἀντὶ νεῶν." *Br.* Verum ſenſum probe perſpexit *Grotius* vertens: *Grex tamen ille venis, paleis pro puppibus uſus.* ἀχυρίτιδας Brunckio

suppeditavit *Schneiderus.* — V. 6. πρὸς τάχος. Planud. Miram hanc lectionem non dubito ortam esse ex τεῦχος, quod vocabulo κύτος pro interpretatione superscriptum, eum temere in textu esset positum, ne metro officeret, in τάχος mutatum est. — V. 7. γαστὴρ ἀνάγκασεν. *Euripides* ap. *Clem. Alex.* p. 622. νικᾷ δὲ χρεία μ', ἡ κακῶς τ' ἀλωμένη γαστήρ. quod ductum ex *Homeri* Od. σ. 53. ἀλλά με γαστὴρ ὀτρύνει κακοεργὸς, ἵνα πληγῇσι δαμείω. Vide *Berglerum* ad *Alciphr.* L. III. 6. p. 30. ed. *Wagn.* Locus *Alexidis* ap. *Athenaeum* L. X. p. 422. A. B. sic numeris suis restituendus esse videtur:

— — μάθοις δ' ἄν, οἷον ἀνθρώποις κακὸν
ἐστὶν ἡ γαστὴρ, διδάσκει θ' οἷ', ἀναγκάζει θ' ὅσα.
εἴ τις ἀφέλοι τοῦτ' ἀφ' ἡμῶν τὸ μέρος ἀπὸ τοῦ σώματος,
οὐδ' ἂν ἀδικοῖτ' οὐδὲν οὐδεὶς, οὔτ' ἂν ὑβρίζοιθ' ἑκών.
νῦν δὲ διὰ ταύτην ἅπαντα γίνεται τὰ δυσχερῆ.

Ibidem ap. *Diphilum* p. 422. C. legitur:

κοὐ προστίθημι τἄλλα, διότι πανταχοῦ
διὰ τὴν τάλαιναν πάντα ταῦτα γίνεται.

ubi etiam de ventre agitur. Sed ταῦτα vitiosum est. Alii aliter tentant; mihi autem una litera mutata scribendum videtur:

διὰ τὴν τάλαιναν πάντ' ἄτακτα γίνεται.

Vide quae attulimus in Exercitatt. crit. T. I. p. 100. ubi aliis locis eandem adhibuimus medicinam. Fortasse etiam ap. *Eusebium* in *Stobaei* Flor. VI. p. 79. 4. pro τοῖς καταναγκάζουσι ταῦτα legendum, τοῖς καταναγκάζουσιν ἄτακτα.

LXXIV. Cod. Vat. p. 475. Planud. p. 321. St. 461. W. „Male *Brodaeus* et *Opsopoeus* hoc Epigramma „de ponte a Caligula facto ad Puteolos interpretantur, „de quo cf. *Dio Cass.* T. II. p. 920. Nam accipiendum „de portu Julio ab Agrippa facto, de quo *Dio* p. 565.“

Schneider. Vide ad *Antiphili* Ep. XVI. unde nostrum expressum. — V. 1. τόλμη. Ed. pr. Flor. et Vat. Cod. — V. 2. ἔλυσε χρόνος. Manifeste *Philippus* respexit *Herodotum* VII. 34. p. 526. καὶ δὴ ἐζευγμένου τοῦ πόρου ἐπιγενόμενος χειμὼν μέγας συνέκοψέ τε ἐκεῖνα πάντα καὶ διέλυσε. Unde fere suspicor, poëtam scripsisse:

τοὺς δὲ τόσους καμάτους πάντας ἔλυσε ῥόος.

— V. 3. Δικαιαρχία. Ed. pr. Flor. et Vat. Cod. — διηπείρωσε. *Himerius* de Xerxis miraculis agens Eclog. V. 3. τί καλύπτεις ἠπείρῳ τὸ ῥόθιον; Idem Or. II. 24. p. 409. τοῖς μὲν γὰρ πορθμοῖς ἐπετίθει τὴν ἤπειρον. Caeterum eandem comparationem *Lucanus* instituit inter Xerxis labores et Caesaris aggerem ante Brundusium actum, L. II. 672.

Tales fama canit tumidum super aequora Persen
Construxisse vias, multum cum pontibus ausus,
Europamque Asiae, Sestonque admovit Abydo,
Incessitque fretum rapidi super Hellesponti,
Non Eurum Zephyrumque timens: quum vela ratesque
In medium deferret Athon. Sic ora profundi
Artantur casu nemorum. Tunc aggere multo
Surgit opus longaeque tremunt super aequora turres.

— V. 5. βαθυστήριγμα. Vat. Cod. — λᾶα. ipsam molem, altis quasi radicibus in mare actam. — V. 6. χερσὶ γιγαντ. *Antip. Sid.* Ep. LI. ποῖοι χθονὸς υἷες ἀνυψώσαντο γίγαντες. *Antiphil.* XVI. Κυκλώπων τάδε χεῖρες ἐνιδρύσαντο θαλάσσῃ. — Haereo in νέρθεν. Mole jacta, aqua, quae intra ejus brachia erat, tranquilla jacebat. At hoc non est νέρθε, sed ἐντὸς τῶν χηλῶν. Quare vide, an legendum sit:

ἔστασε νωθρὸν ὕδωρ.

Antip. Sidon. Ep. LXIV. ἀλλὰ τὸ νωθὲς Πίδακος ἐκ τυφλῆς οὐκ ἐτάχυνεν ὕδωρ. Quod fonti reprehensioni est, τὸ νωθρὸν ὕδωρ, mare intra portum commendat. *Pigram aquam* sic

dixerunt veteres. *Albinovanus* in Anth. Lat. L. II. 121. p. 288. *pigris immania monstra sub undis. Tacit.* in Vita Agric. c. 10. *mare pigrum et grave remigantibus perhibent; ne ventis quidem perinde attolli. Lucan.* V. 434. *Aequora lenta jacent, alto torpore ligata. Pigrius immotis haesere paludibus undae.* — V. 7. ἦν δ' ἀλλ' αἰεὶ κτλ. δ' ἐπὶ ναύταις. Vat. Cod. ἐπὶ ναύταις est etiam in Planud. In margine Wechel. haec notantur: γρ. καὶ οὕτως· ἦν δὲ διαπλώειν· διοδευομένη δ' ὑπὸ ν. Vereor, ut versus initium ab omni labe immune sit. Cur enim poëta dixit ἦν πλώειν? Nonne etiam tum, cum hoc carmen scriberet, *navigare licebat*, tuta ad Dicaearchiam statione parata? Lectio Vatic. cod. eo ducit, ut corrigas:

ἦν ἅλ' ἀεὶ πλώειν.

Jam antithesin habes; nec amplius incertum, quo διοδευομένη pertineat. Semper quidem per maria navigare licebat; quod autem olim nonnisi a nautis percurrebatur, nunc etiam peditibus factum est meabile. In priore membro omissum est μὲν, ut saepenumero ante δέ. Vid. *Zeune* ad *Viger.* de Idiot. p. 520. In eandem emendationem incidisse *Salmasium*, nunc ex libro Lennepiano intelligo.

T. 233.] *LXXV.* Cod. Vat. p. 263. Edidit *Salmas.* in Plin. p. 611. et ex eo *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* p. 492. *Kuster.* ad *Suidam* v. δυσμέοντες T. I. p. 636. *Reiske* in Anth. nr. 601. p. 87. Idem argumentum ante *Philippum* tractavit *Antiphilus* Ep. XXXVII. p. 179. ubi vide not. — V. 1. πρώτην. *Reiskius* sibi persuadet, πρῶτος legendum esse. Sic sane vulgaris dicendi ratio requireret. — ἐμύησας. per te Troja primum bello imbuta est. — V. 2. θυμὸν δόρατος. Proprio sensu potest accipi. *Homer.* Il. θ. 111. ἦ καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσιν. et Il. π. 74. οὐ γὰρ Τυδείδεω Διομήδεος ἐν παλάμῃσιν Μαίνεται ἐγχείη. — V. 4. ἐκκεχύνκε. Ap. Lips. ἐκκεκόνηκε est in mem-

branis. Arbores circa Protesilai tumulum iram adversus Trojam edunt et quasi *parturiunt*. — V. 5. ἐπ' apogr. Lips. — Summae arborum frondes, versus Ilium spectantes, marcescunt et foliorum deponunt decus. Perperam nonnulli post γὰρ distinguunt. Vide *Olear.* ad *Philostr.* Her. 2. p. 672. et *Bod. a Stap.* ad *Theophr.* l. c. — V. 6. καρποῦται. Ap. Lips. — V. 7. ἔζεσας. quanto animus tuus aestu ebullivit. Verbum ζέειν de gravioribus animi affectibus usurpatur. *Christodor.* in Ecphr. v. 219. Οἰνώνη δὲ χόλῳ φρένας ἔζεεν, ἔζεε πικρῷ Ζήλῳ θυμὸν ἔδουσα. *Apollon. Rhod.* L. IV. 391. ὥς φάτ' ἀναζείουσα βαρὺν χόλον. *Euripid.* Iph. T. 987. δεινή τις ὀργὴ δαιμόνων ἐπέζεσε. Plura vide ap. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 56. qui et nostrum locum excitavit, et *Ruhnken.* Epist. crit. p. 224. Adde *Philon.* V. Mosis L. III. Tom. II. p. 178. ζέων καὶ πεπυρωμένος ὑπὸ τῆς νομίμου διαγανακτήσεως. — V. 8. ἀντιπάλοις edidit *Reiske*.

LXXVI. Cod. Vat. p. 265. Edidit *Reiske* Anthol. nr. 605. p. 89. In lapidem molarem, molitoris tumulo pro cippo impositum. — V. 1. με κὴν ζωᾶς χρ. Vat. Cod. quod verum est. κἀν dedit *Reiskius*. Referendum καὶ ad vers. 4. Molitor me, *et* dum viveret, usus est, *et* nunc post fata idem me pro monimento habet. — V. 2. βαρυβρομὰς ἀνεῖχε. Vat. Cod. Nostrum debetur *Salmasio*; certe haec emendatio in marg. ap. Guyet. reperitur. *Reiskius* dedit βαρυβρομήεσσαν sive βαρυβραμήεσσαν δινητὰν π. — V. 3. πυρηφάτου Δάματρος. Vat. Cod. πυρήφατον est in marg. libri Guy. et Ruhnk. Compositum verbum ad analogiam τοῦ ὀδυνήφατος, *dolores domans*. Item πέτρος πυρήφατος, *lapis frumentum terens*. Passiva significatione *Homerus* adhibuit μυλήφατον Odyss. β. 355. Cf. *Eustath.* ad Od. p. 102. 8. Inepte *Corn. de Pauw* in apogr. πυρήφατον Δήμητρα interpretatur Cererem tritici invento celebrem. — V. 5. ὡς ἔχει μ' αἰεὶ β. Vat. Cod. *Brunckius*

recepit lectionem, quam exhibet marg. ap. Guy. et ap. Ruhnk. ἴχνη etiam *Reisk.* correxit.

LXXVII. Cod. Vat. p. 400. Plan. p. 73. St. 107. W. In Damidem, in mari Icario fluctibus submersum. — V. 1. „Voces uncis inclusae τὸ τάφος in Vat. Cod. desunt. „Fulcrum est a sciolo additum. Aliud quid scripserat „poëta.“ *Br.* Equidem verbis transpositis et paulo immutatis legerim:

Ἔμπορος Ἰκαρίων πλώων ἅλα — —

— V. 3. Nicaretum, Damidis patrem, filii casum vidisse puta. — ἐς ὕδωρ. *Propert.* I. 15. 11. *Multos illa dies incomtis moesta capillis Sederat, injusto multa locuta salo.* — φθέγγετο ὑπέρ. Ed. pr. Fl. et Ald. — V. 5. οἰκτίστῳ. Vat. Cod. — Mare audivit Nicareti preces non magis, quam tum, cum Daedalus pro filii vita ei supplicaret.

¶. 234.] *LXXVIII.* Cod. Vat. p. 294. Planud. p. 286ᵃ. St. 414. W. De cippo, quem Architeles lapicida filio Agathenori posuit. — V. 2. ἱερμολόγασι. Cod. Gudian. ἱεργολάβησε legendum suspicatur *Brodaeus: ipsemet construendum suscepit, construxit.* Non video, quid emendationem vulgatae lectionis necessariam reddat. Composito συναρμολογεῖν usi sunt sacri scriptores, in Epist. ad Ephes. II. 21. IV. 16. πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον. Vide *Wetstenium.* — V. 3. αἰ. αἰ. omnes edd. vett. ante Stephan. — Non ferro insculptus lapis, sed lacrymis. *Glaucus* Ep. II. p. 347. κατὰ φλοιοῦ γράμμ' ἐκόλαψε. *Alcaeus* Ep. XXI. p. 491. γράμμα λέλογχε πέτρος Λαοτόμαις σμίλαις κεκολαμμένον. Vide *Valcken.* ad *Herodot.* L. VIII. p. 629. 74. — V. 4. πυκινοῖς. Plan. et Cod. Gudian. — V. 5. φθιμένῳ omnes edd. vett. Sola Steph. vitiose φθιμένῃ, eamque secuta Wech. — V. 6. πατέρων Cod. Gud. — Levis ut sit lapis, optat, ut ille hunc lapidem paterna manu cineribus suis impositum esse sentiat.

LXXIX. Cod. Vat. p. 234. Planud. p. 224. St. 327. W. In puellam, quae ipsa nuptiarum nocte inter saltantium strepitum et clamores exstincta est. Conf. *Meleagr.* Ep. CXXV. — V. 1. 2. laudat *Suidas* v. λωτοὶ T. II. p. 463. ὕμνος ἔχαιρε κρότοις. Si sana est lectio, sensus est, *hymnum comitabatur pedum pulsatio.* *Catull.* LXI. 11. *Nuptialia concinens Voce carmina tinnula, Pelle humum pedibus.* *Euripid.* Iph. Aul. 438. καὶ κατὰ στέγας Λωτὸς βοάσθω καὶ ποδῶν ἔστω κτύπος. — Si tamen Cod. offerret lectionem:

γαμικοῖς οἶκος ἔχαιρε κρότοις,

sive παστὸς ἔ. κρ., hoc non spernerem. In Ed. Flor. et Ald. pr. ὕμνοις ἔχαιρε κρότος. — V. 3. θρῆνος. Luctus in Hymenaei locum successit. ἐκώμαζεν ἀντὶ τοῦ παρεγένετο, *Suidas* hoc distichon laudans in κώμῃ T. II. p. 363. Expressit *Philippus* id, quod *Erinna* in simili casu dixit Ep. III. p. 59. καὶ σὺ μὲν, ὦ Ὑμέναιε, γάμων μολπαῖαν ἀοιδὰν Ἐς θρήνων γοερὸν φθέγμα μεθηρμόσαο. — εἰςκωμάζειν pro irruere, impetum facere, passim, apud sophistas inprimis. *Aristaenet.* L. II. 1. p. 70. ταῖς σαῖς χάρισιν ἐπικωμάσωσιν Ἐρινύες. ubi *Abresch.* p. 180. laudat *Basil.* de Spir. Sanct. c. 30. §. 77. ἀναρχία τις δεινὴ — τοῖς λαοῖς ἐπικώμασεν. Nec aliter *Clemens Alex.* Paedag. II. p. 181. 7.: post nimiam potationem λυγμοί τε καὶ ἔμετοι καὶ παραφροσύναι ἐπεισεκώμασαν. Poëta ap. *Ignatium* Epist. ad Tarsens. p. 75. καινῶς τοσούτων λοιμὸς εἰσεκώμασεν. ut h. l. correxit *Toup.* in Em. ad Hesych. P. IV. p. 156. Post templi Pythici direptionem ἐπέλαμψε παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὁ χρυσὸς, εἰσεκώμασε δὲ καὶ ὁ ἄργυρος. *Athen.* VI. p. 231. E. *Philostratus* Vit. Apoll. VI. 2. His omnibus praeivit *Euripid.* in Phoen. 355. τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε Δώμασιν Οἰδιπόδαο.

LXXX. Cod. Vat. p. 371. Planud. p. 106. St. 156. W. Vetula quaedam cum spicas legens solis aestu graviter affecta periisset, ceterae mulieres eam, rogo ex

ſtipulis facto, combuſſerunt. — V. 2. ἠκρολόγει. ſumma quaeque decerpens, ſpicas igitur. Verbum ἀκρολογεῖν an alibi occurrat, ignoro. *Theocritus* Eid. III. 32. παιολογεῖν de eadem re uſurpavit. Vulgare eſt σταχυολογεῖν. — V. 3. συνέριθοι. mulieres in lanificio ſimul cum aliis occupatae, tum ξυνεργοὶ ſimpliciter, ut *Timaeus* interpretatur p. 242. Vide *Pierſon.* ad *Moer.* p. 358. — V. 4. πῦρ καὶ ἦν. Ed. pr. Flor. Ald. et Aſcenſ. Has ſecutum eſſe *Stephanum* mireris, cum in Ald. 2. et 3. jamdudum emendatum eſſet πυρκαϊήν. Sed vide in Prolegg. p. CXIX. ſq. Sic ultro emendavit *Huetius* p. 13. eandemque lectionem expreſſit *Grotius*: *Sociae fecere puellae Non lignis, ſtipula ſed crepitante rogum.* Vetus tamen eſt vitium, quod etiam Vaticano Cod. inhaeret. Ceterum ἐκ σταχύων displicet poſt ἐκ καλάμης. Fortaſſe ſcribendum:

τῇ δ' ἐκ καλάμης συνέριθοι
νῆσαν πυρκαϊὴν ἄξυλον ἔκ τ' ἀχύρων.

ex culmis et palea ei rogum ſtruxerunt. — V. 5. Non indigne ferre debes, o Ceres, quod mortalis et ex terra progenita ex tellure progenitis frugibus combuſta eſt. οἱ ἀπὸ χθονὸς ſive γῆς, qui in terra verſantur. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 703.

LXXXI. Cod. Vat. p. 242. ſq. Φιλίππου. In marg. Ἀλφίου Μιτυλ. Huic ſoli tribuitur in Plan. p. 198. St. 288. W. Victorias de Perſis reportatas rerumque geſtarum gloriam verum Themiſtoclis monimentum eſſe docet. Colorem duxit *Philippus* ex *Diodor. Jun.* Ep. XI. p. 187. Cf. *Tull. Gem.* X. p. 281. — V. 1. εὖρεά μοι. De monte Atho perfoſſo et de mari ponte juncto recte accipiunt Intrpp. Senſus enim eſt: Si, quantus fuerit Themiſtocles, cognoſcere velis, ingentes Perſarum copias easque a Themiſtocle ſuperatas eſſe cogita. Junguntur autem a poëtis et ſophiſtis, ubi de Xerxis copiis agunt,

haec tria, Athos, Hellespontus, flumina epota. Vide *Burmann.* ad Anth. Lat. T. I. p. 190. sqq. *Himerius* Orat. II. 24. p. 406. οὐδὲν δὲ τῶν ἁπάντων ἡσύχαζε, Ξέρξου στρατεύοντος· οὐ πόλις, οὐ πεδίον, οὐκ ὄρος — πεδίον δὲ οὐδὲν ἦν, ὅ, τι μὴ στρατευομένων ἐκρύπτετο, ποταμὸς δὲ οὐδεὶς ἐπλήρου τὴν χρείαν πίνουσι, κόλπος δ' ἅπας τὸν στόλον ἔπεμπε, γῆ δὲ καὶ θάλαττα τὴν ἀλλήλων φύσιν ἠλλάττοντο. — Quid sit, quod Apollinem istorum miraculorum testem faciat, non satis apertum est. Fuerunt procul dubio, qui Apollinem pugnas inter Graecos et Persas commissas spectantem fingerent. Nam ad oracula, quae Atheniensibus ante Persarum invasionem sunt reddita, haec referri non possunt; et Λητοΐδην cum *Brodaeo* et *Opsopoeo* de Sole interpretari, jejunum est. — ¶. 235.] V. 4. Ἀρην. Vat. Cod. — V. 5. ἔγγλυφε conjecit *Casaubonus* in not. msc. Sed nihil opus. — Sequentia mihi semper obscuriora visa sunt. *Opsopoeus* vertit: *ut mortui Themistoclis sepulcrum praedicet populus Magnesius.* Nec multum abhorret *Grotii* interpretatio: *Accedat Salamin, ut sit jactare sepulcrum Cur possit Magnes terra Themistocleis.* Sed haec quomodo cum superioribus connectenda sint, non facile dixeris. Fortasse legendum:

Θεμιστοκλέους ἵνα ΛΗΜΑ
κηρύσσῃ Μάγνης δῆμος ἀποφθιμένου.

sensu expedito et elegante. Viri fortis et magnanimi indoles ex rebus ab eo gestis prodit; hae, ubi commemorantur, magno praeconio ejus λῆμα indicant et ad posteritatem commendant. Μάγνης δῆμος, quia Themistocles apud Magnesios sepultus esse putabatur, ponitur pro ipso sepulcro et cippo. λῆμα de forti et praesenti animo exquisite dicitur. *Simonid.* Ep. XLIV. εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενοι. *Alc. Mess.* Ep. IX. τὸ χάλκεον εἰκόνι λᾶμα Κλειτομάχου. *Aristoph.* Ran. v. 899. λῆμα δ' οὐκ ἄτολμον ἀμφοῖν, οὐδ' ἀκίνητοι φρένες. in Nub. 457. λῆμα μὲν

πάρεστι τῷδέ γ' οὐκ ἄτολμον, ἀλλ' ἕτοιμον. in Eqq. 757. καὶ λῆμα θούριον φορεῖν.

LXXXII. Cod. Vat. p. 263. Plan. p. 248. St. 360. W. Naufragus conqueritur, quod, cum undae ipsius cadaver in litoris arenam portassent, mare tamen nunquam cesset, ossa et cineres vexare. Expressum ex *Archiae* Ep. XXXIII. Cf. *Antipatr. Thess.* LXIX. — V. 1. τρηχεῖα θάλ. *Leonid. Tar.* Ep. LXXVI. eodem epitheto utitur, quod de rauco sono accipiendum. *Meleager* Ep. L. ἀνέμων μάστιξι θάλασσα τρηχὺ βοᾷ. — V. 2. ἐκέβαλεν. Cum invidia dictum; quandoquidem ἐκέβαλεν de vilissimis quibusque rebus rerumque reliquiis usurpatur. Vide *Gataker* ad *M. Antonin.* VII. p. 206. *Elsner.* Obss. Sacr. T. II. p. 252. De naufrago *Hegesipp.* Ep. IV. πολύκλαυτον ναυτίλης ἐκέβαλεν. — V. 4. σπιλάδος. *turbinis* vertit *Brodaeus*, sine auctoritate. Junge οὐδ' ἐπὶ σπιλάδος χέρσου. Naufragum tibi ad rupes fluctibus expositas jacentem finge. *Archias* l. c. ἦ γὰρ ἀλιῤῥήκτοις ὑπὸ δειράσιν, ἐγχόθι πόντου Δυσμενέος, ξείνων χερσὶν ἔκυρσα τάφου. *Antip. Thess.* l. c. ἐρημαίῃ κρυπτὸν ὑπὸ σπιλάδι. Facile tamen intelligitur, ad εἰρήνην genitivum desiderari rei, ut εἰρήνην ἁλὸς, κυμάτων, vel simile quid. Hanc ob causam, et quod in vulgata paulo durior est verborum conjunctio, vitium hic latere suspicor. — V. 5. omissus in Vat. Cod. contextu, in margine legitur. Vulgatum κρατοῦσα ex membranis mutatum est.

LXXXIII. Cod. Vat. p. 267. Μιμνέρμου, οἱ δὲ Φιλίππου. In Plan. p. 272. St. 393. W. ἄδηλον est. Quomodo in *Mimnermum* inciderit lemmatis in Cod. Vat. auctor, non apparet. Tanquam *Leonidae* laudat *Hadrian. Junius* Animadv. L. I. 16. ubi de Bupalo disputat. Scriptum est carmen in Hipponactem, jambographum virulentum. Conf. *Leonid. Tar.* Ep. XCVII. et *Alc. Mess.* Ep. XVIII. — V. 1. χαλαζεπῆ. *Schneiderus* suspicatur χαλαζεπούς. cujus

cujus dicteria grandini fuerunt similia. — V. 3. εἰς vulgo. ἐς habent Ed. pr. Fl. Ald. 1. et 3. — Βουπάλειον. A Bupali odio Hipponactem significat. *Horatius* Epod. VI. 14. *Qualis Lycambae spretus infido gener, Aut acer hostis Bupalo.* *Suidas*: Ἱππῶναξ. γράφει δὲ πρὸς Βούπαλον καὶ Ἄθηνιν (Ἄνθερμον) ἀγαλματοποιούς, ὅτι αὐτοῦ εἰκόνας πρὸς ὕβριν εἰργάσαντο. Vide inprimis *Plinium* L. XXXVI. 5. 2. p. 724. et *Harduin.* p. 761. — V. 4. σφῆκα. *Leonidas* l. c. μὴ τὸν ἐν ὕπνῳ Πικρὸν ἐγείρητε σφῆκ᾽ ἀναπαυόμενον. Vide not. T. I. P. II. p. 448. — V. 6. Recta in scopum dirigens tela, quamvis claudicantibus versibus. Choliambis Hipponactem scripsisse, satis notum. — βέλη *Brunckius* tacite in textum recepit, ex conjectura sine dubio. Nam vulgo et in Vat. Cod. ἔπη legitur. Elegans est *Brunckii* lectio; an vera sit, dubitare licet. Certe τοξεύειν ἔπη defenditur loco *Platonis* in Theaetet. p. 180. A. T. II. p. 129. ed. Bip. ἀλλ᾽ ἄν τινά τις ἔρῃ, ὥσπερ ἐκ φαρέτρας ῥηματίσκια αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες ἀποτοξεύουσι. cui similia laudavit *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 5. sq. *Pindarus* Isthm. β. 5. ῥίμφα παιδείους ἐτόξευον μελιγάρυας ὕμνους. — V. 5. Plan. κεκοίμηκεν.

LXXXIV. Vat. Cod. p. 259. Plan. p. 285[a]. St. 413. W. ἄδηλον. In Aëtium rhetorem praestantissimum, ut poëta testatur; aliunde enim homo non notus. — V. 1. εὐπρεπέος legunt tres Aldin. Ascens. Nic. Sabiens. Reliquae εὐεπέος. — V. 3. Exitum hujus Epigrammatis Vat. membranae sic exhibent:

ἦλθεν δ᾽ ἐς ἀΐδαο δόμους, ψυχὴ δ᾽ ἐς Ὀλυμπον
τέρπει ἅμα Ζηνὶ καὶ ἄλλοισιν μακάρεσσιν.
ἀθάνατον δὲ οὔτε λόγος ποιεῖν, οὔτε θεὸς δύναται.

In marg. quidam notavit haec: ναὶ, ἀνόητε, ὁ θεὸς τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν ἀθανάτους ποιεῖ, κἂν σὺ μὴ γινώσκεις. Medius versus ex margine in contextum venit. Tertius vero etiam graviter interpolatus nec a *Planude* sic, ut fieri

debuit, emendatus est. Mihi *Philippus* sic videtur scripsisse:

ἀθάνατον δὲ ποιεῖν οὐδὲ θεὸς δύναται.

Significare voluit, Aëtium dignissimum fuisse, qui nunquam moreretur; at hoc mortali naturae non tributum esse, cum ne deus quidem immortalitatem mortalibus concedere possit. Ad θεὸς sciolus quidam οὔτι λόγος adscripsit, quia de oratore agitur scilicet. Prior syllaba in ποιεῖν, ut saepe in talibus, corripitur. Vide *Valcken.* in Diatr. p. 109. C. *Brunck.* ad *Aristoph.* Lysistr. v. 128.

Lect. p. 186.] *LXXXV.* Cod. Vat. p. 482. *Brunckius* in hoc carmine Codicis scripturam fideliter repraesentavit. Scriptum est in aulaeum, cui mare et terra intexta erant, quodque Caesar a conjuge dono acceperat. — V. 1. *Br.* corrigit ὅσην ἔζωσε περίχθων ὠκεανὸς quantum terrae oceanus cingit, Caesarique paret. In eandem conjecturam incidit etiam *Corn. de Pauw* in apogr. suo. — V. 2. In κάρπος mulieris nomen latere putat cl. editor: „Viri nomen Carpus in lapidibus non „infrequens. Ab hujus nominis viro forte elaboratum „fuit textile stragulum, in quo terra et mare picta, „quod Augusta, seu sibi oblatum, seu emtum Caesari „dedit. Hoc si probetur, v. 4. scribendum erit ἀπομαξάμενος, et sq. ἐκ κείνου." *Br.* Corrigendum puto Καρπὼ, quod muliebre nomen fuisse probabile est. Una Horarum hoc nomine appellata fuit. Vide *Pausan.* IX. 35. p. 780. — V. 4. Scribit *Br.* κερκίσιν ἱστοπόνοις πάντ' ἀπομαξαμένη, quod nec *Cornelium de Pauw* fugit. — V. 5. *Brunckius* ἐκ κείνης et ἄνακτι suspicatur; quod parum probabile. *Corn. de Pauw* Καίσαρι δ' ἀρείῳ sive δὲ κλεινῷ corrigit, et in fine versus ἦν δὲ ἀνάσσῃ. Posterius verum puto; prius non item. Integrum carmen sic constituendum videtur:

Γαῖαν τὴν φερέκαρπον, ὅσην ἔζωσε περίχθων
ὠκεανὸς, μεγάλῳ Καίσαρι πειθομένην,

καὶ γλαυκήν με θάλασσαν ἀπηκριβώσατο. Καρπὸ
κηρκίσιν ἰστοπόνοις πάντ' ἀπομαξαμένη.
Καίσαρι δ' ἐξ ἀλόχου χάρις ἤλθομεν· ἦν γὰρ ἀνάσσῃ
δῶρα φέρειν τὰ θεοῖς καὶ πρὶν ὀφειλόμενα.

Caesari ab ipsius conjuge muneri data sumus; Augustae enim licebat, conjugi ejusmodi munera ferre, quae ipsi jam antea fatum tribuerat; i. e. mare et terram, cujus ei dominium fato savente obtigerat. τὰ θεοῖς. Caesaris numini. Pluralis pro singulari, quod in ejusmodi enuntiationibus fere solemne.

THUCYDIDIS HISTORICI

EPIGRAMMA.

Vide Tom. I. p. 102.

QUINTI MAECII

EPIGRAMMATA.

T. 236.] *I.* Cod. Vat. p. 104. Planud. p. 479. St. 622. W. — V. 1, μὴ ὁ κ. Vat. Cod. Poëta, ni fallor, respexit nomen pueri Κορνήλιος, quod ab ἥλιος derivat, ut *Meleager* Ep. LXXIX. ubi in nomine Phanii meretricis ludit: ὦ βαρὺ φέγγος Λάμψαν ἐμοὶ, μέγα πῦρ Φάνιον ἐν κραδίῃ. quod *Quinto* obversatum esse videtur. *Philostrat.* Epist. LIX. p. 942. ὁ καλὸς, ἂν μὲν ᾖ θηριώδης, πῦρ ἐστιν· ἂν δὲ ἥμερος, φῶς.

T. III. p. 332.] *I^a.* „Hoc Epigramma in membra„nis praefixum habet hunc titulum: Μαικίου παραινετικὸν „εἴς τινα φίλον. Planudes auctoris omisit nomen, et in „Libri I. caput εἰς ὑπερο‌ψίαν retulit hoc carmen, quod „amatorium est, et in eundem Cornelium adolescentem

„factum, de quo *Maccius* Ep. I. quod in vulgata Antho„logia inter amatoria est, cuique hoc subjungi debuis„set.“ *Brunck.* Lect. p. 310. In Plan. p. 114. St. 165. W. ἄδηλον. Scriptum est in puerum, qui, auro corruptus, pristinum amantem reliquerat. — V. 1. ἔτι. Codd. omnes et edd. vett. praeter Stephanianam ἐπί. Saepe hae voculae inter se permutantur. μουσοχαρὴς βίοτος est vita frugalis, qualem Musarum sacerdotes agere par est. In Vat. Cod. est μουσοχαρεῖ. — V. 3. νῦν τ'. Vulgo „νῦν δ'. At ἐλπίδος e sequ. versu male repetitum videtur, et „aliud quid reponendum.“ *Br.* Mihi secus videtur. Ejusmodi repetitionibus nihil frequentius, praesertim in *Callimachi* Epigrammatis, ad cujus exemplum *Quintus* se potissimum composuisse videtur. — αἰωρεῖται ὑπὸ κούφης ἐλπίδος. κούφοις καὶ ματαίοις ἐπαιωρούμενος ἐλπίσι laudat *Budaeus* in Comm. L. Gr. p. 1173. 24. nescio unde. *Philo Jud.* de Temul. p. 245. C. ἄνθρωποι κεναῖς αἰωρούμενοι δόξαις. Vide ad *Crinagorae* Ep. XXXIII. T. II. P. I. p. 406. — οὐκέτι δ' ἡμεῖς αἱ πάρος. nos non amplius eodem loco sumus, non eadem nos, ut antea, amicitia complectitur. Non putem opus esse emendatione, quam proposuit *Salmasius*: οὐκέτι δ' ἡμῶν Ὡς πάρος — — quod mihi vulgata lectione minus videtur elegans. — ἑτέρ. ἐλπ. ἐκκρέμαται. alii spei se tradidit, ab alia spe pendet. *Paul. Silent.* Ep. XXXIX. κεῖνο — ᾧ ἐπὶ πᾶσαι Εἰσὶν ἐμῆς ψυχῆς ἐλπίδες ἐκκρεμέες. Simili metaphora Simaetha Delphidis sui amantissima ap. *Theocrit.* Eid. II. 60. τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον, ἇς ἔτι καὶ νῦν Ἐκ θυμῶ δέδεμαι. *Plautus* in Asin I. 3. 4. *Fixus hic apud nos est animus tuus clavo cupidinis.* — V. 5. εἴκομεν Vat. Cod. — V. 6. Qui argento valent, nos prostraverunt. Amore tuo excidimus, argento victi.

II. Cod. Vat. p. 106. Plan. p. 479. St. 622. W. Per Venerem poëta juraverat, se tres noctes seorsim ab Hedylio, puella, cubiturum. At nec per alteram noctem

discidium ferre valens, pejerare quam perire maluit. — V. 1. ὤμοσα σὸν κράτος. Tuum, o Cytherea, numen juravi. — V. 2. δὲ γελᾷς. Vulgo. — V. 3. πάντως κακόν. Vulgo. *Brunckius* recepit elegantem lectionem Vat. Cod. Eadem constructione idem supra in *Crinagorae* Ep. II. 4. emendandum suasit πυρόεις ἐμὴν μετέβη ὀνεμόεσσαν εἰς κραδίην. Similia comparat *Valcken.* ad *Catulli* Eleg. Com. Berenices v. 51. et inter haec versum a se emendatum ap. *Lucian.* T. II. p. 748. 72. Οὕτοι σταθῶσι τὰμὰ τοῦ κακοδαίμονος. Ad nostri loci sententiam cf. *Paul. Silent.* Ep. XXV. — V. 4. ἐτάρην. Vat. Cod. — εἰς ἀνέμους τίθεμαι. *Horat.* I. Od. XXVI. *tristitiam et metus Tradam protervis in mare Creticum Portare ventis. Catullus* XXXIX. 9. de amici inconstantia questus: *tua dicta omnia factaque Ventos irrita ferre, et nebulas aërias sinis.* Idem LXIV. 58. *Immemor at juvenis — Irrita ventosae linquens promissa procellae. Theocrit.* Eid. XXII. 167. τὰ δ' ἐς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα Πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο. Multa hujus generis collegit *Cerda* ad *Virgil.* Aeneid. IX. 313.

7. 237.] *III.* Cod. Vat. p. 106. Βακχίου, quod ex Μακκίου ortum. Plan. p. 479. St. 622. W. — V. 1. ἡκαῖα in contextu Vat. Cod. a pr. man. — σκύλματα. De comae laniatu, respectu ad Anthologiam habito, multa collegit *Rubnken.* Epist. crit. p. 73. sqq. nostri loci non immemor. — V. 2. σύγχυσις. oculi lacrymis suffusi. — V. 3. ὑπὸ κόλπιον. Vat. Cod. *Theocrit.* Eid. XIV. 37. ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος. — V. 4. εἶπον et ἐπὶ στόμασι. Vat. Cod. — V. 6. ὀφθαλμοί. Bene monuit *Opsopoeus*, ductam videri hanc sententiam ex *Herodoti* L. I. 8. p. 5. ubi haec Candaulis ad Gygem verba leguntur: ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. qua sententia etiam alii usi sunt, animadvertente *Wesselingio* et *Wyttenb.* ad Julian. Orat. I. in Bibl. crit. III. 2. p. 56. Adde *Horat.* in Epist. ad Pison. 180. *Segnius irritant*

animos demissa per aurem, Quam quae sunt oculis subjecta fidelibus, et quae Ipse sibi tradit spectator.

IV. Cod. Vat. p. 104. *Maecio* tribuit hoc carmen, quod in Plan. p. 469. St. 609. W. *Philodemi* est. In puellam avaram, quae mitior et humanior videbatur facta. — V. 1. Φιλήστιον. Vat. Cod. Φιλήνιον Plan. — V. 4. φαίνεσθ' ἤλλακται. Vat. Cod. Prius habet etiam Plan. Et sane ferri potest haec lectio. *Brunckius*, unde suam derivaverit, non indicavit. — V. 5. ἀσπίς. Maxime pestiferis serpentibus annumeratur. ἀσπίδος ἀκούω μόνον δῆγμα ἀνίατον εἶναι καὶ ἐπικουρίας κρεῖττον. *Aelian.* H. A. I. 54. ὑπνάλη vocatur, quod nullo sensu doloris, quasi somno solutos exstinguat, quos pupugerit. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 242. Ignoratur tamen, quod serpentis genus veteres hoc nomine appellaverint, monente *Camus* ad *Aristotel.* H. A. VIII. 29. Notes p. 110. Cum vipera novercam comparat *Euripid.* in Alcest. 310. ἐχθρὰ γὰρ ἡ 'πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα. Ad hanc comparationem illustrandam facit quoque *Philo* de Legat. ad Caj. T. II. p. 570. τούτων ἦσαν οἱ πλεῖστοι Αἰγύπτιοι, πονηρὰ σπέρματα κροκοδείλων καὶ ἀσπίδων τῶν ἐγχωρίων, ἀναμεμαγμένοι τὸν ἰὸν ὁμοῦ καὶ θυμὸν ἐν ταῖς ψυχαῖς. — V. 6. Obscurum in Vat. Cod. utrum ἁπλῶς an ἀπλῶς legatur. Exornavit poëta vulgarem locutionem: δῆγμα αὐτῆς θανατηφόρον ἐστί.

V. Cod. Vat. p. 183. Vitiis inquinatum edidit *Valesius* ad *Eusebium* H. E. V. 15. *Merrick* in Differt. de Tryphiod. p. LIII. *Reiske* Anthol. nr. 479. p. 33. *Toup.* in Epist. crit. p. 14. Damis, piscator, Phoebo muricem dono offert. — V. 1. 'Αρίτα. Vat. Cod. quod *Reiskius* in ἀκρίτα mutavit, ut etiam *Valesius* dedit. Apollinis ἀκρίτου nomen, sub quo ap. Lacedaemonios colebatur, occurrit ap. *Pausan.* I. III. 12. p. 237. ἀκταίῳ corrigit *Merrick*, comparans *Schol. Theocrit.* Eid. V. 14. τὸν

Παιᾶνα τὸν ἄκτιον· — τινὲς δὲ τὸν Ἀπόλλωνά φασὶ τὸν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἱδρυμένον. φησὶ δὲ καὶ Πίνδαρος τῶν ἁλιέων αὐτὸν φροντίζειν. quem locum retulit *Heynius* inter fragm. Pindari T. IV. p. 28. Cf. *Cerda* ad *Virgil.* Aen. VIII. 704. Propius ad membranarum ductus emendavit *Toup.* ἀκτίτᾳ; Damis Phoebo litorali muricem dedicat. — V. 2. γειτονέουσιν ἔχεις. Vat. Cod. γειτόνεον συνέχει notatur in marg. ap. Guy. et Ruhnk. Sic quoque *Reiskius* dedit. In marg. apogr. Lipſ. ἔχει corrigitur, idque recepit *Toup.* Ordo verborum eſt: ὃς ἔχει τόδε κεράσπεδον ἐν γειτονέουσιν αἰγιαλοῖς χώρης κτλ. — V. 3. κυρτευτής. a κύρτος, naſſa. κυρτεὺς, ἁλιεύς. *Heſych.* — κέρας, quod *Salmaſius* in marg. ap. Guy. in χέρας mutabat, inſtrumentum eſt piſcatorium, ſive potius pars hami, ut docet *Toup.* Hinc κεραϊστής. κομήτης. ἁλιεύς. ap. *Heſychium.* — V. 4. αὐτοφυῆ. dedit *Reisk.* qui ſe nihil hic intelligere fatetur. In marg. ap. Guy. et Ruhnk. haec notata reperio: „φρουρήτην κήπων. *i. e. Pria-„pum. Sed quid Priapus ad Phoebum? An Damis ſimula-„crum Priapi poſuit ad hortorum Phoebo dicatorum cuſto-„diam? Placet. Sic infra imago Bacchi Muſis dicatur:* „εὐμαθίην ᾔτεῖτο etc.“ Vidit *Toupius*, agi de piſce ex teſtaceorum genere, qui κήρυξ vocatur. Jam *Brunckium* audiamus: „κήρυξ piſcis eſt τῶν ὀστρακοδέρμων, cujus variae „ſpecies recenſentur, et exhibentur figurae a Rondeleto „Hiſt. piſcium P. II. p. 75. ſqq. Ex hujus conchae per-„ſpecta natura ſuſpectum eſt mihi v. 4. σκόλοπι, quod „hic ſignificare debet, ὀστρέῳ, δέρματι. At σκόλοψ aliud „quid eſt. Heſychius: σκόλοψ· ξύλον ὠξυμμένον. Euſta-„thius: σκόλοπες, ὀρθὰ ξύλα ἀπωξυμμένα κατὰ τὸ ἄκρον, ἃ „καὶ σταυροὶ λέγονται, οἷς περιφράττεταί τόπος τις. Verum „eſt buccinorum ſeu muricum quorundam conchas acu-„leatas eſſe. Sed aculeis illis non utuntur pro armis „aut propugnaculo: τῷ ὅλῳ αὐτοφυεῖ ὀστρέῳ φρουρητοί εἰσι. „Scripſerat forte poëta κόλοπι pro κόλλοπι, quod minus „uſitatum et a librario non intellectum in σκόλοπι muta-

„tum fuit. Vide viros doctos ad Hesych. in ἀποσκαλεύοντες." *Brunckii* sententia commotus, olim legendum censebam:

φρουρητὸν κέρυκ' αὐτοφυεῖ σταλίδι.

murex tanquam nativo quodam thorace tutus et munitus. De paguris *Aelian.* H. A. IX. 43. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἄτολμοί εἰσι καὶ ἥκιστα θαῤῥαλέοι, εἰς ὅσον αὐτοῖς ὑμῖν περίκειται τὸ στέγασμα ἔξωθεν· ὅταν δὲ ἄρξηται πήγνυσθαι, καὶ εἰς ὀστρέινον φύσιν μεταχωρεῖν, ἀπέῤῥιψαν ὑπεκῦθα τὴν δειλίαν, ὡς ὅπλῳ θαῤῥοῦντες τῇ τῆς περιβολῆς αὐξήσει τε ἅμα, καὶ εἰς τὸν βίον, ὡς ἂν εἴποις, πανοπλίᾳ. — Sed facile hanc conjecturam repudio, cum eam viro harum literarum peritissimo probare non potuerim. Et profecto argumenta, quibus *Br.* membranarum lectionem repudiat, nullius momenti sunt. Muricem illum, qui κῆρυξ vocatur, aculeatum esse, diserte dixit *Aristoteles* H. A. IV. 4. τὰ μὲν λειόστρακά ἐστιν — τὰ δὲ τραχυόστρακα, οἷον τὰ λεπτόστρεα καὶ πίννη, καὶ γένη κόγχων ἔνια καὶ κήρυκες. Quod autem vulgata *Brunckio* eo nomine displicet, quia aculeis non pro armis utatur murex, id quid sibi velit, non satis intelligo. Graeca *Maecii* verba hoc solum dicunt, muricem thorace instructum esse; hic thorax vero cum aculeis sit munitus, ipse κῆρυξ aculeis munitus esse dici poterat. *Statyl. Flaccus*, qui Ep. V. pagurum describit, ἐρυμνότατον, ὀστρακόχροα, eundem appellare poterat φρουρητὸν ἐρυμνῷ ὀστρέῳ.

VI. Cod. Vat. p. 184. Edidit *Kuster* ad *Suidam* v. γόμφιος T. I. p. 490. Anth. Reisk. nr. 482. p. 35. Conf. *Philodem.* Ep. XXVII. quod ejusdem argumenti est. — V. 1. Priora verba excitat *Suid.* l. c. cum interpretatione: τὰ εἰς τοὺς γομφίους κτυποῦντα. τουτέστι τὰς σιαγόνας. Alteram hujus versus partem idem laudat v. κημὸς T. II. p. 308. ubi ὑπηνήτην exhibetur. *Kusterus* in suo Apogr. ὑπηνητὴν inveniebat. *Portus* suspicatur ὑπηνήτης

Reiskius ἀπείρκταν, *coërcitorem, fistellam ferream* vertens. In membran. Vat. ὑπαικτὰν legitur. Aliud quid in hac lectione latere suspicor, quam quod *Reiskii* acumen elicuit. De κημὸς vide ad *Philodem.* l. c. T. II. P. I. p. 237. Locis ibi laudatis adde *Polluc.* I. 148. τὸ μὲν ὅλῳ τῷ στόματι τοῦ ἵππου περιτιθέμενον χαλκοῦν ἤθμοειδὲς, κημὸς καλεῖται. — V. 2. γενύων. Vat. Cod. Hinc quaedam apogr. γενύων. *Suidas* v. μάστιξ T. II. p. 507. haec sic exhibet: καὶ γενύων σφίγκτορ' εὔραφέα μάστιγα. ubi *Kusterus*, se hoc Epigramma ad γόμφιος edidisse oblitus, γενύων εὔρραφέα corrigit. — V. 3. τάνδ' ἔτ' ἐπὶ πλ. ἀποῤῥύτοιο. Vat. Cod. τάν τ' ἐπιπλ. *Kuster.* τάνδ' ἐπιπλ. ap. Lipf. *Brunckius* exhibuit lectionem *Reiskii*, qui in interpretatione vocis ἀπόῤῥυτος vehementer trepidat. ἀποῤῥήκτοιο est ex emend. *Salmasii* in apogr. Guy. et R. ubi per *erumpens, incitatus* explicatur. Putabam equidem legendum esse:

τάνδ' ἐπιπλήκτειράν τε πολυῤῥοίζοιο διωγμοῦ.

quod ductum videri possit ex *Philodemo* l. c. τήν τ' ἐπὶ νώτων Μάστιγα, ῥοίζου μητέρα θαρσαλέην. — V. 4. In marg. Guy. et Ruhnk. ap. haec leguntur: ῥδεῖγμα τ' ἐπιψαλίου. ψάλιον frenum. ἐπιψάλιον pars freni additamentum." Sincerior videtur scriptura per α. ψάλιον. Est ea pars freni, quae mento subtenditur (*die Kinnkette*). *Pollux* L. I. 148. Hujus partem aliquam, et quidem *laevam*, Stratius noster Neptuno dedicat. Sed vix sincera lectio σκαιοῦ. Legerim, una litera leviter immutata:

σκληροῦ δῆγμά τ' ἐπιψαλίου.

— II. 238.] V. 5. ἐν κλινήεντα. Vat. Cod. Ap. *Suidam*, qui hunc versum laudat v. μύωψ T. II. p. 588. αἱνομόεντα habent edd. veteres, ἐναιμόεντα Cod. Parisin. ἐναιμήεντα apogr. *Kusteri.* — V. 6. πριστὸν κνῆσμα. serratam strigilem, qua equi κνήθονται, abraduntur. σιδηρόδετον. Vat. Cod. et *Suid.* in ψήκτρα T. III. p. 703. σιδηρεοδέτου (i. e. σιδηρίου) emendavit *Reiskius.* σιδηρόδετον h. l. posi-

tum, ut μελάνδετον, ejusdem compositionis vocabulum, pro μέλαν ap. *Euripid.* Orest. 819. et Phoen. 1098. — V. 7. διπλοῖς αἰόνων. Vat. Cod. ἠιόνων *Kusterus* edidit. ἐρεύγμασιν. qui utriusque litoris rugitu gaudes. ἐρεύγειν dicuntur fluctus in litore fracti. *Antip. Sid.* Ep. VIII. θαλάσσης Ὤρυεν στυφελῷ κῦμα περὶ σκοπέλῳ. Notandum vocabulum ἔρευγμα, quod pro ἐρευγὴ est positum. *Salmasius* malebat ἐρύγμασιν, sine causa idonea.

VII. Cod. Vat. p. 146. Μακκίου. Plan. p. 414. St. 549. W. Μαικίου. Piscatores Priapo in litore collocato dona ferunt. — V. 2. »Versum, ut eum edidi, praeter »Vat. Cod. sic exhibent etiam duo regii Plan. et sic »scriptus est ap. Suidam in ἀκταίη (T. I, p. 96.).« *Br.* Verum idem v. Πρίαπος T. III. p. 172. ubi hoc distichon excitat, παρακταίης σοὶ τάδ' ἐπ' ἀφελίης legit. ἐπ' ἀφελίης habet Steph. ex Ascens. Aldinae enim et Flor. pr. ἐπ' ἀφ. exhibent. Is, qui curavit edit. Nicol. Sab. *Suidae* lectionem παρακταίης — ἐπ' ἀφ. recepit; quam *Maecio* ex conjectura restituit *Reiskius* in Not. ad Anth. C. Ceph. p. 33. eamque amplectitur *Toup.* in Epist. crit. p. 13. Conf. *Suidam* v. σαγηνεία T. III. p. 274. Vat. Cod. non plane sic, ut *Br.* dedit, sed ἐπ' ἀφελίης habet. Mihi harum lectionum nulla satis videtur sincera, sed scribendum:

δῶρα παρακταίης σοὶ τάδ' ἐπωφελίης.

Genitivus pendet ab omisso ἕνεκα. Causam enim reddunt piscatores, cur munera afferant, hanc, quod Priapus ipsis, prope litora thynnis insidiantibus, auxilium tulisse visus sit. Haec est ὠφελίη παρακταίη. — V. 3. Vat. Cod. βυσσώμασι; et sic *Suid.* qui hoc distichon laudat in βυσσοδομοῦντες T. I. p. 461. et in ῥόμβον T. III. p. 264. Non erat, cur haec lectio immutaretur, pro qua *Br.* βυσσώματι dedit, sic in Vatic. membr. legi existimans. Vulgo post θύννων interpungitur. Hinc enata *Schol.* in ed. Wechel. interpretatio, qui ῥόμβον explicat κύκλον θαλάσσης εἰς σχῆμα

ῥόμβον, τουτέστι τροχίσκον. *Reiskius* l. c. corrigit: βυσσώματα ῥομβῶν φράξαντες, jungens θύννων ῥομβῶν: *quum nempe thynnis vagari amantibus sinus retium offerfiffent*, i. e. poſtquam thynnorum ingentem numerum cepiſſent, iisque referta traherent retia. Huic conjecturae vereor ut multi accedant. *Toupius* junxit ῥόμβον θύννων, *curſum vagabundum thynnorum*, ſive *agmen* ῥομβωδὲς *thynnorum*. Prior interpretatio verior et elegantior. ῥόμβος, qui proprie rhombus ſive trochiſcus eſt, etiam τὴν κίνησιν τοῦ ῥόμβου, tum quemlibet celerem motum ſignificat. ῥόμβος θύννων dictum per periphraſin, ut κνῶσμα ψήκτρης Ep. VI. Multum de hoc verbo disputans *Jac. Nicol. Loënſis* Epiphyll. L. VII. 23. Lamp. Crit. T. V. p. 568. ſq. perperam conjicit, θύννον εὐκλύζοιο λίνου, βυσσώμασι ῥόμβον φράξαντες. ubi *rhombum* piſcem dici putat. Verbum φράττειν proprietatem habet in thynnorum captura, ut apparet praecipue ex *Aelian.* H. A. XV. 5. Conf. *Schneider* p. 476. Quomodo thynnorum captura in mari Siculo fiat, diſerte docet *Dorvill.* in Sicul. T. I. p. 16. *Philoſtrat.* I. Imag. XIII. p. 784. eandem deſcribens, εἰ δὲ, ait, ἀποφράξαντες αὐτοὺς βαθεῖ καὶ κλειστῷ δικτύῳ, λέχοντας λαμπρὰν ἄγραν, ὑφ' ἧς καὶ πλουτεῖν ἕτοιμον τῷ τῆς θήρας ἡγεμόνι. — ἐν παρόδοις. Ex fretorum anguſtiis prodeuntes plerumque captantur thynni. Pro μυχῷ v. πάροδος *Grotius* accepit vertens: *aequoreae qua ſinuantur aquae.* — V. 5. φηγίνεον κρηπῖδα hinc excitat *Suidas* in φήγινον T. III. p. 596. Idem in αὐτοὔργητον T. I. p. 389. fragmentum hujus verſiculi laudat; cujus ſedem cum ignorarent interpp., male verterunt: *et ſua ſponte nata ericae radix.* Eſt *ſcabellum ex erica, rudi arte dolatum.* βάθρον ἀκατάσκευον. *Sophocl.* Oedip. Col. 100. αὐτοὔργητον eodem ſenſu dictum, ut αὐτόξυλον ἔκπωμα ap. *Soph.* Phil. 35. αὐτόφλοιον πᾶνα ap. *Philipp.* Ep. VII. et ſimilia, de quibus vide ad *Apollonidae* Ep. X. T. II. P. I. p. 359. — ἐρείκη. *Ericen Graeci vocant fruticem non multum a*

myrice differentem, *colore roris marini et paene folio*. *Plin.* XXIV. 39. *Schol.* ad *Nicandri* Ther. 610. ἐρείκη εἶδος βοτάνης, ἥτις φύλλα ἔχει τῷ κισσῷ παραπλήσια, μακρότερα δὲ καὶ τραχύτερα. Vide, quae de erica disputavit *Schneiderus* ad *Nicandri* Alexiph. p. 345. Ap. *Aefchyl.* Agam. 305. γραίας ἐρείκης θωμὸς non vertendum erat: *Grajae ericae acervus*, sed *vetulae* et proinde *aridae*. Cf. *Valcken.* ad *Theocriti* Adon. p. 316. C. — V. 7. ὀρχισμῶν. Vat. Cod. ὀρχησμῶν voluit. — Vulgatam λελυγισμένον emendavit Anon. Bibl. Bodl. λελυγισμένων habet etiam Vat. Cod. λυγιζόμενον. καμπτόμενον. *Hefych.* *Euftath.* ad Il. λ. p. 768. 19. ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου λόγου καὶ τὸ λυγίζειν καὶ οἱ κωμῳδούμενοι ἐν φαύλαις ὀρχήσεσιν λυγισμοί. Referendum hoc verbum ad varias saltantium inflexiones, ut apparet ex *Philoftrati* Vit. Apollon. IV. 7. ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν, ὅτι αὐτοῦ ὑποσημήναντο; λυγισμοὺς ὀρχοῦνται. *Porphyr.* de Abstin. I. p. 66. ἡ τῶν ἐκλελυγισμένων ὀρχήσεων. quae loca laudat *Ez. Spanhem.* ad *Ariftoph.* Ran. v. 787. qui inprimis videndus. — V. 8. ἐμπαίζοι. Vat. Cod.

VIII. Cod. Vat. p. 157. Plan. p. 415. St. 549. W. Priapo Paris locustae marinae testam dedicat. — V. 1. „In Planud. perperam legitur ἀλεξάντεσσι, quod inepte „Brodaeus exponit *ventos arcentibus*. Si veteres Lexico„graphos inspexissent editores, veram lectionem ap. „Suidam reperissent, quem vide in ἀλξάντεις (T. I. „p. 113.)." *Br.* Nec aliter idem in ποιὸς T. II. p. 619. Veram lectionem perspexit *Huetius* p. 39. et Anon. Bibl. Bodl. ξαίνειν frequens est ap. poëtas de fluctibus litora et rupes tundentibus. Vide, qui et nostrum locum attigit, *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 151. — V. 2. τερπόμενος vulgo. *Brunckius* τερπόμενε recte scripsit, cum Vat. Cod. τερπόμενῳ suppeditet. — V. 4. κάραβος. Locusta, cancro cognata, aculeis et cornibus instructa. Vid. *Rondelet* des Poiss. L. XVIII. 1. Captantur potissimum circa promontorium Sigaeum et montem Athon.

Aristotel. H. A. V. 17. Consule *Schneider.* ad *Nicandri* Alexiph. 393. et *Oppiani* Hal. p. 387. — V. 5. Comparari potest *Theocrit.* Eid. IX. 25. τήνῳ δὲ στρόμβου καλὸν ὄστρακον, οὗ κρέας αὐτὸς σιτήθην. Ostrea igne tosta passim ap. veteres. *Aristophan.* ap. *Athen.* L. III. p. 87. A. ὀπτωμέναις κόγχαισιν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων. — In verbis ἠμβρωτεν ὀδόντα senem tibi finge piscatorem, dentibus senio corruptis et male affectis. ὀδόντας μέλανας καὶ ἐσθιομένους dixit *Theophr.* Char. XIX. *erosos Plin.* H. N. XXIV. 10. — V. 6. μάκαρ non ad Paridem nostrum, sed ad Priapum refero. In re simili *Apollonid.* Ep. VII. σοὶ δέδοται πάντα, μάκαιρα, λίνα. Noster Ep. XI. 5. — V. 6. αὐτὸς Vat. Cod. — V. 7. 8. laudat *Suidas* in ὑλακτούσης T. III. p. 528. Ira tribuitur stomacho cibum appetenti. *Horat.* II. Serm. VIII. 5. *Da, si grave non est, Quae prima iratum ventrem placaverit esca.* Idem II. Serm. II. 17. 18. *cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet.*

IX. Anth. Plan. p. 329. St. 469. W. ubi plura sunt carmina in Amorem vinctum et plorantem. Vide ad *Crinagor.* Ep. I. T. II. P. I. p. 377. — V. 1. ἄκριτε δαῖμον. τὸν ἀλόγιστον, temerarium, *qui ratione modoque tractari non vult,* (*Horat.* II. Serm. III. 266.) sic appellat. Cui enim deorum majore cum jure tribui potest θράσος καὶ τόλμη ἀλόγιστος καὶ ἄκριτος? quae *Polybius* conjungit L. III. 19. 9. Vide *Lennep.* ad *Phalar.* p. 207. et quae notavimus ad *Antip. Sidon.* Ep. XCIII. T. II. P. I. p. 90. — V. 2. „Praeferenda erat altera lectio in „Schol. edit. Wechel. notata, στάζων δάκρυα ψυχεταχῆ.“ *Br.* — V. 3. λῃστά. *Meleager* Ep. XLII. τί κλαίεις, φρενολῃστά. — V. 4. τραῦμ' ἀόρατον. *Qui non ante pates, donec manus attigit ossa. Propert.* I. IX. 29. Idem II. I. 75. *Quippe ubi nec causas nec apertos cernimus ictus, Unde tamen veniant tot mala, caeca via est.* — V. 5. Dum tu, pessime, vinculis teneris, miseri mortales malorum suorum cessatione gaudent. θνατῶν μὲν in Anal. perperam et contra

mentem editoris excusum, qui θνατοῖς in notis correxit. — ¶. 239.] V. 6. κωφοῖς ἀνέμοις. Similiter, qui frustra preces fundunt, surdis cautibus et scopulis precari dicuntur. *Horat.* III. Carm. VII. 21. *nam scopulis surdior Icari Voces audit.* Medea *Euripidis* v. 28. ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος κλύδων ἀκούει νουθετουμένη φίλων. — V. 7. ἀφύλακτος. inevitabilis. *Statylius Flacc.* Ep. VIII. Amori ἀφύλακτον βέλος tribuit, quod est idem atque ἄφυκτον. Vide *Valcken.* ad Phoeniss. p. 342.

X. Cod. Vat. p. 397. Μακκίου. Plan. p. 343. St. 482. W. Μακίου. Pan in vinea ad collem positus furibus verbera minatur. Hinc ad verbum expressum Ep. in Anth. Lat. T. II. p. 471. quod tamen recentioris est poëtae, ut *Burmannus* suspicatur, quem archetypum fugit:

Heic stans vertice montium supremo
Pan, glaucei nemoris nitere fructus
Cerno desuper, uberemque sylvam.
Quod si purpureae, viator, uvae
Te desiderium capit, roganti
Non totum invideo tibi racemum.
Quin si fraude mala quid hinc reportes,
Hoc poenas luito caput bacillo.

— V. 1. γλαυκάν. Ad olivas referendum epitheton. *Glaucam olivam* passim dixerunt poëtae latini. Vide cl. *Döring* ad *Catull.* XX. 9. p. 65. — V. 2. πᾶν Ed. pr. — V. 5. ἠπείοης. Vat. Cod. Idem habet κλοπίη, ut Planud. — V. 6. βάκτρου. *Catull.* XX. 19. ubi Priapus ad fures: *ecce, villicus Venit: valente cui revulsa brachio Fit ista mentula apta clava dexterae.* — ὀζαλέην vulgo, et τῇνδε. Prius ex Vat. Cod. mutavit *Brunckius*; alterum ex conjectura procul dubio. ὀζαλέος derivandum ab ὄζος. *Nodosus* baculus significatur, cujus superior pars crassior est et gravior; hinc καρηβαρὲς βάκτρον. Eadem ratione *Antip.*

Sid. Ep. XXVI. καρηβαρέοντα ἄτρακτον dixit. Vide not. T. II. P. I. p. 35.

XI. Cod. Vat. p. 427. Μακκίου. *Reisk.* in Anthol. nr. 661. p. 115. (*Jens.* nr. 10.) Bacchum poëta rogat, ut uvas calcantibus adesse velit, eorumque choream ducat, dum ipsi capella et placentis sacra fiant. — V. 1. αὐτόθ' ἄναξ edidit *Reiske*, ut sit pro ἐκεῖσε vel ὧδε. *Huc adsis.* Βάκχος ἄ. ἐπίβαινε suspicabatur *Salmas.* in marg. apogr. Guyet. Vix putaverim, aliquid mutandum esse. Egregie huc facit *Virgil.* II. Georg. 6. *Spumat plenis vindemia labris. Huc, pater o Lenaee, veni; nudataque musto Tingue novo mecum dereptis crura cothurnis.* Ut in his locis Bacchus uvas in torculari premit, sic ap. *Nicandr.* in Alexiph. 30. ἀγρεϊδεσσαν ὑποθλίψαντες ὀπώρην Σιληνοὶ κεραοῖο Διωνύσοιο τιθηνοὶ Πρῶτον ἐπαφρίζοντι ποτῷ φρένα θωρηχθέντες. — V. 2. νυκτέριον ἔργον interpretatur *Reiskius* de uvarum calcatione, quod de nocte plerumque institui soleat, longa unoque spiritu exantlanda opera. Perficiebatur vero hoc negotium inter tibiarum concentum et calcantium carmina. *Pollux* IV. 55. commemorat ἐπιλήνιον ᾆσμα, ἐπὶ βοτρύων θλιβομένων. ὕμνους ἐπιληνίους dixit *Anacreon* Od. LII. 8. *Agathias* Ep. XXIV. πατέοντες ἀπείρονα καρπὸν Ἰάκχου Ἄμμιγα βακχευτὴν ῥυθμὸν ἀναπλέκομεν. Auctor inc. Ep. inter ἀδέσπ. CCCLIII. αὐτὸν δρῶν Ἰόβακχον ἐδέξαμεν, ἡνίκα ληνοῖς Ὁ πρέσβυς νεαρῆς ἦρχε χοροιμανίης. In pompa bacchica Ptolemaei Philadelphi, quam ex *Callixeno Rhodio* descriptam dedit *Athenaeus* L. V. p. 199. A. erat τετράκυκλος, ἐφ' ἧς κατεσκεύαστο ληνὸς — πλήρης σταφυλῆς. ἐπάτουν δὲ ἑξήκοντα Σάτυροι πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον· ἐφειστήκει δὲ αὐτοῖς Σειληνός. — V. 3. *Reiske* γλαύκωσαν scripsit pro λεύκωσαν, quae est lectio Vat. Cod. Nihil mutandum. Spumâ musti calcantium pedes albicant. Hinc *Autumnus* prope Apollinis thronum *calcatis sordidus uvis.* ap. *Ovidium* Met. II. 29. *Propert.* III. 15. 18. *Dummodo purpureo spument mihi dolia musto Et nova*

pressantes inquinat uva pedes. *Nemesian.* Ecl. III. 44. *crebro pede rumpitur uva, Nudaque purpureo sparguntur pectora musto.* Nostri loci non immemor fuit Ill. *Heyne* ad *Tibull.* I. VII. 35. *Expressa incultis uva pedibus.* — V. 4. »In Cod. scriptum λέτρον ὑπὲρ —. Corruptum est »λέτρον, aut valde fallor. *Reiskius* λοῦτρον reponit, quae »conjectura ex ipsis Pollucis verbis quae profert refelli»tur. Sic enim Theopompus cingulum appellabat, quo »viri et mulieres in balneo pudenda velabant. Recte »saltem ad sensum χλαῖναν reposui, licet mihi probabile »non sit, vocem hanc notissimam in λέτρον mutatam »fuisse. Aliud quid olim scriptum fuerat.« *Br.* Neque simpliciter λοῦτρον usurpabat *Theopompus* ap. *Pollux.* VII. 66. sed ᾤαν λουτρίδα. Nihil omnino mutandum, sed λέτρον, mutata interpunctione, servandum esse judicabat Vir doctus in Ephemer. quae Jenae prodieruntan. 1795. nr. 45. Utinam sententiam suam exposuisset disertius. Jungere possis χορεῖῃ λέτρις, saltatio operi inserviens; sed abhorret haec locutio a nativa *Maecii* simplicitate; durius etiam χορεῖην Bacchi *famulam* interpreteris. Quare vitium hic latere cum *Brunckio* existimo, quod alii fortasse aliquando tollent. Interea mecum lege:

νεβρίδ' ὑπὲρ κοῦφων ζωσάμενος γονάτων.

Antistius Epigr. in Br. Lect. p. 195. (Ed. Lips. T. II. p. 259.) ἠνίδε καὶ στικτοῖο δορὴν ἐζώσατο νεβροῦ. *Euripid.* Phoeniss. 1742. Antigone νεβρίδα στολιδωσαμένα. Bacchus, quomodo Thebanos ad sua sacra celebranda traduxerit, narrans, Θήβας, ait, ἀνωλόλυξα, νεβρίδ' ἐξάψας χροός. *Euripid.* Bacch. 24. Maenades ap. eundem 695.:

νεβρίδας ἀνεστείλανθ' ὅσαισιν ἁμμάτων
σύνδεσμ' ἐλέλυτο, καὶ καταστίκτους δορὰς
ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσιν γένυν.

νεβρίδα ζωσάμενος ὑπὲρ γονάτων convenit uvas calcanti, saltanti, venanti. *Callimach.* H. in Dian. 11. καὶ ἐς γόνυ μέχρι

χιτῶνα

χιτῶνα ζώννυσθαι λεγομένον. *Paul. Silent.* Ep. VII. κούρη δ' ἀργυφέης ἐπιγουνίδος ἄχρι χιτῶνα ζωσαμένη. Vide *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* p. 172. — V. 5. εὔγλωσσον οἶνον accipio de vino cum jucundo murmure ex lacu in dolia defuso. Simili ratione lagenae collum λαιμὸς μελίγηρυς ap. *Philippum* Ep. LVIII. ubi vide not. Uvae ipsae, dum calcantur, vitis παῖδες φωνέοντες appellantur ap. *Ion. Chium* Fr. I. T. I. p. 161.

ANTONII ARGIVI

EPIGRAMMA.

¶. 240.] Vat. Cod. p. 373. Planud. p. 102. St. 151. W. Expressum carmen ex *Alphei Mitylen.* Ep. VIII. et IX. — De Mycenis, olim claris, nunc eversis et devastatis. — V. 1. ἀκρέπτολις. Vat. Cod. — αἰθερίοιο. qui *aera carpebat tenerum stridentibus alis. Ovid.* Metam. IV. 615. — V. 2. πικρὸν ἀστέρα. quae infestum Trojanis Atridarum genui sidus. — ἀστέρα. Vide ad *Simmiae Theb.* Ep. I. T. I. P. I. p. 330. *Horat.* I. Carm. XII. 46. *micat inter omnes Julium sidus.* ubi vid. Intrpp. et *Barth.* ad *Claudian.* p. 522. et 771. — V. 3. ἀνεῖσα. Vat. Cod. *Alpheus* l. c. Μυκήνη, αἰπολίου παντὸς ἐρημοτέρη. Vide ad Ep. *Munatii*, quod sequitur.

MUNATII EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 373. »Hoc carmen ultimo disticho »multatum in Planud. p. 100. St. 147. W. Argivo An»tonio adscriptum legitur. Titulus in Vat. Cod. Μαόνδου »Μουνατίου. Vitium est in praenomine. Munatiorum

„nullus hoc nomen adſcivit.“ *Br.* Conf. Pompej. Jun. Ep. I. p. 105. — V. 1. ἡ πολύχρυσος. Hoc epitheto Mycenas Homerus ornat Il. η. 180. λ. 46. et paſſim. *Alpheus Mit.* Ep. VIII. ἡ πολύχρυσος, εἶπεν, Κυκλώπων τῆδ' ἀπέκειτο πόλις. et Ep. IX. καὶ χρυσέη τοπάλαι Περσέος ἀκρόπολι. — τῶν Ἀτρ. Vat. Cod. — V. 2. οὐρανίης γενεῆς. A Jove derivatur Argivorum genus. — V. 5. μηλόβοτος. everſa, ut jam gregibus paſcendis inſerviam. *Photii* Lex. Mſc. μηλόβοτος. ἡ κατασκαφεῖσα καὶ ἀνεθεῖσα τοῖς μήλοις, ἤτοι τοῖς κτήνεσιν εἰς νομὴν διὰ τὴν ἐρημίαν. Cf. *Suidam* v. μηλόβοτος. Vim vocis expreſſit *Ovid.* Epiſt. I. 51. *Diruta ſunt aliis, uni mihi Pergama reſtant, Incola captivo quae bove victor arat. Jam ſeges eſt, ubi Troja fuit, reſecandaque falce Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.* — V. 6. οὔνομ' ἔχουσα μόνον. Epigr. Anth. Lat. III. 1. p. 455. in Graeciam: *Fama manet, fortuna perit, cinis ipſe jacentis Viſitur, et tumulo eſt nunc quoque ſacra ſuo. Exigua ingentis retinet veſtigia famae; Et magnum infelix nil niſi nomen habet.* De Troja *Agath. Schol.* Ep. LXI. καί σε τὸ πρὶν νίκησε βαρὺς φθόνος· ἀλλ' ἄρα μοῦνον Οὔνομα σὸν κρύψαι καὶ κλέος οὐ δύναται. — V. 7. Vitioſe Vat. Cod., ex quo hoc diſtichon primum acceſſit: ἰλάον ἀναμεσει. quod cum emendare non poſſet Planudes, integrum diſtichon omittere maluit. De veritate emendationis, quam *Salmaſio* deberi ex apogr. Lennepiano cognovi, non dubitandum. *Grotius* quoque ſic legiſſe videtur, dum vertit: *Curae Troja tua eſt Dis ultio.* Senſus idem, qui in praecedente *Antonii* carmine: τίσχεα Πριάμου δαίμοσιν ὀψὲ δίκας. — V. 8. μηκέθ'. Vat. Cod. — ἱερὴ πόλις. De Troja reſtituta vide Not. T. II. P. I. p. 350.

ADDAEI EPIGRAMMATA.

T. 241.] I. Vat. Cod. p. 191. ἄδηλον. Edidit *Merrick* ad *Tryphiodor.* p. 107. in Indice. — *Reiske* in Anth. nr. 507. p. 48. Hinc primum distichon excitavit *Warton.* ad *Theocrit.* T. II. p. 274. Crithon post abundantem messem Cereri sacra facit, eamque, ut in posterum quoque sibi sit propitia, precatur. — V. 1. laudat *Suidas* in ὄγμος T. II. p. 656. ἐπόγμιος Δημήτηρ. ἔφορος τοῦ θέρους. et in οἶν p. 660. *Eustath.* ad Il. σ. p. 1226. 7. ὄγμου δὲ παράγωγον ἐπόγμιος, ἐπίθετον Δήμητρος. — V. 2. τροχιὰν mutato accentu dedit *Reiske*. Sic etiam est ap. *Suidam* T. III. p. 617. ubi haec leguntur: ἔστι δὲ ὄνομα πλακοῦντος. πέμματα, ἃ τοῖς θεοῖς μετὰ τῶν σπλάγχνων ἔθυον. ἐν Ἐπιγρ. καὶ τροχιὰν ἐν κανέῳ φθοΐδας σοὶ ταύτας ἐφ' ἅλωος, ὦ Δάματερ, φέρω. *Hesych.* φθοΐς. πλακοῦς, καὶ τὰ πρὸς λεπτὸν ἐληλασμένα. Vide *T. Hemsterh.* ad *Aristoph.* Plut. p. 225. Cf. *Phaniam* Ep. V. 2. Apponebantur panes et placentae in canistris. *Homer.* Il. ι. 216. Πάτροκλος μὲν σῖτον ἑλὼν ἐπένειμε τραπέζῃ, Καλοῖς ἐν κανέοισιν. — V. 3. ἄλωος. vitiose Vat. Cod. — *Suidas* in ἄντλια T. I. p. 232. καὶ ἄντλος ἡ συγκομιδὴ τῶν ἀσταχύων ἐν τῇ ἅλῳ· καὶ ταύτας ἐφ' ἅλωνος — κριθῶν. ἄντλος est acervus manipulorum, ut ap. *Nicandr.* Theriac. 114. ἢ ὅταν αὐαλέου θέρεος μεθ' ἀλώϊα ἔργα Ζωσάμενος, θρίναξι βαθὺ διακρίνεται ἄντλον. Cf. *Arnaud* Lectt. gr. p. 18. et *Interpp. Hesych.* v. ἄντλον. — ἔβρασε. *Hesych.* βράσσει. ζέει. ἀναβάλλει. Ventilandi negotium significari videtur. *Timaeus* Lex. Plat. p. 64. βράσσειν. ἀνακινεῖν. ὥσπερ οἱ τὸν σῖτον καθαίροντες. — V. 4. Κρήθων. Vat. Cod. et ap. Lipf. *Reiskius* tamen Κρίθων dedit, ut est in marg. apogr. Guy. et Kuhnk. *Suidas* κριθῶν, quasi de *bordei acervo* ageretur. — εἶδε. ut ap. *Leonid. Tar.* Ep. LI. leo lacerato vitulo interemtus, ἀχθεινὰν εἶδε βοοκτασίαν. ubi vulgo vitiose οἶδε legitur. — γεωμορία, quod

proprie ipsum agrum significat, h. l. pro messe videtur positum. — V. 5. ἱερεῦσι. Vat. Cod. πολέουσι. *Theocrit.* Eid. VII. 155. βωμῷ πὰρ Δάματρος ἀλωίδος· ἇς ἐπὶ σωρῷ αὖθις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον. — εὐ δὲ Κρ. Vat. Cod. *Brunckius* dedit lectionem ap. Guyet. In εὖ δ' ὡς Κρ. *Reiskius* etiam inciderat, cujus correctionem temere improbavit *Toup.* in Ep. crit. p. 172. ubi hoc carmen exhibet. Vertit: *Fac ut Crizbonis ager quotannis hordei ut tritici ferax sit.* Hunc sensum *Addaeus* procul dubio efficere voluit; sed is efficitur non minus *Reiskiana* lectione, quam Toupiana. Cum illa conspirat usus et linguae indoles; in hac docendum erat, ἔγειν idem esse quod τιθέναι, ποιεῖν.

II. Cod. Vat. p. 406. Ἀδαίου εἰς Πευκέστην, ταῦρον τὸν καλούμενον Δόβηρον λογχεύσαντα. Editum est hoc carmen a *L. Holstenio* Not. ad Steph. B. v. Δόβηρος p. 101. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 81. *Heringa* in Obss. crit. p. 192. *Ruhnken.* Ep. crit. II. p. 17. ed. pr. *Reiske* in Anth. nr. 668. p. 119. (Jens. nr. 17.) Compar. Ep. *Samii* I. et II. T. I. p. 435. — V. 1. Δοβήρου. Δόβηρος, πόλις Παιονίας. *Steph. Byz.* p. 241. De Doberibus, Paeoniae populo, consul. *Gatterer* de Thracia in Comment. Soc. Reg. T. VI. p. 44. De tauris Paeoniis vide ad Samii Ep. I. T. I. P. II. p. 343. et inprimis descriptionem bonasi ap. *Aristot.* de Mir. Auscult. c. I. ibique *Beckmann.* Inepte vulgatam lectionem tentavit *Leich.* Praef. ad Sepulcr. p. XII. εὐβήρου corrigere conatus. — V. 2. Πευκέτης. *Jens.* Πευκέλτης *Holst.* quod in Πευκέστης mutavit *Heringa* (ut habet Vat. Cod.), nomen Macedonibus non ignotum. In eandem emendationem conspirant *Ruhnk.* et *Dorvill.* De Peucesta dabimus quaedam in Notitia Poët. Anth. v. *Addaeus.* — Ἴττω Vat. Cod. — V. 3. »Codicis scriptu»ram repraesentavi πρωιὼν (πρωιῶν Vat. Cod.), quod He»ringa et Ruhnkenius in πρῳὼν mutant. Holstein edidit »πρωιῶν, Orvillius πρίων. Hic quaerit, an cogitandum de

πρηστής. Salmasius emendabat πρεσιών. Quis dubitabit, quin corrupta sit scriptura? Ego sensum magis respicere soleo, quam elementorum apices, et nihil melius reponi posse censeo, quam πρηστής. Comparatio enim ad impetum, non ad molem. ὡρμήθη ἅτε πρηστής. ὡρμήθη ἅτε πρηών, hebraicum sapit, τὰ ὄρη ὅτι ἐσκιρτήσατε ὡσεὶ κριοί; castigatius Graecorum ingenium, apud quos nihil tale reperitur.“ *Br.* Parvi sane momenti haec sunt ad damnandam lectionem πρηών, quae tam prope abest a membranarum ductibus, ut hanc quidem ob causam magnam veritatis partem habere videatur. Multum autem interest, utrum quis dicat, *montes subsilire veluti arietes*, quo imago oculis subjicitur ab omni veritate abhorrens et rem ipsam extenuans, an, ut *Addaeus*, taurum irruisse rupi comparandum. Comparatio est simul ad molem, simul ad motum: ut saxum ingens de monte devolvitur, sic taurus ille. Haec est vis similitudinis, quam *Addaeus* invenit ap. *Homerum* Il. ν. 136. ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ ἀντικρὺ μεμαώς, ὀλοοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης — ὕψι δ' ἀναθρώσκων πέτεται. quem locum expressit *Virgilius* XII. Aen. 683. *Turnus — rapido cursu media agmina rumpit. Ac veluti montis saxum de vertice praeceps Cum ruit, avolsum vento — Fertur in abruptum magno mons* (πρηών) *improbus actu, Exsultatque solo.* ubi vide *Heynium* multa similia laudantem. Si quis tamen malit comparationem ita accipere, ut nonnisi ad magnitudinem tauri respiciatur, nec hoc repudiandum. Ut enim poëtae loco verbi substantivi verbum significantius ponere solent, sic *Addaeus* hoc l. ὁ μὲν ὡρμήθη πρηὼν ἅτε dixit pro ὁ ταῦρος ὁρμώμενος ἦν ἅτε πρηών. *Callimach.* H. in Dian. 51. ubi Nymphas Dianam comitantes, Cyclopibus conspectis, metu percelluntur: αἱ Νύμφαι δ' ἔδδεισαν, ὅπως ἴδον αἰνὰ πέλωρα Πρηόσιν Ὀσσαίοισιν ἐοικότα. *Nonnus* Dion. XXXVII. p. 952. ἄντιον αὐτοκύλιστον ὅλον περιάββαλε γαίῃ Ἠλιβάτῳ ἐριπὼν σκοπέλων. His praeivit *Homer.* Od. ι. 190. de

Polyphemo: θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώριον· οὐδὲ ἐῴκει Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι Ὑψηλῶν ὀρέων. Vide quae notavimus ad *Calliſtrati* Stat. C. XII. p. 58. ſq. *Virgilii* locum Aen. IX. 674. *Abietibus juvenes patriis et montibus aequos* huc non retulerim; nam ibi aut *ex montibus*, aut, cum *Jac. Bryant*, *in montibus* legendum videtur. — V. 4. *Reiskius* dedit τοῦ δ' ἄρ' ἄλυκτον — διὰ κροτάφων. Poſterius vocabulum Vat. quoque cod. ſic ſcriptum exhibet. Si κροτάφων ſincerum eſt, ἀπαλοῖο depravatum videri debet. Sed *Reiskianam* emendationem ἄλυκτον nemo facile probaverit. Idem incidit in τοῦδ' ἐπέπαισε et τοῦδ' ἀπὸ λαιοῦ vel λαιῶν, *a ſiniſtra parte*. Putabam equidem:

τοῦδ' ἄρα πάλλων

Παιονίδα λόγχην ἧκε διὰ κροτάφων.

πάλλων δόρυ dixit *Eurip*. in Androm. 698. in Iphig. in Taur. 823. λόγχην πατρὸς Ἦν χερσὶ πάλλων. *Pindar*. Nem. γ. 79. χερσὶ θαμινὰ Βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων. Vide *Rubnk*. Ep. crit. p. 205. Si quis tamen κροτάφου, quod *Salmaſius* adſcripſit apogr. ſuo, ut faciliorem et leniorem emendationem praetulerit, facile in ejus ſententiam concedam. — V. 5. κεφαλῇ. *Holſten*. Noſtrum eſt in membr. — V. 6. κόμπον μὴ θανάτου. Vat. Cod. et Jenſ. κόμπον ἔχει emendarunt *Heringa* et *Dorvillius*. *Rubnk*. in ed. pr. Epiſtolae crit. κεῖν ἐκείνου — κόμπον ἔχει δακέτου emendavit; cujus conjecturae eum poſtea poenituiſſe videtur. *Reiske* dedit ἐχθροῦ κομπονομεῖ θάνατον, *quoties bibit, de inimico caeſo gloriatur*; verbum κομπονομεῖν a ſe fictum comparans cum χειρονομεῖν. Ut hoc ſignificat *manus agitare*, ſic illud *jactationem ſui agitare*. His praeferenda *Br*. lectio, quamvis haud certa. In eandem et *Guyetus* inciderat. *Sladus*, quem *Cornel. de Pauw* laudat in apogr., κόμπον ἵει tentabat, ſive κομπάζει ἐς θ. ſive denique κομπεῖ ἐπὶ θ. Ipſe *Pauw* corrigere conatur ἐχθροῦ κόμπον ὑδεῖ θανάτου, addens haec: ὑδέω, ut noſti, *celebro*

„est. Sed alii videant; ego mihimet ipsi hic nondum „satisfacio." Ex taurorum ap. Paeones cornibus pocula fiebant, de quibus *Athen.* L. XI. p. 476. Λυκοῦργος ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Δημάδου, Φίλιππόν φησι τὸν βασιλέα προπίνειν κέρατι τούτοις, οἷς ἐφιλοφρονεῖτο. et paulo post: τοὺς δὲ Παιόνων βασιλεῖς, φησὶ Θεόπομπος ἐν δευτέρᾳ Φιλιππικῶν, τῶν βοῶν τῶν παρ' αὐτῶν γινομένων μεγάλα κέρατα φυόντων, ὡς χωρεῖν τρεῖς καὶ τέτταρας χόας, ἐκπώματα ποιεῖν ἐξ αὐτῶν, τὰ χείλη περιαργυροῦντας καὶ χρυσοῦντας. Hunc locum excerpsit *Eustath.* ad Il. N. p. 883. 12. Iterum *Athen.* L. XI. p. 468. περὶ δὲ τὴν Μολοττίδα οἱ βόες ἱστοροῦνται ὑπερφυῆ τὰ κέρατα ἔχειν, περὶ ὧν τῆς κατασκευῆς Θεόπομπος ἱστορεῖ. Etiam ex cornibus caprearum Libyae ejusmodi pocula conficiebantur, teste *Aeliano* H. A. XIV. 16. In nummis Bacchus conspicitur, incurvum bovis cornu pro cantharo manu tenens. *Spanhem.* de Usu et Pr. Num. T. I. p. 394. *Beger.* Thesaur. Brand. T. I. p. 14.

XII. Vat. Cod. p. 183. Anth. Plan. p. 421. St. 555. W. Ἀδδαίου Μακεδόνος. De bove, quem dominus debilitatum senectute non mactavit, sed libere per pascua vagari passus est. — V. 1. „Planudeae Codd. tres recte „τετρυμένον. Vat. τετρυμμένον." *Br.* At in apogr. Spalletiano τετρυμένον legitur. Vulgo est τετριμμένον, quod *Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 253. emendandum esse vidit ex *Suida* v. τετρυμμένον. καταπεπονημένον. T. III. p. 454, ubi hoc distichon cum parte v. 3. laudatur. Simplici μ scriptum τετρυμένον legit *Gregor.* D. D. §. CXL. de qua scriptura, et de confusione verborum τετρυμένος et τετριμμένος vide *Wesseling.* ad *Herodot.* II. p. 165. 72. et VI. p. 443. 50. Perperam *Kuster* vulgatam Anthologiae lectionem praeferendam censebat. *Appian.* de Bell. Civ. II. p. 735. τὴν στρατιὰν τοῦ Καίσαρος τετρυμένην τε πόνῳ καὶ χρόνῳ. Epigr. ἀδέσπ. DCLXXIX. γήραϊ καὶ πενίῃ τετρυμένος. *Anyte* Ep. VII. τετρυμένα γυῖ' ἀνάπαυσον. *Apollon. Rhod.* I. 1174. τετρυμένα γούνατ' ἔκαμψεν. *Lucretius* L. II. 1160.

Conterimusque boves et vires agricolarum. Nostrum locum attigit *Ruhnken.* ad *Tim.* p. 47. — V. 2. ἄλκων οὐ φ. Vat. Cod. et Plan. Ἄλκων servavit *Suidas* in νωλὶς T. II. p. 347. ubi vitiose αἰδεσθεὶς ἔργων exhibetur. Vide *Toup.* Emend. in Suid. p. 472. Veram lectionem vidit etiam *Grotius*, qui vertit: *Ad cultrum dominus non vocat Alco bovem.* — V. 3. αἰδεσθεὶς ἔργων. Lex erat apud Athenienses, βοῦν ἀρότην καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, servata ab *Aeliano* V. H. L. V. 14. ubi locis a *Kuhnio* laudatis addendus est hic *Ciceronis* de N. D. II. 63.: *bobus — cum terrae subigerentur fissione glebarum, ab illo aureo genere – vis nunquam ulla afferebatur. Tanta putabatur utilitas percipi ex bobus, ut eorum visceribus vesci scelus haberetur. Aelian.* Hist. An. XII. 34. p. 703. φεύγει δέ, ἐάν παρ' αὐτοῖς τις ἀροτῆρα ἀποκτείνῃ βοῦν, ἡ ζημία θάνατος αὐτῷ. — V. 4. ἀρότρου Vat. Cod. — βαθέῃ ἐνὶ πολῷ. *Auctor* Herculis λεοντοφ. inter Theocritea XXV. v. 15. ἐπεὶ μελιηδέα ποίην Λειμῶνες θαλέθουσιν – ἢ ῥα βόεσσι μένος κεραῶν ἀέξει. v. 132. οἳ καὶ ἐπιμαργέλλαι βόσκοντ' ἐριθηλέα ποίην.

IV. Vat. Cod. p. 407. Ἀδαίου. Plan. p. 49. St. 71. W. Pro καλαθίνῃ *Brodaeus* etiam γαλατίνῃ invenisse videtur. Prius nomen idem derivarit, ni fallor, a κάλαθος, quia mulieres parvos catulos in quasillis portare solebant. — T. 242.] V. 3. Canis partum editura invocat Lucinam ap. *Antip. Thess.* Ep. XXXVIII.

V. Cod. Vat. p. 252. Ἀδδαίου Μιτυληναίου. Idem lemma est in Plan. p. 247. St. 359. W. In Diotimum piscatorem, post fata cum ipsa cymba crematum. Conf. Ep. *Antiphili* XLI. et not. — V. 3. ἄστο πρὶν.... Vat. Cod. lacuna relicta. Superscriptum γρ. ἔθου. — V. 5. ὧν γάρ. eadem enim cymba, qua vitam sustentabat; hoc est παραμύθιον ζωῆς. Sic καμάτων παραμύθιον est laborum levamen ap. *Sophocl.* Electr. 129. γενναίων πατέρων καὶ

παιδοτροφίας παραμύθιον *Plutarch*. T. I. p. 250. E. De verbo παραμυθεῖσθαι emendandi, levandi, sustentandi sensu adhibito, vide quae collegerunt *T. Hemsterh.* et *Locella* ad *Xenoph. Ephes.* p. 153.

VI. Cod. Vat. p. 449. Edidit *Reiske* in Anth. nr. 717. p. 141. (*Jens.* nr. 67.) „Galene, marina „Nympha, Tryphonis manu in beryllo caelata, loquitur. „Planum et perspicuum est Epigramma. Si quis „aenigmatum quotquot sunt, omnium obscurissimum „cognoscendi cupidus est, legat versionem hujus carmi„nis in Cephalae Anthologia. Graeca autem exhibui, „uti scripta sunt in Buheriano apographo, mutato solum „v. 5. νεύσει in νεύσῃ. Tryphonis artificii exstat etiam „nunc insigne monumentum in cimelio generosissimi „ducis de Malborough, gemma Cupidinis et Psyches „nuptias exhibens, quam aere incisam videre est in „Stoschii gemmis antiquis scalptorum nominibus in„signitis.“ *Br.* Si mira est versio, quam *Reiskius* de hoc carmine dedit, multo certe mirabiliora sunt, quae idem in commentario posuit. Nam cum non animadvertisset, Γαλήνην h. l. personae nomen esse, in toto hoc carmine nihil nisi berylli descriptionem vidit, colore glauco maris colorem referentis, cui propterea omnes maris conditiones tribuerentur. Ex hoc falsae interpretationis fonte omnes illae ineptiae profluxerunt, quibus notae ad hoc Epigramma abundant. Amico suo non perspicacior fuit *Bernardus*, qui in Epist. ad Reisk. p. 507. pro γαλήνην, σκαληνὴν legit, remittens ad *Plin.* XXXVII. 7. Sententiam non disertius explicuit. Γαλήνης imaginem commemorat *Pausan.* L. II. 1. p. 182. ed. *Fac.* — V. 2. κυμᾶς, *Jens.* κῦμα emendavit *Reiskius*; κόμας legendum esse vidit *Bernardus*. μαλακαὶ χεῖρες tribuuntur artifici perito, propter operis mollitiem. Nympham tibi finge promissis capillis natantem. — V. 3. χείλη πλεύσαντα θάλασσαν si sensum habent, πλεύσαντα pro πλεύσαντος accipias necesse

est, ut pars, χείλη et μαστοὶ, posita sit pro toto, Galene nimirum. At nondum me poenitet conjecturae, jam olim prolatae:

ἠνίδε καὶ χείλη νοτερὴν λειοῦντα θαλάσσην,
καὶ μαστοὺς τοῖσιν θέλγω ἀνηνεμίην.

Galene undas ventis excitatas sedat, unde nomen habet, et ipsum mare tranquillum reddit, λειαίνει. Has partes Galenae tribuit *Leonidas Alex.* Ep. XXVIII. οὐδ' εἴ μοι γελόωσα καταστορέσειε γαλήνη Κύματα. ubi vide not. Hinc λιπαρὴ γαλήνη ap. *Theocrit.* Eid. XXII. 19. et θαλάσση λείη ap. *Herodot.* II. 17. Easdem partes Zephyro tribuit *Marc. Argent.* Ep. XXIV. ἄρτι δὲ κῦμα Γλαυκὸν θηλύνει πρηϋγέλως Ζέφυρος. Veneri Arsinoae *Posidipp.* Ep. XXI. ἣ δέ τοι εὐπλοΐην δώσει, καὶ χείματι μέσσῳ Τὸ πλατὺ λισσομένοις ἐκλιπανεῖ πέλαγος. Fluvius limpidissimo cursu in mare delapsus λάθρα τῇ θαλάσσῃ κιρνᾶται λεαίνων τὸ κῦμα τῷ ῥεύματι. Glaucus ap. *Philostr.* II. Imag. XV. p. 833. ὡς γεγύμνασται πρὸς τὴν θάλασσαν, ἐμπίπτων ἀεὶ τοῖς κύμασι, καὶ λεαίνων αὐτὰ εἰς τὴν νῆξιν. — V. 5. νεύσει. Vat. Cod. soloece. φθονερὴ λίθος, qui me retinet, cohibet, quo vincta teneor. Sic fere Damostratus athleta ap. *Philipp. Thess.* Ep. XXXIII. ἁ βάσις με λυσάτω Χ' ὡς ἔμπνοος νῦν ἕβδομον κονίσσομαι. *Aemilianus* Ep. II. p. 275. Satyrus Praxitelis, λῦσον, καὶ πάλι κωμάσομαι· Νῦν δ' ἡμῖν οὐ γῆρας ἔτ' ἀδρανὲς, ἀλλ' ὁ πεδήτας Σιληνοῖς κώμων βάσκανός ἐστι λίθος. — V. 6. γλώσσῃ et νηχομένῃ. *Jens.* *Reiskius* πνεύσει exhibuit; reliqua ut *Jensius.* — Varia in hoc carmine tentavit *Cornel. de Pauw*, quae commemorare supersedeo. Putabat enim, de beryllo agi, quem Tryphon amasiae ad ejus iram placandam muneri dederit. Huic opinioni et crisin et interpretationem suam accommodavit.

VII. Vat. Cod. p. 316. Εἰς Φιλοπρήγμονά τινα, διηρώτων. Anth. Reisk. nr. 767. p. 161. (nr. 116. Jens.) De heroë Philopregmone, qui h. l. rogantibus felicem

laborum successum impertire dicitur, nihil aliunde constat. Muneri, quod *Addaeus* ei tribuit, respondet nomen τοῦ Φιλοπρήγμονος, qui fortasse similis fuit τῷ δαίμονι τῶν σπουδαίων, qui Athenis colebatur, teste *Pausania* I. 24. p. 56. — V. 1. δὲ est in Vat. Cod. τε in ap. Guy. et Ruhnk. — V. 2. πετ' ιδαίης, distractis syllabis, Vat. Cod. Πετιδαίης emendavit *Guyet.* in marg. et *Reisk.* — V. 2. κείμενος Vat. Cod. In marg. ap. Guy. κείμενον. Hoc lenius; sed etiam membranarum lectio ferri potest. — V. 3. εἰπεῖν. memineris ei dicere, ad quod negotium te conferas. — ἐκεῖνο. Vat. Cod. Jens. *Reiskius* dedit et vertit: *κείνου εὐρήσεις ἐν σοι κ. τ. λ. et protinus ea, qua ille pollet, tibi succurret negotii conficiendi facilis ratio.* Profecto *Reiskius*, cum haec scriberet, preces ad Philopregmonem non fecerat; non enim tam difficili ratione hoc negotium conficere tentasset. Scribendum est ἐκεῖνος cum *Salmasio;* in reliquis autem Codicis lectio unice tenenda. Illam lectionem non ignorabat *Reiskius*, qui tamen contorta et obscura, quam elegantia et expedita amplecti maluit.

VIII. Cod. Vat. p. 215. *Addaeo* hoc carmen tribuit, quod in Plan. p. 274. St. 396. W. Διονυσίου est. — Contra vulgares de Euripidis morte traditiones. — V. 1. γένος. Plan. et Vat. Cod. γένυς emendavit *Toup.* in Suid. p. 514. et ante eum *Jos. Scaliger* in not. msc. Elegans correctio, nec tamen certa; nam γένος saepissime inservit periphrasi. Et si emendatione opus, non minus bene legeris: οὔ σε κυνῶν μένος εἶλ', Εὐριπίδη. Euripidem a canibus laceratum esse, narrat *Diodor.* XIII. 103. p. 626. et alii, quos laudat *Munker.* ad Hygin. fab. CCXLVII. et *Barnes.* in Vit. Eurip. §. XXXI. — γυναικὸς οἶστρος. Erant enim, qui Tragicum, cum ancillae cujusdam Archelai amore captus, in agrum iret, in canes incidisse narrarent. *Hermesianax* ap. *Athen.* XIII. p. 598. 67.

quem locum totum adscribam, sicuti eum emendandum esse puto:

> φημὶ δὲ κἀκεῖνον τὸν ἀεὶ πεφυλαγμένον ἄνδρα
> ἠδ' ἀπαλῶν μῖσος κτώμενον ἐξ ὀνύχων
> πάσας ἀμφὶ γυναῖκας, ὑπὸ σκολιοῖο τυπέντα
> τόξου, νυκτερινὰς οὐκ ἀποθέσθ' ὀδύνας·
> ἀλλὰ Μακηδονίης πάσας κατενίσσατο λαύρας,
> Ἀντείαν μέθεπε δ' Ἀρχέλεω ταμίην,
> εἰσόκε τοι δαίμων, Εὐριπίδῃ, εὗρεν ὄλεθρον
> ἀμφὶ βίου στυγνῶν ἀντιάσαντι κυνῶν.

Hic certam puto emendationem ἀπαλῶν ἐξ ὀνύχων pro πάντων ἐκ συνοχῶν, quae lectio vehementer exercuit viros doctissimos. Vides, quam leniter nunc oratio decurrat, quantumque ei gravitatis accedat: *Nec Euripides, qui sibi tantopere cavebat, et omnium mulierum odium inde a teneris unguiculis animo conceperat, amoris cruciatus effugere potuit.* Eodem fere sensu *Ilgen* V. cl. emendavit καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ἐκ στονύχων. Sed πάντων ferri posse dubito. Ἀντείαν scripsi pro Αἰγείαν. Illud nomen occurrit ap. *Athen.* XIII. p. 593. F. Sed haec obiter. Quod addit Epigrammatarius, *Euripidem* a furtiva Venere alienum fuisse, non omnes confirmant. Cf. *Athen.* L. XIII. p. 557. E. et p. 603. E. — Vat. Cod. τὸ συνθήκης. — V. 3. »In Planudea legitur ἀλλ' ἥδης καὶ γήρως »ὑπέκβαλε, nullo aut pessimo sensu, vitiata etiam syntaxi: »non enim habent a quo pendeant verba τῇ δ' Ἀφροδίτῃ. »Genuina lectio e Vat. Cod. petita est. Bianor. Ep. XIII. »ἁ Μακετίς σε κέκευθε τάφου κόνις. Stephanus in Μακεδονία: »λέγεται καὶ Μακέτης ἀρσενικὸν καὶ Μακετὶς γυνὴ, καὶ Μάκεσσα »πληθυντικῶς, ὡς Ἡρακλείδης, καὶ Μάκεττα, διὰ δύο τ, καὶ »δι' ἑνός. In codice quo usus est Suidas [qui excitat v. 1. »et 3. in ὑπαίμακε T. III. p. 536.] scriptum erat ΥΠΑΙ»ΜΑΚΕΤΗι Δ' ΑΡΕΘΟΥΣΗι, quod bonus ille monachus non »intellexit, et inde verbum ὑπαίμακε procudit. ὑπέκβαλε

„Planudi debetur, quo melius non est ὑπέρβαλε Toupii.
„Vide Stephan. in Βερμίσκος, et Plutarch. in Vit. Lyc.
„p. 127." *Br.* De Arethusa Macedoniae urbe vide *Valesium* ad *Ammian. Marc.* XXVII. 4. p. 483. *Wesseling* ad Itiner. Hierof. p. 605. — Pro ὑπέκβαλε Vir doct. in cod. Scalig. ap. *Huetium* p. 26. ὑπέκλαβε legendum suspicatur. — V. 4. κεῖται. Vat. Cod. — T. 243.] V. 5. οὐ δ' οὐ τοῦτον conjicit *Huetius* p. 26. Non opus est emendatione. τίθεμαι positum pro ἡγέομαι, νομίζω, de qua hujus verbi significatione consule *T. H.* in Misc. Obss. V. 3. p. 66. et *Valcken.* in Diatr. p. 8. C. *Non tam hunc tumulum pro monimento tuo habeo, quam potius scenam tragicam.* Similis color est in Ep. *Diodori Jun.* XI. ubi vide not. — V. 6. ἥματα καὶ σκηνὰς ἔμβαλε πενθομένας legit Vat. Cod. Non aliter Planud. in Ed. pr. Posteriores editiones primam vocem in εἵματα mutarunt. ἥματα servavit ed. Nic. Sabienf. *Brunck* hunc versum ex *Reiskii* conjectura emendatum dedit, σῇ ἐπὶ πενθομένας, quae sensum efficit valde probabilem. An ipsam poëtae manum assecutus sit vir sagacissimus, dubitare licet. Nec persanatus videtur versus, cum etiam in εἵματα haereas, quod vel ineptum, vel frigidum et jejunum est. Laudat *Huetius* p. 26. conjecturam V. D. in cod. Scaligeri πενθομένας. Plenior exstat haec lectio in Schedis Bibl. Bodl., ubi *Jos. Scaliger* totum hunc versum sic scribit: ἀλλὰ τὰ Βάκχου Σήματα - sive Σχήματα καὶ σκηνᾶς σύμβολα πενθομένας. Haec speciem habent. σχῆμα de saltantium habitu et dignitate explicuit *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 34. p. 141. nisi fortasse emendationis auctor τὰ Βάκχου σχήματα pro *ornamentis scenae bacchicae* accipi maluit. Nam hoc quoque sensu v. σχῆμα a poëtis usurpatur. *Euripid.* Alcest. 915. ὦ σχῆμα δόμων. Androm. 1. Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα. Prosaici pro eo πρόσχημα dicunt. Vide *Wesseling.* ad *Herodot.* V. p. 385. 87. — σκηνὴ πενθομένη *scena lugubris* sive *tragica* esse videtur. Sed desideramus auctoritatem

formae πένθομαι. Nec apparet, quo sensu σύμβολα σκηνῆς dicta sint. Quare vide, an in lectione membranarum ἥματα καὶ σκηνὰς ΕΜΒΑΛΕΠΕΙΘΟΜΕΝΑΣ haec lateant:

ἀλλὰ τὰ Βάκχου
βήματα καὶ σκηνὰς, αἷς μέγα πένθος ἔβας.

Recte mihi videor emendasse βήματα. *Pollux* IV. 123. ἡ δὲ ὀρχήστρα τοῦ χοροῦ, ἐν ᾗ καὶ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι οὖσα, εἴτε βωμός. Recte igitur poëta junxit βήματα et σκηνὰς, ut alii θυμέλην καὶ σκηνήν. *Simm. Theb.* Ep. I. πολλάκις ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς βλαισὸς Ἀχαρνείτης κισσός. — Quae sequuntur

αἷς μέγα πένθος ἔβας,

sensum habent huic loco accommodatissimum. Passim enim loca, ubi quis floruit, et quae vivus frequentavit, defuncti mortem flere dicuntur. Orpheum lugebant πέτραι καὶ δρύες, ἃς ἱερατῇ τοπρὶν ἔθελγε λύρῃ. Epigr. ἀδέσπ. CCCCLXXXII. De Damocharide poëta ἀμφιρύτη Κῶς καὶ πάλι πένθος ἔχεις, οἷον ἐφ' Ἱπποκράτει. Sed haec nota. μέγα πένθος ἔβας eleganter dictum pro θανὼν μέγα πένθος λέλοιπας. *abiisti magna luctus et lacrymarum materia.* μέγα πένθος dixit auctor Ep. inter ἀδέσπ. DCCIII. πένθη μέγιστα *Eurip.* Hipp. 1427. βαίνειν pro *mori* per euphemismum frequenter obvium. Vide *Burton* ad *Sophocl.* Oedip. C. 1675.

IX. Vat. Cod. p. 243. *Addaeo* hoc Ep. vindicat, quod ἄδηλον est in Planud. p. 203. St. 295. W. Philippus rex Macedoniae de rebus a se gestis gloriatur. — Ἠμαθίη, vetus Macedoniae nomen. Vide *Saniam* Ep. II. T. I. p. 485. *Christodor.* in Ecphr. p. 457. εὐόπλων Ἠμαθιήων. *Gatterer* Comm. de Thracia P. III. p. 69. — ἐς Ἄρεα βῆσα. primus Macedones ad arma adduxi, sive ad gloriam belli evexi. Ἄρεος ἐπέβησα *Homerus* fortasse dixisset, ut σαοφροσύνης ἐπέβησαν Od. ψ. 13. et Il. θ. 285. τὸν καὶ τηλόθ' ἐόντα ἐϋκλείης ἐπίβησον. His plura similia ap. eundem

reperiuntur. — V. 2. Αἰγαῖαν. Aegis, Macedoniae oppido, reges sepeliebantur. *Diodor.* XIX. 52. ἔτι δὲ Κύνναν — ἔθαψεν ἐν Αἰγαῖς, καθάπερ ἔθος ἦν τοῖς βασιλεῦσι. Dissertius idem in Eclogis de Virt. et Vit. T. II. p. 563. ubi vide *Vales.* et *Wesseling.* — V. 3. Si quis est, qui se Philippo majorem esse glorietur, hoc quoque sanguini meo debetur. Ad αἵματος intell. ἔργον. Ad Alexandrum respici, Philippo illustriorem, res ipsa docet.

X. Vat. Cod. p. 243. ἀδέλον. In Planud. p. 203. St. 295. W. *Parmenioni* tribuitur; qui error inde ortus, quod in collectione Cephalae distichon *Parmenionis* in Alexandrum praecedit. — V. 1. „Εἴ τις ἀείδῃ. Sic libri „omnes sine sensu. Optime emendavit Bentlei ad Horat. „p. 317. εἴ τις ἐρεῖῃ. *quaeret, interroget, ubi sit.*" *Br.* In Ed. pr. Flor. et Asc. ἦν τις ἀείδῃς. ἦν etiam reliquae. *Grotius* de vulgatae lect. sinceritate non videtur dubitasse, dum vertit: *Quaeris Alexandri Macetae celebrare sepulcrum.*

ANTIGONI CARYSTII EPIGRAMMA.

¶. 244.] Vat. Cod. p. 427. Ἀντιγόνου Καρυστίου εἰς βάτραχον ἀποπνιγέντα ἐν οἴνῳ. In Planud. p. 82. St. 121. W. Ἀντιγόνου Θετταλοῦ sive Θεσσαλονικέως nomine inscriptum est. Nihil difficultatis hoc carmen habere affirmat *Opsopoeus*, quod in antiquis editionibus depravatum est, et etiam nunc, post mendas sublatas, nonnihil obscuritatis habet. Laboramus enim in argumento carminis, quod profecto longe aliud est, quam quod *Opsopoeus* sibi finxit de rana in vinum prolapsa. Certe non de vera, sed de ficta agitur rana, in poculo fortasse sive cratere sculpta. In illo vase autem, si recte poëtam intelligo, siphon fuit argenteus, unde vinum proliliebat. Haec est ἀργυρέη

κρήνη, quae ranam nostram perfundit οἰνηραῖς σταγόσι, i. e. vino. In Nymphis vero se jacere ait, quia vinum in cratere cum aqua miscetur. Sic loquutus est *Meleager* Ep. CXIII. τοὔνεκα σὺν Νύμφαις Βάκχος φίλος. *Theocrit.* Eid. VII. 153. τοῖον νέκταρ ἔπεισε κατ' αὔλια ποσσὶ χορεῦσαι, οἷον δὴ τόκα πῶμα διεκρανάσατε, Νύμφαι. Jam videamus reliqua. — V. 1. κρηνὶς vulgo, qua voce de Nymphis fontium usus est *Moschus* Eid. II. 29. Κρανίδες ὠδύραντο. An alibi pro *fonticulo*, ut in Lexicis vertitur, occurrat, ignoro. κρήνη est in Vat. Cod. qui etiam ἐμὲ legit. — τὸν οὐκέτι μακρὰ βοῶντα. quia arte et manu facta, non viva. Simul morum et ingenii mutatio significatur. Dum aquam meram potabat rana, rauca voce clamabat, ἄμουσον καὶ ἄχαρι μέλος; nunc, bacchico imbuta latice, illam ἀμουσίαν exuit. — V. 2. ἔσχεν ὑπὸ. Vulgo et in Vat. Cod. cujus margo obtulit lectionem a *Brunckio* in textu positam. — V. 3. φίλος κεῖνος. Vat. Cod. Color est ut ap. *Theocrit.* Eid. I. 141. τὸν Μώσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ. *Salmas.* in not. ad edit. Ald. legit: κεῖμαι δὲ Νύμφαις κεῖνος φίλος. — V. 4. λυόμενος. Steph. et Wech. Veteres edd. omnes λουόμενος. Mirum, poëtam eandem vocem σταγόσιν in utroque pentametro repetere, quam aliam ejusdem significationis ponere maluisse. Licebat enim scribere: λουόμενος λιβάδεσιν, sive νάμασι λουόμενος. — V. 5. ἐκώμασα. Vat. Cod. — De verbo κωμάζειν vide quae dedimus ad Ep. *Philippi* LXXIX. *Sero me ad Dionysum consuli.* — V. 6. μανίην σώφρονα μαίνεσθαι dicuntur aquae potores, qui speciem enthusiasmi prae se ferentes, omnia rauco clamore implent, sed virida illa vi ingenii carent, quae vere disertos, oratores et poëtas facit. Vide quae de ὑδροπόταις notavimus ad *Antip. Sid.* Ep. VIII. T. II. P. I. p. 20. et ad *Antip. Thess.* Ep. XLV. ibid. p. 327. — πίνουσιν. Vat. Cod.

PYTHE-

PYTHEAE EPIGRAMMA.

Servavit jejunum hoc carmen *Athen.* L. XI. p. 465. D. ubi de iis agit, qui ſe plurima aurea et argentea pocula habere gloriati ſint: ὧν εἷς ἐστὶ καὶ Πυθέας ὁ Ἀρκὰς ἐκ Φιγαλίας, ὃς καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ὤκνησεν ἐπιθέσθαι τοῖς οἰκείοις ἐπιγράψαι αὐτοῦ τῷ μνήματι τάδε· Πυθέα μνῆμα . . . Quae ducta ſunt ex libro *Harmodii Lepreatae* περὶ τῶν κατὰ Φιγαλίαν νομίμων, eodem, ut mihi videtur, loco, ubi Phigalenſes vinoſos eſſe tradiderat, φιλοπότας φησὶ γενέσθαι Φιγαλεῖς. *Athen.* X. p. 442. B. — V. 4. πασσάμενος vulgo ante *Caſaubonum.* πάσασθαι, ubi *poſſidendi* ſenſu gaudet, priorem conſtanter producit, ita ut duplicato σ non opus ſit. Vide *Valcken.* ad Ammon. p. 187.

THEAETETI EPIGRAMMATA.

¶. 251.] *I.* Vat. Cod. p. 207. „Elegans hoc car„men edidit *Dorvill.* crit. Vann. p. 194. ubi patris no„men male et ex falſa conjectura ſcriptum αἰπιθέρητος. „In membranis ſcriptum πτοητος, quod ex lemmate re„ſtituitur, quod ſic ſe habet, εἰς Νικάνορα Μακεδόνα τὸν „Εὐπτοιήτου.“ *Br.* Fallitur Vir doctiſſimus circa lectionem codicis, quae haec eſt: πατὴρ δὲ πτοίητος ἐμοὶ αἰπιθέρητος. *Reiskius* Anth. nr. 554. p. 68. qui nomen auctoris ignoravit, *Dorvillii* lectiones ſequitur. Scriptum eſt carmen in binas ſtatuas pueri et puellae, ex voto poſitas. — V. 1. 2. laudat *Merrick* ad *Tryphiodor.* p. 111. κείμενόν ἐστ' ὄνομα. In talibus κεῖσθαι nihil fere differt ab ὑπάρχειν, εἶναι. *Tryphiodor.* v. 286. οὔνομα κεῖται. Similia vide ad *Eveni* Ep. XIV. T. I. P. I. p. 327. — V. 4. ἡνησά. Ap. Lipſ. — Μακεδῶν. *Dorv.*

II. Hoc Epigramma in Crantorem servavit *Diogenes Laërt.* p. 242. unde relatum est in Append. Anth. p. 525. St. *24. W. — V. 1. Μούσαις. Carmina enim scripsit, quae Solis, in fano Minervae, obsignata deposuit, teste *Diogene* L. IV. 25. — V. 2. γήρως ἤλυθεν αὔτι πρόσω; Comparat *Casaubonus* versum *Menandri* ap. *Plutarch.* T. II. p. 119. E. ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος. — V. 3. ὑπεδέξω vulgo. Nostrum est ex emend. *Casauboni.* — V. 4. »Interpretes, nec ipsum Menagium »offendit εὔθυμίη, quod corruptum esse, syllabarum arguit »modulus, metro repugnans. Secunda enim necessario »est longa. Reponendum εὐτυχίῃ.« *Br.*

III. Cod. Vat. p. 322. Ex Schedis *Dorvillii* edidit *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 433. (II. p. 528. Bip.) Prius distichon expromsit *Dorvill.* in Vann. crit. p. 641. *Reisk.* Anth. nr. 776. p. 165. (nr. 125. *Jens.*) Lemma in membranis, Εἰς Φιλέαν τὸν αὐτάρεσκον καὶ δοκησίσοφον, falsum esse videtur. Quis hic Phileas fuerit, non constat. — V. 1. ἄλλον. Cod. Vat. *T. H.* malebat ἄλλῳ, dorice, quia reliqua in hoc Epigrammate dorica dialecto scripta sunt. ἄλλων exhibet apogr. Guyet. et Ruhnk. γνώμη h. l. est prudentia. — V. 2. κλαίετο. *Jens.* Rumpantur invidi, si quos haec de Philea offendit sententia. Nota est imprecandi formula, κλαίειν, οἰμώζειν τινὰ λέγειν. Invidis vero talia imprecantur veteres. *Martial.* L. IX. 99. *Rumpitur invidia, quod amamur, quodque probamur. Rumpatur, quisquis rumpitur invidia.* *Propert.* I. VIII. 27. *rumpantur iniqui: Vicimus.* ubi vide *Burm.* *Samius* Ep. II. T. I. p. 485. ὁ φθόνος αὐαίνοιτο. — V. 3. Nihil nunc ipsum illa inter mortales parta gloria juvat, cum apud inferos omnes eodem honore fruantur. κενὰ χάρις. de iis, quae nihil prosunt. Vid. not. ad *Meleagri* Ep. CIX. 4. p. 118. — V. 4. Μίνω Θεράποντας Vat. Cod. *Suidas* in ὑπομένειν T. I. p. 372. hunc locum sic profert vitiose:

αἰν Ἀΐδῃ γὰρ μένων Θερσίτης οὐδὲν ἀτιμότερος. ubi Cod. Leid. recte *Gronovio* Emend. in Suid. p. 82. μὲν ὁ legitur. In hoc *Suidae* loco *T. Hemsterh.* primitus Νιρέως tentaverat, eleganti oppositione: et sic fere *St. Bergler* in Act. Erudit. Lips. ao. 1722. p. 162. Veram lectionem jamdudum dederat *Salmas.* Ep. de Coma p. 703. quod latuit Μίνω Θερσίτης recte emendantem *Heringam* in Obss. crit. p. 275. Formam genitivi Μίνω habet *Xenoph.* Memor. Socr. IV. 2. 33. — οὐδὲν ἀτιμότερος. ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου καὶ ὅμοιοι ἅπαντες. *Lucian.* Mort. Dial. XXV. 2. et Dial. XXIV. 2. Chiron τὴν ἐν ᾅδου ἰσοτιμίαν laudat, ut rem plane popularem. Antigone ap. *Sophoclem* in tragoedia cognomine v. 519. ὅμως ὅγ' ᾅδης τοὺς νόμους ἴσους ποθεῖ.

IV. Cod. Vat. p. 275. Planud. p. 211. St. 307. W. Historia de familia Antagorae, quae omnis eodem incendio consumta et eodem loco humata est. — V. 1. χείματος, ὥρῃ scil. Hieme quondam, noctis tempore, ignis serpens latuerat μέγαν οἶκον, magnam Antagorae familiam, vino somnoque sepultam, οἰνωθέντα. Non putem οἰωθέντα cum *Jos. Scaligero* legendum esse. — V. 2. „Ut formis descripti libri, sic calamis exarati plerique „ἐκ νυκτῶν. In uno superscriptum νυκτὸς, quod verum est. „Mutarunt ob metrum, quod in tuto est." *Br.* ἐκ νυκτῶν ἔλαθεν Vat. Cod. ἔλαθεν corrigendum putabat, ne opus esset ad caesuram confugere, *Munkerus* ad *Anton. Lib.* XIII. p. 93. ubi ἐκ νυκτῶν *noctu* interpretatur contra *Lubinum*, qui imperite *ex nocte* transtulerat. — V. 3. ἄμιγγα. Vat. Cod. — ¶. 252.] V. 5. οὐκ εἶχον διελεῖν. sic Vat. Cod. nec aliter invenit *Aldus* in Codd. suis. In Ed. pr. et Ald. pr. οὐκ εἶχον δ' εἰδεῖν. Sic Scopae convivis cubiculi ruina oppressis, *cum eos humare vellent sui, nec possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur — demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse.* ut est ap. *Ciceron.* II. de Orat. c. 86. — V. 6. ξυνὴ δ' ἦν κ.

Vat. Cod. et Codd. Aldi. — V. 7. ἐτάρ. Quamvis omnium oſſa et cineres confuſi erant, Plutum tamen unumquemque eorum internoſcere certum eſt.

V. Cod. Vat. p. 286. Planud. p. 249. St. 361. W. ſine diverſitate lectionis. Ariſto Cyrenaeus nautas rogat, ut patri ſuo Menoni nuntient, ſe naufragio in Aegaeo mari facto, ad rupes Icarias jacere. — V. 2. ὑμμε. Vat. Cod. male. Vide *Fiſcher*. Anim. in Velleri Gr. Gr. T. II. p. 210. — V. 3. Μένωι. Vat. Cod.

T. III. p. 131.] *VI.* Relatum in Append. Anth. Plan. p. 525. St. *24. W. ex *Diog. Laert.* VIII. 48. p. 525. qui ex *Eratoſthene* narrat, Pythagoram εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα, ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος, κομήτην καὶ ἀλουργίδα φοροῦντα, ἐκκριθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων καὶ χλευασθέντα, αὐτίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας καὶ νικῆσαι. Eandem rem, cum temporis diverſitate, narrat *Euſebius* in Chron. I. p. 50. 33. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος Ὀλυμπιάσιν ἐξεκρίθη παίδων ὡς ἁπαλός· προσβὰς τοὺς ἄνδρας ἐνίκα κατὰ τὴν Ὀλυμπιάδα να. ut hunc locum probabiliter reſtituit *Scaliger* p. 419. In carmine inter ἀδέσπ. DCV. quod in eundem Pythagoram, τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην, compoſitum eſt, Cratis vocatur filius. Paſſim apud veteres confunditur Pythagoras athleta cum Pythagora philoſopho, ut monuit *Menagius* ad *Diog. Laert.* p. 376. *Fabric.* in Bibl. Gr. T. I. p. 777. ed. *Harl.* — V. 2. *Kuhnius* ad *Diog. L.* p. 535. corrigere conatur: πύκτην εἰ κατέχεις, Σάμιον, ᾀδόμενον. reclamante metro; nam Σάμος, Σάμιος, primam ſyllabam conſtanter corripit. κατέχεις ſincerum non videtur. Pythagorae ſtatuae haec, puto, inſcripta fuerunt: Εἴ τινα Πυθαγόρην, Σάμιον, πύκτην οἶδας, ſive ἔκλυες, οὗτος ἐγώ. — V. 3. τὰ δ' ἔργα. Si quis tibi Eleorum facinora a me in ſtadio Olympiaco perpetrata narret, tanta ſunt, ut narranti vix fidem habiturus ſis.

HERMOCREONTIS EPIGRAMMATA.

I. Vat. Cod. p. 411. Planud. p. 4. St. 7. W. Nymphis Hermocreon, limpido fonte reperto, munera offert. Simile est Epigramma, et hinc, ut videtur, expressum, sed recentioris poëtae, in Anth. Lat. T. II. p. 470. CCXV.:

Nymphae fonticulae, Nymphae, quae gurgitis hujus
Aeternum roseo tunditis ima pede:
Lysimachum servate! Sub alta maxima pinu
Numinibus posuit qui simulacra tuis.

— V. 2. εἵσατο. Vulgo. In marg. Wechel. ἀντὶ τοῦ ἀνέθηκε. Praeferenda scriptura cum spiritu aspero, judice *Dorville* in Vann. crit. p. 491. — Fortasse illa δῶρα sunt ξόανα Nympharum, de quibus verbum εἵσατο proprium. — V. 3. ὑδατόεντα δόμον. *grata domus Nymphis humida Thyniasin. Propert.* I. El. XX. 74. *domus Albuneae resonantis. Horat.* I. Carm. VII. 12.

II. Vat. Cod. in primis post titulum paginis. Plan. p. 26. St. 41. W. In Cod. *Jani Lascaris*, quem *Iriarte* descripsit in Catal. Bibl. Matrit. hoc carmen *Timocreonti* tribuitur. Sic etiam Ed. pr. Fl. et Ald. pr. Ἑρμοκρέοντος *Aldus* invenit in Cod. suo, idque recepit Ald. 2. 3. ed. Nic. Sab. et reliquae. — Mercurius viatores invitat, ut sub platani umbra quiescant. Conf. Ep. *Platonis* XIII. et Ep. ἀδέσπ. CCLIX. — V. 2. φύλλα δονεῖ. δονέοντο μετὰ πνοιῇσιν ἔθειραι. *Apollon. Rhod.* I. 223. — V. 3. εἵσατο. Plan. et Vat. Cod. — V. 4. ἀγροῦ. Mercurium tanquam agrestem deum cum Pane jungit *Aristoph.* Thesmoph. 986. Ἑρμῆν τε νόμιον ἄντομαι καὶ Πᾶνα. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XXVII. T. I. P. II. p. 87. Agro tuendo eum praepositum habemus in Ep. ἀδεσπ. CCXXXV.

DIONYSII CARMINA
ET EPIGRAMMATA.

¶. 253.] I. Hos Hymnos unà cum *Mesomedis* Hymno in Nemesin primus edidit *Vinc. Galilei in Dialogo della Musica antica e della moderna. Firenze* 1581. fol. ex cod. Bibl. Cardinalis Angeli, cum notis musicis, quae etiam reperiuntur in Cod. Bibl. reg. Parisin. nr. 3321. unde eos auctiores dedit *Burette Mémoires de l'Acad. des Inscr.* T. V. p. 285. et hinc *Marpurger in der Gesch. der Musik.* p. 195. sqq. Eosdem ex schedis *Galilei* edidit *Erycius Puteanus* in Hermathena. Hanoviae 1602. 8. Cap. VIII. Cum textu editionis Florentinae in omnibus conspirat is, quem *Jo. Fellius* dedit (in Appendice Arati Oxoniensis 1682. 8.) ex Cod. in Hibernia invento. Commemorat hos Hymnos eorumque partem edidit *Hercules Botrigario* in Dialogo *Il Melone.* 1602. Interpretatus est eos *Fr. Suedorf.* in Commentat. de Hymnis Vet. Gr. Hafn. et Lips. 1786. 8. — Superscriptum est lemma in Cod. Parisino: Ἴαμβος Βακχεῖος. Metrum in priore hoc Hymno sic se habet:

1. ⏑– ⏑– ⏑– ⏑– jambicus dimeter acatal.
2. –– ⏑– ⏑– – jambic. dimeter catal.
3. Ut vers. primus.
4. Ut vers. secundus.
5. –⏑⏑ –⏑⏑ – dactylicus trimeter catal.
6. –– ⏑⏑– ⏑⏑– – anapaest. dimet. catal. sive paroemiacus.
7. –⏑⏑ –⏑⏑ – ut vers. quintus.
8. –– ⏑⏑– ⏑⏑– ⏑ ut vers. sextus.
9. –⏑ –⏑ –⏑ – trochaïcus dimeter catal.

— V. 3. αὔρα. Qui se deorum praesentiam sentire putant, divina aura afflati dicuntur. *Aristoph.* in Ran. 316. καὶ δᾳδῶν γέ με Αὔρα τις εἰσέπνευσε μυστικωτάτη. ubi Schol.

ὅτι καὶ δᾷδας οἱ μύσται ἔφερον καὶ θεία πνοή τις ἐξ αὐτῶν ἐφέρετο. De Baccho poëtarum praeside *Callimach.* Ep. XVII. ᾧ δὲ σὺ μὴ πνεύσῃς ἐνδέξιος. — V. 4. φρένας δονεῖται. perturbet animum. *Bion* Eid. IV. 5. νόον ἔρωτι δονεύμενος. *Sappho* fragm. III. Ἔρος μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ. *Agathias* XXIV. πάντων ἐκδεδόνηντο θεοὶ φρένες. Plura hujus generis collegi in Animadv. in Carm. Theocriti p. XXII. — V. 5. Καλλιόπα. Oxon. et mox προυκαταγέ τι idem. Nostrum est in Cod. regio. — V. 7. μυστοδότα. De Musarum mysteriis accipe. *Aristoph.* Ran. 359.

II. Hymnus in Apollinem. Scriptus est hic Hymnus versibus anapaesticis, quorum sedecim sunt paroemiaci:

– – – – – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

octo logaoedici:

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– –

nonnisi unus ab anapaestico numero penitus abhorret. Vers. 9. enim, ut vulgo legitur, sic se habet:

– – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – –

Sed lectio nonnihil depravata videtur. — V. 1–6. desunt in edit. Flor. et Oxon. Apollinem poëta sibi fingit appropinquantem, imitatus initium Hymni *Callimachei* in Apollinem. Deo autem praesente omnis rerum natura sacro horrore perfunditur, omnia profundo silentio teneri vult poëta. Εὐφημείτω πᾶς αἰθήρ. Solemnibus verbis sacerdotes, sacri initio, silentium indicentes, populum jubent εὐφημεῖν, i. e. σιωπᾶν, ut interpretatur *Schol. Sophocl.* Oedip. Col. 136. Cf. *Ez. Spanhem.* ad Hymn. in Apollin. 17. p. 90. *Dionysio* obversabatur *Aristoph.* in Thesmoph. 39. εὔφημος πᾶς ἔστω λαὸς Στόμα συγκλείσας. — Ἐχέτω δὲ πνοὰς νήνεμος αἰθήρ, Κῦμα δὲ πόντου μὴ κελαδείτω Γλαυκόν. — Πτηνῶν τε γένη κατακοιμάσθω, Θηρῶν

δ' ἀγρίων πόδες ὁλοδρόμων Μὴ λυέσθων. — V. 3. πόντος. *Callimach.* H. in Apoll. 18. εὐφημεῖ καὶ πόντος, ὅτε κλείουσιν ἀοιδοὶ Ἢ κίθαριν ἢ τόξα, Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου. *Theocrit.* Eid. II. 38. praesente Hecate σιγῇ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀῆται. Anthol. Lat. T. I. p. 643. *Ecce tacent voces hominum, strepitusque viarum, Et volucrum cantus, turbaque fida canum.* — V. 6. ἀχέτας. deus vocalis et canorus. Hoc sensu κηρόπλαστος δόναξ ἀχέτας ap. *Aeschyl.* Prometh. 578. Vulgo sic vocatur cicada vocalis. Vide *Interpp. Hesychii* v. ἀχέτας. — V. 7. Aurorae pater Apollo ex physicis rationibus, quia ex Solis radiis Aurora progignitur. Mirum vero epitheton χιονοβλεφάρου, candida oculis insignis, i. e. splendidae simpliciter. Insequitur Apollo roseum Aurorae currum; ipse alatis equis invectus. διώκειν ἅρμα, ἵππους, auriga plerumque dicitur, cum equos incitat; sed hujus loci paulo diversa est ratio. — V. 10. χρυσέαις ἀγαλλ. κόμαις. *Pindar.* Isthm. VII. 69. ὦ χρυσέᾳ κόμᾳ θάλλων, Λοξία. Apollo χρυσοκόμας ap. eundem Ol. VI. 71. et passim. — ¶. 254.] V. 11. νῶτον οὐρανοῦ. Sic *Euripides* in Electr. 730. Sol τὰ δ' ἕσπερα νῶτ' ἐλαύνει Θερμᾷ φλογὶ θεοπύρῳ. et ap. *Schol. Theocriti* Eid. II. 166. ὦ νὺξ ἱερὰ Ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις Ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' Αἰθέρος ἱερᾶς Τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου. Similia vide ap. *Rittershus.* ad *Oppian.* Hal. I. 60. ibi translatas verbi νῶτον significationes recenset. — ἀπείρονον. *Orpheus* H. in Solem v. 7. ῥύμβον ἀπειρεσίου δινεύμασιν οἶμον ἐλαύνων. — Ed. Oxon. habet ἀπείρατον. Cod. Paris. ἀπείρητον. — V. 12. ἀκτῖνα ἀμπλέκων, explicans radios per coelum; sive, tibi radios circumdans, radiis caput ornans. αἴγλη δέ μιν ἀμφιφαείνει, Μαρμαρυγαί τε ποδῶν καὶ ἐϋκλώστοιο χιτῶνος. Hymn. Homer. in Apoll. Pyth. 24. Ibid. Hymn. XI. 10.:

— λαμπραὶ δ' ἀκτῖνες ἀπ' αὐτοῦ
αἰγλῆεν στίλβουσι, περὶ κροτάφοισί τ' ἔθειραι
λαμπραὶ ἀπὸ κρατὸς χαρίεν κατέχουσι πρόσωπον.

— V. 13. πολυδερκέα. Oxon. — V. 14. ἑλίσσων. luminis tui splendorem circa terram agens. *Euripid.* Phoeniss. 3. χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις, Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα. — Ibid. V. 16. ἀστέρατον. — V. 17. Stellas choros agentes sibi fingebant veteres. *Euripides* ap. *Clem. Alex.* Strom. V. p. 717. et *Euseb.* Praep. Ev. XIII. p. 681. E. summum deum celebrat, περὶ σὲ μὲν φῶς, περὶ δ' ὀρφναία Νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτος δ' ἄστρων ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει. Huc refer etiam *Orpheum* H. in Stell. VI. 4. ἐγκυκλίοις δίνῃσι περιθρόνια κυκλέοντες. *Varro* ap. *Non.* VI. 16. *Repente noctis circiter meridiem Cum pictus aër fervidis late ignibus Coeli choreas astricas ostenderet.* Hinc apparet, quam apte cl. *Heinrich* h. l. emendaverit:

κατ' Ὄλυμπον ἄτακτα χορεύει.

in notis ad *Musaeum* p. 120 comparans *Tibullum* II. 1. 88. *Ludite, jam nox jungit equos, currumque sequuntur Matris lascivo sidera fulva choro.* Certe saltatio ἄτακτος — magnae scilicet et innumerae fere turbae, ὄχλου ἀκρίτου — bene convenit cum cantu remissiore, μέλει ἀνέτῳ, quem stellis poëta tribuit. Alii eandem astrorum choream εὔτακτον appellant; ut *Lucian.* de Saltat. c. 7. ἡ γοῦν χορεία τῶν ἀστέρων — καὶ εὔρυθμος αὐτῶν κοινωνία καὶ εὔτακτος ἁρμονία. T. V. p. 127. ed. Bip. — V. 20. Φοιβηΐδι. Moventur astra ad Apollinis lyram. *Orpheus* H. XXXIII. 16. σὺ δὲ πάντα πόλον κιθάρῃ πολυκρέκτῳ ἁρμόζεις. Quod hoc loco Apollini, idem Hymn. X. 5. Pani tribuit: ἀστροδίαιτε ἁρμονίαν κόσμοιο κρέκων φιλοπαίγμονι μολπῇ. — V. 21. γλαυκὰ displicet cl. *Heinrich* ad *Musaeum* p. 121. idque in λευκὰ mutandum censet. Apud *Musaeum* certe v. 57. Luna est λευκοπάρειος. Sed nihil mutandum. *Agesianax* ap. *Plutarchum* de Facie in Orbe Lunae T. II. p. 910. (930.) E. de Luna:

πᾶσα μὲν ἥδε πέριξ πυρὶ λάμπεται, ἐν δ' ἄρα μέσσῃ
γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται, ἠΰτε κούρης
ὄμμα καὶ ὑγρὰ μέτωπα.

et *Empedocles* ap. eundem p. 929. C. εὔρος γλαυκώπιδος μήνης. In talibus γλαυκὸς fulgorem significat. γλαυκὸν ἦῶ dixit *Theocrit.* XVI, 5. et *Himer.* Eclog. XIII. 37. p. 238. γλαυκοὶ δὲ ἀστέρες ἀνίσχουσιν, φαιδρῷ φωτὶ τὴν ἀναγωγὴν κατευγάζοντες. — V. 22. Luna chores stellarum ducit, ut maxima omnium. *Theocrit.* Eid. II. 165. Χαῖρε Σελαναία λιπαρόχροε· χαίρετε δ' ἄλλοι Ἀστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί. — χόρον est in marg. edit. Galilei. χρόνον habet edit. Oxon. et Paris. Quid sit χορὸς ὥριος, non plane perspicio. An sic vocantur stellae, quia tempora anni moderari et temperare putantur? An ὥριον pro ὡραῖον positum, pulchrum, fulgentem chorum significat? De *Orione* cogitavit *Sucedorf*; sed hic est Ὠρίων, non Ὥριον. Nec video, quomodo verborum syntaxis ejusmodi interpretationem ferre possit. — V. 23. Luna bigis vecta ap. *Callimach.* H. in Dian. v. 140. sq. Juvencis vehitur ap. *Ausonium* Epist. V. 3. *Tertia fissipedes renovavit Luna juvencas.* *Fulgentius* Mythol. L. I. p. 24. ed. *Munk.* *Astrigeroque nitens diademate Luna bicornis Bullatum bijugis conscenderat aethera tauris.* ubi vide *Munkerum.* — V. 24. γένηται. Oxon. Paris. quod metrum respuit. — V. 25. πολυείμονα. Flor. Oxon. Paris. πολυείμονα emendavit *Barette* vertitque: *Et son coeur, plein de bonté, se réjouit, lorsqu'en faisant son tour, elle étale une parure variée.*

III. Vat. Cod. p. 291. Διονυσίου Ἀνδρίου. Edidit *Reiske* Anth. nr. 750. p. 154. *Jens.* nr. 99. Dubitare possis, an integrum sit carmen. Poëta loquitur et vino et imbre madidus. Se Jovi et Baccho simul in eum irruentibus parem esse negat. Color fere ut apud *Rufin.* Ep. XXIII. — V. 2. βροτῶν vitiose Vat. Cod.

IV. Vat. Cod. p. 585. Posterius distichon edidit *Salmas.* ad Solin. p. 674. A. comparans Epigr. ἀδέσπ. XIII. T. III. p. 153. quod fecit post eum *Toup.* in Cur.

Nov. p. 173. Integrum carmen edidit *Wolf.* ad fragm. Sapphus p. 237. Versum quartum cum parte tertii laudat *Westen.* ad N. T. I. p. 487. Color hujus Epigr. ductus ex Ep. *Callimachi* VIII. p. 463. — V. 1. „Pueri „nomen Ἄκρατος. ἄκρατον autem *vinum* significat. Hinc „acumen et venustas Epigrammatis. Male itaque Tou-„pius Cur. nov. in Suid. p. 18. [173.] Ἄκρατε mutat „in Ἄρατε, contra codicis auctoritatem." *Br.* In membr. Vat. ἄκρατε habetur. Lusus est in nomine pueri. Si me amabis, Acrate, Chio vino sis similis, opto, et Chio etiam suavior; sin alium mihi praetuleris, in acetum te mutari volo. Pro στέρξεις ap. Lips. marg. στέρξαις offert. — V. 2. χείλῳ καὶ χείλου. Vat. Cod. — V. 3. βαιὴ Vat. Cod. Pro κρίνεις, quod est in membranis, Analecta κρίνῃς exhibent, quod *Br.* in Lectionibus corrigit. — V. 4. ὁ ξυρῷ divisim apogr. Lips. ὀξυρῷ recte habent membranae, *Salm.* et *Wolf.* — „Cod. τυφόμενος. Et sic Sal-„masius, qui hoc distichon protulit in Plinianis p. 674. „sed in Cod. τερπόμενος emendaverat, quod altero qui-„dem praestat, sed genuinum non est. Veram lectio-„nem restituit *Toup.* l. c. φυόμενος." *Br.* τερπόμενος habet *Westen.* l. c. quod est in marg. ap. Guyet. cum interpretatione: *culex gaudens dolio sicco.* (quasi ὁ ξηρῷ legisset horum verborum auctor.) Est genus culicum, qui aceto gigni putantur. Laudat *Schneiderus* in Peric. crit. p. 23. ubi hoc carmen repetivit, *Aristotel.* H. A. V. 19. Οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἳ γίγνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. IV. 8. Ὁ δὲ κώνωψ πρὸς οὐδὲν γλυκὺ προςτρέχει, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὀξέα. Adde Geoponica L. VI. 12. τρεπομένων τῶν οἴνων κώνωπες ἐκφύονται, et quae laudat *Schneiderus* ad *Aelian.* H. A. II. 4. p. 42. Hoc culicum genus *cauponarum animalia* appellavit *Plin.* H. Nat. IX. 47. eosque *per popinas lusitare* dixit Adrianus ap. *Aelium Spart.* T. I. p. 157. ubi videndus *Salmasius.*

V. Cod. Vat. p. 99. Διονυσίου σοφιστοῦ. Eandem inscriptionem habet in Plan. p. 478. St. 621. W. — V. 1. ἡ τὰ ῥόδα, πωλοῦσα scil. Scriptum enim hoc carmen in puellam rosas vendentem. Inepte *Opsopoeus* vertit, quasi scriptum esset ἡ τὰ ῥ. — V. 2. σὺν ἀμφότερα. Vat. Cod. Fortasse hoc distichon obversabatur *Stratoni* Ep. VIII.

¶. 255.] *VI.* Vat. Cod. p. 141. Edidit hoc carmen *L. Holsten.* ad *Steph. Byz.* p. 327. *Kuster* ad *Suidam* v. ἀγρότερας T. I. p. 39. ubi verf. 3. excitatur, et iterum v. τρῶνας T. III. p. 217. ubi Lexicographus verf. 2. cum parte praecedentis protulit. *Reiske* in Anth. nr. 397. p. 1. Dionysius Herculi clavam ex oleastro dedicat. — V. 1. Quaedam apogr. πολύαλλιτον habent. πολύαλλιθον habent membr. Vat. *Holsten.* et *Kuster.* quos *Reiskius* sequi noluit; suam conjecturam πολύῤῥιτον Codicis lectioni temere praeferens. Urbs Trachin nomen a saxosa regionis natura traxisse, auctor est *Stephan. Byz.* l. c. quem exscripsit *Eustath.* ad Il. p. 242. 27. Vide not. ad *Euphorion.* Ep. II. T. I. P. II. p. 178. Exstructa fuit haec urbs ab Hercule. *Strabo* IX. p. 428. *Thucyd.* III. 92. Conf. *Athen.* X. p. 461. F. et p. 462. A. Fortasse tamen Trachis h. l. ob eam tantum caussam commemoratur, quod Hercules ibi habitavit. Vide *Schol. Sophocl.* in Trachin. 39. *Hesiod.* Scut. Herc. 353. — Οἴτην. Oetam Hercules inter deos relatus visere putatur, quia in hoc monte concrematus est. — V. 2. ἀλίνδρου et πατεῖ male *Holsten.* Vitiose etiam ἐνδένδρου *Salmas.* ad Solin. p. 568. Φολόη mons in Arcadia. *Antip. Sidon.* Ep. XIX. Ibi Hercules, cum ap. Pholum esset, Centauros superavit. Cf. *Apollodor.* II. 5. 4. — πατεῖς. *Euripides* in Telepho ap. *Dion. Halic.* T. II. p. 59. ὃς τε πέτρον Ἀρκάδων ἐνεχείμερον Πᾶν ἐμβατεύεις. πατεῖν enim, ἐμβατεύειν, ἔχειν et εἰληχέναι dii dicuntur loca, ubi honore habentur. *Soph.* Oed. Col. 678. ἵν' ὁ βακχιώτας ἀεὶ Διό-

ὕδατος ἐμβατεύει. Rhesus 224. Λυκίας ναὸν ἐμβατεύων. Vide not. ad *Posidipp.* Ep. II. T. II. P. I. p. 135. *Abresch.* ad *Aesch.* T. I. p. 205. *Valcken.* ad *Herodot.* VII. p. 535. 99. πατεῖν, pro *versari* in aliquo loco, est ap. *Sophocl.* in Phil. 1060. χαῖρε τὸν Λῆμνον πατῶν. *Theocrit.* Eid. XVIII. 20. οἵα Ἀχαιιάδων γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα. — V. 3. τοι. *Holst.* et *Kust.* ἀγροτέρας. *Suidas.* — ἐλαίης ἀγροτέρης ῥόπαλον. Cf. *Theocrit.* Eid. XXV. 207. et Eid. VII. 18. ῥοικὰν δ' ἔχεν ἀγριελαίω δεξιτερᾷ κορύναν. *teretem olivam* ejusmodi clavam appellat *Virgil.* Ecl. VIII. 16. De baculo oleagino dedimus quaedam ad *Leonidae Tar.* Ep. XI. T. I. P. II. p. 72. sq.

VII. Vat. Cod. p. 446. sine auctoris nomine. *Dionysio* tribuit Plan. p. 8. St. 15. W. In quem heroëm conscriptum sit, non constat. — μελισσοβότου. Non propria, sed allegorica significatione videtur dictum. Apibus enim poëtae et Musae ipsae comparantur. Vide in Exercitatt. crit. T. II. p. 132. sq.

VIII. Bis legitur in membranis Vat. p. 279. Διονυσίου εἰς Σατύραν ἢ Ἀγχίτοκον ἐν Τύρῳ τελευτήσαντα. et iterum p. 322. Διονυσίου εἰς Ἀγχίτοκον Σατύραν. ζήτει. Sine auctoris nomine Planud. p. 209. St. 305. W. — V. 1. Σατύραν. Vat. Cod. utroque loco. σάτυρον. Plan. ἀγχιτόκον legit *Brodaeus*, ut sit, prope natum, quia Sidonii Tyriis vicini sunt. Vide an legendum sit:

Ἀρτιτόκον Σατύραν Ἀΐδας λάχε.

Tymn. Ep. VI. T. I. p. 506. οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ὤλετο δαιμονίη Ἀρτιτόκος. — V. 2. ἔκρυψε. Vat. Cod. loco pr.

IX Vat. Cod. p. 320. Διονυσίου Ῥοδ. ἐπί τινι Ῥοδίῳ νέῳ τελευτήσαντι· μήποτε δὲ Φανόκριτος ὀνομάζεται. Dionysius Thrax, qui Pompeji Magni aevo Romae grammaticam docebat, cognomine Rhodii appellabatur, teste *Strabone* L. XIV. p. 655. Vid. *Meurs.* in Rhodo p. 95. sq.

Alius est Dionysius Rhodius, Musonii filius, Periegeseos auctor. — Legitur hoc carmen etiam in Plan. p. 282. St. 408. W. — V. 1. πόλις Ἰαλύσοιο. In insula Rhodo, ab Ialyso condita. *Homer.* Il. β. 656. *Strabo* XIV. p. 655. In Plan. ἠλυσίοιο legitur. *Agros Elysios* etiam *Grotius* vertit. — V. 4. δρεψάμενος σοφίην. Ep. in Stat. Athl. XIII. ἀμφοτέρων κύδεα δρεψάμενος. *Pindar.* Ol. α. 20. δρέπων μὲν κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν. — V. 4. Similiter *Theocrit.* Eid. I. 72. de Daphnide: τῆνον χ' ὡ'κ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα. Cf. *Nonn.* Dionys. XV. 406. Inepte *Brodaeus* γλαῦκας de Atheniensibus interpretatur. — V. 5. ἐπ' ἐσσομένοισιν. Plan. ἀοιδοῖς Vat. Cod. quod verum esse judicat *Brunckius*, ita ut φθέγξεται passiva significatione accipiatur. Nihil simile a futuris vatibus cantabitur, quale tu cecinisti, scil. Eodem sensu vulgatum ἀοιδὰς explicari potest.

X. Vat. Cod. p. 219. Διονυσίου Κυζικηνοῦ, ut etiam in Plan. p. 285ᵇ. St. 420. W. In Eratosthenem Cyrenaeum, Alexandriae sepultum. — V. 1. πρηΰτερον γῆρας. Lenis et mitis senectus. Eratosthenes vitam produxit supra annum octogesimum et secundum. *Lucian.* in Macrob. fin. T. VIII. p. 130. Bip. Cf. *Jos. Scaliger.* ad Hieron. Chron. p. 139. νόσος ἀμαυρὴ nove dictum. Accipiendum videtur significatione transitiva, μαραίνουσα, ἀναιροῦσα. *Hesych.* ἀμαυροῖ. ἀναιρεῖ. μαραίνει. Eleganter autem, eadem metaphora servata, ἀμαυρὴ ἔσβεσεν. Omnino suavissima est hujus distichi oratio. — V. 4. „In Planudea legitur: οὐ δὲ Κυρήνης μαινὰς ἐπ' ἀτρέπτων ἐκτὸς ἔδεκτο τάφων. „ἐκτὸς in ἐντὸς mutandum esse, vel lippus vidisset, et monuerat Heinsius: [et Jos. Scaliger in not. msc.] μαινὰς „interpretantur de Cyrene Nympha, inepte. μαῖά σ' „reposuit Ericus Hubertus van Eldick in elegantissimo „Suspicionum specimine. [p. 27. sq.] Sed non adhuc „sanata omnia hujus versus ulcera: quid enim est ἐντὸς „ἔδεκτο ἐπ' ἀτρέπτων τάφων? Superflua est praepositio ἐπί.

„Tum epitheton ἄτρυτος sepulcro tributum, res est pene „absurda. In Vat. Cod. scriptum una voce ἐπαυτρύτων, „quod corruptelae indicium est. Scribendum: μαῖα 'σε „πατρῴων ἐντὸς ἔδεκτο τάφων“ Br. Praeclara emendatio; sed quae cl. editor de Vaticana scriptura, ait, falsissima sunt. In nostro certe Apogr. quod ubique ipsam membranarum scripturam exhibet, legitur: μαῖά σ' ἐπ' ἀτρύτων ἐκτός.

T. II. p. 529.] *XI.* Vat. Cod. p. 533. *Dionysio* vindicavit hoc distichon, quod in Plan. p. 153. St. 223. W. ἄδηλον est. Frigide luditur in voce χοιρίδιον, quod porcellum significat. Fures χοιρίδιον de praeda immolantes, cum non *suum* (ἴδιον), sed alienum immolent, χοῖρι tantum, sublato ἴδιον, mactare dicuntur. Ipse porcellus loquitur. — V. 2. φανερῶς. cum vestrum non esse probe noveritis.

XENOCRITI EPIGRAMMA.

¶. 256.] Vat. Cod. p. 249. Planud. p. 254. St. 367. W. Lysidice, cum patre Aristomacho ad nuptias contrahendas trans mare navigans, maris tumultu perterrita, e nave excidit. Quum in fluctibus periisset, pater ei cenotaphium exstruxit. — V. 1. χαῖται σοι στάζουσιν. Eodem colore *Propert.* L. II. 20. init. *Vidi ego te in somnis fracta, mea vita, carina Ionio lassas ducere rore manus: Et quaecunque in me fueras mentita fateri: Nec jam humore graves tollere posse comas.* De naufrago Ceyce *Ovid.* Met. XI. 691. *Pallentem, nudum, et adhuc humente capillo Infelix vidi.* Cf. ibid. v. 656. — δύσμορα. Vat. Cod. Mox idem ναυηγέ. — V. 3. δείσασα. Fere ut Helle ap. *Lucian.* Dial. Mar. IX. 2. T. II. p. 112. Bip. Euro-

pa ap. *Horatium* III. Carm. XXVII. 26. *scatentem Beluis pontum mediasque fraudes Palluit audax.* Cf. eundem I. Carm. III. 17. sqq. — V. 5. χθόνα Κέμμιν. Vat. Cod. quod *Brunckius* tacite emendavit, secutus, ni fallor, judicium *Salmasii*, quèm sic emendasse reperio in libro Lennepiano. Hanc lectionem confirmat lemma, ubi est: Εἰς Λυσιδίκην ναυηγήσασαν Κυμαίαν Vulgo Ταρσὸν legitur. — V. 7. 8. Hoc distichon separatim legitur in Vat. Cod. cum lemmate: Εἰς τὴν θυγατέρα Ἀριστομάχου ναυηγήσασαν. — V. 8. οὔτι κόρην. Similis color in Ep. *Antiphanis* IX. ἣν δὲ γυναῖκα Ἐλπὶς ἰδεῖν, ἄφνω ἔσχομεν οὐδὲ νέκυν.

ATHENAEI EPIGRAMMATA.

¶. 257.] *I.* Hoc Epigramma, quod in Vat. Cod. p. 442. et in Plan. p. 11. St. 20. W. auctoris nomine caret, *Athenaeo* τῷ ἐπιγραμματοποιῷ diserte tribuitur ap. *Diogen. Laërt.* VI. 14. et VII. 30. Stoicorum dogmata insigni laude ornantur. — V. 1. πκναριεται Vat. Cod. a pr. man. Vulgatum στωϊκῶν primum a *Brunckio* ex membranis Vat. emendatum est. — V. 3. τὰν ἀρίσταν ἀρετὰν ψυχᾶς. Vat. Cod. — ἅδε. Virtus sola vitam hominum servat. — V. 4. βίοτον. Plan. ῥύσαιτο Ed. pr. Flor. Ald. et Junt. Reliquae omnes edd. omnesque codd. ῥύσατο, quod *Meibomius* in ῥύσσατο mutavit: temere. Quod enim metro timet, id nihil est. Priorem producit ῥύσατο, ita ut literae sibilantis duplicatione minime egeat. *Euripid.* Alcest. 11. Ion. 1298. 1565. Iphig. in Aul. 1383. — πόλεος. Vat. Cod. — V. 5. ἡδὺ πάθημα. Vat. Cod. Voluptas, quam alii summum vel finem bonorum existimant. — V. 6. ἡ μία τῆς M. ἤνυσε Θ. Vat. Cod. ἤνυσε omnes habent; *Meibomius* ἤνεσε emendavit. Una filiarum Mnemosynes, quae voluptatem laudavit, est

est Erato, quam *Athenaeus* invocat L. XIII. p. 555. B. τὸν περὶ ἐρωτικῶν λόγον μέλλων κατατάττειν, et *Apollon. Rhod.* L. III. init.

II. Servavit *Diogenes Laërt.* X. 12. p. 609. unde relatum est in Append. Anthol. Plan. p. 525. St. *24. W. Commendat poëta mortalibus, ab insatiabili cupiditate in gravissima mala irretitis, Epicuri praeceptum: naturam paucis contentam esse, cupiditatem contra infinitam. *Plutarch.* T. II. p 524. E. *Solonis* dictum afferens, πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισι, addit haec: ἐπεὶ τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται, καὶ τὸ τέρμα πάρεστι τῆς χρείας, καθάπερ κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγραφόμενον. Similia ex Epicuri mente dicta affert *Menagius* p. 481. Quibus addendus est locus in *Senecae* Epist. XVI. ex Epicuro petitus: *Si ad naturam vives, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam dives. Exiguum natura desiderat, opinio immensum. — Naturalia desideria finita sunt: ex falsa opinione nascentia, ubi desinant non habent. Nullus enim terminus falso est. Via eunti aliquid extremum est: error immensus est.* — V. 1. τί χείρονα. *Diog.* — V. 5. Νεοκλῆος τέκος. Epicurus.

ARISTONIS EPIGRAMMATA.

¶. 258.] *I.* Vat. Cod. p. 200. Planud. p. 458. St. 571. W. Coquus, servitutis jugo excusso, Mercurio artis suae instrumenta dedicat. Conf. *Philippi* Ep. XIII. — V. 2. κλεῖδα συῶν. Hoc quid sit, ignoro equidem. Instrumentum fuisse videtur, quod assandis apris adhibebatur. — V. 2. ἐτνοδόνον. Vide quae notavit *Brunckius* ad *Leonid. Tar.* Ep. XIV. 6. T. I. P. II. p. 78. Vat. Cod. habet ἐτνοδότον. In Planudea ἐτνοδόκον legitur. Sic etiam *Suidas* habet v. πανάχαλκος T. III. p. 428. ubi vitiose

exhibetur: τανάχαλκόν τε λέβητα Σὺν πελέκει, καὶ τὰν ἐπιοδόνων κορύναν. Planudeae lectio fucum fecit *Kustero*, qui in *Schol. Aristoph.* Eqq. 980. ubi hoc hemistichium laudatur sic: τὰν ἐπιοδόνων τορύναν, male scripsit ἐπιοδόνων. — V. 3. πτερίνων ῥιπίδα hinc excitat *Suid.* T. III. p. 221. — τὰν ἄχαλκον. Vat. Cod. antiquo errore, qui etiam *Suidam* in errorem duxit. — V. 5. *Suid.* in ἀρυστρίς T. I. p. 340. partem hujus versus laudat; reliqua verba cum vers. sq. in μαγῆα T. II. p. 478. In Planud. μαγείαν σπόγγον legitur. In ora cod. *Jani Lascaris* μαγῆα. ὁ γίνεται ἀπὸ τοῦ μάσσω, τὸν ἀπομάσσοντα. In Vat. Cod. μαγιῶα. Veram lectionem vidit etiam *Jos. Scaliger.* Quatuor res sunt, quae in hoc disticho enumerantur: ζωμήρυσις, ὀβελοί, κοπὶς et σπόγγος. Spongiae κοπὶς erat imposita. — V. 7. 8. *Suidas* in Θυεία. ἡ ἴγδη. T. II. p. 210. Iterum initium v. septimi laudat in ἀλετρίβανος. — λέγεται δὲ καὶ ἀλότριψ. T. I. p. 207. quae glossa descripta est ex *Schol. Aristoph.* Pac. 258. Est biceps pistillum. Θυίαν Vat. Cod. a pr. man. — V. 9. νεύψοπόνος. Vat. Cod. et unus Planudeorum. Suidas ἀψοπόνος, quod doricum esset, ου in ω contracto." *Br.* Laudat hoc distichon *Suid.* T. II. p. 775. — ἀπ' ἀσάμενος. Vat. Cod.

II. Vat. Cod. p. 199. Planud. p. 48. St. 70. W. Ad mures in paupere tugurio frustra cibum quaerentes. Conf. *Leonid. Alex.* Ep. XXX. p. 196. — V. 3. laudat *Suid.* in ἀποδρέψεσθε T. I. p. 274. in ἰσχὰς T. II. p. 156. et iterum cum sq. versu in συχνὸν T. III. p. 414. ubi vitiose exhibetur δρέψασθαι κύνην. — τυροῦ Vat. Cod. — V. 4. Si sana est scriptura, ad δεῖπνον subaudiendum est ἕξετε. Sed minima mutatione scribendum videtur:

καὶ δείπνων συχνὸν ἄπο σκύβαλον.

copiosis ciborum reliquiis vescemini in domo locuplete, velut in ea, in quam mus ille urbanus ap. *Horatium* II. Serm. VI. 107. amicum duxerat:

— rubro ubi cocco

Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos,

Multaque de magna ſupereſſent fercula coena.

Sunt autem haec verba δείπνων συχνὸν ἄπο σκύβαλον, ut omnia in hoc carmine, expreſſa ex *Leonida* ſupra laudato, ἀποδειπνιδίου γευσάμενος σκυβάλου. i. e. σκυβάλου ἀπὸ δείπνων. — V. 5. βύβλοισι. Vat. Cod. — V. 6. κλαύσετε. omnes vett. edd. κλαύσεσθ' emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. quam emendationem confirmat Vat. Cod. *Si iterum dentes in libros meos acueritis, cum magno veſtro malo intelligetis, vos infauſtam in mea domo commeſſationem agere.*

III. Vat. Cod. p. 279. Edidit *Reiske* Anth. nr. 739. p. 151. (nr. 88. *Jenſ.*) In anum vinoſam, quae, cum muſtum e lacu hauriret, praeceps in eum incidit muſtoque ſubmerſa eſt. Vehementer depravatum eſt hoc carmen in membranis. — V. 3. Vat. Cod. ἠδ' ἀπὸ ληνοῦ Πῶμα κύκλῳ πιεῖν πλησαμένη κύλικα. *Reiskius* dedit ἦλθε et reliqua ut *Br*. In notis varia comminiſcitur. *Salmaſius* in marg. cod. Guyeti ſic corrigit: ἠδ' ἀπὸ ληνοῦ Πῶμα πυκῶσα πιεῖν πληθομένη κύλικι Πλῆν δ' ἀρύσαι μογερὰς ἔκαμεν χέρας, quod me fateor non intelligere. *Cornelius de Pauw* in apogr. ſuo ἧκ' ἀπὸ λ. legit; deinde verba ſic conjungit: ἧκ' ἀπὸ ληνοῦ πλησαμένη κύλικα πιεῖν κύκλῳ νεοθλιβὲς πῶμα Βάκχου. *clam venit calicem e torculari impletura ad bibendum in orbe recens preſſum Bacchi liquorem.* Pro πιεῖν idem in metri gratiam πίνειν corrigit. His conaminibus inveteratum hujus loci ulcus non ſanatur, quod eſt in verbis

πῶμα κύκλῳ πιεῖν — —

quorum apices rimando veriſimilem mihi lectionem eliciuiſſe videor hanc:

λαθριδίη Βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἐπὶ ληνοῦ
πῶμα γλυκὺ, κλοπίμην πλησαμένη κύλικα.

clam venerat ad dulcem et recens pressum laticem in Bacchi torculari, ubi furtivum implebat calicem. Vocabuli κλοπίμην vestigia sunt in κλωπιειν: nec κλοπίμην κύλικα ab *Aristonis* elegantia alienum videri potest. *Quintus Maec.* Ep. X. ἣν δὲ χερὶ ψαύσῃς κλοπίμῃ μόνον. Adde quod sic nulla verborum transpositione opus est. Vir doctus in Ephem. Lit. quae prodierunt Jenae 1795. nr. 45. acute conjecit, legendum esse, πῶμα πιεῖν, κυάθῳ κλ. κ. *Cyathus enim fuit vas figlinum, aeneumve, quo vinum hauriebatur e cratere, et in pocula fundebatur*, quae sunt verba *Fischeri* ad Anacr. p. 219. Sed sic muliercula, furtim mustum ablatura, paulo majore cum apparatu, quam res pati videtur, ad torculare accessit. — ¶. 259.] V. 5. πρὶν δ' ἀρύσαι. Mirum est, quod mulier nostra, priusquam hausisset, fatigata est, ἔκαμε χέρα. Putabam

πρὶν δ' ἀνύσαι — —

re nondum ad finem perducta. Mox Cod. Vat. legit: γραῦς δὲ παλαιὴ ὡς ναῦς ὑποβρύχιος. quod *Reiskius* verum putabat, de metro violato securus. *Br.* dedit emendationem *Salmasii*, quae in marg. ap. Guyet. reperitur et omnem difficultatem tollit. Verum enimvero γραῦς eo loco positum, quo a Vat. Cod. collocatur, elegantiam quandam habet, et alia superest vitii tollendi ratio. Nam emendari potest:

γραῦς δὲ, παλαιὴ
νηῦς ὅπως, βρύχιός ζωρὸν ἔδυ πέλαγος.

In hac lectione etiam corruptelae fons et origo manifestius apparet. βρύχιος idem quod ὑποβρύχιος, quam vocem, magis sibi notam, agnoscere putabat librarius in syllabis ὅπωςβρυχιος. *Hesych.* βρύχιον. ὑποβρύχιον. βυθιζόμενον. Vide *Abresch.* ad *Aeschyl.* T. I. p. 67. In Analectis non recte distinguitur post ὑποβρύχιος, quod arcte cum ἔδυ cohaeret. *Dionys. Halic.* Ant. Rom. II. p. 89. ᾤχετ' ἂν ὑποβρύχιος ἡ πόλις. *Pausan.* IV. p. 328. ὑποβρύχιον

κρύψειν τὴν Μεσσήνην τὸν πάντα αἰῶνα. *Polyb.* I. 37. 2. ὑποβρύχια ἐγένετο τὰ πλοῖα. — ζωρὸν πέλαγος. lacum musti meraci plenum. — V. 7. ἐπὶ τύμβον ἀ. θ. σῆμα. Vat. Cod. σῶμα habet ap. Guy. πῶμα scribendum censebat Vir doctus in Ephem. Jen. l. c. comparans *Leonid. Tar.* Ep. LXXXVII. *Poculum lapideum ejus tumulo imposuit Euterpe.* Acute. — Sed vide an poëta scripserit:

Εὐτέρπη δ' ἐπὶ τύμβον ἀποφθιμένης θέτο σῆμα
ληνὸν, εὐοινήρων γείτονα θειλοπέδων.

Euterpe in memoriam casus illius tumulo imposuit lacum prope vineam. In Epigr. ἀδεσπ. DCLXVIII. quod totum comparandum, anus vini amantissima *cadum* sibi pro cippo positum esse narrat. — Apud *Dioscorid.* Ep. XXXVII. Hieron vinosam anum ἀγρῶν ἐντὸς ἔθηκε, ἵν' ἡ φιλάκρητος ἐκείνη Καὶ φθιμένη ληνοῦ γείτονα τύμβον ἔχῃ. Similia vide ad *Meleagri* Ep. CXX. T. I. P. I. p. 133. — θειλόπεδον. ὁ τόπος, ἐν ᾧ ξηραίνεται ἡ σταφυλή. *Hesych.* ubi vulgo θηλόπεδον legitur, quod etiam hoc loco Vat. Cod. exhibet. Vide *Interpp. Hesychii.* — *Marian.* Ep. II. T. II. p. 512. καρπὸς ἐλαίης Θάλλει ἐρισταφύλων πάντοσε θειλοπέδων.

THYMOCLIS EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 573. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 602. Ad puerum de celeri pulcritudinis fuga. — V. 1. μέμνῃ που. Vat. Cod. quod non mutandum. Nunc fortasse meministi, cum dicerem –. — ἱερὸς apogr. Ruhnk. — V. 3. οὐδ' ὁ τάχ. Vat. Cod. — „παρῆθύσει. Sic codex. Si „genuinum est, pro παρθεύσει a παραθέω positum est. „Salmasius emendabat παρθεῖσι, etiam pro παρθεύσει." *Br.* In apogr. Guy. et Ruhnk. marg. haec leguntur: *an* παρφθάσει, *an pro* παραθεύσει, *an vero legendum* παραθεῖσι

pro παραθείσει *a* παραθέω. *alterutrum certe, sed posterius magis placet. Dorvillius*, qui a θέω neque θέεω neque θεύεω in usu esse docet, sed θεύσομαι, magis probat παρφθάσει, quod etiam *Pierson.* in Verisim. p. 92. praeferendum putabat. Color fortasse ductus ex *Simonid.* Lyr. fr. II. p. 120. ubi vide not. T. I. P. I. p. 203. sq. — V. 4. νυνὶ δὲ. *Dorv.* In Vat. Cod. junctim νυνιδε. Emendatior lectio debetur *Piersono* l. c. *Dorville* conjiciebat πάντα δὲ νῦν. — ἄνθεά σευ κέχυται. *flos tuus cecidit, defluxit.* Eadem metaphora *Theocrit.* Eid. VII. 120. αἱ δὲ γυναῖκες Αἲ, αἲ, φαντὶ, Φιλῖνε, τό τοι καλὸν ἄνθος ἀποῤῥεῖ.

DAMOSTRATI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 411. Edidit *Jens.* nr. 143. *Dorville* ad *Char.* p. 185. *Reiske* Anth. p. 172. nr. 794. et hinc *Toup.* in Addend. ad Theocr. p. 389. In titulo et v. 3. Δαμαγητράτου nomen reponendum existimat *Heringa* Obss. p. 273. „Damostratus hic fortasse in poëtarum „Epigrammatariorum censum venire non debuit. Titu„lus est Δαμοστράτου ἀνάθημα ταῖς νύμφαις. Sic in veteri „cod. epigrammata dedicatoria fere omnia, praeter „poëtae nomen, illius etiam nomen praescriptum habent, „a quo dedicatio facta. Omissum videtur librarii negli„gentia nomen.“ *Br.* Etiam *Dorvillius* dubitabat, an *Damostratus* hujus carminis auctor recte perhiberetur.— V. 1. Νηϊάδες. *Dorv.* — V. 2. κατ' a *Jensio* omissum inseruit *Heringa* et *Dorv.* *Theocrit.* Eid. α. 7. τὸ καταχὲς τῆνο τὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ. — Pro οὐρείου *Reiskius* malit οὐρανίου. — V. 3. ὑμμιν. Vat. Cod. — V. 4. ξόανα. ξόανον. *Hesych.* Nymphis simulacra e ligno dolata solebant poni. — ξοανα πρωνα λ. Vat. Cod. et

Jens. Errorem emendavit *Heringa.* ξεινὰ positum pro ξεινοὺς per metaplasmum Ionicum, ut δεσμὰ et similia.

DIOPHANIS MYRINAEI EPIGRAMMA.

Cod. Vat. p. 140. „Diophanis duorum versiculo„rum posterior in vet. cod. additus est ab alia manu. „In priori scribendum aut ψιλήτης aut φηλήτης. In altero „pro ἐκδιδύσκει Salmasius conjiciebat ἐκδιδράσκει. An sub „Cupidinis velitaribus armis instructi imagine sculpti „hendecasyllabi hi? Res obscura est; ideo scripturam „codicis mutare nolui.“ *Br.* In v. 1. membranae habent ψιλληστής. In hac scriptura vocem λῃστὴς latere, nullus dubito; sed quid priori syllabae faciendum sit, obscurum est. Amorem in omnibus latronem referre, affirmat *Diophanes.* ἀγρυπνεῖ. *Horat.* I. Epist. II. 32. *Ut jugulent hominem, surgunt de nocte latrones.* τὸ ἀγρυπνεῖν igitur Amori cum latronibus commune est. — θρασύς ἐστιν. *Meleager* Ep. XCI. οὐ χθὼν φησι τεκεῖν τὸν θρασὺν, οὐ πέλαγος. Idem Ep. XCV. τί δ' ἐμοὶ τὸ θρασὺ τοῦτο τρέφειν. — ἐκδιδύσκειν. unice vera est lectio. Respicitur ad illud latronum genus, qui, quod vestes auferebant lavantibus, λωποδύται vocabantur. Vide *Heins.* ad *Hesych.* λωποδύται. Jam cogita de Amore, qui Herculi leonis exuvias detraxit. λῃστὴς vocatur Cupido ap. *Quint. Maec.* Ep. IX. ubi vide not. In fine carminis legitur nota λείπει. Mihi nihil videtur deesse.

ARISTODICI EPIGRAMMATA.

T. 260.] I. Vat. Cod. p. 282. Anth. Reisk. nr. 710. p. 138. (Jens. nr. 60.) De duabus mulierculis, quae, Lyssatae morte audita, suspendio vitam finierunt. — V. 1. ἦρα Vat. Cod. et Jens. ἦρα emendavit *Reisk.* *Brunckius* recepit lectionem apogr. Buheriani, quam etiam apogr. *Guy.* et *Rubnk.* praestat. Sic quoque *Toupius* in Cur. nov. p. 186. emendavit ex cod. *Musgravii.* Τριετηρίδες festum est, quod tertio quoque anno celebratur. *Trieterica Bacchi orgia* commemorat *Virgil.* Aen. IV. 302. *Suidas:* Τριετηρίδες. ἡμέραι παρὰ Βιθυνοῖς, ἐν αἷς ἀφ' ἡμέρας πότοι συνεχεῖς ἐγίνοντο. ad quem locum *Toup.* p. 495. nostrum carmen profert. Sed falluntur, qui Bacchica tantum sacra hoc nomine appellata esse existimant. Festum Neptuno in Isthmo celebratum ταυροφόνον τριετηρίδα vocat *Pindar.* Nem. VI. 69. — V. 2. „Λυσσάτας nomen proprium est viri, qui athleta fuisse videtur: lusit poëta in oppositione epitheti εὔφρων cum nomine Λυσσάτας. Corrupta Jensii editio [ubi λυσσατὰς legitur, ut est in Cod. Vat.] doctissimo Toupio ad Suidam III. 220. [p. 495.] fraudi fuit." *Br.* — V. 3. μιτρᾶν. Eodem modo zona ad suspendium utitur Byblis ap. *Parthenium* Erat. c. XI. p. 32. ed. *Heyn.* καὶ ῥα κατὰ στυφελοῖο σαρωνίδος αὐτίκα μίτρην Ἀψαμένη, δειρὴν ἐνεθήκατο. Apud eundem vero cap. IX. p. 27. pro οἱ μὲν τισιν αὐτὴν μίτραις ἐνέδουν, οἱ δὲ ζώναις, fortasse ταινίαις scribendum, ex more. Vide *Rubnk.* ad *Tim.* p. 246. Zonis se suspensurae sunt Danai filiae in *Aeschyli* Suppl. 473. — V. 4. „In Cod. scriptum χερσὶ δὲ δειραγχεῖς." *Br.* Fallitur Vir doctiss. Cod. exhibet χερσὶ δὲ διουχους. et quam ille pro Codicis scriptura habet, *Salmasii* conjecturae debetur, quae legitur in marg. apogr. Guyet. χερσὶ δειρεινύχους dedit *Reiske.* δειραιούχους emendavit *Toup.* l. c.

Sed in Cur. nov. p. 186. χερσὶν δειραγχεῖς corrigit, ex Cod. *Musgravii.*

II. „Est in Planud. p. 266. St. 383. Wech. ubi „Anytae tributum et foede corruptum. In Vat. Cod. e „quo emendatum, titulus est: Ἀριστοδίκου Ῥοδίου, εἰς λί„γειαν ἢ μᾶλλον ἀκρίδα. Hunc praeter, cod. etiam Ja. „Lascaris v. 2. habet ἀκρὶ, μελιζομέναν.“ *Br.* Vat. Cod. p. 234. Conf. *Phaenni* Ep. II. T. I. p. 257. — V. 1. οὐκ ἔτι λίγειά σε κατ' vulgo. οὐκέτι δή σε λίγεια emendavit *Jos. Scaliger*, quod membranae Vat. confirmant. Sic *Pamphilus* Ep. II. T. I. p. 258. οὐκέτι δὴ χλωροῖσιν ἐφεζόμενος πετάλοισιν Ἀδεῖαν μέλπων ἐκπροχέεις ἰαχάν. — Ἄκιδος. Plan. — V. 2. ἄκρα μελιζομέναν ὅ. ἠέλιος. Plan. Vat. Cod.

αν α
ἄκρα μελιζομένης ἠελιος. — V. 3. Hunc versum c. sequ. laudat *Suidas* T. II. p. 333. in Κλύμενος. οὕτω λέγεται ὁ Ἅιδης ἢ ὅτι πάντας προσκαλεῖται πρὸς αὐτὸν, ἢ ὅτι ὑπὸ πάντων ἀκουόμενος. Ibi πεπόταται exhibetur et Περσεφόνα. πεπέτησαι vitiose in nonnullis edd. vett. Φερσεφόνας Vat. Cod. a man. sec. Pro δροσερὰ *Ursinus* tentabat δνοφερά. Cave, quid mutes. δρόσῳ nutriuntur cicadae, secundum vulgarem opinionem. (vid. not. ad *Leonid. Tar.* Ep. LX. T. I. P. II. p. 117. et ad *Meleagr.* Ep. CXI. T. I. P. I. p. 121.) Hanc ob causam δροσερὰ ἄνθεα commemorantur. — De *Clymeno* vide ad Ep. *Damagetae* V. p. 39. T. II. P. I. p. 110. *Heinsius* de hoc Pluti nomine agens ad *Ovidium* Fast. VI. 757. non memor fuit splendidi loci ex *Lasi* Hymnis ap. *Athen.* XIV. p. 624. E. Δάματρα μέλπω, Κόραν τε Κλυμένοιο ἄλοχον Μελίβοιαν, ὕμνων ἀνάγων Αἰολίδα βαρύβρομον ἁρμονίαν. Sic haec fortasse corrigenda sunt, quae vulgo vitiose leguntur. Prior versus iterum legitur L. X. p. 455. D.

DEMOCRITI EPIGRAMMA.

Anthol. Plan. p. 326. St. 465. W. Hoc carmen, quod Venerem Anadyomenen ab Apelle pictam celebrat, expressum videtur ex *Antipatri Sidon.* Ep. XXXII. Vide *Ilgen* in Opuscul. philolog. p. 41. Ipsam deam hic repraesentari ait, talem, qualis olim ex undis Aegaei maris emerserit. — V. 6. τὰ καὶ θέμις. pectus et quae proximum a pectore locum tenent. Haec enim sola videre mortalibus fas est. Haud aliter *Parmenio* Ep. V. de Junonis statua, in qua Polycletus θνητοῖς κάλλος ἔδειξεν, ὅσον θέμις. ubi quaedam hujus generis notavimus.

HERACLIDIS SINOPENSIS
EPIGRAMMATA.

¶. 261.] *I.* Cod. Vat. p. 281. Ἡρακλήτου. In Aretemiaden, Cnidiam, Euphronis conjugem, quae ex binis infantibus, quos pepererat, alterum secum ad inferos abduxerat, alterum conjugi reliquerat. In eandem mulierem scriptum carmen *Antipatri Sidonii* CIV. — Anthol. Plan. p. 234. St. 340. W. — V. 1. μετώπων Vat. Cod. — V. 2. σείονται et ἡμιθανεῖς. Vulgo. Utrumque emendatum ex Vat. Cod. Vulgatam ἡμιθανεῖς στέφανοι *Burmannus* accipit de corollis languidulis, ad *Ovidium* T. I. p. 503. Cf. ad *Propertium* p. 323. — φύλλων. Proprio sensu de corollis ex foliis duntaxat contextis interpretatur *van Goens* de Cepotaph. p. 85. *Plutarch.* T. I. p. 248. D. οἱ μᾶλλον ἐκ τῶν φύλλων ἢ τῶν ἀνθῶν ὑφαίνοντες τοὺς στεφάνους, δοκοῦσί μοι οὐ κατὰ λόγον χρῆσθαι τοῖς φυτοῖς. Non tamen nimis urgenda propria vocabuli φύλλων potestas, quod de *floribus* passim usurpatur. *Theocrit.*

Eid. XI. 26. *θέλοισ' ὑακίνθινα φύλλα Ἐξ ὄρεος δρέψασθαι.* Id. XVIII. 39. *ἐς λειμώνια φύλλα Ἑρψεῦμες.* et passim. — V. 3. Agedum, accedamus ad cippum, quid indicet visuri. — V. 4. *λυγρὰ* vulgo. In marg. Wechel. *γρ. λευκά.* Nostrum est in Vat. Cod. cum not. in marg. *λευρὰ ἢ ἄλλως πως λευκά.* Haec tria ejusmodi sunt, ut vix dixeris, quid reliquis praeferendum sit. *λευκὰ ὀστέα* dixit *Simonid.* Ep. LXV. *Hesiod.* Θεογ. 540. et alii passim. — V. 6. *ὠδίνων οὐκ ἄμορος.* Vat. Cod. et Plan. Hoc leni transpositione emendavit *Br.* — V. 8. *ὃν δ' ἐπ' ἄγω.* Vat. Cod. *ὃν* habet etiam Plan.

II. Cod. Vat. p. 264. sq. Plan. p. 248. St. 360. W. In naufragi Tlesimenis cenotaphium. — V. 3. *ἐκύκησεν ἐμὴν νέα.* Paulo insolentius dictum. Vulgo pontus dicitur *κυκᾶσθαι.* De cadavere fluctibus acto *Argentarius* Ep. XXXIII. *καὶ τὸν μὲν δαίσαντο κυκώμενον εἰν ἁλὶ θῆρες.* Ceterum tempestatis descriptio ducta videtur ex *Homeri* Odyss. IX. 67. sqq. — V. 6. *κωφὴν* Vat. Cod. *κωφὸς λίθος* h. l. idem qui *κενὸς,* vanum et inane monimentum, quod naufragi nomen habet, dum corpus in undis jactatur. *κωφὸν* enim exquisita significatione id est, quo nihil efficitur; ut *κωφὸν βέλος* ap. *Homer.* Il. λ. 390. Vide *Fischerum* ad *Anacr.* Od. XLII. p. 164. et qui primus hujus vocabuli interiorem significationem enucleavit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 133. sqq. Sic accipiendum *κωφὰ* ap. *Meleagr.* Ep. XXIV. *ὦ δυσέρως ψυχὴ, παῦσαί ποτε καὶ δι' ὀνείρων Εἰδώλοις κάλλευς κωφὰ* (i. e. *μάτην*) *χλιαινομένη.*

III. Cod. Vat. p. 248. Planud. p. 252. St. 366. W. Defunctus agricolam monet, ne in ipsius tumulo sulcos ducat. Expressit *Isidorus* Ep. II. T. II. p. 473. — V. 3. *αὐτά.* Vat. Cod. Haec terra lacrymis irrigata est; ex ejusmodi autem agro haud facile spica foecunda nascatur. Particula δ' perperam posita est initio versus 4. Nunquam enim ea orditur versum. — V. 4. *κοματὸς* vulgo.

κόματος ἀναθαλέσσεται σταχυν Vat. Cod. Edit. pr. Flor. ἀναθαλήσει. *Salmasius* in not. mstis membranarum lectioni patrocinatur, ἀναθαλέσσεται a verbo obsoleto θαλέομαι vel θαλέζω derivans, unde θαλέτια. — Recte *Br.* κομόωσας. *arista comata*. Vide *Meleagr.* Ep. XXVI. 2.

STATYLLII FLACCI

EPIGRAMMATA.

¶. 262.] *I.* Vat. Cod. p. 570. Φλάκκου. In Ladonem, puerum, pulchrum quidem, sed amantibus saevum, qui Nemesin ultricem expertus, puerum amare coeperat. Edidit *Dorville* ad Charit. p. 30. — V. 1. ἀρτιγενειάζων junctim, et ἐραστὴς dedit *Dorv.* utrumque contra Codicis fidem. Posterius emendavit *Pierson* in Verisim. p. 85. — στεῤῥότης de animo duro et in alienis praesertim malis minime leni. Jungitur τὸ στεῤῥὸν καὶ τὸ ἀπαθὲς ap. *Lucian.* Nigrin. T. I. p. 67. *Euripid.* in Hecub. 296. οὐκ ἔστιν οὕτω στεῤῥὸς ἀνθρώπου φύσις Ἥτις γόων σῶν καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων Κλύουσα θρήνους οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ. — V. 2. εὔντομος. Celeri pede Ladonem assecuta est Nemesis, quae ab eo, genas vixdum lanugine induto, pristinae saevitiae poenas sumserit.

II. Cod. Vat. p. 572. Στατυλλίου Φλάκκου. Primum distichon protulit *Dorville* in Vann. crit. p. 147. Integrum *Klotz* ad Tyrt. p. 27. Ductum ex Ep. *Tullii Laur.* I. Cf. T. II. P. I. p. 273. — V. 1. σῶόν μοι. Vat. Cod. In versus exitu Ἀπόλλω. Vat. Cod. unde Ἀπόλλων fecit, qui apogr. Lips. scripsit. Si vera est Cod. scriptura, junge ἠτεόμην Ἀπόλλω, id est Ἀπόλλωνα, ex dialecto attica. — V. 4. ἦλθε δέ μοι π. δ' ἐξέφυγέν με. Vat. Cod. Male apogr. Lips. ἐξέφυγεν δέ τ. quod *Klotzius* non habebat quomodo

corrigeret. Cum dixiſſet poëta, ἦλθεν ἐμοὶ Πολέμων, *Polemo mihi rediit facie biſpida*, ſtatim ſe reprehendit: Quid dico, eum *mibi* rediiſſe, cum potius quam longiſſime a me aufugerit? Commentarii loco ſunt verba *Stratonis* Ep. XII. (ſive potius *Statyllii* noſtri, cujus hoc carmen eſt, et duo ejusdem argumenti inter *Stratonis* carmina relata): Νῦν δ' αὐτῷ Πολέμων ἀνασώζεται· οὐκέτ' ἀφῖκται, Φοῖβε, δασὺς δ' ἥκων οὐκέτι ἐῷος ἐμοί. — V. 5. μή με, ne me fallere coneris, ſtipulam mihi pro ariſta offerens: καλάμην de exoleto illuſtravimus ad *Aſclepiad*. Ep. I. 4. T. I. P. II. p. 22. — Pro κούφην, quod in marg. apogr. Lipſ. reperitur, et in apogr. Guyeti, Cod. Vat. κωφὴν habet, quod *Klotzius* alteri lectioni, ſive potius conjecturae, praeferendum cenſebat. κωφὴ καλάμη, ſtipula, cui nihil bonae frugis ineſt. — κωφὴν δή. Apogr. Lennep.

III. Cod. Vat. p. 88. εἰς ἑταίραν τινα. Edidit *Reiske* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 101. nr. 281. Lucerna, amicae a poëta dono data, conqueritur, quod turpis puellae flagitia videre cogatur. — V. 1. συνίστορα λύχνον. fidum nocturni amoris teſtem. Locis laudatis ad *Meleagr*. Ep. LXXI. 1. p. 87. adde hunc ap. Plutarch. T. I. p. 414. ubi Demoſthenes, cum Pytheas dixiſſet, ἐλλυχνίων ὄζειν αὐτοῦ τὰ ἐνθυμήματα, amare reſpondiſſe narratur: Οὐ ταὐτὰ γὰρ ἐμοὶ καὶ σοὶ, ὦ Πυθέα, ὁ λύχνος σύνοιδε. — In verſus exitu ἐρώτων eſt genuina Cod. ſcriptura, pro qua ap. Guyeti et Ruhnk. ἔρωτα exhibet, ων ſuperſcripto. — V. 2. ἔδωκεν ἄπνῳ. Vat. Cod. Noſtrum eſt in ap. Guyet. et Ruhnk. ex *Salmaſii* conjectura. — V. 3 – 6. bis in Cod. Vat. ſcripti diverſis manibus. μαραίνεσθαι dicitur lucerna, quae moerore quaſi conficitur, cernens, quae non cernere malit. Lucernae etiam proprie dicuntur μαραίνεσθαι, cum oleum deficit. *Paul. Silent*. Ep. XXVIII. ὁ δὲ τρίτος ἄρχεται ἤδη Λύχνος ὑποκλάζειν ἦκα μαραινόμενος. *Clemens Alex*. Paedag. II. p. 179. 25. ſenes mero uti jubet, τὸ καταψυχόμενον τῆς ἡλικίας, οἷον μαραινόμενον ὑπὸ

χρόνου, ἀναζωπυροῦντας ἀβλαβῶς τῷ τῆς ἀμπέλου φαρμάκῳ. — V. 4. παντοπαθῆ. Proprie ad puellam pertinet, *quae tot figuris, quot Philaenis enarrat, Novies peractis, pruriosa discedit*, ut est in Lusibus LXIV. ubi vulgo pessime legitur: *Non inventis pruriginosa discedit;* quod nos emendare conati sumus. Aeschinis matrem, meretricem, Ἔμπουσαν fuisse dictam narrat *Demosthen.* Or. pro Cor. T. I. p. 270. 25. ed. R. ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν δηλονότι.

IV. Cod. Vat. p. 175. Φλάκκου. Edidit *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 583. *Reisk.* in Anthol. nr. 451. p. 20. In marg. Cod. Lipf. Φαλαίκου scribitur, cujus varietatis nullum est in Vat. membrana vestigium. Damoetas, piscator, senex factus, Priapo retia dedicat. — V. 1. αἰγιαλῆτα. Vat. Cod. Nostrum est in marg. ap. Guy. et Ruhnk. In maris litore Priapus a nautis et piscatoribus colebatur. φυκόγειτον. propter algam marinam, τὸ φῦκος, quam undae in litus ejiciunt. — V. 2. κυσσομέτρης esse videtur in Cod. Vat. quod minimo apice distat a βυσσομέτρης, quam sinceram lectionem *Majus* dedit. Qui maria percurrunt, mercatores, piscatores et alii hujus generis homines, τὰ κύματα μετρεῖν dicuntur, ut in Ep. ἀδεσπ. XXXI. *Leonid. Tar.* Ep. LXII. unde *Oppianus* Halieut. II. 503. exquisitius, τὸν αἰολόμητιν Ὀδυσσέα μυρία πόντου Ἄλγεα μετρήσαντα πολυκμήτοισιν ἀέθλοις. — ¶. 263.] V. 3. ἐκμαγεῖον. Piscator, qui scopulis per omnem vitam ita adhaeserat, ut cera gemmae inhaeret, πέτρης ἐκμαγεῖον vocatur. Hujus vocis potestatem fuse explicuit *T. Hemsterhusius* ad *Polluc.* IX. 130. eandemque attigit *Valesius* ad *Euseb.* Praep. Evang. XV. 44. p. 845. — Idem sensus est in verbis βδέλλα σπιλάδων. ubi Vat. Cod. male βδέλλαν exhibet. — V. 5. „Scribe, ut recte in Cod. „est, σοὶ τὰ δίκτυα κἀμφίβληστρα.“ *Br.* In Analectis enim τἀμφίβληστρα dederat. Probanda mutatio, sed quod ad Codicis auctoritatem provocat cl. editor, id nihil est.

Hic enim perſpicue τἀμφίβληστρα legit. — V. 6. „Recte „in Cod. ſcriptum δαῖμον, et ſic edidit Majus in Catal. „Bibl. Uffenb. quod Reiskius, non ob metrum, cujus „nullam habebat curam, ſed temere mutavit in δαίμων. „Ex his ipſis verſiculis conſtare poterat, ſpondaeum, „jambum et trochaeum vices in prima ſede alterna„re." *Br.* — εἵσατο. Vat. Cod. — τοῖς ἔθαλπε γῆρας. quibus ſenectutem ſuam conſolabatur, ſustentabat, unde ſibi victum parabat. θάλπω. θερμαίνω. παραμυθοῦμαι. *Heſych.*

V. Cod. Vat. p. 175. Στατύλλου Φλάκκου. Planud. p. 415. St. 550. W. Piſcator Pani pagurum dedicat. De paguro, qui eſt e cancrorum genere et etiamnum in Graecia hoc nomine appellatur, (*Camus* ad Ariſtotel. H. An. p. 162.) vide *Aelian.* H. A. VI. 31. IX. 43. *Oppian.* Halieut. α. 285. ſqq. — V. 1. ῥαιβοσβελῆ vitioſe Stephan. ῥαιβοὶ vocantur, οἷς καμπύλα εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη, interprete *Polluce* II. 192. Vide notata ad *Archilochi* fr. IX. T. I. P. I. p. 155. — V. 2. *Suidas* T. II. p. 704. ὀπισθοβάμων. ὁ πάγουρος. ὀπισθοβάμονα, τρίχηλον, ὀκτάπουν, νηκτάν. quae ex Anthologia emendanda eſſe probe vidit *Kuſterus.* — ὀκτάπουν. *octipedis cancri terga* dixit *Propert.* IV. 1. 150. *Ovid.* Faſtor. I. 313. *Octipedis fruſtra quaeruntur cornua cancri.* — V. 3. Poſt νηκτὰν Vat. Cod. et Planud. τ' inſerunt, quod rectius omiſit clar. editor. ἀργυμινόεντον. quandoquidem paguri ὡς ὅπλῳ θαῤῥοῦσιν τῇ τῆς περιβολῆς σκέπῃ, ut *Aelianus* loquitur l. c. Simili, ſed, ut res poſtulabat, graviori epitheto teſtudinem ornavit *Empedocles* ap. *Plutarch.* T. II. p. 618. B. ubi *Pierſon.* in Veriſim. p. 156. recte emendavit: καὶ μὴν κηρύκων τε λιθοῤῥίνων τε χελωνῶν. qui etiam praeclare reſtituit verſum depravatum in Hymn. in Mercur. 48. πειρήνας διὰ νῶτα λιθοῤῥίνοιο χελώνης.

VI. Cod. Vat. p. 364. Τυλλίου Φλάκκου. Plan. p. 88. St. 129. W. „Male in Planudeae excuſis libris duo

„haec disticha divulsa sunt; unum constituunt Epigram-„ma. In tribus Planudeae codicibus conjuncta sunt, ut „et in Vatic. — δύσκολος ἡ κρήνη. Ita Codd. et Flor. „etiam editio. Sic supra in Philippi LVI. ὀργίλος ὡς ὁ „Πρίηπος.“ *Br*. Jungenda esse haec disticha, etiam *Huetius* vidit p. 11. ¶. Scriptum videtur hoc carmen in fontem, miraculosa quadam virtute insignem, quales multos commemoravit *Paulus Silentiarius* in noto carmine in Thermas et *Aristoteles* in Mirab. Auscult. c. 57. 58. et alibi. — V. 1. μηκέτ' ἀρύου. ἀρίου omnes edd. veteres usque ad Ascens. *Jos. Scaliger* in schedis Bodl ἀρύειν emendasse traditur. Sed eum ἀρύου scripsisse existimo. — V. 2. ἡσυχίοις. *tacitis suavem potum praebeo.* Subaudi, quod poëta suppressit: *loquacibus contra amarum.* Sed an veram h. l. lectionem teneamus, dubium reddit Cod. Vat. qui non ἡσυχίοις, sed ἡσυχίης legit, quam scripturam prae altera probat *Salmas.* in not. inedit. Huc spectat lemma in eodem cod. εἰς πηγὴν ἐπώνυμον Ἡσυχίας. Viator, quem poëta loquacem fingit, δύσκολον, *difficilem*, vocat hunc fontem. Vulgo δύσκολος εἰ κρήνη.

VII. Vat. Cod. p. 365. Plan. p. 116. St. 168. W. Πλάτωνος, οἱ δὲ Ἀντιπάτρου. De auctore hujus distichi vide quae notavimus ad *Platon.* Ep. XVIII. Tom. I. P. I. p. 351. sq. In *Stobaeo* Gesneri Tit. X. p. 127. 5. item *Platoni* sive *Antipatro* inscribitur; ap. *Grotium* p. 75. ἄδηλον. — V. 2. ῥίψεν. τὸν βρέχον scilicet.

VIII. Anth. Plan. p. 332. St. 471. W. Expressum carmen ex *Alphei Mityl.* Ep. III. p. 128. — V. 1. εὕδεις. dormis, o tu, qui miseros mortales somno privas. — V. 3. Armis depositis jacebat deus. ἀφύλακτον βέλος. *Quintus Maec.* Ep. IX. de eodem deo: ὃν δὲ βροτοῖς ἀφύλακτος ἐνέφλεγες ἐν φρεσὶ πυρσόν.

¶. 264.] *IX.* Vat. Cod. p. 372. Edidit *Jensius* nr. 110. Anth. Reisk. nr. 761. p. 158. In Sophoclem, tragoe-

tragoediis suis principatum inter poëtas tragicos adeptum. — V. 1. διασοί τε. Vat. Cod. quod recte emendavit cl. editor. Majori mutatione *Reiskius* v. 5. ταγὸν σε τραγικοῖο dedit. — V. 2. Respicitur *Atreus Sophoclis*, in qua tragoedia, cujus nonnisi duos senarios servavit *Scholiastes Euripidis*, fabulam de nefandis Atrei epulis Phoeboque currum prae horrore retrovertente tractatam fuisse, ex hoc loco apparet. — V. 3. πουλυπαθέσι. *Reisk.* — V. 4. βάβλαχαροι τυπίης. sic Vat. Cod. χαραιτυπίης exhibuit *Jensius*. Nostra lectio debetur sagacitati *Heringae* in Obss. crit. p. 269. — Carmina Bacchicis festis, quae per χοροιτυπίην Βρομίου significantur, dignissima. — V. 6. ταγὸν ἐπὶ Vat. Cod. et Jens. quod *Reisk.* in ταγόν σε mutavit. Idem κατήνυσαν dedit, contra cod. fidem, cujus lectio κατήνυσαν minime sollicitanda est. *Hesych.* καταινέσαι. συγκαταθέσθαι. Cognata significatione ap. *Euripid.* Iphig. Aul. 695. παῖδ' ὅτῳ κατήνεσας. Vide *Abresch.* Anim. in Aeschyl. p. 460. — V. 6. φθεγξάμενον. Vat. Cod. et Jens. quod a *Brunckio* consulto mutatum esse non puto.

X. Cod. Vat. p. 374. Planud. p. 42. St. 61. W. Hecubae de Polyxena, in Achillis tumulo immolata, querelae. — V. 1. πένθιμον ὑμέναιον. Polyxenam *suis cineribus desponsam* sibi immolari postulaverat Achillis umbra, ap. *Senec.* Troad. 196. apud quem v. 364. Calchas vaticinatur sic: *Mactanda virgo est Thessali busto ducis — Pyrrhus parenti conjugem tradat suo.* — V. 2. ὀγκωτοῦ τάφου. *Euripid.* Ion. 388. ὀγκωθῇ τάφῳ. Vide quae notavimus ad *Alexandri Aetoli* fr. V. 33. T. I. P. II. p. 243. In Ed. pr. Flor. ἦνυσ' ὀγκωτοῦ. — V. 3. πολυκλαύτοιο. Vat. Cod. — V. 5. εὐξοάνοις. Vat. Cod. — V. 6. φθιμένης Vat. Cod. quo perit antithesis. *Cum viveres*, Hectorem defunctum rapuisti curru; *defunctus*, vivae Polyxenae caedem postulas. — V. 7. αὐδέαο. Vat. Cod. — Quid

est, quod tantopere irascaris proli meae? Notanda constructio verbi αἰδέεαι cum casu quarto.

XI. Cod. Vat. p. 249. Plan. p. 246. St. 358. W. In naufragum, qui in litore dormiens viperae morsu peremtus est. Conf. simile carmen *Antipatri Thess.* LXII. — V. 3. βεβαρυμένον. Omnes edd. vett. usque ad Steph. ὕπνῳ βεβαρημένος ἠδὲ κοπίλλῳ. Epigr. ἀδέσπ. CCLXXXV. — V. 4. ὃς κέρμα ab Aldo in Codd. inventum, temere recepit Ascensius, quem Steph. secutus est. ὡς legitur in tribus Aldinis et ed. Nicol. Sabiens. Sic scribendum esse sponte sua intellexit *Huetius* p. 23. — V. 5. τί μάτην. Frustra itaque contra fluctus luctatus est, ut mortem effugeret, quae ipsum in continente manebat.

XII. Cod. Vat. p. 292. Plan. p. 250. St. 362. W. Pueri fatum, quod huic carmini occasionem dedit, illustravit etiam *Philippus* Ep. LXXI. ubi vide not. — V. 1. κρυμοῖσι πεδηθείς. Plan. cujus lectionis depravatio neminem advertit praeter *Jos. Scaligerum*, qui in not. msc. πεδητοῦ corrigit. Sed unice vera est lectio, quam liber Vatic. praebet, δεθέντος. Flumina *vincti* dicuntur *frigore*, sive *vinciri* et *alligari*; quorum verborum in hac re exempla congessit *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 377. et ad *Propert.* IV. 3. 48. p. 758. Vulgata lectio fluxisse videtur ex *Philippi* archetypo: κρυμῷ πεπεδημένον ὕδωρ. — ¶. 265.] V. 3. ἔκοψεν. Vat. Cod. — V. 6. ὕπερθε τάφον. Vulgo et in Plan. Erroris a librario commissi origo sponte patet. Certum est τάφῳ legendum esse, quod pertinet ad ἴθυνε; ad ὕπερθε autem subaudiendum τοῦ πάγου. Aliter vitium tollere conatus est *Casaubonus* in not. msc. ὕπερθε τάφου legens; quod minime praeferendum lenissimae emendationi *Brunckii*, quae sensum longe meliorem et pleniorem reddit. — V. 7. μυρομένα. Vat. Cod.

MUCII SCAEVOLAE

EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 391. *Jensius* nr. 34. Anthol. Reisk. nr. 685. p. 127. »Mucii Scaevolae Epigramma protu-»lit in Addendis ad Theocritum cl. Toup p. 391. Ideo »moneo in Cod. scriptum esse v. 3. ut edidi γυρὰ δ' ἐπ' »ἀλλήλαις. γαῦρα adverbialiter positum est pro γαύρως. »Non magni momenti est, quod in 5. vers. mutavi. In »cod. scriptum οὐκ ἀπὸ πυγμαχίης ἀποπαύεστε. Aliquid, »vividius est in lectione quam dedi.« *Br.* — Caprarius loquitur, capellas circa Panis simulacrum ludentes exhortans. — V. 1. θύμα. De cibis capris dilectis veterum loca collegit, nostro non omisso, *Schneider* ad *Columell.* VII. 6. p. 399. — V. 3. γυρὰ Cod. et Apogr. quae vidi omnia. *Jensius* vitiose πυρὰ dedit, unde *Reiskius* fecit ποῖ ῥα, *Toupius* πὰρ δὲ ἐπ' — parum feliciter. γυρὰ correxit *Heringa* in Obss. crit. p. 264. idemque voluisse videtur *Bernardus* in Epist. ad Reisk. p. 506. *Ruhnkenius* in Epist. crit. p. 120. γυρὰ et γαῦρα in eodem versu non ferens, πυκνὰ corrigit, laudans *Aristidem* Panath. p. 151. οὕτω δὲ πυκνὸν καὶ σύντονον ἐξήλαυτο. *Oppian.* Hal. IV. 322. καὶ ἀθρόοι ἀμφιχέοντα, Πυκνὰ καταςκαίροντες. Quum tamen γυρὰ in Cod. reperiatur, se nihil impedire ait, quominus hoc, vel invitis auribus, poëtae reddatur. — ἀλλήλαισι. Vat. Cod. ἀλλήλαις inveni in ap. Ruhnk. Sic etiam *Corn. de Pauw* emendavit. — Τὸ γαῦρον hircis et capris tribuitur. *Anyte* Ep. X. ὄμμα κατὰ λασίαν γαῦρον ἔχει γενύων. Hujus generis quaedam notavimus in Exercitt. crit. T. II. p. 9. sq. — V. 4. ὑλιβάτην. Vat. Cod. In marg. ap. Guyeti ἠλίβατον, male. ὑλοβάτης Νόμιος Pan, qui per montes et sylvas errat. ὑλοβάτας idem vocatur ap. *Theaetet. Schol.* Ep. III. Sinceram hujus vocabuli formam ex-

hibuit *Ruhnken.* et *Reisk.* *Mucium* nostrum hoc epitheto usum esse monuit *Cornel. de Pauw* in not. msc. ut significaret, capras, pratis dulcissimis relictis, ad sylvas properasse. — V. 5. εἰς ἀπὸ [illegible] ἀποπαύσαντα. Vat. Cod. ἀποπαύσαντα apogr. quaedam. Melior hujus versiculi lectio et distinctio *Reiskii* ingenio debetur. Ceterum *Mucio*, haec in elegantissimo carmine ponenti, haud scio an obversatus sit locus vividissimis coloribus depictus ap. *Theocrit.* Eid. IV. 46. sqq. — Pro ἀπεχθὴς *Jo. Pierson.* in Verisim. p. 68. ἀπαχθὴς corrigit, sine causa idonea. — V. 6. ἀπτὰς ἡ. Apogr. Guy. qui in marg. ἄπτηος scripsit, ut in membranis legitur. Vitiosae scripturae temere patrocinatur *Corn. de Pauw* ἀπτὴς ἡ corrigens. — ἀπ' αἰπολικᾶς. Vat. Cod. quod *Salmasius* inter describendum emendavit.

TRAJANI IMPERATORIS

DISTICHON.

Planud. p. 141. St. 205. W. In hominem quendam ingenti naso praeditum, ita ut pro gnomone in solario esse posset. — V. 1. ῥῖνα. priore syllaba correpta, contra usum a poëtis receptum, qui eam constantes producunt. Legendum putabat *Jos. Scaliger* στήσας ῥῖν, καὶ —. Hujus formae dubito an aliud exstet exemplum. — V. 2. παρερχόμενος. Ed. pr. Fl. et Ald.

MARCI ARGENTARII EPIGRAMMATA.

T. 266.] I. Cod. Vat. p. 104. Edidit *Reisk.* in Miscell. Lips. IX. p. 136. nr. 315. Inepte auctor lemmatis graeci: Ὅτι θῆλυς ἔρως εὐάρμοστον τῇ φύσει, ὁ δὲ ἄῤῥην ἀνάρμοστος καὶ ἀσεβής. Commendat quidem poëta muliebrem amorem prae puerili, sed ita ut flagitiosum puerilis amoris remedium indicet. — V. 1. ἐνὶ θνητοῖσι τέτυκται. *Reisk.* ex apogr. Lips. quod servavit lectionem membranarum. Hoc non consulto, sed temere mutatum in ἐν ἀνθρώποισι, quod est in apogr. Guyet. et Ruhnk. — V. 2. Quaedam apogr. habent νόσος, contra Cod. fidem. Qui gravitatem quandam et pudicitiam in medio amore servant, iis σεμνὸς νόος ἐς φιλίην inesse dicitur. Nam τὸ σεμνὸν et ἡ σεμνότης modo in laude, modo in vituperio ponitur, ut praeclare docuit *Valcken.* ad *Euripid.* Hippol. p. 176. — V. 4. φάρμακον. ut *Theocrit.* Eid. XI. 1. 17. XIV. 52. χ' ὥτι τὸ φάρμακον ἐστιν ἀμηχανέοντος ἔρωτος. Anthol. Lat. L. III. CCLIII. 21. *Sed tua labra meo saevum de corde dolorem Depellant, morbumque animae medicaminis hujus Cura fuget.* — Ceterum idem remedium, ab uxore sibi monstratum, tanquam futile traducit *Martial.* XI. 44.

II. Vat. Cod. p. 93. Edidit *Reiske* in Miscell. Lips. IX. p. 107. nr. 284. In verborum lusu hoc Epigramma versatur, in quo poëta puellam Μέλισσαν cum ape comparat. Conf. similes lusus *Meleagri* Ep. CVIII. *Stratonis* Ep. LXXXVIII. — V. 3. ἡδὺ φιλεῦσα. Cod. Vat. et *Reisk.* Vide ad *Meleagr.* Ep. XIX. 6. p. 37. — Ad sensum comparandum Ep. ἀδέσπ. LV. καί ῥα τις μ' ἐφίλησεν ὑφέσπερα χείλεσιν ὑγροῖς· Νέκταρ ἦν τὸ φίλημα· τὸ γὰρ στόμα νέκταρος ἔπνει. — V. 4. ἢν δ' αἰτῇς. *mercedem postulans.* Vide ad *Asclepiad.* Ep. I.

T. I. P. II. p. 21. *Ovidius* A. A. I. 418. *Magna superstitio tibi sit natalis amicae: Quâque aliquid dandum est, illa sit atra dies.*

III. Vat. Cod. p. 102. Protulit *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 133. nr. 312. Cum puella poëta rixatur, ut tunicam deponat suique corporis copiam ipsi faciat. Lysidicam quandam commemorat *Theodoret.* Therap. p. 674. ἢ Λυσιδίκην μήτε τὸν χιτωνίσκον ἐνδυομένην, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς αἰδοῦς; quae cum idem fere faceret, quod *Argentarii* amica ὁμώνυμος, longe tamen diversa indole fuisse apparet. — V. 1. τὰ ὀλίγα. vestem tenuissimam, quae, cum corpus male tegat, desiderium ipsa nuditate vehementius inflammat. κακόσχολε. *nasutulam* vertit *Reiskius*; male. Finge tibi poëtam, quem, Lysidicen suam super lecto in ulnis tenentem, nihil prohibet, quo minus plenissimum voluptatis fructum capiat, nisi tenuis illa tunica et *inepta* puellae *cessatio*. Jam vides puellam, quae

— *male trahebat tempus,*

et

tunica duxit operta moram,

Propert. II. 12. 13. ob has moras κακόσχολον vocari. Sic itaque amatorem suum torquebat Lysidice, ut *Propertium* Cynthia L. III. 20. 8. conquerentem, quod illa *extremo dormiat amicta toro;* et illa ap. *Aristaenetum* L. I. XXI. p. 52. quae vix tandem misere amantis precibus cedens, παράδοξον αὐτῷ προδιώρισε μέτρον· ἅπτου, φησί, τῶν μαστῶν· ἥδιστον ἀπόλαυε φιλημάτων· καὶ προσαγκάλιζου περιβεβλημυῖάν με τὴν ἐσθῆτα· γάμον δὲ μήτε πολυπραγμόνει, μήτε προσδόκα. — V. 3. οὔ σε παρ. λεπτοστολιδώμασι. Vat. Cod. *Brunckius* recepit emendationem *Salmasii* in marg. ap. Guyet. notatam, quae sensum efficit satis commodum: Tam tenuis te circumdat tunica, per quam omnia tua nuda conspiciantur, et tamen non conspiciantur. Certe haec lectio praeferenda lectioni Reiskianae, οὔ σε -

π. λεπτὸς στολιδώμασι πέπλος, et ei, quam ſchedae Trillitſchianae habent, οὔ σε π., λεπτόστολι, δώμασι πέπλος — quae aliquando arriſit *Schneidero*, qui in Peric. crit. p. 10. hanc interpretationem adjecit: indignari poëtam puellae, quod domi nuda, ſed a nullo ſpectata incedat, ad ſe autem veſtibus tenuibus induta veniat, per quas libidinem magis irritet et accendat. — At rerum, quas Lyſidice domi agat, commemoratio ab hoc loco aliena eſt. Notanda vox στολίδωμα pro στολὶς poſita. πέπλων στολίδας dixit *Euripid.* in Bacch. 934. et στολμοὺς πέπλων paſſim; unde in ejus Hecuba v. 1013. recte nobis emendaſſe videmur: ποῦ δῆτα; πέπλων ἐν στολῇ κρύψασ' ἔχεις; pro eo quod vulgo legitur: πέπλων ἐντὸς ἢ κρ. ἔ. Cf. quae notavimus in Exercitt. crit. T. I. p. 20. — V. 4. πάντα. *Horatius* I. Serm. II. 101. poſtquam matronam deſcripſit, palla circumdatam, meretricem libertinam commendat, in qua nihil obſtet, quominus res dilucide appareat — *Cois tibi pene videre eſt, Ut nudam.* Ejusmodi veſtibus induti indutaeve *pellucere* dicebantur; ut ap. *Juvenal.* II. Sat. 77. *Acer et indomitus libertatisque magiſter, Cretice, pelluces.* *Tibull.* IV. 6. 13. *Adnue, purpureaque veni pellucida palla,* ubi vide *Heyn.* Poëta anonymus, qualem ſibi puellam pingi velit, pictorem docens, *Nil pingendo neges*, ait, *tegat omnia ſerica veſtis, Quae totum prodat tenui velamine corpus.* Anthol. Lat. L. III. 278. p. 696. Plura hujus generis collegerunt *Interpp. Aeliani* V. H. VII. 9. et *Fiſcher.* ad Anacr. p. 110. — V. 5. χαρίεν. *Hoc ſalſum eſſe putas?* *Catull.* XII. 4. Feſtivius noſter, quam *Propertius* II. 12. 17. in re ſimili graviora minatus: *Quod ſi pertendens animo veſtita cubaris, Sciſſa veſte meas experiere manus.* — τοῦτο, τὸ πέος ſc. Pronomina enim ſaepe ad res obſcoenas ſignificandas valent. Cf. ad *Straton.* Ep. L.

¶. 267.] *IV.* Cod. Vat. p. 106. Edidit *Ruhnk.* in Epiſt. crit. p. 75. *Reisk.* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 142.

nr. 320. — V. 1. Haec fortasse obversabantur *Agathiae* Ep. VIII. 14. sqq. — V. 2. χείλεα τε. Vat. Cod. — V. 3. χεῖρα λαβών. Vat. Cod. βαλὼν ex *Salmasii* emendatione legitur in marg. Guyet. apogr. In eadem re *Theocrit.* Eid. II. 140. καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο. — τὰ λοιπά. *Aristaenet.* L. I. 17. p. 43. τὰ δ' ἄλλα, οἶδας γὰρ ἅπαντα τὰ λοιπά, νόει μοι κατὰ σαυτόν, οὐδὲν περιττοῦ δεόμενος λόγου. *Philodem.* Ep. XVII. σὺ δ' ὦ φιλεράστρια κοίτης Ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα. — V. 4. μάρτυς ἐφ' οἷς λύχνος. Hoc ordine verba leguntur in Cod. Vat. Verbis transpositis λύχνος ἐφ' οἷς μάρτυς ὁ. Ducta sunt haec ex *Asclepiad.* Ep. XXVII. quae inter se et cum aliis comparavit *Pierson.* ad Moer. p. 442.

V. Cod. Vat. p. 97. Edidit *Reiske* in Miscell. Lips. IX. p. 126. nr. 304. Ad Antigonen Siculam, quam, cum munera posceret, Aetolam, ἀπὸ τοῦ αἰτεῖν, factam esse ait poëta. Ipse vero Μῆδος factus est, οὐδὲν διδοὺς αὐτῇ scilicet. Prior pars hujus lusus ducta ex *Aristoph.* Eqq. 79. ubi de Cleone Demosthenes ὁ πρωκτός ἐστιν αὐτόχρημ' ἐν Χάοσιν, Τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς. ubi recte Scholiastes: οὐκ ἐν Αἰτωλίᾳ, ἀλλ' ἐν τῷ αἰτεῖν. Alterum in suum usum convertit *Fronto* Ep. I. p. 346. μὴ γίνου Μῆδος· Σάκας γὰρ ἔσῃ μετὰ μικρόν, Καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες Ἀστυάγην.

VI. Cod. Vat. p. 549. Planud. p. 145. St. 211. W. De Antigonae et Philostrati cujusdam amoribus. — V. 1. πενταπαλαιστής. quinque palmis Iro pauperior, pauperrimus hominum. Paroemiacae locutionis speciem habet. Similiter *Aristophan.* in Ran. 91. tragoediarum scriptores ridens, eos vocat μειρακύλλια Τραγῳδίας ποιοῦντα πλεῖν ἢ μύρια, Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα. Nec multum absimile hoc *Eupolidis* ap. *Schol. Aristoph.* in Acharn. 529. ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομῆς Ἐκ δέκα ποδῶν ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας. ut h. versum restituit *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 7. sq. Hinc apparet, nihili esse

emendationem *Brodaei* et *Scaligeri*, qui παλαιστὴς corrigunt, in errorem inducti lectione depravata v. 2. πεντεκαιεικοσέτηρος, quae in omnibus antiquis edd. obtinet, usque ad *Stephanum*. — Philostratus noster misere amabat Antigonen, sed cum non haberet, quomodo ei noctis pretium solveret, eum irriti amoris flamma vehementer excruciatum esse, sponte intelligitur. Tandem per hiemem remedium amoris invenit. ἀντία γὰρ σχ. Nihil sani Intrpp. ad hoc distichon afferunt. Unus Scholiastes recte intellexit, lusum esse in nomine puellae Ἀντιγόνη et ἀντία γούνατα σχών. Ἐκοιμήθη μετ' Ἀντιγόνης ἐναντίον τῶν γονάτων θεὶς τὴν κεφαλήν. Non tamen cum ipsa Antigone cubuit, sed cum contractus, genubus pectori admotis, cubaret, non quidem Ἀντιγόνην ipsam, sed tamen ἀντία γόνατα habebat. Frigidus lusus: sed hic verus poëtae sensus.

VII. Cod. Vat. p. 100. Μάρκου Ἀργενταρίου. In Planud. p. 475. St. 617. W. *Rufino* tribuitur, cujus duo praecedunt carmina in Collectione Cephalae. Verum amorem in deformium puellarum desiderio cerni facete docet. — V. 3. πεφορημένος ἴοις. Vat. Cod. quod minus in hac re usitatum commodum tamen sensum efficit.

VIII. Cod. Vat. p. 403. sq. Planud. p. 85. St. 125. W. In gallum gallinaceum, qui gratum poëtae de puella somnium turbaverat. Conf. *Meleagri* Ep. LXXII. et not. T. I. P. I. p. 87. sq. *Alciphron* L. III. Ep. X. p. 298. ἐπιτριβείη καὶ κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο ὁ κάκιστος ἀλεκτρυὼν καὶ μιαρώτατος, ὅς με, ἥδιον ὄνειρον θεώμενον, ἀνεβόησας ἐξήγειρε. — V. 1. ἀφ' ἥρπασας. Vat. Cod. Eodem verbo in eadem re utitur *Anacreon* XII. τί μευ καλῶν ὀνείρων Ὑπορθρίαισι φωναῖς Ἀφήρπασας Βάθυλλον. — V. 3. θρέπτρα. i. e. θρεπτήρια sive τροφεῖα, alimentorum mercedem. Vide ad *Meleagr.* l. c. — αὔτοικος ἀγέλη. gallinarum grex, inter quas gallus principatum tenet. Perpe-

tam Vat. membranae πλάκας ἀοιδῶν — ἐγλύφαμεν. — V. 5. μέ. Vulgo. καὶ est in Cod. Vat. — 5. 268.] V. 6. αἱμάσαμεν. Vat. Cod. et Plan. Verba ἀλλ' ἕξεις βωμὸν posita videntur pro βωμὸς ἕξει σε. Sed vereor, ut sana sit lectio. *Argentarium* scripsisse puto:

καὶ βωμὸν καὶ σκῆπτρα Σαράπιδος, οὐκ ἔτι ταῦτα
φθέγξεαι, αἱμάξας βωμὸν ἐν [illegible].

Theocrit. Epigr. I. 5. βωμὸν δ' αἱμάξει κεραὸς τράγος. *Lycophr.* v. 992. κελαινῷ βωμὸν αἱμάξῃ βρότῳ. *Pausan.* L. III. 16. p. 249. flagellationis puerorum ad Dianae Orthiae aram exponens rationem, oraculum ait Spartanis obtigisse, αἵματι ἀνθρώπων τὸν βωμὸν αἱμάσσειν. In sacrificio quodam ap. Romanos τὴν μὲν οὐρὰν τις ἀποκόψας ἐπὶ τὴν Ῥηγίαν καλουμένην κομίζει καὶ τὸν βωμὸν αἱμάσσει. *Plutarch.* T. II. p. 287. A. *Catullus* XIX. 15. *Sanguine hanc etiam mihi, sed tacebitis, aram Barbatus linit hirculus, cornipesque capella. Virgil.* Eclog. I. 8. *Illius aram Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus. Ovidius* IV. ex Ponto 8. 39. *Agnaque tam lactens, quam gramine pasta Falisco Victima Tarpejos inficit icta focos.* Hinc in Anthol. Lat. T. I. p. 36. *Corniger bos aries humilis, et maxima taurus Victima sacratos tinguet honore focos.*

IX. *Marco Argentario* hoc carmen tribuit Vat. Cod. p. 382. quod ἄδηλον est in Plan. p. 95. St. 140. W. In Anthologia edita exstare immemor tanquam ineditum dedit *Iriarte* in Catal. Bibl. Matrit. cod. XXIV. — V. 1. βύβλον h. l. et versu 3. Vat. Cod. Ἔργα καὶ Ἡμέρας *Hesiodi* significari ex sqq. apparet. ἑλίσσων ὑπὸ χερσίν. *Alciphron* L. I. p. 104. χάρτην διὰ χειρὸς ἔχοντα. Idem p. 140. σχῆμα ἔχων καὶ βυβλίδιον μετὰ χεῖρας. — In ἑλίσσων de *volumine* cogites. *Strato* Ep. L. librum amasii felicem praedicans, te, ait, ἢ τρυφεροῖς σφίγξει περὶ χείλεσιν, ἢ κατὰ μηρῶν Εἰλήσει δροσερῶν, ὦ μακαριστότατον. — V. 4. ἔργα et πρήγματα παρέχειν dicuntur, qui aliis impedimento sunt.

et molestias creant. Finge tibi poëtam abjectis *Hesiodi* Ἔργοις puellae suae obviam festinantem.

X. Cod. Vat. p. 90. Planud. p. 479. St. 622. W. A puella, quam deperibat, relictus, munera parat, quibus fugientem reducat. — V. 1. χρυσόκερως. duae Ald. δέρκει. Vat. Cod. πυριλάμπει. idem. — V. 2. ἀστέρας. Vat. Cod. — μυρίπνους vulgo. — V. 3. ὡς γε μ. Vat. Cod. — V. 4. ἐκταίην. ut ap. *Theocrit.* Eid. II. 156. νῦν δέ τε δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τέ νιν οὐδέποκ' εἶδον. Sex dies igitur effluxerant, per quos puellam non viderat. τὴν μάγον. veneficam, ob vim procul dubio, quam in poëtae animum exercebat. — V. 5. *Brunckius* unde ἀγρεύσομεν sumserit, non indicavit. Vulgo enim et in Vat. libro ζητήσομεν. quod verbum huic loco minime convenit. Fortasse tamen paulo propius ad vulgatae lectionis ductus legendum est:

ἀλλ' ἴυγγος αὐτὴν ζωγρήσομεν — —

De meretricula agens *Lucianus* T. III. p. 43. auro facile cedente, πάνυ ἐνδίδωσι πρὸς ταύτην τὴν ἐπῳδὴν ἡ γυνή, ait, — ἂν δ' ἀργύριόν που ψοφῇ, ἔρχεται πρὸς τὸν ἦχον. — Pro ἀργυρέους σκύλακας Aldus in Cod. quodam invenit glossam: ἀργύρεον. δῶρα.

XI. Cod. Vat. p. 101. Planud. p. 479. St. 623. W. In puellam macilentam, sed probam. — V. 1. Ἀφροδίτην ex Vat. Cod. revocatum est, pro Ἀφροδίτης, quod *Arnaldus* in Spec. Animadv. p. 135. frustra in Diocleae laudem accipit, quasi ipsa Venere *gracilior* vocetur. — Ἀφροδίτην amasiam appellabat poëta propter insignem pulcritudinem, non tamen negans, eam minus succulentam esse. Ceterum *Huetius* p. 48. dialogum esse videri monuit, alioqui legendum: ὄψομαι. Hoc malim, quam de dialogo cogitare. — V. 3. τὸ μεταξύ. non multum inter me et ejus animam erit. — Mox vulgo ὡς δὲ πε-

δεινὰ στέρνα πεσών. quod ex Vat. Cod. mutatum est. — V. 4. ψυχεῖς. Vat. Cod.

XII. Cod. Vat. p. 103. Planud. p. 480. St. 623. W. Duas puellas, Euphranten et Lysidicen amans poëta, se illam alteri longe praeferre significat. — V. 1. ἔγχει Λυσιδίκης. Conf. *Meleagr.* Ep. XCVIII. XCIX.

¶. 269.] *XIII.* Vat. Cod. p. 105. sq. Poëta Alcippen suam amplexibus tenente, mater puellae superveniens sibi quoque oblatae voluptatis partem expetebat. — V. 1. ἐφίλουν μέγα. ut ap. *Paul. Silent.* Ep. II. μακρὰ φιλεῖ Γαλάτεια καὶ ἔμψοφα, μαλθακὰ Δημώ. Male autem *Opsopoeus amabam nimis* vertit. — V. 4. περισσότερον. Malim

περισσότερος.

ne quis curiosior amoris mysteria cerneret. — V. 5. ἔλαθον. Plan. quod sensum habet tolerabilem. ἔλαθεν, quod *Br.* ex Vat. Cod. recepit, ad praecedentem enuntiationem referendum est: Oscula mea et amplexus, quibus Alcippen fovebam, non latebant Alcippes matrem. Quod cum paulo duriusculum esset, nec epitheton matris μάλον, si abesset, desideraretur, corrigendum putavi olim;

μητέρα δ' οὐκ ἔλαθεν ΚΛΙΝΗΣ ΣΑΛΟΣ.

καινη et κλίνη mutata vidimus in *Asclepiad.* Ep. XX. VII. vers. ult. Cf. *Pierson* ad *Moer.* p. 442. Matrem Alcippes non latuit *tremuli lecti agitatio et ambulatio*, ut *Catullus* loquitur Carm. VI. 9. unde *Ovid.* III. Amor. XIV. 24. *Spondaque lasciva mobilitate tremit.* *Juvenal.* IX. 77. *testis mihi lectulus et tu, Ad quem pervenit lecti sonus.* — V. 6. ἑρμῆς κοινός. *Eia, inquit, in commune quidquid est lucri.* ap. *Phaedrum* V. 6. ubi vide *Burmannum.* Adde *Interpp. Theophr.* Char. XI. 18. et *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 391. 92.

XIV. Cod. Vat. p. 104. Planud. p. 482. St. 625. W. Poëta puellae colonum offerens eam de pulcritudinis

suae brevitate admonet. Expressit hoc carmen *Rufinus* Ep. XV. — V. 1. ἡδόπνοε. Ed. Flor. ἡδύπνοοι reliquae. Nostrum debetur Vatic. libro. μύρον εὗδειν de suavissimo somno videtur positum. Nam omnia suavia et jucunda μύρον appellant veteres. Similiter verbo ἔαρ utitur *Theocritus*, qui ἔαρ ὀρθινα dixit Eid. XIII. 45. Pro εὕδεις Vat. Cod. ὄδεις legit, quod contextui minus aptum. — V. 4. Ad sensum cf. *Platon.* Ep. IV. et *Propert.* IV, 5. 59. ubi *Burmannus* nostrum carmen laudavit. Idyllium de rosa in Anth. Lat. L. III. CCXCII. 45.:

Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous,
Hanc rediens sero vespere vidit anum.
Sed bene, quod, paucis licet interitura diebus,
Succedens aevum prorogat ipsa suum.
Collige virgo rosas, dum flos novus, et nova pubes,
Et memor esto, aevum sic properare tuum.

Philostrat. Epist. XXXIV. p. 928. μαραίνεται καὶ γυνὴ μετὰ ῥόδων, ἂν βραδύνῃ μὴ μέλλε, ὦ καλή, συμπαίζωμεν, στεφανωσώμεθα τοῖς ῥόδοις.

XV. Hoc carmen, quod in Planud. p. 468. St. 609. W. *Philodemo* tribuitur, Vat. Cod. *Argentario* nostro vindicat p. 103. Scriptum est in Soficratem quendam, qui, dum dives esset, gratia et amore valebat; ad paupertatem redactus, ab amoris cruciatibus liberatus est. — V. 2. λιμός. Ex *Cratetis* praecepto fr. I. ἔρωτα παύει λιμός. ubi vide quae notavimus Tom. I. P. I. p. 379. et ad *Callim.* Ep. XIV. 5. T. I. P. II. p. 270. — V. 3. μύρον καὶ τερπνὸν Ἄδωνιν. Fortasse ductum ex *Bionis* Epitaph. Adon. 78. ὄλλυσθω μύρα πάντα, τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις. Ap. *Plautum* in Mostell. I. 3. 151. Philematium ad Philolachen *Vin' unguenta?* ait; ad quae ille respondet: *quid opus est? cum stacta accubo.* — Pro καλεῦσα vulgo καλεῦσα legitur. — V. 4. σου. Vat. Cod. νῦν τοι. Plan. — V. 5. τίς; πόθεν εἰς (Vat. ἧς) ἐνδείη; formulas

solemnis ap. *Homerum*, qua hospites interrogantur. Postea communem significationem habere coepit. *Stob.* Flor. LXXXIV. p. 491. Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς [illegible] [illegible] ; [illegible] ; Alia quaedam exempla dedit *Lennep* ad Phalar. p. 123. — [illegible] Vat. Cod. — [illegible]. *Scilicet uxorem cum dote, fidemque et amicos Et genus et formam regina pecunia donat.* *Horat.* I. Epist. VI. 36. *Theognis* ap. *Stob.* Tit. XCV. p. 519. [illegible]. Cf. ad *Luciani* Ep. XXXVIII. p. 316.

XVI. Nostro vindicavit Cod. Vat. p. 102. cum in Planud. p. 484. St. 623. W. ἄδηλον sit. „Obscoenum „carminis sensum aperuit Brodaeus; sed quae in eo „depravata erant, pro bonis habuit, aut de eorum emen„datione non fuit sollicitus." *Br.* Scriptum est in mulierem impuri oris. — V. 1. Μηνοφίλας λ. π. [illegible]. Vulgo et in Vat. Cod. Vera videtur *Brunckii* emendatio. — Alterum quendam mundum apud Menophilam meretricem cernere licet. — V. 3. ἀλλ' ἴτε. Vulgo. ἴτε debetur membranis. Agedum, astrologi, ad eam accedite ejusque coelum contemplamini, quod canem et geminos, astra notissima, intra se continet. οὐρανὸς h. l. ambiguo sensu est positum. Superiores enim partes significat, ut ap. *Lucian.* Epigr. I. Laïs fellatrix munera dicitur afferre ἀπ' οὐρανίων. *Nicarchus* Ep. V. Ζηνὶ δ' ἴσος Κλεόβουλος, ὃς οὐρανὸν εἰςαναβαίνειν, Τὸ ψολόεν κατέχων ἐν χερὶ πῦρ, ἔλαχε. — V. 4. κύνα. *Hesych.* κύων. — δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀνδρεῖον μόριον. Similiter ludit *Strato* Ep. LXVII. μίσγεσθαι τεφρῷ χρὴ φλογόεντα κύνα. — διδύμους. *Philodem.* Ep. VIII. ἢ τό γε λοιπὸν Τοὺς κείνου πελέκει δεῖ διδύμους ἀφελεῖν. ubi vide not. et *Hesych.* v. δίδυμοι.

T. II. p. 529.] *XVI*[a]. Vat. Cod. p. 451. Edidit *Reiske* inter carm. Jens. nr. 731. p. 147. Etiam hoc

carmen in ſellatricem mulierem ſcriptum, in cujus nomine poëta ludit. — V. 1. Λαιδροῖς emendavit *Reiskius*. λαιδρὸς. λαμυρὸς. ἀναιδής. δεινός. θρασύς. ταχύς. ἀριστερός. *Heſych.* Tractavit hanc vocem *Ruhnk.* in Epiſt. crit. p. 88. Emendationis tamen neceſſitatem non video. Clam quidem Heraclea illud flagitium patrabat; ſed nemo tamen in tota urbe erat, qui ejus turpitudinem ignoraret. Rectius idem vir doctiſſimus καλῶς, quae eſt Cod. lectio, in καλοὺς mutavit. — V. 2. πᾶσ' ἐβόησε *Reiskius* dedit; recte intelligens, κεῖνο et τοῦτο ſimul ſtare non poſſe. Sed vide, an ſcribendum ſit:

εἶδα· πάλαι κατὰ σοῦ τοῦτ' ἐβόησε πόλις.

— V. 3. αἶσχος abeſt a Vat. Cod. Lacunam ita explebat *Reiskius:*

πῶς ἔτλης τόσσον ῥέξαι κακόν;

quod mihi *Brunckianae* lectioni non poſthabendum eſſe videtur. — In ſequentibus haerebat *Reiskius*, quod mireris. Duplicem cauſam poëta fuiſſe ſuſpicatur, quae Heracleam impulerit ad tam turpe flagitium; alteram, ſi id vi coacta fecerit. δραξάμενος πλοκάμων. *Maximus* περὶ καταρχ. v. 111. δρασσομένη χαίτης ἢ καὶ ῥεθέεσσιν ἐφεῖσα ἀτηρὰς παλάμας. Vide *Wetſtein* ad Nov. Teſt. II. p. 112. — Alteram cauſam poëta ab Heracleae nomine, ipſius pudicitiae quaſi fatali, repetit. Ut enim Ἡρακλεῖ fato deſtinatum erat, ut Heben in matrimonium duceret, ſic Ἡρακλείᾳ noſtrae fatale fuiſſe videtur, ut juvenum ἥβην contrectaret. Quid ſit ἥβη in viris, nemo ignorat. Ex ambigua hujus vocabuli ſignificatione fluxit obſcoenus luſus ap. *Straton.* Ep. LXVII. μήποτε καρποτόκου Δημήτερος ὑγρανθείσης βρέξῃς τὴν λασίην Ἡρακλέους ἄλοχον. Eodem referendum Corydi paraſiti dictum ap. *Athen.* L. VI. p. 245. E. cui cum narraſſet quidam, ſe nonnunquam uxoris καὶ τράχηλον καὶ τιτθοὺς καὶ τὸν ὀμφαλὸν φιλεῖν, reſpondit: πονηρὸν τοῦτ' ἤδη· καὶ γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἀπὸ τῆς Ὀμφάλης ἐπὶ τὴν Ἥβην μεταβέβηκε.

[I. 270.] *XVII.* Cod. Vat. p. 510. Plan. p. 173. St. 253. W. Conqueritur poëta de Bacchi iniquitate. — V. 2. σύρει με ἐκ. Vat. Cod. σφαλλόμενον. *Meleager* Ep. LX. πάντα δ' ὑπ' ἀκρήτου γυῖα σαλευτὰ φορεῖς. *Phanias* Ep. I. σκύφος ᾧ σεσάλευμαι. — V. 3. ὡς ἄδικον. Similis color in *Meleagri* Ep. LVII. 5. 6. — ἔτ' εἴνεκεν. Vat. Cod. — V. 4. τάμπαλι. Vat. Cod. Lusus est in φέρειν et παραφέρομαι. Hoc proprium de ebriis titubante pede vagantibus.

XVIII. Cod. Vat. p. 393. Plan. p. 178. St. 260. W. Hominis vinosi verba amatoria ad lagenam. Conf. Ep. ἀδέσπ. LXXVII. — V. 1. καπηλικὰ μέτρα φιλεῦσα. impleta vino, ex caupona petito. — V. 2. εὔλαλε. quae loquatiores reddit convivas, interpretatur *Brodaeus*. Malim ad sonum liquoris ex angusto gutture prorumpentis accipere. Sic *Philipp.* Ep. LVIII. Ἀδριακοῖο κύτους λαιμὸς πολλάκι μελίγηρυς. — μακρόφαρυξ. Vat. Cod. et nonnullae edd. vett. — V. 3. μυστιλάγυνε V. C. junctim. *Toupii* emendationem recepit *Br.* ex Curis Noviss. p. 244. μύστις πενίης dicitur lagena, cui domini sui paupertas notissima erat; βραχυσύμβολος, cui nonnisi parva tribuebatur vini portio. — V. 5. ἄμικτος κ. ἁ. τι παρείης. Vat. Cod. Ambiguis verbis poëta utitur, ut, de lagena agens, cum puella loqui videatur. Optat enim, ut lagena ab omni cum *nymphis*, quae merum corrumpant, commercio aliena sit, h. e. ἄμικτος et ἀνύμφευτος, quae verba item de casta virumque nondum experta virgine explicari possunt. In hoc cardine hujus carminis acumen vertitur, non in πόσιν, quod *Toupius* existimabat. — V. 6. ἄφθονος. Vat. Cod. Idem error irrepsit in ed. Wechel. Vett. enim edd. quas vidi omnes, ἄφθορος legunt, quod huic contextui unice convenit.

XIX. Cod. Vat. p. 511. *Marco* nostro *Argentario* hoc carmen tribuit, quod in Plan. p. 180. St. 263. W. ἄδηλον est. Ad Cincium quendam, ut vitae brevitatem repu-

reputans, genio suo indulgeat. Color est fere, ut in carmine Horatiano L. I. XXVIII. 1 – 9. — V. 3. ζωρὸς Vat. Cod. vitiose. — V. 4. „In Planudeae codd. scri„ptum inveni ἀγκὰς ἔχων ἄκοιτιν. unde bona lectio refin„gitur: ἀγκὰς ἄκοιτιν ἔχων. quod sincerum credo et sal„tem ob gratiorem sonum praeferendum.“ *Br.* — V. 5. Quod si, tristis sapientiae assecla, illas vitae voluptates spreveris, scito, etiam Cleanthem et Zenonem, severae philosophiae principes, ad Orci tenebras devenisse.

XX. Cod. Vat. p. 176. Edidit *Majus* in Bibl. Uffenb. Catal. 583. *Reiske* in Anth. nr. 456. p. 22. „Huic Epigrammati in apogr. Buherii et Guieti sub„junctum est distichon alio pertinens. Est enim *Leonidae* „*Tar.* Ep. II. ἐκ τόκου, ὦ Λητοῖ –.“ *Br.* Mulier quaedam, cujus nomen in ipso carmine obscurum est, Dianae post partum munera dedicat. Expressum carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. III. — V. 1. μυρόπτην Vat. Cod. a pr. man. — V. 3. ὑπ' ἔνδυμα. Vat. Cod. Margini ap. Guyet. et Ruhnk. adscripta nota: an τὸ ὑπὸ τῷ χιτῶνι ἐνδεδυμένον. an ὑπένδυμα χιτῶνος λεπτόν. Priorem interpretationem praetulerim propter Ep. *Leonidae* II. ubi mulier post partum ζώνην et κύπασσιν Dianae dedicasse dicitur; item in Ep. ἀδεσπ. CXIV. quod nostro ad amussim respondet:

Ζῶμά τοι, ὦ Λατῷα (sic lege), καὶ ἀνθεμόεντα κύπασσιν,
καὶ μίτραν μαστοῖς σφιγκτὰ περιπλομέναν
θήκατο Τιμάεσσα.

Cypassis igitur respondere videtur τῷ ὑπενδύματι, indumento, cui tunica superinduebatur. Ap. *Hedylum* Ep. II. T. I. p. 483. junguntur μίτρη et ἁλουργὲς ὑπένδυμα. — V. 4. μαστόδετα. fasciae, quibus mammae erigebantur, quae hoc loco diversae sunt a mitra; cum contra ap. *Callim.* Ep. XIX. μίτρη Ἡ μαστοὺς ἐφίλησε reperiatur; et ap. *Hedylum* Ep. I. μαλακαὶ μίτραι, μαστῶν ἐνδύματα. Conf.

notata ad *Leonid. Tar.* Ep. V. 2. T. I. P. II. p. 62. — V. 5. »Quid haec significent, nescio: ἐπεὶ φύγε ἄβροτον »seu ἄμβροτον (sic enim in Cod. scriptum est) ὄγκον εὐώ»δινος νηδύος. Salmasius reponebat ἐπεὶ θέτο et sq. v. εὐ»φρανθεῖσα νεῷ. Sed ita semper obscuritas est in ἄμβροτον »et deest dedicantis nomen, quod hîc omnino esse de»bet. Hoc forte in ἄμβροτον latet. Quid si mulier illa »appellata fuerit Ἀβρότη, aut Ἀμβροσίς? In hunc modum »distichon restitui posset:

»Ἀμβροσὶς, εὐώδινος ἐπεὶ θέτο νηδύος ὄγκον,
»εὐφρανθεῖσα νεῷ θῆκεν ὑπ' Ἀρτέμιδος.«

Br. Quaedam hîc a cl. editore recte sunt posita, alia minus. ἐπεὶ φύγε non sollicitandum esse, recte intellexit in Lect. p. 265. Sic enim Ep. ἀδέσπ. supra laudatum: Σῶμά τοι, ὦ Λατῷα — Θήκατο Τιμάεσσα, δυσωδίνοιο γενέθλας Ἀργαλέον δεκάτῳ μηνὶ φυγοῦσα βάρος. Recte autem suspicatus est, in ἄμβροτον latere dedicantis nomen. Comparanti Epigramma *Leonidae*, unde hoc expressum est:

Ἐκ τόκου, Εἰλήθυια, πικρὰν ὠδῖνα φυγοῦσα
Ἀμβροσίη, κλεινῶν θήκατό σοι πρὸ ποδῶν
δέσμα κόμας καὶ πέπλον — —

verisimilis videbitur emendatio nostra:

Ἀμβροσίη, ἐξ ὠδῖνος ἐπεὶ φύγε νηδύος ὄγκον —

quae gemina gemella sunt. *Reiskius* dedit: ἀμβρότου, εὐώδινος — Εὐανθεῖ νηῷ θῆκεν. *posuit in florido templo immortalis, felici partu editae* (vel *partus facilitantis*) *Dianae.*

¶. 271.] *XXI.* Cod. Vat. p. 187. Primus edidit *D. Heinsius* in carmin. gr. p. 146. *Reiske* Anthol. nr. 491. p. 39. Lagenam poëta Veneri dedicat. — V. 1 – 6. laudat *Suidas* v. λέγουσι T. II. p. 409. — V. 1. μεθυσφαλής. Lagenae, vino repletae, tribuitur, quod iis proprium est, qui se vino ingurgitarunt. *Ebria* lagena, ut *ebria*

ὑνᾶ. *Catull.* XXVII. 3. *Poſthumiae ebrioſa acina ebrioſioris.* Minime igitur audiendus *Toupius* in Cur. nov. p. 242. qui *inanem, vino carentem lagenam* interpretatur. — V. 2. νεκταρέη. perperam ap. Lipſ. — V. 3. Βακχειάς. Vat. Cod. et Suid. — ὑγρόφθογγε. Nota in marg. ap. Guyet. *liquorem vocalem continens, i. e. loquax, garrula, ab effectu liquoris contenti.* Conf. ad Ep. XVIII. 2. ubi lagena vocatur εὔλαλος, τρηΰγελως, εὔστομος. — V. 4. ψήφου συμβολικῆς θυγάτηρ vocatur lagena, quae conviviis adhibetur; ut convivia ipſa ap. *Ionem Chium* fr. I. v. 11. οἴνου φίλα τέκνα vocantur. ψῆφον συμβολικὴν pro periphraſi τῆς συμβολῆς recte interpretatur *Salmaſius* in marg. ap. Guyet. Eſt autem ψῆφος vel ipſa pecunia, quae a ſingulis convivis conferebatur, vel teſſera quaedam ab iisdem data. Res nota ex *Terentii* Eunucho III. 4. 1. *coïimus in Piraeeo In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus.* — *Dati annuli.* σύσσημον vocat *Hedylus* Ep. ap. *Athen.* VIII. p. 345. A. B. θὲς μόνον ἢ ζώνην, ἢ ἐνώτιον, ἢ τι τοιοῦτον σύσσημον. — V. 5. μύστι φιλούντων. ut ſupra πενίης μύστι λάγυνε. Potabant juvenes, puellis, quas deperibant, praeſentibus. Hinc lagena teſtis myſteriorum amoris. — V. 8. „ἥνυσεν eſt in membranis, et nihil habet quo quis „offendatur. Non ſpernenda tamen perſpicaciſſimi „Toupii conjectura: ἤνασεν." *Br.* Apogr. Lipſ. et Heinſ. ἤνυσεν praebet, quod *Reiskius* in ἥνυσεν mutavit, Codicis ſcripturam aſſecutus, quod ei non ſaepe contigit. — σύμπλανον, quam in comiſſationibus ſecum duxerat. De gladio *Macedonius* Ep. XII. οὗτος ἐμοὶ ποθέοντι συνέμπορος. Noctem κώμων σύμπλανον vocat *Meleager* Ep. CII. κώμων σύμπλανον ὀργάνιον idem Ep. LXIV.

XXII. Plan. p. 338. St. 478. W. Priapus viatori, ficus appetenti, poenas minatur. Pars carminis expreſſa ex *Philippi* Ep. LVI. p. 227. — V. 1. ὥριμος. Viatori tribuenda vox. — V. 4. ἰσχάδα. *Philipp.* l. c. τὰμὰ κατέσθων σῦκα, δὸς εὐθύμως ἰσχάδα τὴν ὀπίσω. Luſus in Priapum

XXXIX. *Paedicare volo: tu vis decerpere poma. Quod peto si dederis, quod petis accipies.* — V. 6. ἰσότης. Facete hortorum deus ad rem obscoenam transfert philosophorum sententiam, qui τὴν ἰσότητα justitiae matrem pronunciant; ut *Philo* p. 734. E. et quos laudat *Valcken.* ad Phoeniss. p. 199.

XXIII. Cod. Vat. p. 401. Plan. p. 69. St. 100. W. Poëta vivendi legem a coeli natura petit. Choros, ait, ducam, sicuti astra choros ducere video; coronâ tempora cingam et citharam pulsabo; nam etiam coelum lyram et coronam habet. Quod cum facio, σύνομον, i. e. coeli naturae et legibus, τοῖς τοῦ κόσμου ἤθεσι, consentaneam vitam agam. Hic sensus hujus carminis, cujus acumen nullus interpretum perspexit. Quin etiam *Huetius* p. 8. a recta via aberravit, cum haec in hominem convenire ait, *astronomiae et musicae impense deditum, qui nullam aliam sibi placere conversationem dicat, quam coeli choreas spectare et lyram pulsare.* — V. 1. ἄστρων λεύσσων. Vat. Cod. — οὐδ' ἄλλων. neque aliorum unquam comissationes sprevi, ab aliis invitatus κωμάζειν recusavi. Hunc sensum haec verba admittere videntur; quae tamen ne corrupta sint, vereor. Vatic. quidem liber ἐθαργυνάρος exhibet. Vide an respiciatur paroemia ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέναι, qua utitur *Plutarch.* T. II. p. 540. B. Conf. *Erasmum* Chil. II. Cent. II. 51. — V. 3. στρέψας. Vat. Cod. vitiose. — Vulgo ἀνθοβόλον accentu perperam posito. Passiva enim h. l. significatio requiritur: capillus floribus conspersus. — V. 5. σύννομος βίος. In hujus vocabuli ambiguitate carminis acumen versatur. Nihil magis ex *Marci* nostri indole, quam ejusmodi verborum lusus. Paene monere neglexeram, *Grotium* in primo distiicho aliud quid secutum esse videri, quam quod vulgo legitur. Vertit enim:

Aspiciens coelo saltantia sidera ludo:
Nescit in humanas pes meus ire choros.

ut igitur

οὐδ' ἀνδρῶν

legisse videatur; quae conjectura falsa carminis interpretatione nititur. Ceterum astra choros ducere putabantur. Locis, quae laudavimus ad *Dionysii* Hymn. in Apoll. v. 17. T. II. p. 254. adde *Philon.* de Mundi Opif. T. I. p. 78. καὶ ὁ τῶν πλειάδων χορὸς ἀστέρων ἑβδομάδι πεπλήρωται. et *Perictyonen* ap. *Stob.* LXXVII. p. 457. quam in transitu corrigam: Θείη γὰρ καὶ καλὴ ὄψις γονέων καὶ ἡ τουτέων ἄψις καὶ θεραπείη, ὁκόση οὐδὲ ἡλίου, οὐδὲ πάντων ἀστέρων, τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος ἀμφιχορεύεται (vulgo ἀμφιχορεύει), καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζον εἶναι καὶ θειότερον τῶν ἀρτιων.

XXIV. Cod. Vat. p. 489. Plan. p. 76. St. 110. W. Vere redeunte Priapus nautas hortatur, ut navigationi dent operam. Argumentum frequenter ab hisce poëtis tractatum. Cf. ad *Leonid. Tar.* Ep. LVII. — V. 1. „Pierson. „Verisim. p. 116. pro νηῶν reponit νέων, quod minime „necessarium videtur. Navis bene dicitur νόρμος, quae „in tuta statione est. Cur Priapus solos eos allocutus „esset, qui in insularum portubus hibernabant? nonne „etiam e continentis portubus naves solvendae erant?“ *Br.* — εὐνήτης καὶ φωι significatione insolentiore, vela, quae navem reddant εὐνηγον, *concitato cursu euntem.* — ¶. 272.] V. 4. θηλύτα ζέφυρος. Vide similia ad Ep. *Addaei* VI. — V. 6. καρφίτην θάλαμον. *Euripid.* Ion. 172. ὄρνις — νόσσους καρφηρὰς θήσων τέκνοις. *Plutarch.* T. II. p. 966. D. τὰς δὲ χελιδόνων περὶ τὴν νεοττοποιίας παρακολουθῶμεν, ὡς εὖ τὰ στερεὰ κάρφη προϋποβάλλονται, οἷον θεμελίου, εἶτα περιπλάττουσι τὰ κουφότερα. Plura hujus generis, ubi κάρφος in nidificationis descriptione commemorantur, collegit *Wetsten.* ad N. T. I. p. 338.

XXV. Cod. Vat. p. 477. Plan. p. 304. St. 444. W. — Fingit poëta, Myronem veram vaccam a grege aver-

tisse et in basi vinxisse. Obversabatur nostro, ni fallor, distichon *Demetrii* II. T. II. p. 65. ὧδε Μύρων μ' ἔστησε τὸ βοΐδιον· οἱ δὲ νομῆες βάλλουσί με λίθοις, ὡς ἐκπαλειπόμενον. — V. 2. εἶκον. Vat. Cod. et plurimae edd. vett. — Pro ὧδε Ed. pr. Fl. ἄδε.

XXVI. Cod. Vat. p. 396. Plan. p. 74. St. 108. W. in capite de *Naufragis*. Scriptum est in lagenam, lapidis ictu fractam et comminutam. — V. 1. Ἠλεῖα vulgo. in qua voce explicanda frustra sudarunt interpretes. ἡδεῖα emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. et *Huetius* p. 9. — ἀνεπέτρησε vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. V. 3. τυ-λόθι. Vat. Cod. — βαρύστονος. lapis magna cum vi lagenae incussus. *Oppian.* Hal. ε. 152. ἅρπαι, βουπλῆγές τε βαρύστονοι. Vide *Brunck.* ad Callim. III. 56. p. 102. Nonnunquam βαρύστονος ponitur pro κακοδαίμων. *Hesych.* quo sensu hoc quoque loco positum esse existimat cl. *Wakefield* in Dilect. Tragoed. T. II. p. 379. — V. 5. σκώμματα πολλά. Vulgo. πυκνὰ suppeditavit Vat. Cod. — V. 6. θόρυβος. De plausu convivarum accipiendum videtur. Vide ad *Asclepiad.* Ep. XXXI. T. I. P. II. p. 52. — V. 7. Pro τεκοῦσαν *Stephanus* τεκοῦσα emendandum censebat; cui emendationi plus tribuit, quam meretur. Ea enim admissa, perit acuta antithesis, in qua ipsa lagenae cum Semele comparatio vertitur. Lagena ex ventre, lapide rupto, peperit Bacchum, cum vinum inde emitteret; idem Semelae contigit, cum ipsum deum partu ederet. Illam lapis, ceu fulmen, emissus; hanc ipsum Jovis fulmen parere fecit.

XXVII. Vat. Cod. p. 391. sq. Plan. p. 36. St. 53. W. In Amorem leonibus vectum. Legitur etiam in *Stob.* Tit. LXI. p. 388. 53. Gesn. 253. Grot. Similes Amoris imagines recenset, nostro loco non omisso, *Jac. Tollius* in Fortuitis p. 269. — V. 3. ἐς τῷ. Plan. et Stob. ὡς habet cod. Jani Lascaris, Ed. pr. Flor. et Ald. — τὰ μὲν

Vat. Cod. — V. 4. ἀμφιπέθηλε χάρις. Ex *Rhiani* Ep. IV. ubi de puero, οὐρανίη, ait, ἀμφιτέθηλε χάρις. Epigr. inter ἀδέσπ. XXXVI. στέρνοις ἀμφιτέθαλε χάρις. — V. 5. »δαμάσδων. Plan. et Stob. quod veteris dorismi est, qui hoc »quo vixit Marcus tempore obsoleverat. δαμάζων, Vat. »Cod. et duo Planud.« *Br.* — V. 6. »ὀλίγων. sic duo »Planudeae codd. Florentina et Aldina pr. recte. Epi- »theton hominum ὀλίγων opponitur epitheto ferae ἀγρίων. »Ipsa, in quam carmen hoc factum, gemma etiamnunc »exstat in cimelio celsissimi Aurelianensium ducis *), »quo nec plures nec praestantiores caelatos lapides ul- »lum in Europa habet. Inter alia praeclara multa ad »horum carminum illustrationem pertinentia, gemmae »illius typum habeo, docto commentario illustratum »viri optimi, cujus benevolentiae pleraque haec debeo »(M. de Foncemagne), quem pro dignitate laudarem, »si, quantum amo, tam commode laudare possem.« *Br.* ὀλίγος pro μικρὸς illustravit *Volcken.* ad Ammon. p. 179. et ad *Euripid.* Hippol. p. 226. — Vulgo legitur ὀλίγου.

T. 273.] *XXVIII.* Cod. Vat. p. 370. Plan. p. 83. St. 122. W. Merulam poëta hortatur, ut quercum, avibus propter viscum, quem gignit, infestam, relinquat et in vite potius considat. — V. 3. ἐχθρόν. Noctuae prudentiam laudans *Dio Chrysost.* Or. XII. p. 195. 16. (T. I. p. 373. *Reisk.*) ὅθεν οἶμαι, ait, καὶ τὸν μῦθον Αἰσωπος ξυνέστησεν, ὅτι σοφὴ οὖσα, ξυνεβούλευε τοῖς ὀρνέοις, τῆς δρυὸς ἐν ἀρχῇ φυομένης, μὴ ἐᾶσαι, ἀλλ' ἀνελεῖν πάντα τρόπον. ἔσεσθαι γὰρ φάρμακον ἀπ' αὐτῆς ἄφυκτον, ὑφ' οὗ ἁλώσονται, τὸν ἰξόν. — V. 4. γλαυκῶν. De ipsis vitis foliis accipiendum, quae colorem habent *viridantem*. Hoc enim significat γλαυκός. Vide cl. *Doering.* ad *Catull.* XX. 9. p. 65. — V. 6.

*) In eversione omnium rerum apud Franco-Gallos hoc quoque cimelium dispersum est.

στόματος. Vulgo. στομάτων Vat. Cod. Pluralem numerum, ut exquisitiorem, recte praetulit cl. editor. — V. 8. ἃ δὲ β. Vat. Cod.

XXIX. Cod. Vat. p. 235. in margine, et p. 273. Edidit *Leichius* in Carm. sepulcr. p. 29. *Reiske* in Anth. p. 76. nr. 573. Expressum ex *Anytes* Ep. XIV. — V. 2. λιτὴν κόνιν. *pulveris exigui munera* ap. *Horat.* I. Carm. XXVIII. 3. *Diodor. Zon.* Ep. IX. ἀντ' ἔχομεν ψαμάθου μόριον βραχύ, πουλὺ δὲ δάκρυ. — ἀμφιβαλοῦσα ex apographo interpolato fluxit. Membranae enim utroque in loco exhibent:

λιτὴν ἀμφοτέραις χερσὶ βαλοῦσα κόνιν.

quae lectio *Marco* nostro restituenda est. — V. 3. ἥμερα. Vat. Cod. utroque loco.

XXX. Cod. Vat. p. 263. Plan. p. 243. St. 353. W. De mulieris cujusdam vinosae ad inferos descensu. — V. 3. πάντ' ἔμ. Vat. Cod. — Notanda locutio ἐμαράνθη πνεῦμα de siti gravissima, qua anus excruciabatur. Qui se vino invitant, pulmones, πνεύμονας, irrigare dicuntur. πνεύμονα τέγγειν plures dixerunt, praeeunte *Alcaeo*. Vide ad *Philodem.* Ep. XXII. unde ap. *Petronium* c. XXXIV. fortasse legendum: *Tengomen pneumonas ac vivamus. Vita vinum! Verum et genuinum Opimianum praesto.* Qui igitur sicci transegerant diem, eorum spiritus *marcere*, μαραίνεσθαι, putabatur. Mulier in *Aristoph.* Eccl. 146. δίψει γάρ, ὡς ἔοικεν, ἀφαυανθήσομαι. i. e. ξηρανθήσομαι. — V. 4. »In Planudea κλεῖστον ἐπαυρομένη. quod emen»dandum erat: ultima tantum excidit litera. Scriben»dum ἐπαυρομένης. Hoc verum et multo elegantius. »ἐπαυρόμενον est in cod. *Jani Lascaris.* Frequentissimae »enim in ultimis versuum syllabis deprehenduntur cor»ruptelae, e scribendi compendio ortae: a librario non »observatum fuit ς, quod supra η pictum erat.« *Br.* —

V. 5. Adverbium πάλαι, quamvis a veteribus de tempore proxime elapſo uſurpari ſciam, (vide *Valcken*. ad Hippol. p. 281.) non tamen video, quam vim hoc loco habere poſſit. Senſit vitium *Caſaubonus*, qui in notis mſc. πάλιν conjecit, cum φέρε procul dubio jungendum: *iterum* urnam afferri jube, ut olim, cum Danai filias ad irritum illum laborem condemnares. — V. 7. „παρθένιον. E ve„riſſima et ingenioſa emendatione Munkeri ad Antonin. „Liberal. c. XI. p. 96. ſq. Inepte antea legebatur παρ„θενίην.“ *Br*. Senſum jam antea perſpexerat *Opſopoeus*, qui vertit: Et ego ſponſum occidi, ſicut Danaïdes perdiderunt ſponſos ſuos. παρθένιον. *juvenem maritum* appellat *Horat*. III. Carm. XI. 37. ubi cl. *Mitſcherlich* noſtrum locum comparavit. — V. 8. καί (κἠν) Vat. Cod. Frigidum hujus carminis acumen.

XXXI. Cod. Vat. p. 261. Plan. p. 247. St. 359. W. In Pnytagoram, Lyſidices filium, naufragum. — V. 1. ἐκρύφθη. Vulgo. Nec aliter Vatic. liber. Quum in ſequentibus ipſe Pnytagoras loquatur, apparet, *Brunckium* recte emendaſſe ἐκρύφθην. — V. 2. μυρία. ut in Ep. ἀδεσπ. DCCIX. Μυρί' ἀποφθιμένοιο τάφῳ περὶ τῷδε χυθεῖσα Παιδὸς Ἀλεξάνδρου μύρατο Καλλιόπα. *Antip. Sidon*. Ep. XCIX. Μυρία τοι, Πτολεμαΐε, πατὴρ ἔτι, μυρία μάτηρ Τειρομένα θαλεροὺς ἠκίσατο πλοκάμους. — ¶. 274.] V. 3. ἀλλά με. Plan. et Vat. Cod. — V. 4. ἄπνουν. Vat. Cod. — ὁμόρροθιον. Similiter de naufrago *Glaucus* Ep. VI. τὰ δ' ὀστέα ποῦ ποτ' ἐκείνου πύθεται, αἰθυίαις γνωστὰ μόναις ἐνέπειν. De nauta *Leonid. Tar*. Ep. XCI. τὸν αἰθυίης πλείονα νηξάμενον, ubi vide not. p. 143. De vocabulo ὁμόρροθιος quaedam notavimus ad *Theocriti* Ep. III. p. 193. — V. 5. Ἀγγελίη. Vat. Cod. — V. 6. πρυμνούχους. Vat. Cod. κάλοι πρυμνοῦχοι ſunt, qui vulgo πρυμνηταὶ ſive πρυμνήσιοι, funes puppi aptati. Hi στέλλονται, *contrahuntur et inhibentur* vehementiore vento ingruente. Pnytagoram noſtrum autem

Boreae impetus submerserat. — V. 7. Nec sic tamen a navigatione cesso, cum ex mea navi in Charontis cymbam transiverim.

XXXII. Vat. Cod. p. 266. Planud. p. 211. St. 307. W. Lemma in membranis: Εἰς Ψύλλον τινὰ πορναγωγὸν, ὃν ἡ κοινὴ συνήθεια μαυλιστὴν καλεῖ. Psylli lenonis turpem quaestum ita excusare conatur poëta, ut eum juvenes prohibuisse dicat, quominus matronas et virgines ingenuas in stuprum pellicerent. Eadem excusatione utitur *Philemon* ap. *Athen.* L. XIII. 569. D. E. quem locum tractavimus in *Museo Attico* T. II. Fasc. III. p. 166. sqq. — V. 1. ποθινάς. Vat. Cod. — V. 5. λίθους βάλλε. De Aegistho *Euripid.* Electr. 327. ἐνθρώσκει τάφῳ, Πέτροις τε λεύει μνῆμα λάϊνον πατρός. *Propert.* IV. 5. 73. *Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo: Urgeat hanc supra vis, caprifice, tua. Quisquis amas, scabris hoc bustum caedite saxis, Mixtaque cum saxis addite verba mala.* ubi vide *Burmann.* et *Scaligerum.* — *Casaubonus* in not. msc. βάλλης corrigit, fine causa idonea. — V. 6. σῆμα λέλογχε νέκυς. Recte haec accepisse videtur *Opsopoeus:* parcendum esse sepulcro, ut rei sacrae, quamquam improbum contineat virum. *Casaubonus* tamen in vulgata lect. non acquiescens, δεινὰ proposuit legendum; unde quid sensus lucretur, non satis video.

XXXIII. Cod. Vat. p. 265. Plan. p. 253. St. 367. W. In Callaeschri, naufragi, cenotaphium. Expressum carmen ex *Leonidae Tar.* Ep. XC. — V. 1. βαθὺ κῦμα *Br.* ex conjectura dedit, utrum sua an alius, ignoro. Vulgo et in Vat. Cod. χεῦμα legitur. Neutrum videtur verum; sed scribendum est:

ἐν βαρὺ χεῖμα
ἔσφηλεν —

ut apparet ex *Leonidae* archetypo: Εὖρος με τρηχεῖα καὶ αἰπήεσσα καταιγὶς Καὶ νὺξ καὶ δνοφερῆς κύματα πανδυσίης

Ἔβλαψ' Ὠρίωνος. — V. 2. πόρος h. l. ipſum mare, in quo velificabat ille. *Leonidas* l. c. κάλλαισχρος, Λιβυκοῦ μέσσα θέων πελάγευς. — V. 3. συρμὸς δ' ἄτ'. Vat. Cod. — συρμὸς Ὠρίωνος, tempeſtas occidente Orione excitata. *Horat.* III. Carm. I. 27. *Nec ſaevus Arcturi cadentis impetus.* Impetus enim notio in hoc vocabulo latet, quod illuſtravimus ad *Leonidae Alex.* Ep. XII. — Proxima verba, ὑπὸ στυγερῆς οἴδματα πανδυσίης, quomodo cum praecedentibus connectam, non habeo. Ex comparatione loci *Leonidae*, quem modo laudavimus,

καὶ δνοφερῆς κύματα πανδυσίης,

apparet, οἴδματα a noſtro pro κύματα eſſe poſita. Ceterum vide, an ſcribendum ſit:

καὶ στυγερῆς οἴδματα πανδυσίης.

Junge, ὅτε συρμὸς καὶ οἴδματα πανδυσίης Ὠρίωνος ἀνεστρέψησαν βένθεα θαλάσσης. — V. 6. δ' ἐν στήλῃ. Vat. Cod. quod locum non habet. — κωφὸν γράμμα. Vide ad *Heraclidis Sinopenſis* Ep. II. — *Leonidas Tar.* l. c. ψεύστης δ' οὗτος ἔπεστι λίθος.

AEMILIANI NICAEEI

EPIGRAMMATA.

T. 275.] *I.* Vat. Cod. p. 305. Plan. p. 231. St. 336. W. Scriptum videtur in Ariſtidis Thebani tabulam, in qua puerum pinxerat, ad matris vulneratae et jamjam moriturae mammam adrepentem; intelligebatur ſentire id mater et timere, ne emortuo lacte ſanguinem infans lamberet. *Plinius* L. XXXV. 10. Simili imagini locum dediſſet fabula de Aërope, quam *Pauſanias* narrat VIII. 44. p. 692. — V. 1. ἀνέλξας. Vat. Cod. et ſeq. verſ. καταφθιμένης. — V. 4. φίλτρα κἠν εἰς (ſic) παιδοτρ-

καὶν ἔμαθεν. Vat. Cod. Haec *Planudes* partim recte, partim secus emendavit. Verum videtur παιδοκομεῖν, *pueri curam habere*, *nutrire puerum*. Sed perperam idem scripsit ἔμαθεν, quod induxit *Brodaeum*, ut matris haec verba esse existimaret. τὰ μητρὸς φίλτρα pro φιλότης. Hoc sensu *Euripides* in Andromeda fr. VI. δεινόν τι τέκνοις φίλτρον ἔθηκεν Θεὸς ἀνθρώποις. Electra 1309. τῶν σῶν τοῦδε φίλτρων στέρομαι. Ceterum vix dubito, quin Vat. membranis praeeuntibus legendum sit:

φίλτρα κὴν Ἀΐδῃ — — —

Syllabam brevem in thesi produci posse, passim monuimus; eaque licentia non heroici tantum carminis auctores, sed vel ipsi Tragici nonnunquam usi sunt, si vera est observatio cl. *Wakefield* in Sylva crit. T. I. p. 81.

II. Vat. Cod. p. 480. Plan. p. 302. St. 442. W. Hoc carmine describi Silenos, quos in Asinii Pollionis monimento positos fuisse narrat *Plinius* XXXVI. 4. 5. p. 727. censuit *Harduinus*, cujus sententiam amplexus est *Heynius* in Differt. de rebus ad antiquitatem pertinentibus T. II. p. 67. not. y. qui saltantium speciem his Silenis tribuisse Praxitelem ex hoc carmine suspicatur. Tabulam pictam ejusdem argumenti commemorat *Plinius* XXXV. 36. 22. p. 700. *Philoxenus pinxit lasciviam* (κῶμον), *in qua tres Sileni comissantur.* — V. 1. Color est, ut in Ep. ἀδεσπ. CCXXII. (quod *Antipatri Sidonii* est): Ἁ μόλιβος κατέχει με [καὶ ἁ λίθος· εἵνεκα δ' ἂν τεῦ, Πλάστα Μύρων, λαπτὸν καὶ θρόον ἀρξάμεναν. Cf. Gemini Ep. VI. — βρυάζειν. quod Satyris proprium. *Hesychius*: βρυάζειν. γαυριᾶν. ἥδεσθαι. βρυάσσομαι. ἀναβακχεύομαι μετά τινος κινήσεως. Apud *Suidam*: βρυάζει. θάλλει. τρυφερῶς διάκειται. θάλλει. εὐφραίνεται. Haud scio, an pro corrupto θάλλει scribendum sit βακχεύει. Ceterum quod vulgo legitur ap. nostrum, ἁ λίθος ἄδε βρυάζει, ex membranis eleganter emendatum est. εἶδε cum infinitivo periphrasi

inservit, ut Latinorum *novit*. Vide *Abresch*. in Addend. ad Aristaen. p. 336. — V. 2. κωμάσεται. Vulgo. πάλιν κωμάσομαι. Vat. Cod. — V. 3. Nos non jam senectutis imbecillitas, sed lapis invidus prohibet, quominus comissemur. γῆρας ἀδρανές. *Leonid. Tar.* XII. ἐκ γήρως δ' ἀδρανίη λύεται. ubi vide not. — πεδήτης, κωμᾶν et ἔσται. Vat. Cod. πεδητὴς Σειληνοῖς Planud. — βάσκανος. *Addaeus* Ep. VI. ἦν δ' ἐμοὶ ἡ φθονερὴ νεύσῃ λίθος, ὡς ἐν ἰτρίῳ 'Ερμιόνης γνώσῃ καὶ τέχνα γηραμένην.

III. Vat. Cod. p. 391. Planud. p. 78. St. 107. W. Verior hujus carminis explicatio debetur *Stephano*, cum *Brodaeus* et *Opsopoeus* nil nisi nugas egerint. Navis, cujus vectores omnes, nescio quo casu, fame fortasse aut pestilentia, perierant, in portum fortuito delata, calamitatem suam conqueritur. — V. 1. ἔβαλλε. Seriores dixerunt pro βάλε, *utinam*. Illud usurpavit *Callim*. Fr. CCCCLV. Hoc *Alcman* ap. *Antigon. Caryst*. c. 27. βάλε δὴ, βάλε κήρυλος εἴην. ubi vide cl. *Niclas* et *Interpp. Hesychii* in βάλε. — νεκύων φόρτον ἐμπεφαμένην. mortuorum cadaveribus onusta. Videntur enim haec posita esse pro ἐμπεφαμένην, *postquam commutavi*, φόρτον ἀντὶ νεκύων, *vectores cum cadaveribus*. — V. 4. „πείσματα λυσομένην. Sic „quatuor Planudeae Codd. et editiones veteres. Ste„phanus primus δησομένων edidit, verisimili et pene ne„cessaria emendatione, quam recipere debuissem.“ *Brunckius*. Idem in Addendis p. 318. haec habet: „Navis, cujus vectores omnes tempestate aut alio casu „perierant, ait se frustra in portum appellere, quum „viris careat, qui ministeria obeant. Dixi p. 194. illic „v. 4. scribendum esse ex H. Stephani emendatione „πείσματα δησομένην. Probabilis quidem illa est: ob similem „formam literarum Λ et Δ, frequentemque permutationem „vocalium Η et Υ, facile δησομένην in λυσομένων depravari „potuit. At quum hoc constanter retineant codices, „quos vidi omnes, in aliam suspicionem delabor, scri-

„ptum olim fuisse λαῖφεα λυσομένων, et multo verisimilior „mihi videtur haec emendatio, quae in re ipsa fundum „suum habet. Navis enim illa portum intrare non „potuit, nisi impellente vento; expansa igitur vela ha„bebat, quae mos erat in portu contrahi." Hactenus cl. editor, cujus me rationes non penitus perspicere fateor. Quod si enim codd. consensus vetat, quominus vulgatam λυσομένων in δησομένων mutemus, nec πείσματα mutari poterit, in qua voce non minus conspirant codd. quam in altera. At quanto verisimilius δησομένων in λυσομένων abiisse, id quod *Brunckius* ipse vidit, quam λαῖφεα in πείσματα! Tandem vero λαῖφεα λύσασθαι quomodo significare potest *contrahere vela*, quod est συστέλλεσθαι? Sensus igitur ex hac emendatione emergit ipsi rei plane contrarius: *vectores mihi desunt, qui vela in portu pandant:* *Pollux* I. 107. ἀφέντες τὰ ἱστία τῷ πνεύματι, οὐδὲν ὑποστείλαντες, ἐξ οὐρίας ἐπλέομεν, πάντα λύσαντες τὰ ἱστία. Haec omnia de secunda navigatione in alto dicuntur. Eodem sensu λύειν τὸν πόδα ap. *Euripidem* Hecub. 1020. *funes velorum laxare, vela facere* significat. At ut haec lectio a sensu hujus loci aliena est, ita altera eidem unice convenit. Nam qui appellunt navem, funibus eam alligare solent. Hanc igitur lectionem recte secutus est *Grotius:*

Cum desint, religent qui mea vincla, viri.

— V. 6. ναυηγοὶ δ' εἰσὶν ἔσω λιμένος. *Huetius* p. 9. ex his verbis suspicabatur, nautas se e navi in mare misisse, ut natando portum tenerent, sed fluctibus obrutos esse et in portum expulsos. De vectoribus in portu submersis etiam *Burmannus* interpretabatur, qui hoc carmen laudat ad *Propert.* II. 19. 64. Quum vectores illi, quos navis nostra defunctos vehebat, ναυηγοὶ dicantur, de naufragis, sensu proprio, ne cogitandum quidem. Sunt enim ναυηγοὶ, quicunque in mari perierunt; sive undis submersi, sive alio quodam fato, nihil interest. Hoc

igitur dicit navis: In portum quidem delati sunt illi, sed non meliori fortuna ac si in undis fecissent naufragium. Verbum ναυηγεῖν de iis, qui rem male gerunt, et ναυηγὸν illustravimus ad *Posidippi* Ep. VI. T. II. P. I. p. 137. sq.

SATYRII THUILLI
EPIGRAMMATA.

276.] *I.* Vat. Cod. p. 142. Planud. p. 430. St. 565. W. Tritum de tribus fratribus argumentum, qui Pani instrumenta dedicant. — V. 2. Πίγρις. Vat. Cod. a pr. man. — νεφέλη retis rarioris genus. *Aristoph.* Av. 528. ἕρκη, νεφέλας, δίκτυα, πηκτάς. — V. 3. ἰχθυτῶνας Vat. Cod. Pro τριγλοφόρους *Brodaeus* monuit esse qui τριγλοφόνους legerent. Nihil mutandum. Retia describit ab usu, delicatius piscium genus commemorans, τρίγλαν, *mullum*, de quo quaedam dedimus ad *Apollonid.* Ep. VII. χιτῶνας illustravit *Toup.* in Epist. crit. p. 89. ubi comparat *Ionem* ap. *Athen.* X. p. 451. λινοῦλκος χλαῖνα, θήραγρος πέδη. et *Achill. Tat.* II. 117. προὐκαλεόμην μὲν γὰρ ἐγὼ λέοντα, ὀλίγος δέ μ' ἤγρευσεν ἀράχνης χιτών. — V. 4. ἐργατίην. Vat. Cod. Vocabulum ἐργασίη h. l. significatione nova occurrit, pro instrumentis, quibus victus paratur. Similiter *Theocritus* Eid. XX. 14. postquam piscatorum instrumenta recensuit, οὗτος, ait, τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς πόνος, οὗτος ὁ πλοῦτος. i. e. his nec ullis aliis instrumentis utebantur. — V. 5. ἀδελφοῖς. Vat. Cod. — V. 6. Laudat h. v. *Suidas* v. νέποδες T. II. p. 612.

II. Plan. p. 321. St. 460. W. ubi et alia in Echûs imaginem leguntur. — V. 1. ποίμνιον ἐν' ὀργάδα. in loco herboso, ubi pastores versantur. Vide *Ruhnk.* ad *Timae.*

p. 185. Locum a pastoribus frequentatum *Theocrit.* Eid. I. 22. θῶκον ποιμενικὸν vocat. Idem est ποιμένιος, quam formam attigit *Lennep.* ad *Coluth.* v. 107. p. 35. Vulgatum ἄγλωσσον in εὔγλωσσος mutandum censebat *Brodaeus*, improbante *Huetio* p. 30. qui ignorasse videtur certissimam *Salmasii* correctionem ad Fistul. p. 218. ἄγλωσσος; in quam incidit etiam Anonym. Bibl. Bodlej. et *Lennep.* ad *Coluth.* p. 77. qui in eo, quod alteram suam conjecturam, εὔχλωρον, magis probat, nec mecum sentit, nec Jove judicat aequo. Elegans est oxymoron in verbis ἄγλωσσος Ἀχὼ μέλπεται, quale dedit *Simmias Rhod.* in Epigrammate a *Brunckio* prolato in not. ad Aeschyl. VII. c. Theb. p. 346. τερπνὰ δι᾽ ἀγλώσσου φθεγγομένα στόματος, de cicada, quam, cum strepitum alis edat, lingua carere veteres putarunt. Aliter haec expedire conatus est Vir doctissimus *Chardon de la Rochette*, qui optimas literas inter paucos felicissime coluit, in libro menstruo *Magasin Encycl.* T. V. nr. 20. p. 484. De horologio *Antiphilus* Ep. XVII. τρισσάκις ἀγλώσσῳ φθεγγόμενον στόματι. Iis, quae notavimus ad *Bianoris* Ep. III. p. 154., addendum aenigma *Eubuli* ap. *Athen.* p. 449. F. ap. *Brunck.* T. III. p. 320. nr. X. ἔστι λαλῶν ἄγλωσσος, ὁμώνυμος ἄῤῥενι θῆλυς. — V. 2. πτανοῖς. avium vocem repetit et imitatur Echo. Ingeniose *Lennepius* l. c. ἀντιθροῦν Πανός, cui conjecturae speciem facit Ep. *Archiae* XIV. Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς, φίλε, Πανὸς ἑταίρην, Ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ᾀδομένην. Epigr. Incert. CCLXXIV. ubi Echo se Pana non amplius odio habere dicens, ἔρχεο, Πάν, ait, ξυνὰ λέγωμεν ἔπη. *Longus* L. III. p. 89. ed. *Moll.* μιμεῖται πάντα, καθάπερ τότε ἡ αὔρη — μιμεῖται καὶ αὐτὸν συρίττοντα τὸν Πᾶνα.

III. Vat. Cod. p. 491. Σατύρου. ut etiam Plan. p. 89. St. 130. W. Locus amoenus et umbrosus ad fontem describitur. — V. 1. ὑπὸ πυθμέσιν. sub radicibus. *Homer.* Od. N. 122. καὶ τὰ μὲν οὖν παρὰ πυθμέν᾽ ἐλαίης θῆκαν ἀθρόα. i. e. [illegible]. *Schol.* quem locum respexit *Hesy-*

Hesychius, ubi vide *Interpp.* — V. 2. πηδῶσι. Vat. Cod. et mox πυκινοῦ. Fontem Burinnam describens *Theocritus* Eid. VII. 7. ταὶ δὲ παρ' αὐτὰν Αἴγειροι πτελέαι τε εὔσκιον ἄλσος ἔφαινον. *Virgil.* IX. Bucol. 40. *Varios hic flumina circum Fundit humus flores; hic candida populus antro Imminet, et lentae texunt umbracula vites.* — V. 3. θηλεθάον vitiose expressum pro τηλεθάον. — ζεφύροισιν ἐπὶ-δρομον. locus, quem zephyri frequentant. De insula Delo *Callimachus* Hymn. in Del. 12. αἰθυίῃς καὶ μᾶλλον ἐπίδρομος ἠέπερ ἵπποις. — ἄλκαρ. In hoc loco viator sitim restinguere, ab itinere requiescere, solis aestum effugere poterit. Similiter in fontis descriptione Ep. ἀδέσπ. CCCLXIII. τοὔνεκα μή με θέρευς παραμείβεο· δίψαν ἐλαλκεῖν Ἄμπαυσον παρ' ἐμοὶ καὶ κόπον ἡσυχίῃ. Sic ex membranis legendum.

IV. Plan. p. 329. St. 468. W. In Amorem, ad columnam ligatum. Conf. *Alcaei* Ep. XI. *Antipatri Sidon.* Ep. XLI. — ¶. 277.] V. 3. περιηγέας χεῖρας. manus, ni fallor, post tergum revinctas. περιηγέας arcte jungendum cum ἐσφήκωσε. Ap. *Homerum* Il. ρ. 52. ἐσφήκωντο veteres Grammatici interpretantur ἐσφιγμένοι ἦσαν. ἐδέδεντο. *Etym. M.* σφηκῶσαι. τὸ δῆσαι. οὕτω Φρύνιχος. — V. 5. ψυχρὰ παραμύθια. Similiter *Euripid.* Alcest. 354. ψυχρὰν μὲν, οἶμαι, τέρψιν. ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα eodem sensu dixit *Lucian.* T. I. p. 155. et ψυχρῇ ἐπικουρίῃ *Herodot.* VI. p. 488. ibique *Wesseling.* — μήποτ'. Haud absimile est, vinctum hunc deum ejus ipsius, qui eum vinculis constrinxit, animum irretitum et captum tenere. Venus Daphnin irridens ap. *Theocrit.* Eid. α. 97. τὺ θὴν τὸν ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν, Ἆρ' οὐκ αὐτὸς ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;

V. Cod. Vat. p. 490. Θυίλλου. Planud. p. 76. St. 110. W. Σατύρου Θυίλλου. Expressum est carmen ex *Antip. Sid.* Ep. II. p. 16. *Marc. Argent.* Ep. XLV. —

V. 4. καὶ τρηχύς. *Leonid. Tar.* Ep. LVII. λειμῶνες δ' ἀνθεῦσι, σεσίγηκεν δὲ θάλασσα Κύμασι καὶ τρηχεῖ πνεύματι βρασσομένη. — V. 5. Vulgo post ὁλκάδα diſtinguitur, quod recte mutavit cl. editor. Anchora ſolventibus imponitur navi. — V. 6. „ὕφεσθε. Sic Vat. Cod. Sed praeſtat vulgata „ἔφεσθε. ὑφιέναι τὰ ἱστία eſt *vela contrahere*, quae *pandi* „hic jubet Priapus. Sic Leonidas Tar. LVII. καὶ πλώοις „πᾶσαν ἐφεὶς ὀθόνην." *Brunckius* a *Schneidero* monitus. — V. 7. ἡμῖν. Ed. pr. et Ald. tert. ὕμμιν Vat. Cod. qui v. 8. ἀλιμενορμήτης ναυτιλίην praebet. Vulgo ναυτιλίῃ. Metro timens *Joſ. Scaliger* in not. mſc. ὁλλιμενίτης ſcribendum cenſebat. Fruſtra. — ταῦτα accipiendum pro διὰ ταῦτα. Hanc ob cauſam vos exhortor, ut navigationem ſuscipiatis. Sic tamen τὸ ταῦτα non bene coit cum praecedentibus, quod etiam magis apparebit comparatis carminibus, quae *Satyrius* expreſſit. *Antipater* l. c. ταῦθ' ὁ Πρίηπος Ὕμμιν ἐνορμίτας παῖς ἐνέπω Βρομίου. *Leonidas Tarent.* ταῦθ' ὁ Πρίηπος ἐγὼ ἐπιτέλλομαι ὁ λιμενίτης.

VI. Cod. Vat. p. 490. Σατύρου. Planud. p. 76. St. 111. W. In eodem argumento verſatur ac praecedens. — V. 1. πουτοτόκου. Vat. Cod. — V. 2. πιτνεῖ repoſitum eſt ex membranis pro vulgato πνεῖ. Illud etiam *Grotius* ſecutus eſſe videtur: *Florida qui leni flamine prata ferit.* — V. 5. λύετε ναῦται. Vulgo et in Vat. Cod. quod unde emendatum ſit, *Brunckius* non indicat. Ad εὐπτερύγων ſubſtantivum deſiderari, ſatis apparet; id quod *Joſ. Scaligerum* commovit, ut vocem in duas divideret εὖ πτερύγων, ea ſine dubio mente, ut πτέρυγες *vela* ſignificent. Recte hoc quidem, ut apparet ex iis, quae obſervavit *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* XII. 98. et *Dorville* ad *Charit.* p. 104. ſq. Sed πτέρυγας et πτερὰ ſimpliciter *vela* dici, ſuppreſſo vocabulo νηὸς, non puto. Quid? quod εὖ ſic mire abundat. Verior itaque videtur emendatio *Brunckii.*

VII. Cod. Vat. p. 240. ſq. Plan. p. 226. St. 329. W. Lemma in membranis: εἰς Ἀρίστιον ζάκορον Κυβέλης. Ex-

pressum ex *Philodemi* Ep. XXXI. — V. 1. „κερούλοις. „Subaudi σύν. Deinde scribe ἡ περὶ πεύκας καὶ καλύβην. „Vide quae notavi ad Philodem. XXXI. et Rhian. IX.“ *Br.* *Jos. Scaliger* in not. msc. ap. *Huetium* p. 22. et ad Virgilii Copam v. 7. παρὰ πεύκαις καὶ καλύβῃ emendavit; posterius vocabulum de crepitu crumatum (τῶν κρουμάτων) interpretatus. Contra eum disputat *Salmas.* Scr. Hist. Aug. T. II. p. 823. qui docet, καλύβην esse τὸν θάλαμον matris deum, circa quem mulieres ministrae et θαλαμηπόλοι Cybeles cum tympanis et crotalis, saltabant caputque jactabant bacchabundae. Aliam viam instituit cl. *Wakefield*, qui in Sylv. crit. T. II. p. 117. Κακκυβέλῃ ῥίψαι pro καταρίψαι τῇ Κυβέλῃ corrigendum censebat, comparans *Juvenal.* Sat. II. 112. *Hic turpis Cybeles et fracta voce loquendi Libertas et crine senex fanaticus albo Sacrorum antistes.* Mentem sagacissimi viri me non satis perspicere fateor. ῥίψαι πλοκάμους de capitis rotatione accipiendum, quae in fanaticis his sacris solemnis erat. Bacchica solemnia describens *Euripides* in Bacch. v. 148.:

δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων πλανάτας,
ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων
τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων.

Ibid. 864. δέρην ἐς αἰθέρα δροσερὸν ῥίπτουσα. Etiam Cassandra bacchico furore percita in Iphig. in Aul. 758. ῥίπτει ξανθοὺς πλοκάμους. — V. 3. κερόεντι. Vat. Cod. καυτὸς κερόεις est *cornu Berecynthium*, sive *curvus calamus*, ad mentes exstimulandas inprimis aptus. Vide *Vulpium* ad *Catull.* LXIII. 22. — ἀκρήτου κύλικας. Vat. Cod. Vulgo ἀκρήτους κύλικας. *Aldo*, qui ἀκρήτου in Lectt. corrigit, nemo obtemperavit praeter *Nicolinos Sabienses.* *Suidas* in ἄκρατος T. I. p. 91. ἡ τρὶς εἰδυῖ' ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικας. Cod. Parisinus κύλικα cum edit. pr. eamque lectionem probat *Toup.* Em. in Suid. p. 19. Solebat illa ter sine respiratione meri poculum siccare. Epigr. ap. *Athen.* X. p. 436. E. (Anal. T. I. p. 471. XLII.) τὸν βαθὺν

ἀνεπέτην Ἐρασίξενον ἢ δὶς ἐφεξῆς Ἀκρήτου φανερὰς ἤχετ' ἔχουσα κύλιξ. Verbum χειλοποτεῖν, alibi vix obvium, *Schneiderus* in χανδοποτεῖν mutandum suspicabatur; in quam conjecturam etiam *Mitscherlichius* incidit ad *Horat.* III. Carm. XV. 16. p. 166. — ¶. 278.] V. 6. In καμάτοις offendit cl. *Wakefield*, qui καναχαῖς legendum suspicatur. *Horat.* III. Carm. 19. 23. *audiat invidus Dementem strepitum Lydus.* Equidem in vulgata acquiesco. Nam Pervigilium, tanta cum corporis et animi agitatione celebratum, certe res erat laboris plenissima. Mulieres Baccho servientes ap. *Euripidem* in Bacch. v. 66. cultum, quo deum celebrant, πόνον ἡδὺν, κάματον εὐκάματον vocant. — V. 7. κεῖσθεται ᾄδῃ. Nemo facile in hac lectione quidquam subaerati suspicetur; quippe quae bonum sensum et elegantem antithesin efficit. *Planudis* tamen eam inventum esse, non ipsius *Satyrii*, vix dubitare nos patitur Cod. Vat. qui κεῖσθ' ὁ μυρίπνους exhibet. Depravatae huic lectioni aliam substituit *Planudes*, κεῖσθεται ᾄδῃ; nec ego meliorem reperio. Fortasse tamen μυρίπνους, in μυρόπνους mutandum (vide *Meleagr.* Ep. V.), a *Thuilli* nostri manu fuit, et vitium est in praecedentibus voculis.

Satyrio Thuillo in Vat. Cod. tribuitur Ep. Incert. CLXXIII.

GLYCONIS EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 506. „In Planud. p. 18. St. 29. W. „duo Epigrammata sunt, quorum neutri praefixum „auctoris nomen. Conjuncta sunt in Vat. Cod. ubi in„tegrum carmen Glyconi tribuitur. Apud Stobaeum in „Florileg. Grotii p. 413. primum distichon legitur abs„que auctoris nomine; reliqua duo p. 331. etiam sine

auctore." *Brunck.* In rebus humanis bona cum malis commista esse docet. — V. 1. γέλως. Sic *Liban.* T. IV. p. 169. 5. ed. R. ἕτερος ἥττων χρημάτων καὶ τὰ λοιπὰ γέλως. — πάντα κόνις. *Lucian.* Dial. Mort. XX. T. II. p. 202. ed. Bip. "Ομηρε, σοὶ τῶν ῥαψῳδιῶν τὰ κεφάλαια χαμαὶ ἔῤῥιπται ἄγνωστα καὶ ἄμορφα, κόνις πάντα καὶ λῆρος πολύς. Vide *T. H.* ad *Lucian.* p. 404. sq. — V. 2. ἐξ ἀλόγων. Haec ex Epicuri sententia dicta putat *Brodaeus:* nihil divinitus administrari, sed omnia temere agi et ferri. Fortunam, qualis sit, describens *Maxim. Tyr.* XI. 6. p. 200. τοιοῦτον ἡ τύχη, ἄλογον, ἔμπληκτον — Εὐρίπου δίκην μεταῤῥέον. *Clitomachus* ap. *Stob.* Flor. XCVI. p. 532. 14. οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιόν ἐστιν, ἀλλὰ πάντα φέρεται φορᾷ τινι παραλόγῳ. *Seneca* Praef. Qu. Nat. in fin.: *Sunt, qui putent — hoc universum expers esse consilii, et aut ferri temeritate quadam, aut natura nesciente, quid faciat.* Conf. *Euryfum* Pythagoreum in *Stobaei* Eclog. L. I. T. I. p. 212. ed. *Heeren.* — V. 3. Haec ducta sunt ex *Posidippi* Ep. XVI. ubi similia de vita humana carmina laudavimus. — V. 5. ἡ γαμετή: Conf. *Hesiodi* Θεογον. 600—610. — In fine versus vulgo ἐς αὐτὴν legitur. ἐν αὐτῇ membranae Vat. obtulerunt.

TULLII GEMINI EPIGRAMMATA.

T. 279.] I. Planud. p. 331. St. 470. W. De illustri hoc Amoris simulacro, quod Praxiteles Phrynae dono dedit, vide quae dedimus ad *Simonid.* Ep. XC. et *Leonid. Tar.* Ep. XL. — V. 2. μισθόν. Pro hoc munere suo Phrynes amore remuneratus est. Illa enim dei fabrum spernere non est ausa, quippe cum timeret, ne deus pro simulacro suo sagittas in ipsam dirigeret. Neque tamen Veneris filium tantopere timet, quam

Praxitelis Cupidinem, cujus matrem artem esse novit.

II. Cod. Vat. p. 192. *Gemino* hoc carmen vindicavit, quod in Planud. p. 426. St. 560. W. ἄδηλον est. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in Θεσπιάσι T. II. p. 190. qui in altero versu nihil discrepat a membranis et Planudeae edd. quae omnes ὑπὲρ τέκνων habent. *Brunckii* lectio ὑπὲρ τέχνης, quae nulla auctoritate nititur, vulgatae non praeferenda. *Brodaeus* ὑπέρτεχνον conjiciebat, quod propter praecedens εὐτέχνητον minime ferendum est. Sagaciores videant; equidem mihi in conjecturis meis de hoc loco minime satisfacio. — V. 3. Κύπριδος. Ad Venerem auctorem referendum hoc opus, quod Praxiteles, dea adjuvante, elaboravit. — ζητούμενον αὐχ ἐπὶ μ. Vat. Cod. — Occurrit poëta iis, qui munus meretricis parum decoris habere fortasse dixerint. — V. 4. ἐς ἀμφοτέρους. i. e. ἀμφοτέροις. Praxiteli et Phrynae, si recte intelligo. — V. 5. Vitiose Cod. Vat. αἰνοβροτόν. In dock haereo. Quae enim, quaeso, duplex haec ars est, quam poëta in Praxitele miratur? Eum Phrynae Amorem donasse ait; quod certe artis est; sed quod idem deum in visceribus alere dicitur, nemo facile in artificis laudem artisve praeconium accipiat. Legendum puto:

θείης ἐκ τέχνης αἰδέα βροτόν.

Glaucus Ep. III. ὦ Σκόπα, σᾶς χειρὸς θεοποιὸς ἐμήσατο τέχνα — Θυιάδα. *Callistrat.* Stat. II. p. 891. καὶ τῶν δημιουργῶν αἱ χεῖρες, θειοτέρων πνευμάτων ἐρίνοις ληφθεῖσαι — προφητεύουσι τὰ ποιήματα. — V. 6. θεὸν τελ. ipsum dei archetypum. *Simonid.* Ep. XC. Πραξιτέλης ὃν ἔπασχεν ἀκριβώσεν Ἔρωτα, Ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης.

III. Bis exstat in Planud. p. 239. et 311. St. 347. et 451. W. Scriptum est in *Salmoneum*, *qui fulmina in quadriga sedens imitabatur*, *cum quadriga fulmine ictus*. *Hygin.* Fab. CCLI. et Fab. LXI. ubi scribendum

videtur: *Salmoneus, Aeoli filius, Sisyphi frater, cum tonitrua et fulmina imitaretur Jovis, sedensque quadrigam faces ardentes in polum mitteret et cives, ob id a Jove fulmine est ictus.* pro vulgato: *sedens quadr. f. a. in populum;* quod ferri nequit, sequente voc. *cives.* Conjecturae patrocinatur *Apollodor.* I. 9. 7. p. 45. τῷ Διὶ ἐξισοῦσθαι θέλων — ἔλεγε βροντᾷν· βάλλων δὲ εἰς οὐρανὸν αἰθομένας λαμπάδας, ἔλεγεν ἀστράπτειν. Vide de fabula Salmonei *Heynium* ad *Virgil.* Aeneid. VI. 585. et *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 546. — V. 1. „Πολυγνώτου re„posuit Grotius pro Πολυκλείτου. Vide Junium in Arti„ficum Catal.“ *Br.* De duobus Polycletis, quos ex antiquitate novimus, alter Sicyonius fuit, alter Argivus. Polygnotum autem Thasium fuisse constat. Quae cum satis speciosa sit emendandi causa, *Heynius* tamen in Commentat. Tom. X. p. 94. propter verba χαλκῷ κάμε, quae opus anaglyphum potius quam picturam prodere videantur, poëtam errasse in Polycleti patria suspicari malit. Ceterum in Planudea ὅσσιν loco altero. — V. 3. Fulmine igitur illa Salmonei tacta fuit imago; quem casum poëta de Jovis ira interpretatur.

¶. 280.] *IV.* Plan. p. 310. St. 450. W. In Herculis, armis spoliati, statuam, Lysippi opus. Plures ab hoc artifice elaboratae Herculis statuae, de quibus adeundus *Heynius* in Commentat. T. X. p. 87. Confer *Philippi* Ep. LII. quod *Geminus* expressisse videtur. Repertum est hoc carmen in basi statuae Venetiis. Vide *Spon.* Miscell. erud. antiq. p. 51. Idem cum *Salvinii* versione metrica exhibet *Gorius* in Inscr. Flor. T. II. p. 136. — V. 3. σοβαρὸν μίμημα. Plan. et Spon. Acute *van Eldick* emendavit in Suspic. p. 28. σοβαρόν σοι λῆμα *Aristophan.* Ran. v. 466. καθ' Ἡρακλέα τὸ σχῆμα καὶ τὸ λῆμ' ἔχων. *Manetho* L. IV. 470. ἄγρια λήματ' ἔχοντες. vide quae notavimus ad *Philipp.* Ep. LXXXI. 5. Doctior tamen et procul dubio verior est emendatio *D. Ruhnkenii,*

qui in Epist. crit. p. 77. τοῦ εὐβαρὲν βρίμημα corrigit. *Hesychius:* βρίμημα. ἐπίπληξις. *Apollon. Rhod.* IV. 1677. ὥς γε χάλκειός περ ἐὼν ὑπέειξε δαμῆναι Μηδείης βρίμῃ. i. e. ἰσχύϊ, ut *Schol.* interpretatur. Derivatur hoc vocabulum cum aliis quibusdam a βρῖ ἐπιτατικῷ. Hinc βριμοῦσθαι, μετά τινος ἀπειλῆς ἐκφοβεῖν, ut ex *Pausania* interpretatur *Eustath.* ad Odyss. α. p. 26. 27. Conf. *Etymol. M.* in βριμαίνω et βρίμη. — Praeterea vulgo exhibetur τίς ἔπλασεν ὧ. κ. cum interrogandi signo, ita ut Λέοντος vers. seq. pro responso habendum sit. Hanc scripturam et distinctionem sequutus est *Grotius;* minus recte. Duas partes hoc carmen habet. Prior v. 1 - 4. Herculis habitum et vultum describit; posterior causam nuditatis et tristitiae explicat. Vulgata interpunctio igitur carminis oeconomiam turbat. — V. 6. εἰς βαρὺς ἦλθε. *Quem non mille ferae, quem non Sthenelëius hostis, Non potuit Juno vincere, vincit Amor. Ovid.* IX. Heroid. 25. *Clava torosa tibi pariter cum pelle jacebat, Quam pede suspenso praeripiebat Amor.* ut acute correxit *Burmannus* in Anthol. Lat. T. I. p. 269. pro *percutiebat;* quae tamen ipsa lectio non temere spernenda est. Vide *Wernsdorf.* Poët. Lat. min. T. III. p. 167.

V. Cod. Vat. p. 404. Plan. p. 298. St. 438. W. Scriptum in lapidem, Graecis ad Chaeroneam devictis, Marti a Philippo Macedone dedicatum. Historia, quam hoc carmen spectat, ignoratur. *Brodaeus* de signo Martis putabat agi; quod parum probabile. Tropaeum autem intelligere non pati videtur *Pausaniae* locus L. IX. 40. p. 794. Φίλιππος δ' οὐκ ἀνέθηκεν ὁ Ἀμύντου τρόπαιον, οὔτε ἐνταῦθα (ad Chaeroneam), οὔτε ὁπόσας μάχας ἄλλας βαρβάρους ἢ καὶ Ἕλληνας ἐνίκησεν· οὐ γάρ τι Μακεδόσιν ἱστάναι τρόπαια ἦν νενομισμένον — qui locus varie impugnatus et defensus est. Vide *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* XVI. p. 85. 64. Monimentum cum inscriptione ap. Chaeroneam a Philippo esse positum, nemo, quod sciam, tra-

didit. — V. 1. Κεκροπίδαισι Vat. Cod. et v. 2. Φιλιππίης. — V. 3. ὑβρίζων. gloriam in campo Marathonio et in pugna Salaminia partam Macedonum virtus evertit. Μακηδονίης. Vat. Cod. — κεκλιμένα. Sic *Hermesianax* Eleg. v. 54. εἰνηρὸν δουρὶ κεκλιμένην πατρίδα. *Antip. Sid.* LXXXIV. οὐδ' ὑπὸ δεσμενίων δούρατι κεκλίμεθα. — V. 5. ὄμνυε νῦν νέκυας. Respicitur locus celeberrimus in Orat. *Demosthenis* pro Coron. c. 60. ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι. οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους, καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας κ. τ. λ. quem locum tanquam exemplum praeclarae apostrophes laudat *Longin.* π. ὕ. c. XVI. p. 71. ed. *Toup.* et multi alii eum cum laudarunt, tum imitatione expresserunt; de quibus vide *Taylor.* in Not. ad Demosth. p. 158. sq. ed. *Reisk.* qui nec nostrum carmen omisit.

VI. Cod. Vat. p. 477. Plan. p. 305. St. 445. W. — V. 1. Distinctione mutata orationem erigere studuit *Brunckius.* Vulgo enim legitur: ἡ βάσις, ἡ κατέχουσα τὸ βαιὸν ᾗ πεπέδηται. ubi postrema vocabula fortasse abundare videbantur cl. editori. Ad sensum confer *Philippi* Ep. XLIX. ibique not. — V. 2. ἣν δ' ἀφ. membranae. Vulgo δ' omissum.

VII. Vat. Cod. p. 475. Plan. p. 374. St. 512. W. Strymon, Thraciae fluvius, se cum Nilo comparat. — V. 1. Inter flumina quidem habeor, sed mari comparandus sum magnitudine et aquarum multitudine. διώκω h. l. pro ζηλοῦσθαι videtur positum. *Hesych.* διώκει. ζηλοῦ. Vid. *Alberti* Obss. philol. p. 350. Nisi est *festino, propero, celeriter moveo* undas, ponto comparandas, πελάγεσ ἴσα μέτρα. Hanc verbi διώκειν significationem illustravit *Abresch.* ad Aeschyl. T. I. p. 81. — 1. 281.] V. 4. Tribulum gigno, ipsis Cereris muneribus praestantio-

rem. Ὁμπνία. Cereris nomen, ab ὄμπνη, τροφή. Conf. *Spanh.* ad *Callim.* p. 657. et 747. et *Eichstaedt* de Dramat. Satyr. p. 146. sq Plurimum huc facit *Theophrast.* Hist. Plant. IV. 11. ὁ τρίβολος οὐκ ἐν ἅπασιν οὐδὲ πανταχοῦ φύεται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑλώδεσι τῶν ποταμῶν· ἐν μεγίστῳ δὲ βάθει πενταπήχει ἢ μικρῷ μείζονι, καθὰ οἱ περὶ τὸν Στρυμόνα. *Plinius* XXI. 16. *Tribulus nonnisi in palustribus nascitur; dira res alibi, juxta Nilum et Strymonem amnes excipitur in cibis* Idem XXII. 10. *Thraces, qui ad Strymona habitant, foliis tribuli equos saginant, ipsi nucleo vivunt, panem facientes praedulcem et qui contrahat ventrem.* Haec loca non effugerunt *Brodaei* diligentiam. — Ceterum vett. Planudeae edd. pro τρίβολον exhibent πέβολον. — V. 5. ἄμμι. Quod si quis comparationem instituat, Strymon praestantior videbitur Nilo, cum hic fruges tantummodo alat, ille easdem gignat et proferat.

VIII. Cod. Vat. p. 429. γαιμίνου. Edidit *Salmas.* in Plin. p. 821. C. qui depravatae membranarum lectioni suas emendationes substituit. *Jens.* nr. 12. *Reisk.* Anthol. nr. 663. p. 116. — V. 1. ἡ παλίουρος. ἐξ ἐλῳ παλίουρος καὶ βάτος. *Leonid. Tar.* Ep. LXXXIII. Paliurum et alia ex spinarum genere sepiendis hortis et agris adhibita esse, docent loca collecta per *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* L. III. p. 265. — ξύλον ἰὸς ἐν ἕρκει Vat. Cod. et Jens. οἷας ἐν ἕ. *Salmas.* quod *Reisk.* mutavit in οἷον, ut in marg. apogr. Guyet. habetur: *ut par erat in sepimento. Brunckius* suam conjecturam in textu posuit, lectoribus non monitis. Vera lectio adhuc latet. Desidero loci sepibus inclusi commemorationem, quo referatur scilicet v. τῶν φορίμων, verbi causa:

Ἡ παλίουρος ἐγώ, τρηχὺ ξύλον, ἕρκος ἀλωῆς.

sive:

— — — ⏑⏑ — οἰνέων ἕρκος.

Haec posui, non quod poëtam sic scripsisse putem, sed

ut intelligatur, quid in hoc versu desiderem. — V. 2. τίς μ' ἀφορῶν. Vat. Cod. ἀφόρων. *Jens.* ἄφορον *Salm.* et *R.* Quis me inutilem dixerit, cum utiles et frugiferas arbores tuear? φόριμος vocabulum est e rarioribus.

IX. Cod. Vat. p. 428. Plan. p. 30. St. 46. W. Lemma in membranis: Τυλλίου Σαβήνου εἰς μῦν φαγόντα κιθάρας χορδὴν καὶ περιπλακέντα ἐν αὐτῇ καὶ ἀποπνιγέντα. — V. 1. σμίνθος. μῦς. *Hesych.* ubi vide Intrpp. p. 1230. *Schneider* ad *Aelian.* H. A. XII. 5. p. 378. — V. 2. λῃιζόμενος Vat. Cod. Illecebras, muscipulae impositas, deripuit. ἐκ θανάτου. Ipsam muscipulam cum gravitate quadam significat. Batrachom. v. 50. παγίδα στονόεσσαν, ὅπου δολόεις πέλε πότμος. — V. 3. πῆχυς h. l. est ea pars citharae, cui nervi aptantur, *jugum*, ad quod chorda dirupta resiluit. — V. 4. ἀπεβρόχισεν. Vat. Cod. — V. 5. τόξων. Vulgo arcum miramur, scopum certis sagittis ferientem. Nec immerito. At hic deus vel citharâ tanquam telo in hostes utitur. ὅς δέ. οὗτος δέ. Phoebus scil. τόξων itaque de sagittandi arte in universum accipi debet; quo nihil jejunius. Vitium eleganter occultavit *Grotius*, vertens:

Ecquis adhuc arcus Phoebi mirabitur, arcus
Irato praestet cum lyra tensa vicem?

Sed aliena affinxit poëtae doctissimus interpres. Emendationis lenissimae olim a me propositae nondum poenitet:

Λοξίου εὐστοχίην θαυμάζομεν, ὅς γε κατ' ἐχθρῶν
ἤδη καὶ κιθάρην εὔστοχον ὅπλον ἔχει.

In hac lectione omnia recte procedunt. — V. 6. ἄστοχον inepte Vat. Cod.

X. Cod. Vat. p. 218. Γεμίνου. Plan. p. 198. St. 287. W. *Germanici.* In Cod. *Constantini Lascaris*, quem *Iriarte* descripsit, hoc carmen connectitur Epigrammati *Diodori* X. 187. et inscribitur *Germanico.* Expressum

est ex *Alphei Mitylen.* LXXXI. p. 234. Sententiam ex *Choricii* declamationibus, quae ad h. l. facit, *Macarius* servavit ap. *Villoison.* in Anecdot. T. II. p. 66. ἀνδρῶν ἐπιφανῶν εἰκὼν ἅπασα γῆ, ubi cave cum doctissimo editore οἶκος legas. — V. 1. ἐπὶ ταῦτα. Vulgo. δούρατα. naves in pugnis illis navalibus, ap. Salamina praesertim, fractas. δόρυ de navi passim obvium. Vide Animadv. in Euripid. p. 120. — βαρβαρικὰ et ναυφθορίας Vat. Cod. — V. 3. Sensus est: fundamentum, cui Themistoclis gloria superstructa, bellum est cum Persis et Xerxe gestum. Hoc bonum; sed poëta nos Themistoclis monimento Persicum Martem et Xerxem subjicere jubens, imaginem efficit vehementer absurdam.

CYLLENII EPIGRAMMATA.

¶. 282.] I. Vat. Cod. p. 358. Κυλληνίου. In Planud. p. 25. St. 39. W. Καλλινίου. Pyraster hortulano, qui alienos ipsi ramos inseverat, gratias agit, quod ejus opera feracibus annumeretur arboribus. — V. 1. δρυμοῖσι. quaedam edd. vett. — νοθὴ Vat. Cod. νόθην ὀπώρην fructus appellat poëta acerbos atque inutiles. Ducta metaphora a liberis, qui non ex legitimis nuptiis prognati, jus civitatis non habent; quam vocabuli νόθος significationem illustrat *Cuperus* in Obss. I. p. 117. sqq. Tum τὰ νόθα opponuntur τοῖς ἀληθινοῖς. Ap. *Archiam* Ep. V. ventilabrum νόθον ἄημα κτόθων dicitur. Caro conchae νόθη σὰρξ ap. *Antiphil.* Ep. XXII. ἀγλαΐη νόθη ap. *Claudian.* Ep. II. Mala carmina, quae speciem haberent, sed poëtico calore destituta essent, νόθους ἀοιδὰς appellasse videtur *Callimachus* Fr. CCLXXIX. Similiter ap. *Himerium* Orat. IV. 7. p. 466. νόθας καὶ κίβδηλος σοφία oppo-

nitur τῇ ὀρθῇ, i. e. γνησίῳ. — V. 4. οὐκ ἐμόν. *Feraces Plantae immittuntur: nec longum tempus et ingens Exiit ad coelum ramis felicibus arbos, Miraturque novas frondes et non sua poma.* *Virgil.* Georg. II. 79. sqq *Ovid* Remed. Amor. 196. *Statque peregrinis arbor operta comis.* — V. 5. φυτοεργέ. Sic veteres edd. quae mihi ad manus sunt, omnes. *Lennep.* in suo exemplo φυτουργὲ reperiens, varia frustra molitur ad *Coluth.* II. 3. p. 89. — V. 6. ἐγγράφομαι. Metaphoram, quae est in νόθης ὀπώρης, poëta continuat. ἐγγράφεσθαι dicuntur, qui in civium numerum referuntur. Hoc jam *Huetius* p. 5. notavit.

II. Cod. Vat. p. 363. Κυλληνίου. Plan. p. 78. St. 114. W. Κυλληνίου Πετιάνου. Scriptum est sive in arborem, sive in carinam, in litore collocatam, necdum armamentis instructam. Multa hujus argumenti Epigrammata reperiuntur in Anthol. Plan. L. I. c. LVII. Apud Planudem sequitur distichon cum lemmate, τοῦ αὐτοῦ:

Ἄρτι με πηγνυμένην ἰκμάνου τρόπιν ἔσπασε γείτων
πόντος κὴν χέρσῳ εἰς ἐμὲ μαινόμενος.

quod in Vat. membranis *Antiphilo Byzantino* tribuitur, cujus Epigr. XXVI. Μυρία με, τρίψασαν — — interpositum est inter hoc distichon et illud *Cyllenii.* Ex hac vicinitate mirus ortus est error. *Cyllenii* hexametro subjectus est in membranis Vat. pentameter *Antiphili:* πόντος κὴν χέρσῳ εἰς ἐμὲ μηνάμενος· *Antiphili* disticho autem in margine adscriptus versus *Cyllenii:* ἔτλην; φεῦ κ. τ. λ.

APOLLINARII EPIGRAMMATA.

I. 283.] *I.* Cod. Vat. p. 563. Planud. p. 137. St. 199. W. In Grammaticum Glyconem, hominem imperitissimum. — V. 1. Grammaticus asino vectus et inde

delapsus omnis suae scientiae jacturam fecit. Verba ὡς λόγος indicant, veterem historiam respici, quae paroemiae originem dedit: ἀπ' ὄνου καταπεσών. Sensum adagii diserte prodit *Aristoph.* in Nub. 1276. τί δῆτα ληρεῖς, ὥσπερ ἀπ' ὄνου καταπεσών. ubi, quae *Scholiastes* affert, manifesta faciunt, eum causam et originem dicti ignorasse. Hanc aperuit *Suidas* in v. ἀπ' ὄνου T. I. p. 288. ὁ δὲ φιλόσοφος Πλάτων ὡς οὐκ ἀπὸ τοῦ ζώου τὴν παροιμίαν λέγεσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νοῦ. Locus *Platonis* est de Legg. L. III. p. 701. C. μὴ — κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀπό τινος νοῦ πεσεῖν. ubi tamen hodie ὄνου legitur. Vide *Schottum* ad *Zenob.* II. 57. p. 41. Adde *Erasmum* in *Ab asino delapsus.* I. Cent. VII. 31. et *Interpp. Hesych.* ἀπ' ὄνου καταπεσών, ubi similes quaedam paroemiae proferuntur. — V. 5. Glyco, homo imperitissimus et proinde in patria sua comtemtissimus, cum in Libyam venisset, Grammaticam, cujus prima elementa ignorabat, profiteri coepit. Hinc jocandi opportunitas poëtae enata est. Quum Glyco, ait, Libycos asinos conscendere coepisset, ex imperito Grammaticus factus est. Quod igitur alias fieri solet, ut de asino delapsi scientia excidant, id contra evenit Glyconi, qui saepe ab asino suo excussus, doctus evasit. — Veteres interpretes Glyconem agasonem fuisse frustra contendunt. — V. 5. ἔπαθε. Ed. pr. Aldinae omnes. Ascens. Nicol. Sabiens. In Vat. Cod. tamen ἔπαθεν habetur. — ὢν γάρ. non solum Grammaticae, sed omnino vulgaris sermonis ignarus. — V. 7. κάνθωνας et κανθηλίους praegrandes asinos a Graecis, sed in ridiculis tantummodo dictos fuisse, contendit *Bochart.* Hieroz. II. 18. p. 221. Libycos asinos ubi tonsas equas inire narrat *Aelian.* H. An. XII. 16., μεγίστους eos vocat.

II. Vat. Cod. p. 567. Plan. p. 144. St. 209. W. *Planudes* hoc distichon retulit in caput *De Dolosis.* „Sed vide, an de oratore soloecissante et imperito agatur. „Ubi mihi absenti maledicis, nihil me laedis; (nihil

„enim curo tam inepti hominis de me ſententiam, et „quidvis per me licet dicas, dummodo te non audiam.) „Sed cum me praeſentem laudas, vehementer laedis.“ In hunc ſenſum accepta paulo plus ſalis et acuminis habere videtur ſententia.

NICOMACHI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 251. Νικομάχου εἰς Πλάταιαν τὴν πόλιν ὑπὸ σεισμοῦ κατασκευάσαν. Edidit *L. Holſten.* ad *Steph. Byz.* p. 256. *Reisk.* in Anth. nr. 582. p. 78. — V. 1. ἅδε Πλάταια. Et ſingulari et plurali numero hujus urbis nomen effertur. *Homer.* Il. β. 504. *Herodot.* VIII. 50. Vide *Euſtath.* ad Il. p. 203. 38. Temere *Reiskius* dedit: ἅδ' Ἐλάτεια, cujus eum conjecturae, cum notas ſcriberet, merito poenituit. De terrae motu, quo Elatea everſa ſit, non magis conſtat, quam de Plataeâ ejusmodi calamitate affecta. At Boeotiam terrae motibus expoſitam fuiſſe, *Strabo* ait L. X. 686. B. — τί τοι λέγω; ſic membranae. *Reiskius* τίν' οὖν λέγω; quia plures eſſent urbes Elateae nomine. Brunckianam lectionem ſic explico: quid tibi vis dicam? qua conſolatione et allocutione utar? — V. 2. ἐξαπίνης. Vat. Cod. a manu ſec. — V. 3. ἂν apogr. Lipſ. αὖ Vat. Exigua pars civium patriae civitati ſupervixit. Qui vero perierunt patriam, pro cippo ſibi impoſitam habent. — Similiter *Aeſchylus* in Epigr. T. I. p. 148. οἵ ποτε γυίοις τλήμονες Ὀσσαίαν ἀμφεβάλοντο κόνιν. ubi vide not. p. 277.

ANTISTII EPIGRAMMATA.

T. 284.] *I.* Vat. Cod. p. 185. Primum hujus carminis distichon edidit *Spanhem.* ad *Callimach.* H. in Pallad. p. 599. Integrum *Kusterus* ad *Suidam* v. φύζα T. III. p. 642. *Reisk.* in Anth. nr. 485. p. 37. Celebrat poëta notissimam de Gallo et leone historiam. Vide ad *Simonid.* Ep. CXII. quod *Antistius* expressit. — V. 1. θέτο. *dedicavit*, ut saepe. Cur *Spanhemius* indumenta et capillos Galli ipsi Cybeles simulacro appensos fuisse judicet, causam idoneam non video. — V. 4. ἄθλον ἀπεκρέματο. Vat. Cod. quod ex schedis Lacroz. dedit *Reiskius*. *Brunckius* exhibuit lection. marginis ap. Guyet. ἄθλος dedit etiam *Kusterus*. — V. 5. φρενός. Vat. Cod. et *Reisk.* φρένας margo ap. Guy. et *Kuster.* — V. 6. φυζαλέον. *Suidas*, hunc versum excitans v. φύζα. δειλία. φυγή. καὶ φυζαλέος. ὁ δειλός. *Suidae* lectionem tacite recepit *Reiskius*; fortasse recte. *Gallus tympani sono terribilem leonem in fugam convertit*, φυζαλέον ἔτρεπε, i. e. ἔθηκε. Quod si quis tamen Codicis lectionem φύζα λέων defenderit, exemplis doceat, graecos in quarto casu λέων dixisse pro λέοντα. *Cornel. de Pauw* in marg. apographi sui λέον, per apocopen pro λέοντα positum, legendum censet. Nec hujus formae exemplum alibi obvium. — V. 7. ὑπὸ δείσαντα et ἥνεκα Vat. Cod. Hinc ap. Lipf. ἥνικα. — V. 8. συρικτὰν (ap. Guyet. et Ruhnk. in marg. συρικτᾶν) κ. ἀπ' ἄκρ. Vat. Cod. συρικταὶ ἀκρέμονες idem quod ψιθυρίζοντες. *arguti rami.* ut ap. *Virgil.* Eclog. VII. 1.

Lect. p. 195.] *II.* Vat. Cod. p. 513. Edidit hoc carmen, quo carebat apogr. Buherianum, *Dorville* ad *Charit.* p. 57. In puerum Cleodemum, Eumenis fil., Bacchica sacra celebrantem. — V. 3. στικτοῖο νεβροῦ. Ap. *Euripid.* Bacch. 833. Dionysus Pentheum νεβροῦ στικτὸν δέρας induere jubet. Baccha κατὰ χροὸς οἷα χιτῶνα

Στικτὰ

Στικτὰ φιλοσκοπέλων ἐνεδύσατο δέρματα νεβρῶν. — ἐξώσατο membran. quod *Dorvill.* emendavit. — V. 5. ὤνας ὑμῖν Κάδμε τίθει Vat. Cod. cujus lectionis praeclaram emendationem debemus *Dorvillio.* Καδμεῖος ἄναξ Bacchus est. Idem in vers. ult. minus feliciter ἡβήτας in ἡβήσας mutabat. Sed quidni poëtae licuerit ἡβήτας θιάσους pro *thiaso juvenum* ponere, ut paulo ante βαιὸν θίασον pro βαιῶν, i. e. μικρῶν παίδων θιάσῳ? — ἄγοι *Dorv.*. In membranis est ἄγει.

II. Plan. p. 339. St. 478. W. Priapus, in agro custos collocatus, furibus gravissimas poenas minatur. — V. 3. ἐπὴν γελάσῃς. si tentam riseris mentulam. Similis color in Lusib. carm. X.:

> *Insulsissima quid puella rides?*
> *Non me Praxiteles Scopasve fecit:*
> *Nec sum Phidiaca manu politus:*
> *Sed lignum rude villicus dolavit:*
> *Et dixit mihi: Tu Priapus esto.*
> *Spectas me tamen, et subinde rides.*
> *Nimirum tibi salsa res videtur,*
> *Adstans inguinibus columna nostris.*

ubi *Burmannus* (Anth. Lat. T. II. p. 488.) nostrum carmen adscripsit. Idem deus rudi manu dolatus in Ep. incerti auct. CCXXXII. haec ait:

> ἀχρεῖον γέλασόν με· τὰ δ' εὔχηλος πεφύλαξο
> σίνεσθαι, μὴ καὶ σαρδάνιον γελάσῃς.

ut haec scribenda esse jam olim docuimus. — V. 6. ἡ λάχνη. barba et pili te a poena non rediment. Lusus Ep. XIII. *Praecidere puer, moneo: futuere puella: Barbatum furem tertia poena manet.*

III. Cod. Vat. p. 260. Edidit *Reisk.* nr. 594. p. 83. Conqueritur poëta de jactura, quam Graecia in tribus athletis fecerit, qui in diversis regionibus naufragio

perierant. Nec acumen, nec leporem ullum in hoc carmine video. — V. 1. Ἀώου. Aous fluvius prope Apolloniam in mare emittitur. *Pompon. Mel.* L. III. 2. Ejus tractum descripsit *Livius* L. XXXIII 5. — V. 3. „ἐν „πόντῳ, nisi pro superfluo metri fulcro habere malis, „debet accipi pro adjectivo πόντιος. trajectus marinus „Siculus. πόρος ἐν πόντῳ, hoc est ἐμπόντιος, διαπόντιος Σικελικός." *Reiske*. Vide tamen an *Antistius* scripserit:

καὶ σὲ νότος Σικελῷ

ὤλεσεν ἐν πόντῳ.

rabies Noti, Quo non arbiter Hadriae major. Horat. I. Carm. III. 14. — V. 3. νόσον. Vat. Cod. et *Reisk.* νόσω marg. ap. Guyet. et Ruhnk. — V. 4. κραίσσονας ἐλαφόρους Vat. Cod. a man. sec. Posterius exhibet ed. *Reiskii.*

HADRIANI CAESARIS

EPIGRAMMATA.

---

§. 285.] *I.* Vat. Cod. p. 203. Ἀδριανοῦ ἐν ταῖς ἀναθήμασι Τραϊανοῦ Καίσαρος. unde *Boivinus* colligit, Hadrianum plura Epigrammata conscripsisse sub titulo: ἀναθήματα Τραϊανοῦ. Primus hoc carmen edidit *Salmas.* in Comm. ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 133. *Kusterus* ad *Suidam* T. II. p. 249. *Boivin* dans les Mém. de l'Acad. des Inscr. T. III. p. 356. *Tristanus* T. I. p. 426. *Reisk.* in Anth. nr. 540. p. 63. Trajanus, cum ad bellum Parthicum proficisceretur, in monte Casio, ubi Jovis Casii templum erat, spolia Getarum dedicavit. Duo sunt montes Casii nomine appellati. Alter in Aegypto prope Pelusium in confiniis Syriae et Aegypti. *Strabo* XVI. p. 760. *Herodot.* L. III. 158. Ibi Jupiter colebatur sub juvenis specie, malum punicum manu tenentis.

Achilles Tat. L. III. 6. p. 248. sq. ed. *Bod.* ibique *Carpzov.* Alter est prope Antiochiam in Seleucia. *Strabo* XVI. p. 751. *Ammian. Marc.* XIV. 62. XXII. 33. Etiam in hoc monte Jupiter colebatur. De utriusque cultu disputans *Liebe* in Gotha Numaria p. 308. sqq. nostrum quoque carmen attigit. *Salmasius* Trajanum Aegyptium illum montem conscendisse putabat, quem refutarunt *Boivinus* et *Reiskius*. *Salmasii* error apparet ex *Dione Cass.* LXVIII. 17. p. 1134. qui Trajani iter luculenter describens, eum, Lycia et reliqua Asia peragrata, Seleuciam et inde Antiochiam pervenisse narrat. Nec opus habebat Aegyptum adire. — V. 1. 2. laudat *Suidas* T. II. p. 249. Κάσιον ὄρος. πρὸς τῷ Εὐφράτῃ (*Kusterus* a *Salmasio* in errorem abreptus, perperam corrigit: πρὸς τῷ Πηλουσίῳ.) καὶ ὁ Κάσιος Ζεύς. ἔνθα Τραϊανὸς ἀνέθηκε κρατῆρας ἀργυροῦς καὶ κέρας βοὸς παμμέγεθες κεχρυσωμένον· καὶ ἐπιγράμματα ἐν τοῖς ἀναθήμασιν Ἀδριανῷ πεποιημένα. ubi *Salmasius* tentat: ἐπίγραμμα — πεποιημένον. At hujus correctionis vanitas apparet ex lemmate Vat. Cod. quod etiam plura Epigrammata ἀναθηματικὰ ab *Hadriano* conscripta commemorat. — V. 3. ἄνθετο δοιὰ λῖτα. membr. In marg. ap. Guyet. legitur. λῖτα. τέλη. i. συνέδρια. δύο τῶν ἐν τέλει. Vide *Hesychium*. *Salmasius*, *Kusterus* et *Suidas* λῖτα. His hoc distichon excitavit *Suidas* in οὖρος T. II. p. 741. ubi βοῦς οὖρον, et in λῖτα T. II. p. 451. ubi βοὸς οὖρον habetur. λῖτα sunt καταπετάσματα. *Homer.* Od. α. 131. ὑπὸ λῖτα πετάσσας. quem locum proferens *Athen.* L. II. p. 48. C. λῖτα interpretatur λευκὰ καὶ μὴ βεβαμμένα ἢ πεποικιλμένα. Sed vide *Eustath.* ad Od. p. 32. 19. Sed huic lectioni repugnat syllabarum mensura. Conf. *Homer.* Il. ε. 252. et ψ. 254. Transponendas igitur voces, ἄνθετο λῖτα δύω, censebat *Albertus* ad *Hesychius* in λιτά. *Reiskius* δοιὰ λινᾶ pro λινέα, duo retia, dedit, satis inepte. *Salmasius* ῥυτά, quia *Suidas* Trajanum *argentea pocula* et tauri cornu dedicasse diserte tradit; eandemque ob

causam *Boivinus*: [illegible] ἔξαιτα [illegible], quam lect. *Brunckius* non dubitavit recipere. Est autem ἔξαιτον, [illegible] [illegible], interprete *Hesychio*; cum quo cf. *Schol. Homeri* Il. λ. 773. In fragm. *Athenaei* ap. *Casaub.* ad L. IX. p. 783. multa de etymologia vocabuli ἔξαιτον traduntur; et inter alia ap. *Pisandrum* Telamon ab Hercule ἔξαιτον dono accipere narratur, τῆς ἐπὶ Ἴλιον στρατείας ἀριστεῖον. — In fine vers. αἶρον Cod. Vat. αἶρον apogr. Guyet. et Ruhnk. Et sic *Salmasius* edidit, cujus hanc emendationem esse dubitare noli. De poculis ex boum cornibus factis disputavimus ad *Addaei* Ep. II. Nostrum locum non praetermisit, ubi veterum loca de uris congessit, *Bochartus* in Hieroz. III. 26. p. 959. — V. 5. ἔξαιτα, ἐξαίρετα. *Hesych. Homer.* Il. μ. 320. αἶνόν τ' ἔξαιτον, μελιηδέα. *Schol. Apollon. Rhod.* L. IV. 1004. Perperam V. D. in marg. ap. Guy. et Ruhnk. ἔξοχα, i. ἐξοχωτάτας, conjecit. Hunc vers. c. sequ. laudat *Suid.* T. I. p. 763. ubi [illegible] [illegible] exhibetur. [illegible] est in Vat. Cod. et [illegible]. — Verba [illegible] ἐκ [illegible] *Boivinus* explicat de praeda in primo contra Dacos bello facta. — [illegible] Trajanus, ut *durus Hannibal* ap. *Horat.* II. Carm. XII. 2. — V. 7. τήνδε δῆριν. hanc in Parthos susceptam expeditionem. — V. 9. εἰς [illegible] et [illegible] Vat. Cod. — V. 10. Ἀρ[illegible] vitiose ap. Lips. Trajani nomine Hadrianus Jovi Casio nova ex Parthorum praeda pollicetur donaria.

II. Vat. Cod. p. 425. Ἀδριανοῦ Καίσαρος. οἱ δὲ Γερμανικοῦ. Ἡσύχιος δὲ εἰς Τιβέριον τὸν Καίσαρα ἀναφέρει αὐτό. In Plan. p. 98. St. 144. W. *Hadriani* et *Germanici* nomen inscriptum. Priori tribuunt Scholia Homer. in Cod. Veneto Villoisoni p. 532. Latina ejus interpretatio legitur in Anthol. Lat. L. I. CIII. p. 86. quam *Pithoeus* recentioris poëtae esse censebat:

Germanici Caesaris ad Hectoris tumulum.

Martia progenies, Hector, (tellure sub ima
Fas audire tamen si mea verba tibi)

Respira, quoniam vindex tibi contigit heres,
Qui patriae famam praeferat usque tuae.
Ilion en surgit rursum inclyta, gens colit illam,
Te Marte inferior, Martis amica tamen.
Myrmidonas periisse omnes dic Hector Achilli,
Thessaliam et magnis esse sub Aeneadis.

Hadrianum Trojam multis operibus exornasse constat. *Philostrat.* Vit. Soph. II. p. 548. Quae de Troja iterum habitata et restaurata ap. veteres poëtas traduntur, ea referenda sunt ad Alexandriam in Troade, quam ab Antigono conditam Augustus colonia Romana auxit. *Strabo* L. XIII. p. 887. De hujus urbis ruinis consule cl. *Le Chevalier über die Ebne von Troja* C. II. p. 9. sqq. — V. 1. εἴ ποι. Schol. Hom. ἀκούοις. Vat. Cod. — V. 2. στῆθι καὶ ἄ. Schol. ἄμπνευσον πατρίδος ὕπερ. Vat. Cod. — V. 3. Ἴλ. οἴχεται. Schol. — ἄνδρας. Ad Coloniam Romanorum referenda verba. — V. 5. Pro verbis Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο *Aldus* in Cod. suo reperit Θεσσαλίη δ' οὐκ ἔστι, quae lectio in Ald. sec. recepta est. — V. 6. παισὶν ὑπ'. Ed. pr. Flor. et Ald. πᾶσαν ex Lect. Ald. in posteriores edd. repositum. — Post hoc Epigr. in Vat. Cod. haec leguntur: πρὸς ταῦτα ὑπέγραψε στρατιώτης, φασὶ δὲ Τραϊανοῦ εἶναι·

Θάρσυνος οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσουσι πρόσωπον.

εἶτα τοῦ βασιλέως ἐπαινέσαντος καὶ γράψαντος· δήλωσόν μοι τίς εἶ, ἀντέγραψεν·

Εἰμὶ μὲν εὐθώρηκος Ἐνυαλίου πολεμιστὴς,
εἰμὶ δὲ καὶ θεράπων Ἑλικωνίου Ἀπόλλωνος·
αὐτὸς ἐν πρώτοισι λελεγμένος ἀσπιδιώταις.

Eadem, sed paulò aliter, leguntur in Planudea. Primum: τούτοις ὑπέγραψε λάθρα Σπαρτιάτης Δημάρατος· Θάρσυνοι etc. Deinde: ζητηθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ β. αὖθις προσέθηκεν. De tribus autem illis versiculis nonnisi duos priores Planudes protulit, qui derivati sunt ex *Archilochi* fr. II.

Unde autem *Demaratus Spartanus* in hunc locum deductus sit, se pluribus olim expensurum esse pollicetur *Salmas*, in not. mstis.

¶. 286.] *III.* Vat. Cod. p. 360. Γερμανικοῦ Καίσαρος. Superscriptum γρ. καὶ Ἀδριανοῦ. *Germanico* inscribitur in Plan. p. 44. St. 63. W. Hujus Epigr. ejusdem argumenti illustravimus supra T. II. p. 159. — V. 4. ἐρφάνισεν. Vat. Cod. — V. 5. Plurimae edd. veteres ὡς αἰνῶς. αἰνῶς Vat. Cod. — Ceterum paroemiam ἐκ πυρὸς ἐς φλόγα — alibi commemoratam non vidi.

IV. Cod. Vat. p. 378. Plan. p. 5. St. 9. W. cum lemmate: Εἰς ἡμίξηρον αἰτήσαντα Ἀδριανὸν τὸν βασιλέα τροφήν. — V. 1. μου. Plan. et Vat. Cod. — ἡμίτομον. Vat. Cod. Ed. pr. Flor. et Ald. Reliquae Aldinae et Nic. Sab. ἡμίτονον praebent. Serva, Caesar, semitonium, i. e. dimidiam mei partem. — In *Hadriani* responso notanda forma Πλουτεὺς, alibi non obvia.

V. Vat. Cod. p. 313. *Hadriano* hoc distichon vindicavit, quod in Plan. p. 271. St. 392. W. sine auctoris nomine prostat. Sensus argutus: Archilochum Musa commovit, ut jambis operam daret, verita, ne, si heroici carminis laudem sectaretur, Homeri splendori officeret. Conf. not. ad *Antip. Thess.* Ep. XLV. 5. T. II. P. I. p. 326. — λυσσῶντας ἰάμβους. *Horat.* Ep. ad Pison. v. 79. *Archilochum proprio rabies armavit iambo.* θυμοδακεῖς ἀκοντιστῆρας ἰάμβους vocat *Christodor.* in Ecphrasi v. 359. *Cato* ap. *Plutarch.* T. II. p. 762. D: ὀργῇ καὶ νεότητι τρέψας ἑαυτὸν εἰς ἰάμβους, πολλὰ τὸν Σκιπίωνα καθύβριζε, τῷ πικρῷ προσχρησάμενος τοῦ Ἀρχιλόχου, τὸ δ' ἀκόλαστον ἀφεὶς καὶ παιδαριῶδες. ubi postremam vocem de *Archilochi*, minime nugatoris, carminibus usurpatam miror. Vide not. ad *Meleagri* Ep. CXIX. p. 132.

VI. Cod. Vat. p. 427. Plan. p. 71. St. 104. W. Versum hunc refert *Appianus* L. II. de Bell. Civ. p. 481.

»cujus auctor incertus diu ante Adriani tempora exti-»tisse videtur.« *Br.* Eundem laudat *Xiphilin.* in Exc. Dion. Cass. p. 1159. Vide *Fabricium* T. I. p. 308. Hadrianum, cum peragrata Arabia Pelusium venisset, Pompeji tumulum magnificentius exstruxisse, narrat *Spartianus* in Vit. Hadr. T. I. p. 133. — Initium versus vitiose exhibent membranae τῷν βοῖ εβρίθοντι. — Simili acumine *Vellejus Paterc.* L. II. 53. de eodem Pompejo: *in tantum in illo viro inter se discordante fortuna, ut, cui modo ad victoriam terra defuerat, deesset ad sepulturam.* ubi vide *Ruhnkenium. Lucan.* X. 380. *tumulumque e pulvere parvo Adspice Pompeji, non omnia membra tegentem.*

JULII POLYAENI
EPIGRAMMATA.

¶. 287.] *I.* Vat. Cod. p. 359. Plan. p. 40. St. 59. W. Jovem poëta precatur, ut sibi itinerum labore perfuncto in patria vivere liceat. — V. 3. Σχερίης. Corcyrae nomen. Vide not. in *Crinagor.* XXIV. T. II. P. I. p. 400. Ibi Jovem (cognomine Casium) cultum esse novimus ex *Sueton.* Vit. Neron. XXII. p. 48. *ut primum Cassiopen* (urbem Corcyrae) *trajecit, statim ad aram Jovis Casii cantare auspicatus est.* ubi vide Intrpp. et *Spon.* in Misc. erud. antiq. p. 75. — Vitiose Aldinae et Nic. Sab. χερίης legunt. — V. 5. πέρας. *Horat.* II. Carm. VI. 7. *Sit modus lasso maris et viarum Militiaeque.* Mercatoris haec esse dicas, qui tempestates metuens – *otium et oppidi Laudat rura sui.* I. Carm. I. 16. — In Vat. Cod. huic Ep. annectitur Ep. III.

II. Vat. Cod. p. 359. τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως ἐπί τινι εὐξαμένῳ εὐπλοΐην καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ὑποστροφήν. Plan.

p. 41. St. 61. W. Ἰουλιανοῦ. — V. 3. δὲ νῆες Vat. Cod. — σχίσεις. ex Aldin. 3. et ed. Nic. Sab. in sequentes transiit. Ald. sec. σχίσας habet. σχίσαις est in membr. Vat. — V. 4. κὰκ καμ. ὁ. ε. λιμένας. Vulgo. *Brunckius* recepit lect. Vat. Cod. — Adhaeret huic Epigr. distichon, quod *Planud.* p. 70. ita, ut nostrum, *Juliani* nomine inscripsit, et a *Brunckio* relatum est inter Epigrammata *Juliani Aegyptii* nr. XLIV.

III. Vat. Cod. p. 359. junctim cum Ep. I. Planud. p. 33. St. 50. W. — V. 1. ἐλπὶς βιότου. Nemo enim tam senex est, qui se unum annum adhuc vivere posse desperet. Hinc fit, ut *aeternis minorem Consiliis animum* fatigemus. *Horat.* II. Carm. XI. 11. Eundem conf. II. Carm. XVIII. 15–32. — κλέπτειν νόον, *mentem fallere*, spes dicitur, quae vana specie animum nutrit: ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν, ut *Sophocles* ait ap. *Stob.* Flor. CIX. p. 578. 41. quibus simillima dixit *Euripid.* in Phoeniss. v. 399. Ut h. l. spes animum κλέπτειν dicitur, sic ap. *Lucian.* Tragop. v. 29. ἐλπίδι ματαίᾳ παρὰ βουκολούμενοι. *Ovid.* A. A. I. 445. *Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum: Illa quidem fallax, sed tamen apta dea est.* — »Plures Planud. codd. κλέπτει χρόνον, quod »vulgato non deterius est. Iidem male βιότου.« *Br.* Etiam Cod. Gud. χρόνον. Hac lectione admissa, junxeris χρόνον βιότου, hoc sensu: Dum spei indulgemus, tempus furtim elabitur, donec ultima lux omnia nostra consilia praecidat. — Eadem sententia *Cicero* de Orator. L. III. 2. *O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, et inanes nostras contentiones! quae in medio spatio saepe franguntur et corruunt, et ante, in ipso cursu, obruuntur, quam portum conspicere potuerunt. — Qui Crasso annus primus ab honorum perfunctione aditum, omnium concessu, ad summam auctoritatem dabat, is ejus omnem spem atque omnia vitae consilia morte pervertit.*

IV. Cod. Vat. p. 358. Πολυαίνου Σαρδ. Εἰς δορκάδα, ἣν ἐθήλασεν ὄφις· ὅθεν πιὼν ὁ νεβρὸς ἐναπέψυξεν. Plan. p. 42. St. 62. W. Conf. *Tiberii Illustr.* Ep. I. T. III. p. 7. — V. 2. εἰδοῦσα πικρὸς ἔ. Vulgo. εἰδοῦσα πικρὸν ἔ. Vat. Cod. In ora cod. Scaliger. *Huetius* p. 7. invenit οἰδοῦσαν. Sed in cod. Bodlej. ipsa *Scaligeri* manus οἰδούσης scripsit. Cl. editor πικρὸς mutasse videtur in λυγρὸς, quia πικρὸν γάλα sequitur v. 4. Sed ob tantillam caussam vulgata lectio non temere spernenda erat. — V. 4. *Antip. Sidon.* Ep. CV. διψὰς ἔχιδνα Σαρκὶ τὸν ἐκ γενύων πικρὸν ἐνεῖσα χόλον. Sunt quaedam serpentes, quae pecudum lacte aluntur. Vide *Salmas.* ad Solin. p. 61. G. — ἔβροξε. Vat. Cod. „ἔβρωξε. „doricum est pro ἔβρωσε. a βρώσκω.“ *Br.* In praec. versu θηλὴν habet Ed. pr. Flor. Ald. et Ascens. — ¶. 288.] V. 5. ἄσιν ἠλλάξαντα. Caprea igitur servata est, cum hinnulus ipsi venenum exsuxisset; hinnulus autem periit. *Tiberius* l. c. χείλεσι τὸν κείνης ἐξέπιε θάνατον. *Grotius* vertit:

Contulerat venter quod munus, id abstulit uber,
Et vivit sobolis morte redemta mater.

EUHODI EPIGRAMMATA.

I. Plan. p. 313. St. 453. W. ubi et alia sunt similia in Centaurum. ἐγκεντρίζειν proprium de insitione vocabulum. Castiores scriptores harum et similium belluarum φύσιν ἐκ παντοδαπῶν φύσεων εἰς μίαν μορφὴν ξυντιθεμένην, sive συμπεφορημένην, sive ξυμπλεκομένην dixerunt, ut *Dio Chrysost.* Orat. IV. p. 184. XXXII. p. 666. et alii. Conf. *Mesomed.* Carm. III. 10.

II. Plan. p. 321. St. 460. W. Echo hujus versiculi auctor τρύγα φωνῆς appellat, quandoquidem ex voce prolata quasi redundat, ut faex ex vino. Multo minus au-

daci metaphora *Nicander* in Alexiph. v. 51. σιδηρόεσσαν τρύγα dixit τὴν σκωρίαν, ἣν ἐν τῇ καμίνῳ ἡ τοῦ πυρὸς φλὸξ ἐχώρισεν ἀπὸ τοῦ σιδήρου.

PINYTI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 210. Plan. p. 279. St. 403. W. — V. 1. τὸ ὄνομα ipsi personae, species rei opponitur. *Euripid.* Orest. 454. ὄνομα γὰρ ἔργον οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι. Cf. Iphig. in Aul. v. 128. *Aut virtus nomen inane est. Horat.* II. Epist. XVII. 41. Sed haec tractavit *Toup.* ad *Login.* p. 289. et *Lennep.* ad Phalar. p. 209. qui quod ap. *Libanium* Epist. 1398. lateret, acute vidit, sed literarum vestigia non satis rimatus esse videtur: τοῦτο δέ ἐστι δοκοῦντος φιλεῖν, οὐ φιλοῦντος, καὶ κατὰ τὴν τραγῳδίαν ὄνομα ΕΝ ΤΕΡΠΟΥ παρεχομένου. Scribe: ὄνομα, ΟΥΚ ΕΡΓΟΝ παρεχομένου. Ut hic κωφὸν ὄνομα, sic κενοῖς ὀνόμασι *Menander* in Hypobolim. fr. I. ap. *Stob.* Ecl. Phys. Tit. VII. p. 192. ed. *Heer.* — V. 2. ῥῆσις vulgo locus est ex poëta, sive oratore, philosopho aliove ejusmodi scriptore decerptus, ut docuit *Cuper.* in Obss. I. c. 16. Hoc loco ipsa *carmina* significat. Vide inprimis *Dorvill.* in Vann. crit. p. 640. ubi et hoc Ep. laudat. In epitaphio Sapphus *Dioscorid.* Ep. XXV. πάντῃ, πότνια, χαῖρε· θεοῖς ἴσας γὰρ ἀοιδὰς, Ἀθανάτας ἔχομεν σὰς ἔτι θυγατέρας.

ONESTIS EPIGRAMMATA.

¶. 289.] *I.* Vat. Cod. p. 91. Plan. p. 481. St. 624. W. Sibi neque virginis neque vetulae amplexus, sed mediam inter utramque aetatem maxime placere

profitetur. — V. 1. γηραιῆς. Vat. Cod. — γάμος de concubitu, ut ap. *Erycium* Ep. VI. Priapi ὅπλον, εἰς γάμον οὐκ ἐνέτειμον. Sic *nuptiae* ap. Latinos passim. Vide *Victor.* in Var. Lect. XXI. 3. — V. 2. ἐπ' οἰκτείρω et κατ' αἰδέομαι. Vat. Cod. — V. 3. μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀσταφίς. Epigr. ἀδέσπ. LXIX. ὄμφαξ οὐκ ἐπένευσας, ὅτ' ἦς σταφυλή, παρεπέμψω. Μὴ φθονέσῃς δοῦναι καὶ (f. τὸ) βραχὺ τῆς σταφίδος. *Strato* Ep. XLVII. νῦν ἀφύλακτοι ὄμφακες. *Tolle cupidinem immitis uvae*, de puella nondum matura agens *Horat.* II. Carm. V. 3. Contra puellam macilentam *uvis passis aridiorem* appellavit poëta in Lusibus XXXII. et *Lucilius* ap. *Nonium* I. 38. exsuccos et macilentos senes *passos* vocavit. *Claudian.* I. in Eutrop. 110. *aevo laxata cutis sulcisque genarum Corruerat passa facies rugosior uva.* Facit huc etiam *Suidas* in Ἀσταφίς. Καὶ σταφυλὴ γραίη χ'ὡ μελίχνους λίβανος. καὶ παροιμία· ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κράνιον (i. e. ῥυσσὸν τὸ μέτωπον). ut hunc locum restituit *Toup.* in Epist. crit. p. 58. Ad alia hanc similitudinem transtulit *Plutarch.* T. II. p. 138. B. οἱ τὰς πρώτας τῶν παρθένων διαφορὰς μὴ ὑπομείναντες, οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν διὰ τὸν ὄμφακα τὴν σταφυλὴν προϊεμένων. — πέπειρος eodem sensu adhibuit *Aristoph.* in Eccl. v. 891. οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν ταῖσι πεπείροις. — V. 4. Scribendum procul dubio, quod *Heynius* Vir Ill. me monuit:

Κύπριδος ἐς θαλάμους — —

Perses Ep. VI. οὐδέ σε μάτηρ Πυθιὰς ὡραίους ἤγαγεν εἰς θαλάμους. ubi in Not. p. 14. nescio quomodo *Antiphani* tribui, quae *Onestis* sunt.

II. Vat. Cod. p. 511. Planud. p. 174. St. 254. W. Argumentum carminis non satis expeditum. Sicyoniis *Onestes* Bacchicum quoddam inventum tribuit. Sicyoniis tragoediae inventio tribuitur ab *Herodoto* L. V. 67. p. 405. τὰ δὲ δὴ ἄλλα οἱ Σικυώνιοι ἐτίμων τὸν Ἄδρηστον καὶ δὴ πρὸς τὰ πάθεα αὐτοῦ τραγικοῖσι χοροῖσι ἐγέραιρον, τὸν μὲν

Διόνυσον οὐ τιμέοντες, τὸν δὲ Ἄδρηστον. Κλεισθένης δὲ χοροὺς μὲν τῷ Διονύσῳ ἀπέδωκε. Jam vero Clisthenes, Sicyoniorum tyrannus, triginta ferme annis Thespide fuit antiquior. Commode attulit *Wesselingius* locum *Themistii* ex *Herodoto* expressum Orat. XXVII. p. 337. B. Τραγῳδίας εὑρεταὶ μὲν Σικυώνιοι, τελεσιουργοὶ δὲ Ἀττικοὶ ποιηταί. *Epigenem* Sicyonium tragoediam invenisse quidam tradiderunt, quos sequitur *Suidas* in Θέσπις: — τραγικὸς ἑκκαιδέκατος ἀπὸ τοῦ πρώτου γενομένου τραγῳδιοποιοῦ Ἐπιγένους τοῦ Σικυωνίου τιθέμενος. ὡς δέ τινες, δεύτερος μετὰ Ἐπιγένην. cui testimonio in suae sententiae gratiam fidem abnegat *Bentlejus* de Phalar. Epist. p. 128. Attigit hanc rem doctissimus *Boettigerus* in Prolusione de quatuor aetatibus rei scenicae p. 6. qui antiquissimum Epigramma ap. *Athen.* XIV. p. 629. A. ad tragoediae ap. Sicyonios inventionem spectare existimat; id quod mihi secus videtur. Sed *Onestis* nostri Epigramma, cujus vir doctissimus, cum illa scriberet, non meminerat, Sicyoniis non tragicae artis, sed comoediae inventionem tribuit. Nam verba ἔν τε γέλωτι κέντρον aliter accipi nequeunt. Ἰάμβους, quibus Dorienses inprimis delectabantur cum comoedia componit *Aristoteles* Politic. VII. 17. quem locum si comparaveris cum Poëtic. c. IV. 5. et c. V. 2. facile apparebit, comoediam atticam ex jambis originem duxisse. In jambis autem nemo ignorat τὸ κέντρον τῷ γέλωτι μεμιγμένον fuisse. Hoc igitur carminum-genus cum choris Bacchicis junxisse Sicyonii eaque conjunctione comoediae Atticae prolusisse videntur. Ad hoc inventum *Onestis* Epigramma referendum puto. — V. 1. Βάκχος. *Athenaeus* L. II. p. 40. A. ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις. *Ion Chius* Fr. I. Bacchi θαλίαι φίλα τέκνα, φιλοφρόσυναί τε χοροί τε. ubi *choros* fortasse haud inepte ad satyricas et tragicas saltationes, in Bacchi festo solemnes, retuleris. κουθεσίη φιλοπαίγμονος Μούσης ad conjecturam de jambico carmine firmandam plurimum facit.

Ludicrum poëseos genus *Oneftes* defcribit, quod fimul et delectabat et docebat monebatque homines; utrumque in jambicos fales cadit. — V. 2. Bacchus Sicyone comiffationem egiffe dicitur, non temulentorum hominum aut Maenadum, fed Gratiarum, quae recenti invento venuftatem amoenitatemque tribuerent. Gratias nec a veteris comoediae virulentia alienas fuiffe, fed ei vehementer faviffe, docet Ep. *Platonis* XI. Notae funt *Ariftophanis* φοβερὰ χάριτες. Gratiae autem in univerfum arctiffimo vinculo conjunctae cum Mufis, ita ut nonnunquam harum vicem videantur implere. Ad noftrum locum nihil magis facit, quam *Pindari* ῥῆσις Olymp. XIII. 25. Ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν Σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες Διθυράμβῳ. Conf. *Simonid.* Ep. LXXVI. — V. 3. Pro δὴ γὰρ, quae voculae verfum haud bene ordiuntur, vix dubito quin legendum fit:

ἢ γὰρ ἔλεγχον ἔχει γλυκερώτατον.

Quod reprehenfionem jucundiffimam continere dicitur illud carminis genus, quod *Oneftes* defcribit, id ad comoediam et jambos unice referri debet, in quibus carminibus — *fi quis erat dignus defcribi, quod malus aut fur, Quod moechus foret aut ficarius, aut alioqui Famofus, multa cum libertate* notabatur. (*Horat.* I. Serm. IV. 3. 4.) — ἐν γέλωτι κέντρον. Ridentes igitur verum dicere folebant illius poëfeos auctores. Sententiam acutam et quae auditorum animum pungat, κέντρῳ comparare folent fophiftae inprimis, praeeunte *Eupolide*, qui Periclem dixerat τὸ κέντρον ἐγκαταλείπειν τοῖς ἀκροωμένοις ap. *Schol. Ariftoph.* Acharn. v. 529. quae illuftravit *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 7. *Jaculationem verborum* appellavit *Quintil.* V. 3. 43. — V. 4. ἐκαφρένιζεν. Vat. Cod. Bacchus ebrius, five potius poëtae Bacchico furore perciti vitae magiftri facti funt, et cives docuerunt, *quid fit pulcrum, quid turpe, quid utile, quid non.* — Antithefin paulo vividiorem in hoc verfu velim praebeat

aut Codex aut docta conjectura. Certe v. ἀστὴν parum respondet τῷ μαθόντι. Desideres νίφοντα vel simile quid.

III. Vat. Cod. p. 393. Plan. p. 12. St. 21. W. Fortasse his versibus poëtam aliquem *Onestes* alloquitur, qui artem musicam felici successu tractaverat. Superiores interpretes simpliciter pro commendatione diligentiae et assiduitatis in discendis literis habuerunt. — Ceterum hoc carmen in comparatione versatur, cujus protasis priori disticho, apodosis altero continetur. Ut, si quis Heliconem montem adscendit, post multos labores in fastigio tandem aquae purissimae haustu recreatur; sic etiam, qui poësi dant operam, multis molestiis superatis, Musarum praemiis donantur. σοφίη cave pro philosophiae studio accipias; de poësi enim agitur. Vide ad *Anacr.* Epigr. III. T. I. P. I. p. 197. sq. Hinc poëtae ap. veteres σοφισταὶ vocabantur, cujus usus exempla dedimus in Animadv. ad Euripid. p. 188. — V. 3. οὕτως. Vat. Cod. — σοφίης πόνος (πέρας malit doctiss. *Wakefield* in Sylv. crit. V. p. 15.) ὄρθιος ductus ex *Hesiod.* Ἔ. κ. Ἡ. 265. quem locum cum similibus comparavi ad *Simonid.* fr. XIV. p. 210. Adde *Lucian.* in Rhetor. Praec. T. VII. p. 221. ed. Bip. σὺ γάρ σε τραχεῖάν τινα, οὐδὲ ὄρθιον, καὶ ἱδρῶτος μεστὴν ἡμεῖς γε ἄξομεν. — V. 4. Πιερίδων χάριτας. *Plutarch.* T. II. p. 146. A. mulieri ait licere gloriari, ἂν μὴ τῶν ῥόδων, ἀλλὰ τῶν καρπῶν μετέχῃ, ὧν αἱ Μοῦσαι φέρουσιν καὶ χαρίζονται τοῖς παιδείαν καὶ φιλοσοφίαν θαυμάζουσιν. quae verba respiciunt locum illustrem ex *Sapphus* carminibus ap. *Stob.* Serm. IV. p. 52.

IV. Vat. Cod. p. 392. Primus edidit *L. Holstenius* ad *Steph. Byz.* v. Ἀκροκόρινθος p. 21. et *Berkelius* ad Εὐφρατὶς p. 365. *Jensius* nr. 119. *Reisk.* Anth. nr. 770. p. 162. — V. 1. ὕδατ' ἀδελφά. *Stephan. Byz.* in Εὐφρατίς — ἐλέγοντο αὐτὸς καὶ Ἀράξης ἀδελφοὶ, ῥέοντες ἐξ ὄρους Ἀρμενίας. Translatae significationis vocabuli ἀδελφὸς exempla

dedit *Ruhnken.* ad Tim. p. 3. et *Valckenar.* ad Callimach. Eleg. fragm. p. 160. qui et Latinorum similia comparavit. — V. 2. ποταμοῦ δῶρα. Asopida fontem, qui vulgo Pirene dicitur, Asopus ex monte elicuit in Sisyphi gratiam. *Pausan.* II. 5. p. 121. Ex hoc fonte bibentem Pegasum cepit Bellerophon, narrante *Strabone* L. VIII. p. 582. B. ubi et haec leguntur, ad nostrum locum perquam accommodata: τὸν δὲ αὐτὸν (Pegasum) φασι καὶ τὴν ἵππου κρήνην ἀναβαλεῖν ἐν τῷ Ἑλικῶνι πλήξαντα τῷ ὄνυχι τὴν ὑποκειοῦσαν πέτραν. ubi vide an corrigendum sit: τὴν τὸ ὕδωρ στέγουσαν π. *petram, quae aquam occultabat.* Veterum, qui Pirenen ex equi ungulis ortam dixerit, novi neminem; an *Reiskius* ejusmodi fabulae auctorem habuerit, ignoro; scripsit autem: ἵππου τοῦ ποταμοῦ δῶρα — sine causa idonea, et contra mythographorum fidem. Idem tamen recte scripsit ποδοῤῥαγέα, ut codex habet, pro ποδαῤῥαγέα. Asopum solo pede percusso fontem elicuisse, ex hoc loco intelligitur. Sic ap. *Theocrit.* Eid. VII. 6. Chalco Burinnam ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν Εὖ γ' ἐνερεισάμενος πέτρᾳ γόνυ. — V. 3. φλέβας. In hac metaphora *Onesti* praeivit *Choerilus*, ut constat ex inedito *Tzetzae* Comment. in Hermogenem, unde haec protulit *Ruhnk.* ad Longin. p. 244. πόῤῥω δὲ λαμβάνοντα (metaphorae), ὥσπερ ποιεῖ Χοίριλλος καλῶν τοὺς λίθους γῆς ὀστᾶ, τοὺς ποταμοὺς γῆς φλέβας. Eadem translatione usus est *Curtius* V. 1. 12. qui amnes *aquae venas* appellavit, et *Ovid.* Metam. XIV. 788. *venasque et flumina fontis elicuere sui.* Fast. III. 298. *manabat saxo vena perennis aquae;* et sic passim. — V. 4. ὦ πτέρνης. Hinc emendandum suspicabar *Libanium* Orat. XI. Tom. I. p. 302. Θαῦμα μὲν οὖν καὶ τὸ ἐν Ἑλικῶνι κρήνην ἵππου κρήνην ἐκδοθῆναί φασι, Πηγάσου τῷ ποδὶ τὴν πέτραν πλήξαντος. Distinguendum est post Ἑλικῶνι; deinde scribendum videtur: κρήνην ἵππου πτέρνῃ ἐκδοθῆναί φ.

¶. 290.] *V.* Cod. Vat. p. 514. Plan. p. 174. St. 254. W. Ad bibendum convivas cogi et compelli poëta

nolit. In hac enim re necessitatem et parum jucundam et nonnunquam cum vitae periculo conjunctam esse. — V. 1. αὐτοθελής. Vitae in agro Sabino voluptates suavissime describens *Horatius* II. Serm. VI. 72. etiam hoc commemorat, quod ibi de insanis illis bibendi legibus solutus sit:

prout cuique libido est,
Siccat inaequales calices conviva, solutus
Legibus insanis: seu quis capit acria fortis
Pocula, seu modicis uvescit laetius.

De his legibus multi dixerunt. Vide *Lambin.* I. Carm. Horat. IV. 20. et *J. Lipsium* in Antiq. Lect. L. III. p. 75. sqq. — ὅς δέ κ' ἀνάγκῃ. Vulgo. δ' ἐκ ἀ. Vat. Cod. Compotationis leges scribens *Theognis* v. 464. πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιηρὸν ἔφυ. *Plutarch.* T. II. p. 504. D.E. τὸν οἶνον καίπερ ἡδονῆς ἕνεκα καὶ φιλοφροσύνης εὑρημένον, οἱ προςβιαζόμενοι πολὺν πίνειν καὶ ἄκρατον, ἐνίους εἰς ἀηδίαν καὶ παροινίαν τρέπουσιν. Ut hic προςβιάζεσθαι, sic *Alcaeus* πρὸς βίαν πίνειν ap. *Athen.* X. p. 430. C. — V. 3. προχέει. Ejusmodi compotatio (πότος) efficit, ut vinum a convivis clam effundatur. — V. 4. 5. *Jos. Scaliger* a praecedentibus sejungendos et pro peculiari carmine habendos esse censens, non persuadet. — πουλὺ μεθεῖς. Vat. Cod. — τὸ δ' ὕπνεον ἡδύ. Ipsam bibendi voluptatem, non magistri voluntatem et imperium pro justa bibendi mensura habebo. Vulgo perperam post μέτρον distinguitur.

VI. Cod. Vat. p. 397. Plan. p. 100. St. 148. W. cum titulo Ὀνέστου Κορινθίου. Thebae, Amphionis lyra exstructae, se ad tibiae sonum dirutas esse queruntur. — V. 1. ἔστην ἐν φόρμιγγι. *Himerius* Orat. XXI. 12. p. 748. τὸν Ἀμφίονά μοι μιμήσασθε, ὃς τῷ τε τείχει καὶ τῇ λύρᾳ μείζους τὰς χεῖρας, φήμην τῆς πατρίδος κατέχειν, ὅτι τὰς Θήβας ἐμμελῶς ἐτείχισεν. *Saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem Sponte sua in muri membra coisse ferunt.* *Propert.*

Propert. II. 1. 43. — κατήριφίων Vat. Cod. et mox Φήβη. — Alexandrum Thebas ad tibiae cantum evertisse, narrat *Tzetza*, in loco a *Brod.* aptissime allato: τὰς Θήβας ἀτειχίστους τελοῦσας ἐν ὑστέροις ἔκτισαν Ζῆθός τε αὐτὸς καὶ Ἀμφίων λυρῳδοῦντε. ἃς Θήβας πάλιν ὕστερον Ἀλέξανδρος ὁ μέγας αὐλήμασι κατέσκαψεν, αὐλοῦντος Ἰσμηνίου. Chil. VII. 408. X. 413. Eundem Ismeniam ab Alexandro Θήβηθεν καλούμενον, ἵν' ἐπηχήσῃ τῷ Περσῶν φόνῳ τὰ νικητήρια, narrat *Himer.* Orat. V. §. 4. p. 479. Hanc narrationem, apud nullum, quod sciam, antiquitatis scriptorem obviam, *Onestes* confirmat. Ceterum in Thebanorum ludibrium, qui artem tibicinandi jactare solebant, hoc ab Alexandro factum esse, acute suspicatur *Boettigerus* in Museo Attico I. Fasc. II. p. 348. — V. 2. ἁρμονίης. Quantopere hoc adversatur harmoniae, quae Musis propria et peculiaris est! Hujus enim erat potius moenia exstruere (ἁρμόζειν) quam evertere. — V. 3. κωφά. lapides olim auriti, nunc surdi et sine sensu jacent. In proximis vulgo legitur πέτροις μ. τ. αὐτομόλοις, nec Vat. membranae melius quid offerunt. Praeclaram suam emendationem unde duxerit *Brunckius*, non indicat. — πέτροι αὐτόμολοι, quos *sponte coiisse* dixit *Propertius* loco supra laudato. *Scholiast. Apoll. Rhod.* L. I. 741. ὅτι δὲ ἠκολούθησαν τῇ Ἀμφίονος λύρᾳ οἱ λίθοι αὐτόματοι, ἱστορεῖ καὶ Ἀντιμενίδας ἐν πρώτῳ. *Amphion cithara Thebarum moenia sepsit, Aurita ad muros currere saxa docens.* Anthol. Lat. L. III. 182. p. 625. — V. 5. Ἀμφίων. Vulgo et in Vat. Cod. cujus lectionis immutandae nulla erat necessitas. Vide *Fischeri* Animadv. ad Gramm. gr. T. I. p. 412. — ἑπτάπυλον γάρ. Vitiose Vat. Cod. *Schol.* in *Eurip. Phoen.* v. 116. Ἀμφίων οἰκοδομησάμενος Θήβας — οὐ χερσὶν ἐχρῆτο πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ μουσικῆς ἐποιεῖτο τὸ ἔργον — ἐγένετο δὲ τὸ τεῖχος ἑπτάπυλον, ἴσοι οἱ τῆς λύρας τόνοι. Item *Philostrat.* II. Imag. XI. p. 779. φιλότιμοι καὶ ᾠδῆς οἱ λίθοι καὶ ξυνθέοντες μουσικῇ. τὸ δὲ τεῖχος ἑπτάπυλον, ἴσαι τῆς λύρας αἱ

τόνδε. ubi de numero chordarum in lyra disputat *Olearius*. Amphionem quatuor chordis, quibus antiquitus instructa fuerat lyra, tres addidisse, tradit *Pausan.* L. IX. 5. p. 720.

VII. Cod. Vat. p. 391. Ὀνέστου Κορινθίου. Plan. p. 101. St. 149. W. In Thebanorum historia bona malis aequali mensura commista esse docetur. Simile *Philippi* Ep. XXXI. quod fortasse ex nostro expressum; quamvis equidem nihil affirmare ausim. Eadem ratione bona et mala in Thebarum historia sibi invicem opponuntur ap. *Euripid.* in Phoen. 829 - 844. — V. 1. ἀθέμιτον. Vulgo. ἀθέμιστος. Vat. Cod. — V. 2. Ἀντιγόνη vocatur ὁσίη propter insignem pietatem erga patrem et fratrem, Polynicen. — V. 5. αὐλὸς δύσμουσος. quia ad tibiae cantum Thebae eversae. Vide ad Ep. VI. 1. *Philippus* l. c. τείχεα χορδαῖς Ἔστη, καὶ λωτοῖς ἔστενε λυόμενα. — ἐκεράσατο. Vat. Cod.

VIII. Vat. Cod. p. 405. cum lemmate: εἰς Ἀρίστιον γυναῖκα ἧς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο παῖδες τεθνήκασιν, ὁ μὲν ἐν τῇ ὁδῷ, ὁ δὲ ἐν θαλάσσῃ. Unde lemmatis auctor resciverit, duobus illis Aristii filiis unum eundemque diem fatalem fuisse, ignoro; ex carmine ipso enim nihil ejusmodi prodit. Plan. p. 53. St. 76. W. Conf. *Philippi* Ep. LXVI. — V. 1. ἰσάκουσε. Vat. Cod. — V. 3. διεῖλετο. Duplex illa calamitas matris animum divisit, et dum modo hunc, modo illum filiorum suorum deplorat, dolore confecta est.

¶. 291.] *IX.* Cod. Vat. p. 247. Ὀνέστου Βυζαντ. Sine gentili Plan. p. 253. St. 366. W. In cenotaphium Timoclis cujusdam, qui in mari perierat. Cenotaphium loquitur in litore exstructum. — V. 1. κηρύσσω. Respici videtur ad consuetudinem nomina eorum, qui aufugerant, per praeconem edicendi, ut ap. *Meleagr.* Ep. XCI. ubi vide not. p. 105. Simul itaque nomen defuncti proclamat cippus, simul circumspectat, an alicubi naufragi

corpus appareat. — V. 2. σκεπτόμενος. Vat. Cod. a pr. man. — Haud ſcio an *Callimachum* ante oculos habuerit noſter Ep. XLVIII. χὠ μὲν ἐν ὑγρῇ Νεκρός· ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων Κηρύσσω πανάληθες ἔπος τόδε. — V. 3. τὸν δ' ἤδη. Idem color in *Marci Argent*. Ep. XXXIII. καὶ τὸν μὲν δαίσαντο κυκώμενον εἰν ἁλὶ θῆρες, Κωφὸν δὲ στήλη σῆμα λέλογχε τόδε. — V. 4. „Scriptum in membranis: τυρω„θὲν [τορωθὲν] et ſupra correctum τορευθέν. In Planud. „τυπωθέν.“ *Brunck*.

X. Vat. Cod. p. 217. „In Plan. p. 284ᵇ. St. 419. W. „divulſa ſunt duo diſticha, quae ſingula epigramma con„ſtituunt absque auctoris nomine. In membranis con„juncta ſunt et Oneſti adſcriptum eſt carmen.“ *Br.* Diogenis ad Charontis cymbam adventus deſcribitur. — V. 1. δίπλοον εἷμα. pallium duplicatum, Cynicorum geſtamen. Vide *Interpp. Horatii* I. Epiſt. XVII. 25. *Salmaſ.* ad *Tertull.* de Pallio p. 396. ſqq. et quae notavi ad *Antip. Sid.* LXI. T. II. P. I. p. 58. — V. 3. πάντα φέρω. Sic plane *Archias* Ep. XXXIV. et, quem *Archias* expreſſit, *Leonid. Tar.* Ep. LIX. πάνθ' ὅσα κὴν ζωοῖς ἐκτησάμεθα, ταῦτα παρ' ᾅδαν Ἔρχομ' ἔχων· λείπω δ' οὐδὲν ὑπ' ἠελίῳ. Haud aliter *Menippus* ad inferos deſcendiſſe fingitur ap. *Lucian.* in Dial. Mort. X. 2. p. 156. ed. Bip. — V. 4. τόν με κύνα. Plan. Vat. Cod. et Suid. in v. σαίνεσθαι. Quam lectionem cur *Br.* immutaverit, non perſpicio. Ut hic Diogenes, ſic ap. *Lucian.* Dial. Mort. XXI. 1. p. 207. Menippus Cynicus ſe Cerbero exaequat: ὦ Κέρβερε, συγγενὴς γάρ εἰμί σοι, κύων καὶ αὐτὸς ὤν. ubi *T. H.* p. 514. *Oneſtis* verſum, ſic ut vulgo legitur, excitavit. Ad σαίνεις nemo non meminerit loci Horatiani II. Carm. XIX. 29. ſqq.

SERAPIONIS ALEXANDRINI

EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 266. Plan. p. 207. St. 302. W. — V. 2. In vocabulo τυφλοῦ haesit *Is. Casaubonus*, qui in not. msc. στυφελοῦ conjecit, et *Bernard.* ad *Theophan. Non.* c. XIX. Tom. I. p. 83. στυφλοῦ corrigens. Hoc epitheto usus est *Lycophron* v. 737. τὸ στυφλὸν proprie de rebus duris et asperis usurpatur; ut στυφελὴ ἀκτὴ ap. *Apollon. Rhod.* II. 323. στυφλοῦ πέτρας ap. *Aeschyl.* Prometh. 754. *Orphei* Argon. v. 1127. στυφελὴν καὶ νήνεμον ἀκτήν. Tum sensu translato crudelem et implacabilem significat. στυφελῶν Κόλχων *Orpheo* in Argon. v. 1010. restituit *Pierson.* in Verisim. p. 188. qui laudat *Aeschyli* Pers. v. 76. ὀχυροῖσι πεποιθὼς Στυφελοῖς ἐφέταις. Hinc natum στυφελισμὸς, quem cum ὀργῇ conjungit *Aristoph.* in Eqq. v. 534. ubi *Schol.*: στυφελισμοὺς δὲ ὀργὰς, λοιδορίας, ὕβρεις, μέμψεις. καὶ ἐν μυθικοῖς, ὅτι Στυφελῶν ἀπὸ πετρῶν Ὀστρακόεντά τε νῶτα καὶ ἀγκύλα γυῖα κέκασθη. Forent igitur undae iratae, implacabiles. Sed vereor, ut hic locus emendatione indigeat. τυφλὰ κύματα certe dixit Auctor anonym. Ep. XXXI. Tom. III. p. 157. τυφλὰ δ', ὅπως ναυηγὸς ἐν οἴδματι, κύματα μετρῶν. Et *Livius* ap. *Senec.* Suasor. VII. p. 39. ed. Bip. *Quum modo venti adversi retulissent, modo ipse jactationem navis, coeco volvente fluctu, pati non posset.* *Sisenna* ap. *Nonium* VI. 7. *Subito mare subhorrescere, coecosque fluctus in se provolvere leniter occoepit.* — V. 3. Nonnihil abruptior in hoc carmine oratio non optimum versificatorem *Serapionem* nostrum fuisse ostendit. Huic incommodo mederi conatus est *Wakefield* in Sylv. crit. IV. p. 183. ubi verba, ἢ μά τις — ἰχθυβόλος, uncinis coërcenda, et ἄγγειλον in ἤγγειλεν mutandum censet. Mihi imperativus ἄγγειλον plane necessarius videtur. Quod si poëta priora hujus carminis

verba τοῦτ' ὀστεῦν φωτὸς πολυεργέος cum verſ. 3. conjungi voluiſſet, nullus dubito, quin ἀγγέλλει ſcripſiſſet. Idem doctus Britannus praeclare vidit, in verbis εἰς τοίην ἐλπίδα λυόμεθα imaginem ductam eſſe ab iis, qui in portum delati navigandi finem faciunt. Λύεσθαι enim paſſim pro καταλύεσθαι poſitum, vacationem a laboribus, a munere etc. ſignificat. Vide *Wetſten.* ad N. T. II. p. 244. *Dorville* ad *Charit.* p. 176. καταλύεσθαι de iis, qui e vita migrarunt, illuſtravit *Budaeus* in Comm. Gr, Ling. p. 344. ſq.

MESOMEDIS CARMINA.

I.

Hymnus in Nemeſin.

¶. 292.] De editionibus hujus carminis monui ad *Dionyſii* Hymn. I. p. 253. Primum ejus nonniſi 6. verſus exſtabant; donec integrum ederet *Burette dans l'Hiſtoire de l'Acad. des Inſcr.* T. VII. 289. qui illud *Meſomedi* acute vindicavit ex loco *Joannis Philadelphi*, cujus fragmenta ſervantur in cod. bibl. Pariſinae: φασὶ γὰρ τὴν Νέμεσιν τὰ γλαφυρὰ τῶν πραγμάτων εἰς ἔμπαλιν τρέπειν ταῖς ὑπερβολαῖς τῆς τύχης, ὥς φησι Νουμήνιος, τῷ ἑαυτῆς τροχῷ τὴν ἰσότητα ἐπάγουσαν, ὅθεν ὁ Μεσόδμης οὕτω πως πρὸς αὐτήν· ὑπὸ σὸν τροχὸν κ. τ. λ. Recte vidit *Burettus*, nomen Μεσόδμης in Μεσομήδης mutandum et hunc Hymnum proinde Lyrico, quem ſub Adriano floruiſſe conſtat, vindicandum eſſe. Explicuit eum poſt *Sneedorfium*, quem laudavi ad *Dionyſium* I. *Köppen* in Anthol. gr. T. III. p. 177. Hunc libellum, pueris utili conſilio deſtinatum, cum haec ſcriberem, nanciſci non poteram; quod moneo, ne, ſi forte in eadem cum *Koeppenio* inciderim, ejus ſcrinia compilaſſe videar.

Quod ad deam attinet, quae hoc carmine laudatur, recte monuit *Graevius* in Lect. Hesiod. c. XIV. p. 70. sqq. ed. *Schrev.*, Nemesin deam fuisse creditam, quae omnes pro meritis acciperet, et ab improbis et insolentibus exigeret poenas; quod idem adjicit, eam bonos et modestos praemiis augere, minus verum videtur. Totam de Nemesi fabulam docte et acute persecutus est illustris *Herderus in den zerstreuten Blättern* T. II. p. 221. sqq. qui et hunc Hymnum vertit et passim illustravit p. 245. sqq. Recte hic docuit, Nemesin modestiae esse praesidem, eamque curare, ne superbiae et immoderatis cupiditatibus mortales indulgeant, sed in omnibus rebus temperantiam et quasi mensuram observent. Quae *Nitschius* in Lexico Myth. p. 1443. contra hanc sententiam monuit, non magni momenti sunt. De simulacris hujus deae disputavit *Wrisbergius* in Diss. cui titulus: *Nova et accuratior explanatio Nemeseon quarundam a Montefauconio collectarum*. Coburgi 1728. 4. Veterum loca collegit auctor sine dilectu, et res diversissimas temere miscens, omnem de Nemesi materiam obscuravit. — V. 1. πτερόεσσα. Nemesis alata fingitur, quia peccantes persequitur. Inprimis huc facit locus illustris *Ammiani Marcell.* XIV. 11. p. 59. qui quidem Nemesin cum Fortuna confudit, sed multa tamen habet, quae nostrum carmen mirifice illustrent: *Adrastia, quam vocabulo duplici etiam Nemesin appellamus: — quam theologi veteres fingentes Justitiae* (Δίκης) *filiam, ex abdita quadam aeternitate tradunt omnia despectare terrena. Haec ut regina causarum et arbitra rerum ac disceptatrix, urnam sortium temperat. — Eademque necessitatis insolubili retinaculo mortalitatis vinciens fastus* (κοῦφα φρυάγματα ἐπέχει) *tumentes incassum, et incrementorum detrimentorumque momenta versans, ut novit, nunc erectas mentium cervices opprimit et enervat* (γαυρούμενον αὐχένα κλίνει), *nunc bonos ab imo suscitans, ad bene vivendum extollit. Pinnas au-*

rem ideo illi fabulosa vetustas aptavit, ut adesse velocitate volucri cunctis existimetur: et praetendere gubernaculum dedit, eique subdidit rotam, ut universitatem regere per elementa discurrens, omnia non ignoretur. Nemesin Smyrnaeam, sive Nemeses potius, plures enim fuerunt, alis instructas fuisse, quae Rhamnusiae deae deerant, diserte tradit *Pausan.* l. 33. p. 82. Attigit haec cl. *Doeringius* de Alatis Imagg. p. 31. — βίου ῥοπά. quae facile inclinat et evertit vitae humanae statum. ῥοπὴ, *momentum, inclinatio*, in fortuna praecipue locum habet. *Lucian.* Demosth. Encom. §. 38. τῇ παραδόξῳ ῥοπῇ τῆς τύχης. Hinc talis articulus temporis et conditio, ubi vel minimum momentum valeat, ῥοπὴ vocatur ap. *Sophocl.* in Trach. 82. ἐν οὖν ῥοπῇ τοιᾷδε κειμένῳ. ubi bene *Schol.* ἐν κινδύνῳ καὶ ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἱσταμένῳ. Eodem sensu, pro conditione admodum dubia et periculi plena, acceperim in Fr. *Sophocl.* ap. *Stob.* LIX. p. 225. *Grot.* de nautis, λεπτῆς ἐπὶ ῥοπῆσιν ἐμπολὰς μακρὰς ἀεὶ παραῤῥίπτουσιν. In Oedip. Col. v. 1508. ῥοπὴ βίου est inclinatio vitae ad finem vergentis. — V. 2. Justitiae filia Nemesis, quae mortalibus justa retribuit, et quasi judicium et sententiam τῆς Δίκης sequitur. Eodem sensu *Plato* de L. L. IV. 417. D. πᾶσι γὰρ ἐπίσκοπος τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐτάχθη Δίκης Νέμεσις ἄγγελος. quem locum cum nostro comparavit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 616. — Vitiose ap. *Fellum* κυανῶ πιθεα legitur. — V. 3. κοῦφα. Hominum fastum et superbiam adamantino freno cohibes, vel ut *Ammianus* dixit l. c. *insolubili retinaculo mortalitatis vincis fastus.* Ap. *Orpheum* Hymno LX. dicitur παύειν πανεχθεῖς γνώμας, οὐχ ὁσίας, πανυπέρφρονας, ἀλιτροτάτας. Frenum tribuitur Nemesi in Ep. ἀδεσπ. CCLV. Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχει, τῷ τε χαλινῷ, Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν. Cum freno conspicitur in *Begeri* Thesauro Brandenb. T. II. p. 61. Bene junguntur ὁ χαλινὸς et τὰ κοῦφα φρυάγματα, quae *equis* proprie tribui solent, quod docuit

Spanhem. ad *Callim.* H. in Pall. 2. p. 605. qui etiam translatum hujus vocabuli usum attigit. Vide ad *Meleagri* Ep. XXII. p. 41. et ad *Philippi* Ep. LVII. Jungitur φρύαγμα et μεγαλαυχία ap. *Plutarch.* T. II. p. 1. C. φρύαγμα καὶ τύφος ap. *Aelian.* Hist. An. II. 10. *Aristaen.* II. 12. p. 90. — ἀδάμαντι. est pro ἀδαμαντίνῳ, ut h. v. laudans notavit *Spanh.* H. in Del. 107. p. 473. — V. 5. ὕβριν δ' *Fell.* *Aelian.* ap. *Suid.* v. Νέμεσις· Νεμέσεως ἐφόρου, τρόπους ὑπερόπτας καὶ ὑπερηφάνους κολαζούσης. *Nemesis, quae contra superbiam colitur.* *Macrob.* I. Sat. XXII. *Pausan.* p. 81. Nemesis, ἣ θεῶν μάλιστα ἀνθρώποις ὑβρισταῖς ἐστιν ἀπαραίτητος. — Mox φθόνος fortasse nihil aliud est, quam *arrogantia* in verbis et dictis, quam Nemesis poenis coërcet; nam κακὰς φωνὰς γράφεται, ut ait *Callimach.* H. in Cer. v. 57. Hoc sensu τὸν φθόνον cum Nemesi conjunxit Auctor Rhesi v. 342. Ἀδράστεια μὲν, ἁ Διὸς παῖς, εἴργοις στομάτων φθόνον. cum quibus conf. v. 456. φθόνον ἄμαχον ὕπατος Ζεὺς θέλοι ἀμφὶ σοῖς λόγοισιν εἴργειν. In his et similibus locis voc. φθόνος etiam de invidia deorum accipi potest, quae arrogantiam sequitur et coërcet, vix quidquam a Nemesi diversa. Hinc factum, ut passim *Invidia* confundatur cum Nemesi. — Fortasse tamen ap. nostrum sensus paulo altius latet. Qui insignem fortunam moderato animo ferunt, invidiam quodammodo placant, et mala adeo ex invidentia prognata a se arcent. Jam cum Nemesis illam nos modestiam et temperantiam doceat, τὸν φθόνον ἐκτὸς ἐλαύνειν dici poterat. φθόνον autem calamitates aut ab invidis osoribus aut a fortunae invidia illatas significare, multis exemplis allatis docuit *Wernsd.* ad Himer. p. 559. — Ceterum verba ἐκτὸς ἐλαύνειν omittit Cod. Parisin. — V. 7. Rota Nemesi, sicuti Fortunae, additur, ut subita rerum humanarum conversio significetur. *Claudian.* de Bello Getico v. 630. de superbia conjugis Alarici agens, quae *Coeperat et pulcras jam fastidire Lacaenas. Sed dea quae nimiis obstat Rhamnusia*

votis, *Ingemuit flexitque rotam.* ubi *Gesnerus* nostrum locum comparans, verbum *ingemuit* minus recte interpretatur. *Nonn.* Dionys. XLVIII. p. 1270. *καὶ τροχὸς αὐτοκύλιστος ἔην παρὰ ποσσὶν ἀνάσσης, Σημαίνων, ὅτι πάντας ἀγήνορας εἰς πέδον ἕλκει Ὑψόθεν εἰλυφόωσα δίκης ποινήτορι κύκλῳ, Δαίμων παντοχμάτειρα βίον στροφόωσα πορείην.* Cum rota conspicitur in nummis Smyrnaeorum et Byzantinorum. *Tristan.* II. p. 366. et ap. *Montefalc.* T. I. II. c. VIII. p. 307. — V. 7. *ἀστιβὴς* plerumque de via usurpatum, in qua nullum vestigium apparet, h. l. significatione transitiva de rota accipiendum, quae celeri levique motu nullam impressionem facit. Pertinet hoc ad celeritatis significationem, ut in illis cursorum descriptionibus, qui — *vel mare per medium fluctu suspensa tumenti ferunt iter, celeres nec tingunt aequore plantas* — quibus multa similia apud veteres prostant, quae collegit *Rittersh.* ad *Oppian.* I. Cyneg. 231. p. 25. — V. 8. *χαροπά.* Cum Nemesis rotam vertit, secunda hominum fortuna in adversam mutatur. — V. 9. *λήθουσα.* Hunc versum cum duobus seqq. laudat *Synesius* Epist. XCIV. p. 235. et hinc *Suidas* in *Νέμεσις* T. II. p. 606. et in *ὑπὸ πῆχυν* T. III. p. 558. Loco priore laudat paroemiam: *Νέμεσις δέ γε παρ πόδα βαίνει.* quam *Mesomedes* respexit, nisi paroemia ex hoc ipso loco orta est. Cf. *Diogen.* VI. 80. — Quae alii ipsi *Δίκῃ* tribuunt, quae *raro antecedentem scelestum Deseruit pede claudo*, ut est ap. *Horat.* II. Carm. II. 31. 32. et *Tibull.* I. 10. 4. *Sera tamen tacitis Poena venit pedibus* — et quae his similia laudantur ap. *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 17. — ea eandem ob causam ad Nemesin referuntur. *Phurnutus* de diis p. 13. *Νέμεσις δὲ ἀπὸ τῆς νεμέσεως προσηγορεύθη. Ὄπις δὲ ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ὄπισθεν* (f. *βαίνουσα* vel *ἐρχομένη* inserendum) *καὶ παρατηρεῖν τὰ πραττόμενα ὑφ' ἡμῶν καὶ κολάζειν τὰ κολάσεως ἄξια.* — V. 10. *γαυρούμενον αὐχένα κλίνεις.* *erectas mentium cervices opprimis*, ut vulgo ap. *Ammia-*

num legitur, sed inepte; *erectas mortalium cervices* dedisse videtur. Superbum ab erecto capitis statu designat *Horatius* III. Carm. XVI. 19. *jure perhorrui Late conspicuum tollere verticem.* *Philo Jud.* p. 252. F. ἀκροβατεῖ τε γὰρ καὶ τὸν αὐχένα μετέωρον ἐξαίρει φρυαττόμενος καὶ πλέον τῆς φύσεως ἐπῆρται καὶ περφύσηται *Julian. Aegypt.* Ep. XII. κλίνας αὐχένα γαῦρον. *Rufin.* Ep. XXXVII. ποῦ δ' ὀφρύες, καὶ γαῦρα φρονήματα, καὶ μέγας αὐχήν. Ap. *Nonnum* Dion. XLVIII. p. 1270. Diana invenit Nemesin, ὅτη παρὰ γείτονι Κύδνῳ Παῦσε Τυφαονίης ὑψαύχενα κόμπον ἀπειλῆς. — Usque ad hunc versum Hymni initium laudat *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 473. — V. 11. βίοτον κρατεῖς legitur ap. *Synesium* et *Suidam.* Verior est lectio cod. Paris. μετρεῖς. Metiendi instrumentum est ὁ πῆχυς, non cohibendi. Nemesin mensuram sublato brachio indicare, satis notum; eam vero regulam sive mensuram manibus tenere negabat *Winkelm.* Monim. ined. T. II. p. 31. a quo discrepat *Herderus* l. c. p. 244. Docebat hoc gestu mensuram in omnibus rebus servandam esse. Vide ad *Straton.* Ep. XXXV. Quaedam huc pertinentia dedit *Reinesius* in Var. Lect. L. III. 15. p. 573. sq. — V. 12. Nemesis oculos dejicit, quod est modestiae; et in sinum spectat, ut doceat, modestiam ex cognitione sui nasci. Haec interpretatio mihi videtur verior, quam ea, quam *Winkelmannus* dedit, qui significari putat, Nemesin etiam abditiora spectare. Potest tamen et ad ritum respici, quem *Winkelmannus* quoque attigit, quod ii, qui invidiam a se avertere cuperent, ter in sinum inspuerent. *Plinius* H. N. XXVIII. 7. p. 450. *Veniam quoque a deis spei alicujus audacioris petimus in sinum spuendo.* ubi vide quae *Harduinus* dedit; et *D. Herald.* ad *Martial.* VI. p. 124. Hinc *Strato* Ep. LXXI.:

ὡς ἀγαθὴ θεός ἐστι, δι' ἣν ὑπὸ κόλπον, Ἄλεξι,
πτύομεν, ὑστερόποδον ἀζόμενοι Νέμεσιν.

— V. 13. ζυγόν. Jugum cur tribuatur deae, quae su-

perbas mortalium cervices deprimere dicitur, facile intelligi potest. *Pseudo-Orpheus* in H. in Nemes. LX. 5. ἣν πάντες δεδίασι βροτοὶ ζυγὸν αὐχένι θέντες. An in priscis monimentis cum jugo conspiciatur, dubito. — V. 14. δικασπόλε. In eodem Hymno v. 9. Ἐν σοὶ δ' εἰσὶ δίκαι θνητῶν, πανυπέρτατε δαῖμον. — V. 16. αἰδομένα φθιτῶν. Cod. reg. quod *Burettus* emendavit. — V. 17. πάρεδρον Δίκαν. Simul cum Nemesi Justitia colitur propter munerum similitudinem. Junguntur ab Anonymo ap. *Suidam* v. Νέμεσις· τὴν τῶν ἀλαζόνων τιμωρὸν Νέμεσιν συνέντες, ἥπερ αὐτοὺς μετῆλθε σὺν τῇ Δίκῃ. In *Hesiodi* Ἔ. καὶ Ἡ. 198. copulatur cum Αἰδοῖ, quae ipsa parum diversa est a Modestia illa, quam Nemesis commendat. In Inscriptione ap. Gudium p. LV. nr. 13. Δεσποίνῃ Νεμέσει et συννάοις θεοῖς ara dedicatur; inter illos συννάους etiam *Justitiam* fuisse, non improbabile. Nostrum locum attigit, non illustravit *Arnald.* de diis Assess. p. 103. — Pro Δίκαν Cod. reg. νίκαν habet. — Δίκη alata alibi non occurrit, sed eandem ob causam alis instructa existimabatur, qua Nemesi alae tribuebantur. — V. 19. Egregie hunc locum explicavit *Herderus* l. c. p. 247. Justitiam in gratiam hominum excelsioris ingenii, qui magnas res, vel spretis modestiae praeceptis, appetant, Nemesios severitatem mitigare, eosque magnanimos heroas filiae suae poenis et Tartaro, superborum et violentorum ingeniorum carceri, subtrahere. μεγαλανορίαν de magnis inceptis et magnanimis sensibus usurpavit *Pindarus* Nem. IX. 57. μεγαλανορίαις ἐμβαίνομεν ἔργα τε πολλὰ μενοινῶντες. Ejusmodi indolis homines — *ultra quam satis est virtutem qui petunt*, excelsarum rerum studio et amore incitati, Nemesios poenis obnoxii sunt; sed quia omnia studia sua ad honestatis finem dirigunt, Justitia eos tuetur. — In Cod. Parisino est ἀφαιρεῖς. — Versus in hoc Hymno sunt anapaestici dimetri; partim paroemiaci; aliis in fine subjectus est jambus.

II. Anacreonticum hoc carmen, quod in Planudea p. 378. St. 517. W. in feptem verfus diftinctum legitur, numeris fuis reftituit *Salmaf.* in Scr. Hift. Aug. T. I. p. 263. Verfus funt trochaïci, partim catalectici, partim acatalectici. In fine aliquid deeffe fufpicatur *Huetius* p. 36. Agitur de inventione vitri, de quo *Plinius* H. N. XXXVI. 65. p. 758. Hiftoriam vitri ap. Hebraeos perfecutus eft *Michaëlis* in Comment. Soc. Reg. an. 1754. T. IV. p. 57. fqq. In noftro carmine ὕαλος eft vitri maffa, quae in terra nafcitur; cujus generis vitrum commemorat *Diodor. Sic.* II. 15. p. 129. nifi hic fcriptor fal foffile, quod in Aethiopia nafcitur, et ab *Herodoto* III. 24. ὕαλος vocatur, cum vitro confudit. Vide *Schneider.* in Lex. Gr. crit. v. ὕαλος. *Brodaeus* h. l. filicem fluviatilem candidum et pellucidum, unde vitrum conficitur, intelligit. — ¶. 293.] V. 4. ὡς εἰδ. ferrum effe videbatur, quod vitrum erat. — V. 7. ἔκπυρον μένειν. Vulgo. — V. 8. βροτοῖσιν fcripferim. — V. 12. ἀκμαὶ χηλέων. Aciem forcipum interpretatur *Brodaeus*, quibus candens et emollitus lapis a vitriario fcinditur. — In fine βέλτιον ap. *Salmafium*, typothetarum, ut videtur, errore.

III. „Salmafius ad Script. Hift. Aug. T. I. p. 263. „fed uno verfu, qui hic octavus eft, multatum, quem „ex alia editione fupplevi, quae habetur in fratrum „Gujonorum vitae initio." *Br.* Legitur in Vat. Cod. p. 624. In forma Sphingis defcribenda poëtae et mythographi in varia difcedunt. *Palaephat.* fab. VII. σῶμα μὲν ἔχειν ὡς κυνὸς, κεφαλὴν δὲ καὶ πρόσωπον κόρης, πτέρυγας δὲ ὄρνιθος, φωνὴν δὲ ἀνθρώπου. Poëticum fontem agnofcimus in defcriptione *Apollodori* III. 5. 8. p. 200. εἶχε δὲ πρόσωπον μὲν γυναικὸς, στῆθος δὲ καὶ βάσιν καὶ οὐρὰν λέοντος καὶ πτέρυγας ὄρνιθος. His ad comparationem ufus eft *Seneca* in Oedip. 95. *Cumque e fuperna rupe jam praedae imminens, Aptaret alas verbere, et caudam movens, Saevi leonis more, conciperet minas.* *Eurip.* Phoeniff. 1030.:

Ἔβας, ἔβας, ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευμα
νερτέρου τ' Ἐχίδνας — —
μιξοπάρθενος, δάϊον τέρας
φοιτάσι πτεροῖς, χαλαῖσί τ' ὠμοσίτοις.

— V. 2. νόθον ἴχνος. alienum, mutuo acceptum. Vide *Rittersh.* ad *Oppian.* I. Hal. 323. et quae not. ad *Cyllenii* Ep. I. — V. 3. πτερόεσσα. *Sophocl.* Oed. Tyr. 508. φανερὰ γὰρ ἐπ' αὐτῷ πτερόεσσ' ἦλθε κόρα. Vide *Valcken.* ad *Eurip.* Phoeniss. p. 372. — V. 5. τὸ δ' ὄπισθεν. Vat. Cod. et Salm. — V. 10. φ. ἔχειν ἄ. κεκραμένα. et mox μεμιγμένα. Cod. Vat. εἶχε est ex corr. *Salmasii.* — Natura plurium animalium in hoc monstro confusa, et ex imperfectis partibus totum compositum est.

PISANDRI RHODII

EPIGRAMMA.

Vid. T. I. p. 49.

CALLICTERIS EPIGRAMMATA.

T. II. p. 529.] I^a^. Vat. Cod. p. 92. Καλλικτέρος. Sine auctoris nomine legitur ap. *Suidam* in βινεῖν T. I. p. 433. Huic disticho sequens Epigr. praefigendum censebat *Toup.* in Cur. sec. p. 183. a cujus sententia equidem longissime absum. Utrumque enim per se absolutum est, neque alterum ab altero pendet. — V. 1. ἀδό. Vat. Cod. et *Suid.* Paulo durius ad αἰτῇ repetivit τὸ βινεῖν; neque tamen propterea aliquid intercidisse existimes. Vulgaris ratio ferret: ἀλλ' ὅταν αἰτώμεσθα χαλκὸν, τὸν τοῦ βινεῖν μισθόν. Verbum αἰτεῖν hoc sensu attigimus ad *Asclepiad.* Ep. I. T. I. P. II. p. 21. — πικρότερον ἐλλεβόρου. *Catull.* XCIX. 13. *Suaviolum tristi tristius helleboro.*

T. 294.] I. Vat. Cod. p. 95. Κιλλίκτορος. Magis etiam depravatum nomen in Miscell. Lips. IX. nr. 290. p. 114. in Κιλλιίκτορος. — V. 1. „In Cod. scriptum „κεῦρα τὰ κ. claudicante metro. Reposui ἐὰ κέρματα. „Emendari etiam potuisset τὰ ἃ κέρμ.“ *Brunck.* Sensus esse videtur: Naturae debetur, quod virgo amplexus suos pluris vendit, non arti, quae in virgine, amoris rudi, nulla est.

II. Vat. Cod. p. 552. Praecedit carmen Καλλικτῆρος (quod in Anal. *Nicarcho* tribuitur), huic autem disticho adscriptum Πειρου. et proxima linea τοῦ αὐτοῦ. In Plan. p. 150. St. 217. W. Καλλικήρου. Facetum carmen in Rhodonem quendam medicum, non lepram tantum medicamentis, sed quaecunque alia sine medicamentis, manibus nimirum rapacibus, tollentem. — V. 1. φαρμάκνισι. Vat. Cod. — χοιράδες. glandulae induratae, in cervice inprimis, strumae. Vide *Foesii* Oecon. Hippocr. v. p. 409. *Bernard.* ad *Theoph. Non.* c. CXXIV. p. 378.

III. Vat. Cod. p. 507. „Titulus in Vat. Cod. Καλ„λικτῆρος Μαντινίου. Non dissimilis sententiae est Parme„nionis Epigramma, seu Epigrammatis fragmentum, „quod dedi supra p. 177.“ *Br.* In Plan. p. 179. St. 262. W. Παρμενίωνος est. Scriptum in maritos, qui impudicae uxoris quaestu aluntur. *Ovidius* II. Amor. IV. 45. virum monens, ne nimis sit severus conjugis custos, *cole,* inquit, *quos dederis (multos dabit) uxor amicos. Gratia sic minimo magna labore venit. Sic poteris juvenum convivia semper inire, Et quae non dederis, multa videre domi.* Inter argumenta Satyrae etiam hoc recensetur ap. *Juvenal.* I. 55. *Cum leno accipiat moechi bona — doctus spectare lacunar, Doctus et ad calicem vigilanti stertere naso. Auson.* Ep. XC. *O quantus fiet quaestus utrinque domi! Quum dabit uxori molitor tuus, et tibi adulter. Quanti deprensi damna pudoris ement.* — 'Αμαλ-

θείας κέρας. — εἴρηται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀφθόνως τισὶ παρεχομένων τὰς τοῦ πλουτεῖν ἀφορμάς· ἐπεὶ καὶ ὁ τὸ κέρας τῆς Ἀμαλθείας ἔχων, πᾶν ὃ ἐβούλετο ἀφθόνως ἐλάμβανεν. *Zenob.* II. Cent. 48. p. 40. Plura hujus generis cumulavit *Lucian.* de Merced. Cond. c. 13. T. III. p. 230. ed. Bip. Κεκράτηκας οὖν, ὦ μακάριε, καὶ ἔστεψαι τὰ Ὀλύμπια· μᾶλλον δὲ, Βαβυλῶνα εἴληφας, ἢ τὴν Σάρδεων ἀκρόπολιν καθῄρηκας, καὶ ἕξεις τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. Fabulam, unde hoc adagium exortum, attigit *P. Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* IV. p. 281. Ex ejusmodi lusu de maritis, suarum conjugum lenonibus, orta fortasse appellatio ludicra ἀνδρὸς κεραςφόρου, de qua infra agetur ad *Lucillii* Ep. IX.

ERYCII CYZICENI EPIGRAMMATA.

¶. 295.] *I.* Vat. Cod. p. 159. Ad *Suidam*, qui v. 3 – 5. profert in δωδεκαδώρῳ T. I. p. 622., hoc Epigramma edidit *Kusterus*. *Reisk.* in Anth. nr. 408. p. 6. Pastores Arcades Pani bovem immolant, hostiaeque cornua platano affigunt. — Corydon *Erycii* et Glaucon, Ἀρκάδες ἀμφότεροι, *Virgilii* Corydonem et Thyrsiden nobis in mentem revocant, *Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo* (Eclog. VII. 7.). — V. 2. τὸν κεραὸν δαμάλην. Vat. Cod. a pr. man. Ab altera manu emendatum: τὴν κεραὴν δάμαλιν. Prius dedit *Kusterus*. τὴν κεραὸν δαμάλην. *Reisk.* — V. 3. φιλωρείτᾳ. Vat. Cod. i. e. φιλωρείτᾳ, ut recte emendavit *Reisk.* nam *Kusterus* φιλορείτᾳ dedit. Pana οὐρεσιφοίτην significat. *Suidas* hunc locum satis depravate exhibet sic: Κυλλήνιον ἀνερύσαντες ἔῤῥεξαν κ. ο. δ. κ. ἄλλῳ μ. π. π. ἔπαξαν. *Reiskius* κὰδ ἐρύσαντες uno vocabulo. Vid. *Homer.* Il. κ. 459. Il. θ. 325. et passim. — V. 4. δωδε-

καὶ. κέρα. Ducta haec videntur ex *Homer.* Il. δ. 109. τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει. Mireris cornua bovis duodecim palmorum. — V. 5. ἄλλῳ. Cod. Vat. et Suid. In margine Cod. adpictum, ut passim in locis obscuris, ζτ. i. e. ζήτει. Verum vidit *Salmasius*, ex cujus emendatione ἀλῷ venit in apogr. Guyet. et Ruhnk. Nec aliter *Kuster.* edidit. Eodem vitio laborantem versum *Leonidae Tar.* Ep. XXXII. ubi vulgo legitur: τὰ δ' ἐκτάῤῥιζα μετώπων φράγμαθ' ὑπὲρ κραναῶν ἄλλος ἔπαξε πίτυν, emendare conati sumus, scribentes: ἅλος ἔπαξε πίτυν. De more venatorum ferarum exuvias arboribus affigendi quaedam dedit *Schol. Aristoph.* Plut. v. 944. ἔθος ἦν τοὺς θηρῶντας τινα ἄγραν μέρος τι τοῦ θηρευμένου, κεφαλὴν ἢ πόδα, προσηλοῦν πασσάλῳ ἐπί τινος δένδρου εἰς αὐτὴν τὴν ὕλην, πρὸς τιμὴν τῆς Ἀρτέμιδος. quem locum non neglexit, ubi de hoc more egit, *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* H. in Dian. v. 105. p. 248. nec *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* IV. 22. p. 268. Alios laudavit *Burmannus* ad *Propert.* L. II. XV. 17. ubi fortasse scribendum:

Ipse ego venabor, jam nunc me sacra Dianae
Suscipere, et Fauno ponere vota juvat.
Incipiam captare feras, et reddere pinu
Cornua, et audaces ipse monere canes.

nam sensus, quem vulgatae, *et Veneri ponere vota juvat*, subjiciunt, vix verus. *Longus* L. II. p. 57. ed. Vill. τὰ δὲ δέρας κέρασιν αὐτοῖς ἐνέπηξαν τῇ πίτυϊ πρὸς τῷ ἀγάλματι, ποιμενικὸν ἀνάθημα ποιμενικῷ θεῷ. Posteriora praeclare respondent verbis *Erycii:* νομίῳ καλὸν ἄγαλμα θεῷ. Idem enim h. l. ἄγαλμα, quod ap. *Longum* ἀνάθημα est.

II. Vat. Cod. p. 184. Edidit *L. Holstenius* ad *Stephan. Byz.* in Τυμώλου p. 332. Repetivit, nonnullis emendatis, *Toup.* in Emend. ad Suid. p. 291. Anthol. Reisk. nr. 483. p. 36. Gallus furoris instrumenta matri deûm dedicat. Conf. *Philipp.* Ep. VI. Ep. ἀδέσπ. CLXXIV. — V. 1. 2.

V. 1. 2. laudat *Suidas* in Γάλλος T. I. p. 466. ubi est χαιτήεις, ut *Holsten.* edidit et *Reisk.* Vat. Cod. χαιταεις. — ὁ πρὸ Τυμώλου praestat ap. Guyet. et Ruhnk. In marg. ap. Lips. ὅς πρὸ Τυμώλου, quam pro Cod. lectione nobis venditat cl. *Brunckius.* Sed in membranis est ὠπρητυμώλου, unde *Holsten.* et *Reisk.* ὁ 'πὸ Τυμ. dederunt. *Toupius* probavit lectionem *Suidae* ὅς ποτε Τμώλου. *Steph. Byz.* Τύμωλος· οὕτως ὁ Τμῶλος κατὰ ποιητικὸν σχηματισμόν. — νεήτομος. Poëta anonymus l. c. τὸν ἐν νεότητι μανέντα. — V. 2. μακρὸν ὀλολ. *Suid.* — V. 3. λαπάρα σαιταρίῳ. Vat. Cod. λαπαρον σαιταρίῳ. Ap. Lips. *Reiskius*, cum in schedis Lacroz. Σαγγαρίῳ reperisset, hunc locum sic restituit, ut hic legitur. Idem in fine versus ταύτᾳ legit, ne tautologia esset in ταῦτα et τάδε. Tautologiae cavit *Toupius*, mutata distinctione: Matri deûm Gallus dedicat haec: primum tympanum —. — V. 4. μάστιν. τὴν μάστιγα. *Hesych.* *Homer.* Od. ο. 182. Figuram flagelli ἀστραγαλωτοῦ exhiberi apud *Winkelmann.* in Monim. ined. T. II. p. 8. *Schneiderus* notavit. Plurimum huc facit *Plutarch.* T. II. p. 1127. Οὐδὲ μάστιγος ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτοῦ ἐκείνης, ᾗ τοὺς Γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μητρῴοις κολάζουσι. *Appulej.* Metam. VIII. p. 185. ed. Bip. *Arrepto denique flagro, quod semiviris illis proprium gestamen est, contortis taeniis lanosi velleris prolixe fimbriatum, et multijugis talis ovium tessellatum, indidem sese multimodis commulcant ictibus.* Parthorum reges saepe eos, quos ad coenam invitaverant, ῥάβδοις καὶ ἱμᾶσιν ἀστραγαλωτοῖς caedi jubebant, secundum *Athen.* L. IV. p. 153. A. De ejusmodi flagellis alia quaedam dederunt *Kuhn.* et *T. Hemsterh.* ad *Polluc.* X. 54. p. 1210. — V. 5. *Suidas* in ὀρειχάλκου T. II. p. 711. ὁ διαυγὴς χαλκός· ὁ δόκιμος. ταῦτ' ὀρειχάλκου λ. κ. κ. μ. β. θῆκατο. In ap. Lips. ταῦτα δ' ὀρ. Sed id, quod dedit *Br.*, membranae praestant. —

V. 6. ἄρτι. Vat. Cod. quod emendatum in marg. ap. Guy. — ἀνακαυσάμενος Vat. Cod. quod temere in ἀναπαυόμενος mutarunt ſive deſcriptores ſive editores, praeter *Holſtenium*. Sic Ep. ἀδέσπ. σοὶ τάδε θῆλυς Ἄλεξις ἑῆς οἰστρήματα λύσσης Ἄνθετο, χαλκοτύπου παυσάμενος μανίης.

III. Vat. Cod. p. 190. Edidit *Kuſterus* ad *Suidam* T. II. p. 120. ubi v. 5. legitur cum parte verſ. quarti in ἐξόν. Anth. *Reisk.* nr. 505. p. 47. Paſtor tauri cornu arbori affigit. — V. 1. *Suidas* in Οὐμβρακιώτης βουμολγός. κύριον. ad hunc verſum reſpexit, quem integrum una cum ſequ. protulit v. κόλον T. I. p. 339. ubi δίστιχα et κλάσσας. — κόλος. πηρός. κολοβός. *Heſych.* Hinc κόλον δόρυ ap. *Homer.* Il. π. 117. Magis huc facit *Theocrit.* Eid. VIII. 51. ubi paſtor ad hircum: ὦ 'θ' ὦ κόλε. κόλος λέγεται ὁ μὴ ἔχων κέρατα. *Schol.* — V. 2. κλάσσεν cum membr. dedit *Kuſterus.* κλᾶσεν *Reisk.* — In tauros a grege aberrantes, hoc eſt ἀτιμαγέλους, animadvertentem Pyrrhum nobis repraeſentavit *Philoſtrat. Jun.* Imag. I. p. 864. αἰπολίοις τε καὶ βουσὶν ἑαυτὸν ἐφίστησιν, ἐπαυχενίζων τοὺς ἀτιμάζοντας τὴν ἀγέλην ταύρους. ad quem locum nonnulla notavimus in Exercitt. crit. p. 120. ſq. — V. 3. *Suidas* T. II. p. 334. (in κνημοὶ ἐξοχαὶ τῶν ὀρέων.) tuetur lect. membr. χαράδρας. *Reiskius* χαράδρους dedit. Interpretatio vocabuli κνημοὶ, quam *Suidas* dedit, huic loco non convenit. Sunt potius loca confragoſa in anguſta valle, per quam fluvius ferebatur. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XXXII. p. 91. — λασίους. arboribus et arbuſtis conſitas ripas. *Marianus* Ep. III. ποταμὸς λασίην παραμείβεται ὄχθην. In denſam ſylvam ἐς τὸ λάσιον dicit *Lucian.* T. III. p. 50. 41. ed. *Reiz.* — V. 4. ἐπ' ἠϊόνι. *Suid.* — V. 5. Membranarum lectioni ψυχόμενον male *Kuſterus* praetulit ψηχόμενον. Noſtrae lectioni ſatis patrocinatur *Apollon. Rhod.* L. II. 870. Κεῖτο γὰρ εἰαμενῇ δονακώδεος ἐκ ποταμοῖο Ψυχόμενος λαγόνας τε καὶ ἄσπετον ἰλύϊ νηδὺν Κάπριος ἀγριόδων. — V. 6. ἐκ παγίων. Vat. Cod. In marg. ap. Guy. et

Ruhnk. ἐκπάγλως notatur, quod etiam *Kusterus* protulit. *Reiskius* duas conjecturas expromsit: ἐκ ταχέων et ἐκποτίων. Hanc magis probavit: *Evolans e cubili suo. Toupius* in Em. in Hesych. P. IV. p. 162. correxit ἐκ παγᾶν. *ex fluvio, ex aquis.* Sed omnium conjecturis longe praeferenda est lectio ἐκ πλαγίων ap. *Suidam*, qui h. v. et seq. laudavit in βοώτης T. I. p. 449. *Taurus in pastorem impetum e transverso fecit, latus ejus cornibus petens*, ut ille taurus ἀτιμαγέλης ap. *Theocrit.* Eid. XXV. 144. ἐπέφουσεν ἐϋσκόπῳ Ἡρακλῆϊ Χρίμψασθαι πετὶ πλευρὰ κάρη. De apris *Pollux* V. 80. εἰ πλαγίως τοῖς ὀδοῦσι θίγοι. *Xenoph.* de R. Equ. VI. 6. ἐκ πλαγίου δὲ ἵππος ἐθισθεὶς παράγεσθαι. — ¶. 296.] V. 7. »Edidit *Kuster* h. c. ad Suidam II. »120. e quo plura in hoc carmine emendata, et praeser-»tim v. 7. ἀπεκράνιξε, quod Kuster non observavit. Male »in cod. scriptum ἀπεκράνιζε.« *Br.* In apogr. Spalett. ἀπεκράνιξε scriptum. *Suid.* T. I. p. 252. ἀπεκράνιξε. τῆς κάρας ἀπεχώρισεν. Ὁ δὲ ῥοπάλῳ κ. τ. λ. In descriptione monomachiae Herculis cum Acheloo *Philostr. Jun.* Icon. IV. p. 869. ὁ δὲ λαιᾷ τοῦ δεξιοῦ λαβόμενος, κέρας θάτερον τῷ ῥοπάλῳ τῶν κροτάφων ἐκπρυμνίζει. — Mox haesit *Reiskius* in αὐτᾶς, in qua voce et *Salmasius* offendens αὖ τᾶς conjecit, satis frigide. Lipsiensis editor αὔας emendavit, quod mihi quoque verum videtur. *Philostr.* II. Icon. XVI. p. 851. ὁ δὲ (λαγὼς) ἐκκρεμάμενος τῆς αὔας δρυὸς — οἰκότητα κατηγορεῖ τοῦ κυνός.

IV. Cod. Vat. p. 394. sq. Anth. Plan. p. 96. St. 141. W. Elegans inter pastores de ligneo Herculis simulacro dialogus. Positum erat hoc signum prope stabula, ut in Ep. ἀδεσπ. CCLXXXIX. Erat enim Hercules inter deos pastoritios, et propterea nonnunquam cum Mercurio jungitur; in quam rem *Arnaldus* de diis Affess. p. 137. nostrum Epigr. laudat et *Antip. Sidon.* Ep. XXVIII. Vide quae notavimus ad *Leonid. Tar.* Ep. XXIX. p. 87. sq.

— V. 1. τῶ Vat. Cod. — V. 3. λησυτωτάλα Vat. Cod. λεοντομάχαν Herculem appellavit *Theocrit.* Ep. XIX. — οὐδὲ τὰ τόξα. Optime *Schneiderus* correxit:

οὔ τυ τὰ τόξα —

Arcum et sagittas Herculi tribuit *Homer.* Il. E. 392. Od. Θ. 224. Λ. 615. sq. et plurimi veterum. Clava et leonis exuviis eundem primus instruxisse dicitur *Stesichorus* ap. *Athen.* XII. p. 512. F. *Pisandro*, sive quicunque alius Heraclearum auctor fuerit, hoc deberi affirmat *Strabo* XV. p. 1009. B. — V. 5. ἀγριέλαιον. Clavam ex oleastro Hercules gerit ap. *Theocrit.* XXV. 257. Apud eundem XVII. 30. Alcmenae filius inter deos receptus, cum in thalamum redit, Alexandro τόξον ἴδωκεν, ὑπωλένιόν τε φαρέτρην, τῷ δὲ (Ptolemaeo) σιδάρειον σκύταλον κεχαραγμένον ὄζοις. — V. 5. *Brunckius* hoc distichon eidem tribuit, qui v. 1. 2. loquens inducitur. Nescio quam recte. Mihi quidem preces ei potius convenire videntur, qui Herculi lacte libare fingitur. — λαμπαδηφόρε βουθοίνας vocatur ap. *Apollon. Rhod.* L. I. 121. et in Ep. ἀδεσπ. CCLXXXIX. Conf. Ep. CCLXXXVII.

V. Cod. Vat. p. 488. Εὐρυκίου. Plan. p. 336. St. 446. W. Pan venatores et aucupes hortatur, ut ipsum colant, praesens omnibus promittens auxilium. Expressum carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. XVII. ubi vide not. Cf. etiam Ep. ἀδεσπ. CLXXIII. — V. 1. θηροβολῆτε. Aldin. pr. et Ascens. — V. 2. Π. ὀρειβάτην νεισσόμενοι. Vulgo. ὀρειβάταν Πᾶνα habemus ap. *Alcaeum Mess.* Ep. XII. et passim. Nostra lectio est in membr. ubi tamen νεόμενοι exhibetur. — V. 3. νοῖτε. ter Plan. quod ut reliqua e Cod. Vat. emendatum.[a] *Br.* — V. 4. ἴξευτα Vat. Cod. quod fortasse servandum erat. — λαθροβόλῳ. *Petron.* c. CIX. *Ecce etiam per antennam pelagiae consederant volucres, quas textis arundinibus peritus artifex tetigit.* Arun-

do λαθρέβολος eadem, quam *crescentem arundinem* vocare solent poëtae latini. Vide *Wernsdorf.* Poët. Min. T. I. p. 132. — V. 5. ἐπιβόσκετο. Vat. Cod. a pr. man. — ἄγραν ad venationem retulerim, cui canes adhibentur. *Schneidero* olim in mentem venerat

οἶδα ποδάγραν

quod blanditur. ποδάγραν cum δόνακι et λίνοις conjunxit *Leonid. Tar.* Ep. XII. ubi vid. not.

VI. Anth. Plan. p. 338. St. 478. W. Priapum, in Hellesponti litore prope Lampsacum collocatum, poëta monet, ut, hominum frequentiam erubescens, partem pudendam velet. Hoc quoque carmen, ut omnia *Erycii*, elegantissimum. — V. 1. τετυλωμένον. Etymol. M. p. 100. ἀναφλᾷν. χειροτριβεῖν τὸ αἰδοῖον ταῖν χεροῖν ἀναφλᾷν καὶ ἀνακλᾷν Ἀριστοφάνης ἐν Ἀμφιαράῳ λέγει. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τύλος τὸ αἰδοῖον, ὅθεν καὶ Φερεκράτης τὸ γυμνοῦν αὐτὸ τῇ χειρὶ ἀποτυλοῦν εἶπε. Vide *Interpp. Hesych.* in ἀποτυλῶσαι. Lusus in Priap. LXXX. *Priape, quod sis fascino gravis tento, Quod exprobravit hic tibi suo versu Poëta noster, erubescere hoc noli.* — V. 3. ἔχει σε δίψα γυναικῶν. *Oppian.* Hal. L. III. 56. ἕλκονται τεκέων τε μόγῳ, δίψῃ τ' Ἀφροδίτης. ubi vide *Rittersbus.* qui nostri loci non immemor fuit. — V. 3. σπαργᾷς. libidine tumes. Hoc verbum illustrans *Ruhnk.* ad Tim. p. 234. nostrum versum expromsit, θυμὸν ἅπαντα πόθοις legens, quod fortasse verum. Vulgata certe lectio πόροις nihili est, nec *Brodaei* interpretatio admitti debet. *Jos. Scaliger* in not. msc. θόροις proponebat, parum eleganter. Mihi in mentem venit legere:

θυμὸν ἅπαντα παρείς.

θυμὸν παρεῖναι eodem sensu dicitur, quo ἡνίαν θυμῷ ἀφιέναι ap. *Achill. Tat.* VI. p. 406. ἀποχέσας δὲ ἂν ἤλπισεν. ἀφήκατο τῷ θυμῷ τὰς ἡνίας, ut h. l. correxit *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 61. — V. 6. χλαμύδι. Talia in Lusibus Priapus hortatur castiores Ep. I. – *ruber hortorum custos,*

membrosior aequo, Qui tectum nullis vestibus inguen habet. Aut igitur tunicam parti praetende tegendae, Aut quibus hanc oculis adspicis, ista lege. Priapus nonnunquam fingebatur poma in vestimenti sinu ferens. *Petronius* c. LX. *Priapus gremio satis amplo omnis generis poma et uvas sustinebat, more vulgato.* — V. 7. Non in montium et sylvarum solitudine collocatus es, sed in loco celeberrimo. *Strabo* XIII. p. 881. A. ἡ Λάμψακος ἐπὶ θαλάττῃ πόλις ἐστὶν εὐλίμενος καὶ ἀξιόλογος, συμμένουσα καλῶς. Idem de Priapo in illis regionibus culto tradit p. 879. B. Adde *Schol. Theocrit.* Eid. I. 21. *Pausan.* L. IX. 31. et quae collegit *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 551.

¶. 297.] *VII.* Cod. Vat. p. 451. Nemo, quod sciam, hoc carmen ante *Brunckium* edidit. Narratur historia de hirco, qui vigilantia sua gregem a lupi impetu servaverat. — V. 1. Κλήσων nomen in Graecia pervetustum. Clesonis filius Pylus Lelegum coloniam duxit in Messeniam ibique Pylos condidit. *Pausan.* IV. 36. p. 371. et VI. 22. p. 509. — πάννυχος. Vat. Cod. a pr. man. — V. 2. φριμάσσεσθαι de hircorum balatu *Theocrit.* Eid. V. 141. φριμάσσεο πᾶσα τραγίσκων Νῦν ἀγέλα. *Longus* L. I. p. 11. τράγος ἀλγήσας φριμαξάμενος εἰς φυγὴν ἐτράπετο. De cane *Oppian.* Cyneg. I. 490. αὐτὰρ ἐγ' αἶψα 'Ωρέσθη, φριμάα τε λαγωεῖης ὑπ' ἀϋτμῆς. Plura reperies ap. *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 226. Adde *Oudend.* ad *Thom. Mag.* p. 901. — V. 3. χιμαιροφάγτος. membr. — V. 4. τηλόθι Vat. Cod. a man. sec. Clesonis grex tenebatur in antro, ut videtur, quod in superiore montis parte erat. Haec est πετραία αὖλις, ad quam lupus adscensurus esse videbatur. — V. 5. Notandum vocabulum ἀνεγέρμενος, quod *Erycio* proprium esse videtur; sunt κύνες ἀνεγειρόμενοι, excitati a cubili. — V. 6. τραγίνου. Cod. Vat. Nec hanc formam alibi reperio. Probabilis est *Brunckii* emendatio τραγίνας κέρας, cum non sit credibile, τὸν τράγον etiam τραγῖνον appellatum fuisse.

VIII. Cod. Vat. p. 242. Plan. p. 199. St. 289. W. De muliere Lacedaemonia, filium, qui e pugna aufugerat, interficiente. Vide ad *Tymn.* Ep. IV. T. I. P. II. p. 412. *Erycius* expressit *Antip. Thess.* Ep. XXVI. — V. 1. laudat *Suid.* in τρέσας T. III. p. 498. Spartanorum loquendi usum servavit poëta in voce τρέσσαντα. *Plutarch.* in Agesil. c. 30. τοῖς ἐν τῇ μάχῃ ἀποδειλιάσασιν, οὓς αὐτοὶ τρέσαντας ὀνομάζουσι. quem locum cum aliis quibusdam laudavit *Brodaeus*, quem vid. — V. 2. ὁπλιστὰν κόσμον, pro κόσμον τῶν ὅπλων. Scutum inprimis intellige, quod ille abjecerat.

IX. Vat. Cod. p. 394. Plan. p. 5. St. 10. W. In Midonem quendam, qui, cum araneae ictu percussus esset, amputato pede, fulcro ex oleagine uti necesse habebat. De Mida ἀμπελουργῷ narrat *Lucian.* T. III. p. 38. — ὑπὸ ἐχίδνης δηχθέντα κεῖσθαι ἤδη σεσηπότα τὸ σκέλος. ἀναδοῦντι γὰρ αὐτῷ τὰ κλήματα καὶ τοῖς χάραξι περιπλέκοντι, προσερπύσαν τὸ θηρίον, δακεῖν κατὰ τὸν μέγαν δάκτυλον. Hoc loco aliquis utatur ad firmandam *Schneideri* conjecturam, qui ἀραχναίῃ in ἐχιδναίῃ mutandum censebat. — V. 1. αὖα γεράνδρυα. *Hesych.* γεράνδρυας. αἱ παλαιαὶ δρύες, καὶ τὰ παλαιὰ δένδρα γεράνδρυα. Vide *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Jov. v. 22. — Μίνδων. Cod. Vat. Vulgo Μείδων. Hac nominis forma usus est *Agis* Tom. I. p. 185. et habetur ap. *Suidam* T. II. p. 547. — φωλάς. aranea, quae in angulis latere et praedae insidiari solet. Feras, in antris habitantes, φωλάδας vocant poëtae, ut *Theocrit.* Eid. I. 115. Vide not. ad *Antip. Sidon.* Ep. XXXVII. T. II. P. I. p. 43. et ad *Philodem.* Ep. XXXII. p. 234. Quam accommodatum hoc epitheton sit emendationi supra commemoratae ἐχιδναίῃ, apparebit ex loco *Nicandri* Ther. 31. de serpente, qui — φωλεὸν εἴαρι φεύγων Ὄμμασιν ἀμβλώσσει. quem cum similibus comparavit *Valckenar.* ad Theocr. Adon. p. 253. sq. — V. 3. ἔβρυξε. Doctissimus *Wakefield.* ἔβρωξε legendum censet in Sylv. crit. T. III. p. 157.

Sed verbum emendatione non indiget. Ap. *Leonid. Tar.* Ep. XCV. bellua marina urinatorem ἀπέβρυξεν ἄχρις ἐπ' ὀμφαλίου. Ap. eund. Ep. LI. pastor leonem interficit ἄρτι καταβρύκοντα τὸν εὐθηλήμονα μόσχον. Pestifera illa veste indutus Hercules, quae ipsi *artus depascebat*, ἡ δ' αὖ μιαρὰ βρύκει exclamat ap. *Sophocl.* in Trach. v. 986. — V. 4. σηπεδόνι invenit Aldus in Cod. idque arripuit editor Ald. sec. — Mox Vat. Cod. σάρκην καταστρεφγαλέους. unde *Salmasius* κατ' ὀστέων. legendum esse vidit. χλωρὰ σὰρξ dicta videtur per prolepsin; a colore subviridi, quem caro putrescens contrahit. Vide *Foesium* in Oecon. Hipp. p. 339. — V. 5. τῆς mihi sincerum non videtur; nec tamen acquiescam in correctione *Jos. Scaligeri* in not. msc. ἀπὸ τοῦ στ. Vellem codex daret:

ἐτμήθη τὸ πάλαι στιβαρὸν γόνυ — —

genu olim tam firmum, tum vero morbo debilitatum, amputabatur. Fortasse alius, me sagacior, reperiet, quod propius ad vulgatam lect. accedat. — V. 6. σκιπωνίου Vat. Cod.

X. Cod. Vat. p. 245. cum lemmate: Θεοκρίτου Βουκολ. εἰς Γλαύκην κόρην ἑταίραν οὖσαν. Ap. *Reisk.* in Anthol. nr. 577. p. 77. 'Ερυκίου Κυζικ. descriptoris errore procul dubio. Hic dedit v. 1. αὐδήσεις τὸ γράμμα τί; σᾶμά γε· καὶ τίς ὑπ' αὐτῷ; In Cod. Vat. αὐδήσεις et σᾶμά τε legitur. Vix sincere scriptus est versus. An fuit: αὐδήσει τὸ γρ. τὸ σᾶμα τί, — quamvis nec hoc sensum valde erigit. — V. 2. »Γλαύκης. Sic Cod. et non temere mutandum. »Conjicere quis tamen posset Κλείτης. Fuit haec uxor »Cyzici, de qua Apollon. Argon. I. 1063.« *Br.* Vana conjectura, quae falsa de auctore hujus distichi opinione nititur. Jam cum optimi Cod. auctoritate constet, *Theocriti* esse, nullus dubito, quin *illustris* haec *Glauca*, ἡ ὀνομαζομένη, citharoeda sit praestantissima, quam *Theocriti*

aequalem fuisse constat ex Schol. ad Eidyll. IV. 31. καὶ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι. Ἡ Γλαύκα Χία τὸ γένος, κρουμάτων ποιητής. γέγονε δὲ ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. Eandem commemorat *Plutarch.* T. II. p. 397. A. et 972. F. ubi eam a cane amatam esse tradit; ab ariete *Plinius* L. X. 26. p. 555. 13. Vide *Schefferum* ad *Aelian.* V. H. IX. 39. cujus notae nonnulla addidit *Perizonius.*

XI. Cod. Vat. p. 262. Edidit *Kuster.* ad *Suidam* v. παρθένιος T. III. p. 52. In not. *L. Holstenii* editis in Misc. Obss. Nov. T. I. 2. p. 123. Anthol. Reisk. nr. 597. p. 85. Parthenius, qui in elegis suis graviter in Homerum invectus erat, poenas propterea apud inferos dare dicitur. De Parthenio disputabimus in Notitia Poëtarum Anth. v. *Erycius.* — V. 1. Omnes Homeri et Musarum cultores poëta jubet Parthenium, quamvis defunctum, pice oblinere, id quod καταπιττοῦν vocabant. *Aristoph.* in Eccles. v. 821.:

> κ'εὐθὺς κατεχρύσου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην·
> ὅτε δ' ἤδ' ἀνασκοπουμένοις ἐφαίνετο
> ὁ Διὸς Κόρινθος, καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἤρκεσεν,
> πάλιν κατεπίττου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην.

Et ibid. v. 1100.: Καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος Χάσαν καταπιττώσαντας — Ἄνω 'πιθεῖναι πρόφασιν ἀντὶ ληκύθου. ut *Brunck.* hunc locum restituit. — V. 2. τοῦ μυσαρογλώσσου superscriptum in Vat. Cod. et sic *L. Holsten.* dedit. — T. 298.] V. 3. οὔνεκε Vat. Cod. — κεῖνα. *illa in vulgus nota convicia*, ut recte interpretatur *Reiskius.* Quare Cod. lectio minime sollicitanda, neque cum *Kustero*, qui κεῖνος, neque cum *Toupio*, qui in Em. ad Hesych. T. IV. p. 305. μυρία κεινὰ pro κεινὰ perperam conjecit. — V. 4. φλέγματα. Sic Vat. Cod. plane ut in Ep. *Julii Aegypt.* LX. ἴαμβον ἄγριον Ἀρχιλόχου φλέγμα. *pus atque*

venenum in Homerum eructavit evomuitque elegos suos abominandos et sordidos. — V. 5. ἐπειδὴ. Vat. Cod. a pr. man. Superscriptum ἐπῆν. Nostra lectio est in apogr. Guyet. et Ruhnk. nec aliam invenit *Reisk.* in apogr. Lips. — μανίης ἐπὶ τόσον. *Alciphr.* L. III. 3. p. 280. ἰδὼν οὖν εἰς ὅσον ἀμηχανίας ἐληλάκειν. — V. 6. βάτον. sentibus oppletum carmen. Maluit tamen *Kusterus* πάτον, probante *Brunckio.* Idem vocabulum adpictum margini ap. Ruhnk. Obviam ibat huic emendationi *Reiskius;* nam *stercus* non esse πάτον, sed ἀπόπατον. In quo fallitur Vir Doct. *Hesychius:* Πάτος. ἡ πεπατημένη καὶ λεωφόρος ὁδός. — καὶ κόπρος. Melius profecto sibi respondent πηλὸς et πάτος, quam βάτος. Talia junxit *Plautus* in Pers. III. 3. 1. ubi servus lenonem his verbis alloquitur: *Ebo lutum* (πηλὸς) *lenonium, Commictum coenum, sterquilinium* (πάτος) *publicum.* et Catullus XLII. 13. *O lutum, lupanar, Aut si perditius potest quid esse.* — V. 7. τοὶ γὰρ ὑπὸ ζ. Sic Cod. Apographa variant. — ἧπται in ap. Buheriano esse notavit *Brunck.* Sic etiam Vat. Cod. ubi superscriptum γρ. ἧσται. ut etiam *Holsten.* notavit. In marg. ap. Guyet. ἦται emendatur. Membranarum lectio emendatione vix eget. Furiae Parthenium in Cocyti undis ligasse videntur. — V. 8. κλοιῷ. collari, quale canes gestant. Inter instrumenta venatoria *Philippus* Ep. VIII. τραχηλοδεσμότας κλοιοὺς κυνοδόχους commemorat. Vide ad *Antip. Sid.* Ep. XVII. T. II. P. I. p. 25. Parthenius, tanquam canis, propter cynicam mordacitatem et impudentiam collari coërcetur. — Male *Holsten.* ὑπαγχόμενος.

XII. Cod. Vat. p. 260. Plan. p. 233. St. 338. W. In mulierem Athenis Romam abductam et in agro Cyziceno sepultam. — V. 2. »λυγρὸς Ἄρης Ἰταλῶν. Athe»nis scilicet a Sulla expugnatis, mulier haec captiva »abducta est. Ex hoc carmine et superiori in Parthe»nium Erycii aetas definitur, quod recte a cl. Reiskio »observatum, qui tamen Parthenium aliquot annis re-

»centiorem facit, quam revera fuit: meliora de eo tra-»dit Vossius de Poët. gr. p. 219. Sub Augusto vixisse »debuit Erycius. Nam admodum verisimile est, a poëta »Cyziceno factum fuisse hoc carmen statim post mulie-»ris, de qua ibi agitur, mortem, ut illius tumulo, qui »Cyzici erat, inscriberetur. Ab Athenarum expugna-»tione ad Tiberii initium intervallum est centum anno-»rum. Parthenius eodem Mithridatico bello captus fuit. »Nec ille, nec Attica mulier usque ad Tiberii imperium »vitam producere potuit.« *Brunck.* Pro λυγρὸς, quod est in Plan., Vat. Codex λαιγὸς habet. *Salmasius* in not. ined. λοιγὸς emendavit. Hoc verum videtur. Adjectiva significatione v. λοιγὸς usus est *Nicander* Ther. v. 6. — V. 4. ἠμφίεσεν. Planud. — νησαίη Κύζικος. Quamvis cum continenti conjuncta Cyzicus, insula tamen vocari solet. *Schol.* ad Apollon. Rhod. L. I. 936. ἔστι δὲ χεῤῥόνησος, ἐφ' ἧς κεῖται ἡ Κυζικηνῶν πόλις. νῆσον δὲ αὐτὴν ἔφη, διὰ τὸ πρότερον αὐτὴν οὖσαν νῆσον, ὕστερον συνῆφθαι τῇ ἠπείρῳ. Vide *Casaubon.* ad *Strabon.* XII. p. 861. C. et *Wasse* ad *Thucyd.* VIII. p. 295. ed. Bip.

XIII. Cod. Vat. p. 213. Ἐρυκίου ἐπιτύμβιος εἰς Σοφοκλέα. In Cod. Constantini Lascaris ap. Iriarten inscribitur Ἐρυκίου. Plan. p. 274. St. 396. W. Videtur *Erycius* ante oculos habuisse Epigr. *Simmiae* II. p. 168. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ἄλοιτο (κινοῖτο. ὁρμῷτο.) T. I. p. 127. et in σκηνῇ T. III. p. 328. ubi in nonnullis codd. σκηνίτης exhibetur. — πόδας. *Philipp.* Ep. XLV. λάθριον ὀρχηστὴν σκολιὸν πόδα, κισσὲ, χορεύσας. ubi vide not. — V. 3. 4. laudat *Suidas* in βοώπαις T. I. p. 448. *Reiskius* ad *Constant.* Ceremon. p. 150. propter seq. λειβόμενος malit περιστίζοιτο. Vulgata longe elegantior. Est enim in verbo στάζειν copiae notio; ut ap. *Philodem.* Ep. XVIII. qui, vetulae corpus, ait, ἔτ' ἀμβροσίην, ἔτι πειθὼ, Πᾶσας ἔτι στάζει μυριάδας χαρίτων. Optat poëta, ut tumulo Sophoclis nunquam non circumfundatur examen apum mellifi-

cantium. In pedestri oratione περιεργάζεσθαι dixit *Philostrat.* Imag. II. 12. p. 829. Pindari cunas describens: αἱ δὲ εἴσω μέλιτται περιεργάζονται τὸ παιδίον. — ἐξ Ὑμηττοῦ τάχα ἥκουσι; καὶ ἀπὸ τῶν λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων. καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι αὐτὰς ἐνστάξαι Πινδάρῳ. — V. 5. „In Vat. Cod. scri„ptum: μὲν ἀγανὸς Ἀτθίδι. Et sic est etiam apud Suidam „in ἀγανόν. Corruptum hoc quidem, sed forte vestigia „habet lectionis genuinae. Quid si scripserit ἀγάννας." *Br.* Laudat hoc distichon *Suidas* T. I. p. 21. ἀέναος omnes edd. veteres. ἀένναος Steph. Epigr. ἀδέσπ. DXXXIV. ἶσον Ὁμηρείαις ἀενάοις χάρισι. Utrumque, et ἀένναος et ἀέναος, passim ap. *Pindarum.* Vulgata lectio mihi cum Brunckiana lectione non commutanda videtur. In antiquioribus *Suidae* edd. pro δέλτῳ erat διαλέκτῳ, oscitantis librarii vitio. Sophoclis tabulae sive carmina tanta fuisse suavitate et dulcedine vult *Erycius*, ut perenni melle fluere viderentur. *Meleager* Carm. I. 10. Νοσσίδος, ἧς δέλτοις κηρὸν ἔτηξεν Ἔρως. ubi vide not. *Horat.* I. Epist. XIX. 44. *fidis enim manare poëtica mella Te solum.* Idem ut etiam post mortem Tragico contingat, Epigrammatarius optat. Ap. *Christodor.* in Ecphrasi v. 110. ipsa Erinna dicitur Πιερικῆς ῥαθάμιγγας ἀποσταλάουσα μελίσσης. — V. 6. ἔχων Vat. Cod. ἔχοις Plan. et *Suid.*

XIV. Vat. Cod. p. 232. Planud. p. 283^a. St. 409. W. In Therimachum pastorem, qui boum gregem pascens fulmine percussus est. Expressum est ex *Diotimi* Ep. X. ubi vide not. — V. 1. 2. protulit *Suidas* in βλωθρῇ T. I. p. 439. qui ἀμφιέσαι dedit. — V. 3. Vulgo et in Vat. Cod. καμάτων. *Jos. Scaliger* in not. msc. καλάμων. quod unde sumserit *Brunckius*, non indicavit. Sed optima est et certissima lectio. Veterum tibiae cum ex alia materia, tum ex arundine fiebant. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 82. C. *Manetho* L. V. 160. ἢ τρητοῖς καλάμοις ὑπὸ πνεύμασιν ἔργα μελῳδεῖ. ut h. v. emendavit *Dorville* ad *Charit.* p. 518. καλαμίνους αὐλοὺς Ἀριστοφάνης ἔφη, teste *Polluce* X. 153. —

V. 4. σκιερᾷ. Ambigua funt verba, quae fic explicaveris: Te non amplius, fub umbrofa quercu recubantem et tibia canentem, grex audiet. five: Cum jam fub quercus umbra fepultus fis. Pofterior interpretatio verior effe videtur, propter Epigr. *Diotimi:* Θηρίμαχος δὲ παρὰ δρυὶ τὸν μακρὸν εὕδει ὕπνον. — V. 5. 6. habet *Suidas* in πρηστὴρ T. III. p. 172. — V. 6. επιρχόμενοι νιφετῷ. Nix poft fulmina infecuta boves incitabat, ut ad ftabula celeri greffu properarent. *Grotio* fortaffe alia lectio obverfabatur, cum verteret:

Tu cadis igne Jovis: fero rediere juvencae
Ad ftabula, et multa permaduere nive.

Videtur legiffe — νιφετῷ τεγγόμεναι. Mihi tamen vulgata non follicitanda videtur.

T. 299.] *XV.* Cod. Vat. p. 265. Planud. p. 249. St. 361. W. Cenotaphio Satyri, qui in mari Aegaeo circa Mycalen perierat, infcriptum. „Sufpicor hîc Marfyam „fignificari, qui in fluvium fui nominis mutatus Maean„dro jungitur, et cum eo mare fubit ad radices montis „Mycales. Fruftra hîc, inquit, Marfyae tumulum quae„ris: in mari, quo fubluitur Mycale, ventis agitatur." *Huetius* p. 23. Ingeniofa interpretatio, quam tamen pro vera haberi nolim, nifi forte *Erycium* aenigmata fcribere voluiffe exiftimes. *Satyri* nomen apud hiftoricos paffim obvium. — V. 1. δειλαῖος. Vat. Cod. — V. 2. ὡς λόγος. Vulgo enim in illis locis cenfebant Satyrum fepultum effe, cujus tamen corpus in undis periiffet. Parum commoda verba, ὡς λόγος, in quibus haud fcio an nomen gentile, five etiam patronymicum lateat. Mirum etiam, quod in tali cafu ϛυγναὶ commemoratur. Pro εὔνηται, quae eft membr. lectio, vulgo εὔναεται. — V. 4. Μυκάλης. Vat. Cod. a man. fec. — V. 5. ἔτι. Vulgo et in membr. ἐπὶ *Huetio* debetur. — V. 6. ὕδατι μαινομένῳ, μεμφόμενος βορέην. Vulgo.

ASINII QUADRATI
EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 252. cum lemmate: Ἀσινίου Κουαδράτου εἰς τοὺς ἀναιρεθέντας ὑπὸ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ὑπάτου Σύλλα. In Planud. p. 203. St. 296. W. ἄδηλον est. Argumentum carminis obſcurius eſt. Fortaſſe Athenienſes ſignificantur, quorum ingens numerus, poſt Athenas captas, occiſus eſt. Ad hanc hiſtoriam tamen occultae et doloſae caedis commemoratio vix ſatis accommodata. *Salmaſius* in not. ined. lemmati Cod. Vat. fidem denegat, et Epigr. noſtrum interpretatur de bello Catilinario et illa pugna, in qua Catilina ipſe cecidit. Huic interpretationi ut lectionem accommodaret, v. 4. corrigit: ὤλοντ' οὐ κρυφίῳ κ. δ. ϑ. Hoc ferri nequit. Exteros autem hoſtes fuiſſe, qui, neſcio ubi, in inſidiis Romanorum perierint, ex primo verſu ſatis, ni fallor, intelligitur.

HERODIS ATTICI
CONSECRATIO TRIOPII.

¶. 300.] Memorabilis haec nec una de cauſa magni facienda inſcriptio eruta eſt paulo ante annum MDCVII. prope viam Appiam, praeſente *Chriſtophoro Puteano*, qui eam deſcriptam Lutetiam Pariſiorum miſit, ubi brevi poſt tempore edita eſt a *Frederico Morello*, una cum verſione latinis verſibus conſcripta, 1607. 4. (*Maittaire* Annal. Typogr. T. III. P. II. p. 851.) et anno poſt ab *Iſaaco Caſaubono*. Pariſ. 1608. Qui cum perperam induxiſſet in animum, Herodem, cujus nomen legitur v. 12., Judaeorum tetrarcham eſſe, et alia quaedam

minus recte explicuisset, *Salmasius* hanc Inscriptionem denuo edidit una cum altera, decem fere annis post, circa eundem locum, quo prior inventa erat, eruta, cujus apographum *Salmasius* a *Jacobo Sirmondo* acceperat. In illa editione (Paris. 1619. 4.), ubi utrumque carmen multa cum eruditione, sed, ut solebat Vir doctissimus, magis temere effusa, quam accurate et eleganter digesta, illustravit, contra *Casaubonum* docuit, *Herodem* nostrum Atticum illum Sophistam esse, cujus divitiae, magnificentia et de patria merita, magis etiam quam eruditio et eloquentia, nomen ejus ad posteritatem propagarunt. Sed ante *Salmasium* idem jam suboluisse *Velsero* in Epistolis ad Hoeschel. XXXIV. et XXXV., *Harlesius* monuit Vir cl. ad *Fabricii* Bibl. Gr. T. III. p. 813. Post *Salmasium* passim repetita sunt duo haec carmina novis editionibus, quas vide ap. *Fabric.* Bibl. Gr. T. VI. p. 10. sqq. ed. nov. ubi *Eichstadtius* V. cl. docte et accurate de his Inscriptionibus disputavit. Facem ei praetulerat Romanus, copiosa et eleganti eruditae antiquitatis cognitione illustris, *Ennius Quirinus Visconti*, in praeclara editione sua, cui titulus: *Iscrizioni greche Triopee ora Borghesiane con versioni ed osservazioni di E. Q. Visconti. In Roma.* 1794. fol. Splendidi hujus libri descriptionem si quis desideret, adeat *Fabricium* l. c. et Ephemeridas, quae Jenae prodierunt (*Allgem. Litteraturzeitung*) ann. 1796. nr. 61. p. 482. sqq. ubi censura ejus agitur a cl. *Eichstaedt*, qui multa subtiliter et acute de illis carminibus monuit. Horum nos virorum vestigia in interpretatione plerumque sequemur.

Quod ad prioris Inscriptionis argumentum attinet, consecratur ea locus sepulcralis in *Herodis* Triopio. Hoc quid sit, multum disputatum est inter viros doctissimos. Descriptio loci continetur v. 6. ubi δῆμος Δηώοιο Τριόπαο vocatur, et v. 9. 10. 11. unde apparet, eum vitibus et arboribus consitum fuisse. Cf. Inscript. II. v. 49. Erant

in eo templa Cereris et Faustinae; locus ipse autem Minervae et Nemesi Rhamnusiae dedicatus erat. Cum his locis jungenda est Inscriptio, quae Farnesina vulgo dicitur, a pluribus edita (vide *Fabric.* T. VI. p. 8.), quae Triopium ad tertium in via Appia milliarium in Herodis agro situm, et columnas Cereris, Proserpinae et Manium Deorum ibi collocatas commemorat; et alia (ap. *Montefalc.* Diar. Ital. p. 125. *Fabretti* Inscr. c. V. p. 413.) de praediis Anniae Regillae, quae uxor Herodis fuit. In his praediis villam habuisse Herodem, valde est probabile; quae hortis, vineis, olivetis circumdata, templis et inscriptionibus exornata fuit; templis adjuncta τεμένη; in his unum, sepulcris familiae Herodis destinatum, cui dominus peculiare *Triopii* nomen dederat. Hoc malim cum *Eichstadtio* credere, quam cum *Visconto* Triopium pro pago habere. Quid autem huic nomini causam dederit, difficile dictu est. Multa molitus *Salmasius*, nihil tamen expedivit, et post longam fluctuationem, miram comminiscitur etymologiam p. 58. quam h. l. commemorare supersedeo. *Viscontus* cum meminisset Triopae Argivi, cujus filius Pelasgus Cereri fanum dedicaverat, (unde Pelasgis dicta; vid. *Pausan.* II. 22. p. 160.) prope quod fanum Pelasgus sepultus est, suspicatur, illud templum a Pelasgi patre, fortasse eodem in loco sepulto, nomen Triopii gessisse, ipsumque Triopam fortasse inde *Cerealem* (Δηῷον) fuisse appellatum. Jam cum in Herodis agro templum Cereris fuisse appareat ex Inscriptione II., porro suspicatur, Sophistam Atticum hanc ipsam ob causam, et quia illum locum familiae suae sepulcris destinavisset, eum Triopium vocasse. Idem vir doctus ad illum Cereris Pelasgidis lucum trahit versum *Callimachi* H. in Cer. v. 32., qui de nemore Cereris ap. Dotium in Thessalia agens, Θεὰ, ait, ἐπεμαίνετο χώρῳ,

ὅσσον Ἐλευσῖνι, Τριόπῳ θ' ὅσον, ὁκκόσον Ἔννᾳ.

quem

quem omnes interpretes de Triopio Cariae acceperunt. His tam cumulatis suspicionibus fidem haberi posse, recte negavit doctissimus *Eichstaedt*. Hic igitur nomen illius agri derivat a Triopa, Erysichthonis patre, de quo etiam *Salmasius* cogitabat, ita tamen, ut, quam rem illustrandam susceperat, eam densissimis tenebris involveret. Jam igitur *Eichstaedtii* sententiam exponamus: Poëta ipse, (verba sunt viri acutissimi in Ephemerid. Jen. p. 485.) in fine prioris carminis satis aperte indicavit, quare inviolabile τέμενος suum ominato Triopii nomine appellaverit. Ibi enim, poenam commemorans, quam Triopas post Cereris templum violatum dedit, omnes hortatur, ut χοίρου ποινὴν καὶ ἐπωνυμίην vitent. Huc omnia referenda sunt; huc ea, quam tutelaribus illius loci deabus tribuit, τῶν Τριοπείων appellatio spectat; huc, quod sacrilegis Ἐριννὺν Τριόπειον minatur. Jam intelligitur, cur Triopas ille, et crimine in Cererem commisso, et poena, in quam incurrit, gravissima notus, Δηῷος vocetur v. 5. Tenendum vero, ea, quae vulgo de Erysichthone narrentur, ab Herode ad Erysichthonis patrem, Triopam, translata esse. *Diodorus* quoque L. V. p. 379. haec de Triopa tradit: Μετὰ δὲ ταῦτα Τριόπαν — εἰς τὴν Θετταλίαν πλεῦσαι ἐπὶ συμμαχίαν τοῖς Δευκαλίωνος παισὶ καὶ συνεκβαλεῖν ἐκ τῆς Θετταλίας τοὺς Πελασγοὺς καὶ μερίσασθαι τὸ καλούμενον Δώτιον πεδίον. Ἐνταῦθα δὲ τὸ τέμενος τῆς Δήμητρος ἐκκόψαντα, τῇ μὲν ὕλῃ καταχρήσασθαι πρὸς βασιλείων κατασκευήν. Δι᾽ ἣν αἰτίαν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων μισηθέντα φυγεῖν ἐκ Θετταλίας, καὶ καταπλεῦσαι μετὰ τῶν συμπλευσάντων λαῶν εἰς τὴν Κνιδίαν, ἐν ᾗ κτίσαι τὸ καλούμενον ἀπ᾽ αὐτοῦ Τριόπιον. *Hyginus* autem in Fabul. Astron. XIV. p. 381. *Nonnulli etiam Triopam Thessalorum regem dixerunt esse: qui cum suum domicilium tegere conaretur, Cereris ab antiquis collocatum diruit templum. Pro quo facto, a Cerere fame objecta, nunquam postea frugibus ullis saturari posse existimatur.* Hactenus ille. His tam docte et probabiliter

disputatis pauca addamus. Herodes mihi illud fundi sui ἀπότμημα, de quo hic agitur, non propterea Triopii nomine appellasse videtur, ut alios ab eo violando deterreret, sed ab aliam quandam causam; ita tamen, ut hoc ipso nomine uteretur ad commemorandas poenas, in quas sacrilegi incurrunt. Nullus equidem dubito, quin Herodes, ut erat magnificus vetustatis imitator, illud nomen praedii sui τεμένει tribuerit, ut eo audito omnes de celeberrimo illo Triopio, quod Cnidi erat, cogitarent. Neque profecto solus Herodes erat, qui illustrissima antiquitatis loca quasi in suum fundum transferre eorumque imitatione animum quodammodo fallere et oblectare institueret. Praeiverat ei vir haud absimilis ingenii, *Hadrianus Caesar*, de quo *Aelius Spartianus* c. 26. T. I. p. 215. *Tiburtinam villam mire exaedificavit, ita ut in ea et provinciarum et locorum celeberrima nomina inscriberet; velut Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum, Poecilen, Tempe vocaret. Et ut nihil praetermitteret, etiam inferos finxit.* Locus est illustris et ad nostram rem plurimum faciens. Ut Hadrianus sui praedii agros ad provinciarum rationem descripserat, sic Herodes, Hadriani fortasse imitatione ductus, suum agrum in δήμους divisisse videtur, quorum unum Triopii nomine insignivit. Jam quid utrique loco, et huic Herodis prope viam Appiam, et illi in Caria, commune fuerit, paulo accuratius videamus. Antiquissima prisci illius Triopii commemoratio fit ap. *Herodotum* L. I. 144. p. 71. qui quaedam narrat de certamine Apollinis Τριοπίου, quod a parte Doriensium celebrari solebat. Sed ne solum Apollinem ibi celebratum fuisse existimes, vetat *Scholiastes Theocriti* XVII. 69. ἄγεται κοινῇ ὑπὸ τῶν Δωριέων ἀγὼν ἐν Τριόπῳ, Νύμφαις, Ἀπόλλωνι, Ποσειδῶνι. καλεῖται δὲ Δώριος ὁ ἀγὼν, ὥς Ἀριστείδης φησί. Praeter hos deos deasque etiam Cererem ibidem fuisse cultam, vix dubitari potest ex versu *Callimachi* supra commemorato in H. in

Cerer. 31. *θεὰ ἐπεμαίνετο χώρῳ, Ὅσσον Ἐλευσῖνι, Τριόπῳ θ' ὅσον, ὁκκόσον Ἔννᾳ.* Nam quae de prolepsi in hoc loco non admittenda, contra vulgarem interpretationem disputat *Visconsus*, ea non tam gravia sunt, ut propterea aliud quoddam Triopium, nemini antiquorum commemoratum, temere fingamus. Ex illis igitur tam sparsis, tam parum disertis veterum de Triopio traditionibus, cum sponte appareat, non uni numini illum locum sacrum et dicatum fuisse, suspicari licet, Herodem illam agri sui partem, quam quatuor saltem aut quinque deabus consecraverat, et inter has etiam Cereri, propter hanc ipsam caussam Triopium appellavisse. Huic suspicioni adjicienda est alia, ad quam *Aelii Spartiani* locus supra laudatus manu ducit, Herodem illum locum ita exornasse et descripsisse, ut similitudinem haberet cum vetere illo Triopio, idque quodammodo referret. Quod autem hunc locum potius, quam alium quendam sibi imitandum et quasi effingendum sumserit, ejus rei caussa afferri potest Herodis ingenium et reconditae eruditionis ostentatio. Haec sunt, quae de obscura Triopii appellatione dicere habeam; quae si quis iis, quae doctissimi viri de eadem re protulerunt, minus probabilia putaverit, facile feram dissentientis judicium. Jam ad singulorum interpretationem procedendum est.

V. 1. Herodes Minervae et Nemesi Rhamnusiae Triopium consecrat. Utramque deam jungit *Catull.* LXIV. 395. *Saepe in letifero belli certamine Mavors, Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnusia virgo Armatas hominum est praesens hortata catervas;* quem locum apposite laudavit *Salmasius.* Herodem autem has deas *συννάους* fecisse, quia utrique in Attica peculiaris honor haberetur, Minervae Athenis, Nemesi in ejusdem regionis pago Rhamnunte, (vide *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Dian. 232. p. 336.) bene monuit *Arnaldus* de Dis Assess. p. 92. Saepenumero enim dii propter regionum

ubi colebantur, vicinitatem πάρεδροι facti sunt. Puto autem, Herodem his potissimum deabus Triopium dicasse, quod se iis peculiari quadam ratione obstrictum putaret. De Minerva, Athenarum, quae Herodis patria fuit, patrona, nulla est difficultas; Nemesin autem Rhamnusiam coluisse videtur eandem fere ob caussam, ob quam *Pindarus* Pana et Rheam insigniter colebat, (Vita Pindari a *Thoma Mag*. T. II. p. 155. ed. Heyn. Conf. *Philostrati* Imag. II. 12. p. 829.) quorum fana domo suae proxima erant. Habitabat enim Herodes, dum in patria vivebat, παρὰ τοὺς φιλτάτους ἑαυτῷ δήμους, Μαραθῶνα καὶ Κηφισίαν. *Philostrat*. Vit. Sophist. II. I. 12. p. 562. Jam vero Rhamnusii pagi Marathonii incolis proximi; quare putabatur τοῖς ἀποβᾶσιν ἐς Μαραθῶνα τῶν βαρβάρων ἀπαντῆσαι μήνιμα ἐκ τῆς Νεμέσεως, narrante *Pausania* L. I. 33. p. 81. — Ἀθηνάων. Marm. Ἀθηναίων ex *P. Arcadio* dedit *Spon.* in Miscell. erud. Antiqu. p. 322. Mox ἀνιείραντ. *Cas. Salm. Maittaire.* Sed in ipso marmore ἀνιήρανε habetur. ἤρανος. βασιλεύς. ἄρχων σκοπός. φύλαξ. *Hesych.* Hac forma utitur *Apollon. Rhod.* L. II. 513. Compositum ἐπιήρανος *Plato Comicus* in descriptione coenae Philoxeni ap. *Athen.* L. I. p. 5. D. Τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι· Παρθένου Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφυ καὶ στόματα μισεῖ. — V. 2. In marmore evanuerunt duae literae post βροτῶν, sic . . ΛΑΙC. Hinc *Casaubonus* fecit ἀράεις, quod probabat *Valcken.* in Callimach. Eleg. fragm. p. 183. *Salmasius* conjecit ἐλάεις, quod *Br.* recepit. Utroque rectius *Viscontus*, qui superstites literas legendas esse censens . . ΑΑΙC, sive omissa lineola transversa, id quod crebro a lapidariis factum esse docet, sive tempore exesa, dedit δράκας. Neque vestigia τοῦ ο et ρ plane desiderari affirmat. Nemesis, ἣ ἐφορᾷ ἔργα βροτῶν, nobis statim in memoriam revocat versus *Archilochi*, qui Herodi nostro obversabantur, ap. *Stobaeum* in Eclog. Phys. I. p. 9. *Cant.* (T. I. p. 122. ed. Heer.) ὦ Ζεῦ

πάτερ — σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὁρᾷς λευγρὰ καὶ θέμιστα· σοὶ δὲ θηρίων ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει. Alii aliter legunt, et fortaſſe rectius, (vide Animadv. T. I. P. I. p. 162. ſqq.) ſed *Herodes* hanc, quam nos poſuimus, lectionem ſecutus eſt. — Οὖπις, nonnunquam Dianae cognomen (vide ad *Alexandr. Aetol.* IV. T. I. P. II. p. 238.), etiam Nemeſi tribuitur. In hanc rem *Valcken*. ad Callim. Eleg. p. 182. excitavit locum anonymi, quem *Aelianum* putat, ap. *Suidam* v. συβαρός. Ὄπιν οὐ δεδοικώς, οὐκ ἀλέγων Ἀδράστειαν, οὐδὲ Νέμεσιν ὑπεραζόμενος. οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχειν dicuntur, qui deorum vindictam non verentur, unde nominis ratio apparet. Haec attigit *Valcken.* ad *Herodot.* IX. p. 726. 84. Vide *Spanh.* ad *Callim.* H. in Dian. 204. p. 317. — V. 3. γείτονες. quia Triopium in vicinitate Romae, tertio lapide ab urbe, ſitum erat. — ἑκατονταπύλοιο poſt *Caſaub.* et *Salm.* dedit *Br.* pro ἑκατονταπέλοιο, quod eſt in marm. et ap. Spon. Hanc formam tuetur *Viſcont.* comparato Homerico πεντηκοντόγυιον Il. IX. 575. in quo Grammatici nihil variant. — Ceterum Herodes Romae centum portas tribuit, ut *Homerus* Thebis Il. ι. 381. non ad rei veritatem, ſed ad ſplendoris et magnificentiae ſignificationem. — V. 4. πίονα et τιμήεντα marm. Sic tum ſolebant productum efferre. — θεᾶς perperam *Spon.* cum *Arcudio*. — V. 5. Δηώοιο τριόπαο. Senſum epitheti explicuit cl. *Eichſtaedt* in loco ſupra allato. δῆμον de pago interpretatur *Viſcontus*, qui ex adjecto φιλόξεινον apparere putat, illum pagum bene habitatum fuiſſe. Quod ex hoc vocabulo vix probari poterit. De voce δῆμος quid nobis videretur, ſupra indicavimus; φιλόξεινος autem ad Herodis hoſpitalitatem referendum eſt, quem, ut omnino divitiis ſuis ita utebatur, ut vix alius (ſecundum *Philoſtrat.* p. 547.), ſic etiam in villa, ibi locorum exſtructa, hoſpites ſaepe et libenter excepiſſe veriſimile eſt. Epitheton τοῦ φιλοξείνου fortaſſe ſumſit ex *Callimacho* (Fr. CXXXI.): πολλάκι ταὶ

ὦ μαῖα, φιλοξείνοιο καλιῆς Μνησόμεθα. quae Thesei verba esse ex Hecale petita, docuimus T. II. P. I. p. 391.— V. 6. ἐν ἀθανάτοις ἀλέγησθεν. Marm. Postrema litera fere evanuit. ἀλέγησθο. *Salm.* ἐνέγησθο. *Arcud.* ap. *Spon.* *Brunckius* haec monuit: „In lapide sculptae literae sunt „ἀθανάτοις ἀλέγεσθο. Unde scribi potuisset: ἐν ἀθανάτοις „ἀλέγησθον. Pindar. Ol. II. 142. Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν „τούτοις ἀλέγονται. i. e. ἀριθμοῦνται, συγκαταλέγονται. Vide „Dav. Hoeschelii Epist. Io. Meursio scriptam inter Gu„dianas p. 191. Sed melior sensus est in Salmasii „lectione." Hac ratione *Theocrit.* XVII. 25. ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, θεῶν νέποδες γεγαῶτες. Sed exquisitior marmoris lectio non temere mutanda erat. Vulgaris dicendi ratio tulisset: τόφρα ἀλέγησθον ἂν τοῖς Τριοπίοις θεοῖς, sive τοῖς Τρ. ἐν θεοῖς. Triopii dii illi erant, qui in Triopio Cariae colebantur; his in posterum Minervam et Nemesin accenseri cupit. Caeterum marmoris lectionem in ἀθανάτοισι λέγησθον jam *Casaubonus* mutavit. — V. 7. Ut olim Olympo relicto Rhamnunta et Athenas venistis, sic nunc ad hunc agrum properate. Probe vidit *Visconsus*, deesse δ' post ὡς, ὡς δ' ὅτε, quibus voculis *Homerus* comparationes ordiri solet. — εὐρυχόρους. *Spon.* — V. 8. δώματα. Similiter *Sappho*, Venerem ad sacrum vocans, Fr. VI. p. 4. ed. Wolf. ἀλλὰ τυίδ' ἔλθε — πατρὸς δόμον λιποῖσα. Cf. *Horat.* I. Carm. XXX. 1—4. — V. 9. βάεσθε. *Hesych.* βάεσθαι. σπεύδειν. ὁρμᾶν. βάεται. σπεύδει. Cf. *Homer.* Il. ε. 411. Sincera mihi videtur hujus vocabuli lectio, quod vir doctus in ῥώεσθαι mutari malebat, ut vitaretur tautologia, quae ipsi esse videbatur in verbis ἤλθετε, βάεσθε et ἀφίκοισθε. At haec omnia, quamvis in iis veniendi et eundi notio regnat, satis tamen diversas imagines animo subjiciunt; nec elegantius verbum ἤλθετε, quod poëta in apodosi nolebat repetere, circumscribi poterat quam verbis βάεσθε ἀφίκοισθε. — πολυστάφυλον vitiose *Casaub.* *Salm.* *Maitt.* — V. 10. Ad verba δένδρεα βε-

τρυφέντα *Salmas.* apte comparat *Theocrit.* Ep. IV. δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ Ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι. *Aristaenet.* L. I. III. p. 8. ἄμπελοι δὲ παμμήκεις σφόδρα ὑψηλὰς (sic lego) περιελίττονται κυπαρίττους. Caeterum Herodi in descriptione agri sui obversati esse videntur horti Alcinoi ap. *Homer.* Od. H. 112. sqq. de quibus nuper haud protrita dedit cl. *Boettigerus im N. deutsch. Merkur.* ann. 1800. nr. II. p. 130. sqq. — V. 11. λειμώνων κόμας. Vide ad *Meleagr.* CX. 4. p. 120. Facit ad totum h. l. *Himer.* in Or. III. 6. p. 435. ἡ γῆ — κομᾷ μὲν ἐπὶ σοὶ καὶ πρὸ ὥρας αὐτῆς τὰ λήϊα καὶ δείκνυσι στάχυν ὥριον — στεφανοῦται δὲ ἡ γῆ καὶ ἀγάλλεται, οὐκ ἀνεμώναις καὶ ἴοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἄνθεσι, ἀλλὰ τοῖς Διονύσου τε δώροις καὶ τῷ γλαυκῷ τῆς ΙΔΕΑC CTEMMATI. Postremas voces frustra tentavit doctissimus editor, τῆς Δηοῦς στ. scribens et de spicea Cereris corona interpretatus, cui epitheton γλαυκὸς minime convenit. Legendum puto leniore et certiore emendatione καὶ τῷ γλαυκῷ ΕΛΑΙΑC στέμματι vel θρέμματι. *Oleae ornamentum* (hoc enim significaret στέμμα) sive *soboles* sunt olivae. His recte tribui τὸ γλαυκὸν, apparet ex *Catulli* Carm. XX. ubi *glauca oliva* est; vide ibi cl. *Doeringium.* Olivae cum uvis junguntur ap. *Marian.* Ep. II. 9. 10. T. II. p. 512. — λειμώνων. *Spon.* — V. 12. ἀνὰ γαῖαν ἧκε. Sic proprie locutum esse poëtam *Salmasius* monuit; nam loca deis consecrata ἀνειμένα χωρία appellari. Illustravit vocem *Spanhem.* et *Ernestus* ad *Callimach.* H. in Cerer. 47. ubi dea ad Erysichthonem: τέκνον, ὅτις τὰ θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κόπτεις — et *Valckenar.* ad *Herodot.* II. 65. p. 134. 79. — V. 13. Hunc versum, qui in edit. *Casauboni* deest, ex apographo ad Velserum misso supplevit *Hoeschelius* in Epist. Gudian. p. 191. Eundem a *Bongarsio* acceptum restituit *Salmasius.* Apparet ex eo, Herodem non omne Triopium, sed partem ejus, muro circumdatam, Minervae et Nemesi consecrasse. Circumdari solebant sepulcra

muro five maceria, quod φάρῳ τειχίζειν vocavit Auctor anonym. Ep. DCCVIII. Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 210. — V. 14. ἐφθεγγόμενον. fere omnes veteres. — ἱκετέρῳ. Columna Farnefiana ap. Gruter. XXVII. Οὐδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ τοῦ Τριοπίου — οὐ γὰρ λῷον τῷ κινήσαντι. Talia quam plurima in Infcriptionibus occurrunt. — V. 15. Minervam precibus fuis annuiffe poëta fingit. ἐπὶ jungendum verbo ἐνένευσε (ἔνευσε. Marmor. ἔνευσε Spon.) λόφον. Color ductus cum ex loco nobiliffime Iliad. α. 528. fqq. quem multi imitando expreſſerunt, tum ex Il. ζ. 469. λόφον ἱππιοχαίτην δεινὸν ἀπ' ἀκροτάτης κόρυθος νεύοντα νοήσας. et Il. γ. 337. δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν. Similia congeffit *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 57. — κατανεύειν h. l., ut faepe alias, eft *nutando promittere*, fequente aut accufativo aut infinitivo. Unum *Pindari* locum laudaffe fuffecerit, ex Nem. α. 18. κατένευσέ τέ οἱ χαίταις — Σικελίαν πίειραν ὀρθώσειν κορυφαῖς πολίων ἀφνεαῖς. — Annuerat Minerva poëtae, neminem vel unam glebam unumve lapidem impune moturum effe. Haec loci interpretatio cum optime procedat, fruftra *Visconteus* ᾗ δ' ἐπί οἱ in textu pofuit, quo contorta exiftit et obfcura verborum ftructura, quae in vulgata lectione perfpicua eft et expedita. Jure igitur ipfe hujus conjecturae auctor ei non multum tribuiffe videtur. — V. 17. μή τι Marm. τι *Spon.* Ad νήποινον (νηποινεὶ *Casaub.*) fubaudi ἔσεσθαι. Solemnia verba haec in monimentorum confecratione, ne quis inde lapidem moveret, cefpitem velleret, monuit *Salmafius.* — V. 18. In marmore eft ΑΤΡΕΙϹ, litera ε linea fuperpofita ἀτρεῖς. *Casaub.* et *Salm.* ἀτρεῖς. Hic, poft multa molimina, tandem ἄτροπος corrigit, et οὐκ ἄτροπος μοιρῶν ἀνάγκας interpretatur *Parcas valde formidabiles.* ἀτρέπτου ἀνάγκαι dedit *Spon.* ἄτερ οἴων conjecit *Casaubonus.* *Visconteus* lapidis lectionem fervandam cenfet: ἀτρεῖς, ait, *é il plurale d' ἀτρεὺς, e ſta in vece d' ἀτρεὺς o ἀτρεῖς contratto poeticamente a cagion del metro,*

come appunto presso di Omero εὐκλείας o piuttosto εὐκλεῖας (Il. κ. 281. Od. φ. 381.) *in vece di εὐκλεεῖς contratto di εὐκλεέας, no già da εὐκλεία, come gli accenti e la terminazione lo palesano.* Clarissim. *Heynius*, qui hujus libri censuram egit in Ephemer. Goetting. an. 1795. nr. 180. p. 1805. formam ἀτρεῖς derivat ab ἀτρής; cl. *Eichstaedt* autem ἀτρεῖας nonnisi scriptura ab ἀτρῆς discrepare censet. Nam in veteribus monimentis ΕΙ nonnunquam pro Η ponitur. Vid. *Villoison* in Anecdot. T. II. p. 168. — ἀτρεής h. l. est, *qui non timetur*, ut ἄφοβος ap. *Parmenion.* Ep. VIII. μοῖρα νηπιάχοις ἄφοβον. — Μοιρῶν ἀνάγκαι sunt *poenae fatales, mala divina vindicta immissa;* ut monuit *Visc.*, qui comparat *Orphei* Hymn. I. 9. XXVII. 9. LXVIII. 6. Hanc significationem vocabuli ἀνάγκαι, qua aerumnas, miserias, tormenta notat, illustravit *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* III. 14. p. 183. et IV. 44. p. 287. ad *Herodot.* L. I. p. 58. 51. — V. 19. Non enim poenam fatalem effugiet, qui deorum violaverit sedes. — In Marm. ἔδεεεν, altero ε supra posito. ἀναθύη idem pro ἀναθείη, quod *Salm.* dedit. *Sponius* ἀλιτρεσσύνην ἀναθήῃ. Multa sunt exempla τοῦ Η pro ΕΙ positi in antiquis marmoribus. — ἕδος de sacris deorum sedibus passim obvium. Vide *Ruhnk.* ad Tim. p. 93. *Stoeber.* ad Thom. M. p. 266. et qui h. l. non praetermisit *Arnald.* de Diis Assess. p. 74. sq. — θεῶν ἐδέεσσι ἀλιτρεσσύνην ἀναθεῖναι insolentius dictum pro *deorum templa violare*, *Viscontius* tuetur et illustrat comparato Homerico Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει Il. χ. 100. quod etiam fuerunt qui, cum durius dictum putarent, immutare conarentur, ἐλεγχείην καταχεύει scribentes. Cum Homerico ἐλεγχείην ἀναθήσει comparandum est hoc ap. *Pindarum* Ol. ι. 16. τὶν δὲ κῦδος ἀνέθηκε. — V. 21. χῶρος. *Casaub.* δὲ pro τε Marmor. — V. 22. ὑπεσχεῖν οὔας ἑτοῖμαι. *Callim.* H. in Del. v. 230. οὔατα δ' αὐτῆς Ὀρθὰ μάλ', αἰὲν ἑτοῖμα θεῆς ὑποδέχθαι ὀμοκλήν. — V. 23. Ne quis in his nemus

ribus, agris, vinetis novum sepulcrum faciat, evertatve vetus. — ἡμερίδων ὄρχοι. ordines vitium. *Hesiod.* Scut. Herc. 294. βότρυας μεγάλων ἀπὸ ὄρχων. et v. 296. *Theocrit.* Eid. α. v. 48. *Eustath.* Il. ξ. p. 958. 11. — ἠνεμόεσσα δενδρέων. Marmor. Omnes ante *Visconteum* δένδρων. *Salmasius* junxit ῥήξει μάκελλαν ἐν ἄλσεα δένδρων, ut ἐν sit pro ἐς Doriensium more positum. Vide *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 364. C. ῥῆξαι autem μάκελλαν. εἰς ὄρχους, infringere ligonem vel impingere in arbores et vineas. Huic tamen explicationi non satis fidens *Salmasius* ἐνάλσεα et mox ὁμῶν μακέλλᾳ emendavit. *Casaubonus* ἐν in ἐς, ῥήξει in πήξει mutandum censet. *Visconteus* ἠὲν ἄλσεα scripsit, ut sit particula disjunctiva ἠὲ, cui an unquam ν sit additum, vehementer dubito. Idem ὁμῶν μακέλλᾳ probavit, in quam conjecturam etiam *Hoeschelius* inciderat l. c. p. 191. Fateor mihi non valde probabile videri, lapidarium in duobus vocabulis, ὁμῶν et μακέλλᾳ, eadem ratione aberrasse; quare vulgata scriptura servata equidem legam:

μηδέ τις ἡμερίδων ὄρχους ἢ ᾿ΑΝ᾿ ἄλσεα δενδρέων —
δμωῶν κυανέου Ἀΐδος πήξει μάκελλαν.

Omnis mutatio hic consistit in ἀν᾿, quod pro ἐν ponendum existimo; nam de πήξει *Visconteus* monuit, graecam vocem ΡΗΞΕΙΕ sic legi posse, lapidario latinam literam P pro graeca Π insculpente; sicuti in altera inscriptione v. 33. in ΚΗΡΤΧ (pro ΚΗΡΤΞ) graecae literae latinam substituit. Sic omnia bene procedunt: Nemo neque *in* vitium ordinibus, neque *in* arborum nemoribus, neque in agro herboso ligonem insigat ad sepulcrum faciendum. — Tenendum autem, praepositionem ἀνὰ non minus ad praecedens vocabulum pertinere quam ad sequentia, cujus licentiae exempla dedit *Bentlej.* ad *Horat.* III. Carm. XXV. 3. et post eum *Ruhnk.* in Epist. Cr. p. 130. — πήξει huic loco accommodatum est. *Theocrit.* Eid. VII. 155. ἆς ἐπὶ σωρῷ Αὖθις ἐγὼ πάξαιμι

μέγα πτύον. *Callim.* H. in Cer. 54. μή τοι πέλεκυν μέγαν ἐν χροῒ πήξω. *Homer.* Il. Θ. 298. ὀϊστοὺς — Πάντες ἐν χροῒ πῆχθεν ἀρηϊθόων αἰζηῶν. *Crinagor.* Ep. I. — V. 24. χλωρὰ θέουσαν habet Marmor. χλωρανθέουσαν uno vocabulo malebat *Casaubonus*, contra quem disputat *Salmasius*, laudato *Hesiodo* in Scut. Herc. v. 145. τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων. quem versum etiam *Hoeschelius* excitavit. Herba nimirum, quae per agrum viret eumque implet, eleganter dicitur θέειν sive τρέχειν, cujus locutionis exempla post *Salmasium* et *Visconteum* dedit *Eichstaedt* in Specim. Quaest. philol. p. 31 sq. ubi in *Theocriti* Eid. XVIII. 29. eleganter correxit: πιείρᾳ μέγα λαΐον ἅτ' ἔδραμε κόσμος ἀρούρᾳ. Similiter Graecos uti verbis ἥκειν et ἔρχεσθαι, nostro etiam loco prolato, docuit *Abresch.* in Anim. in Aesch. T. I. p. 302. Adde *Philostrat.* I. Imag. VI. p. 770. ὄρχοι μὲν οὗτοι φυτῶν ὀρθοὶ πορεύονται. — ¶. 301.] V. 25. Ascia δμωὴ Ἀΐδος, quia rei sepulcrali inservit. — V. 26. κεραίζων. Marmor. κεραΐξων. *Casaub.* et plures post eum. — V. 27. Nefas esto, quenquam hic sepeliri, nisi qui ex Herodis sit familia. Talia multa reperiuntur in monimentis sepulcralibus. Sic ap. *Sponium* Misc. erud. Antiq. p. 350. nr. LXXXV. et p. 351. nr. LXXXVIII. nr. XC. — V. 28. ἴκγενος. Marm. Omnia apographa habent ἔγγενος. *Salmasius* emendabat ἔγγονος. Sed vera lectio est ἴκγονος. Marmor ap. *Spon.* l. c. nr. XC. Τι. Ἰούλιος ... μνημεῖον κατεσκεύασεν ἑαυτῷ καὶ Ἰουλίᾳ Πρόκλῃ ... καὶ Τι. Ἰουλίῳ ... καὶ τοῖς τούτων ἐκγόνοις. ... ἑτέρῳ δὲ μηδενὶ ἐξὸν εἶναι τεθῆναι εἰς τὸ μνημεῖον. — De utriusque vocabuli usu et confusione vide *Dorvill.* in Miscell. Obss. nov. VII. p. 93. ad Chariton. p. 210. — ἐσσαμένοιο Marm. Duas extremas literas omisit *Spon.* *Salmasius* εἰσαμένοιο emendavit, citra necessitatem, ut *Maittaire* docuit. Idem enim utrumque vocabulum valet. — V. 29. ἴστωρ. Marm. quod *Casaubonus* de columna interpretabatur, cui in-

scripta verba. *Salmasius* felicius εἶσται i. e. ἵσται emendavit. *Hesych.*: ἵστορας. ἐμπείρους. μάρτυρας. συνετούς. συνθηκοφύλακας. Haec verba, ἐπεὶ τιμάορος ἵστωρ, *Visconius* cum iis conjungit, quae proximo loco praecedunt, κεῖνος δ' οὐκ ἀθέμιστον. Herodis soboli non sit nefas in hoc loco sepeliri; nam *Minerva*, *hujus loci dea tutelaris et vindex, conditionis conscia est et testis.* τιμάορος, ut in loco *Euripidis* ap. *Stob.* p. 452. 38. τὸ δ' ἄρσεν ἔστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος, θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον. qui versus praeclare ad nostrum locum facit. Vox τιμάορος, quam illustravit *Valcken.* in Diatr. p. 7. C., ap. nostrum, sicuti ap. *Euripidem*, pro *custode* simpliciter videtur accipienda. Hoc sensu Nymphae ap. *Apollon. Rhod.* IV. 1309. ἡρῶσσαι, Λιβύης τιμήοροι. et fere ap. *Pindar.* Olymp. IX. 124. τιμάορος Ἰσθμίαισι μίτραις. — V. 30. Ante *Visconium* περὶ χθόνιον βασιλ. in lapide legi existimabatur. *Arcudius* Ἀθηναίη τε περι et βασιλῆα. *Salmasius* οἱ inseruit; cujus vestigia secutus *Brunckius* παρά οἱ χθ. ex conjectura dedit. Hi de Plutone cogitabant, quem Minerva in fanum, ab Herode exstructum, tanquam πάρεδρον et σύνναον receperit. Huic interpretationi unice accommodata est lectio παρά οἱ χθ., quam *Br. Arnaldo* debuit de Diis Assess. p. 54. Sed falsam esse docuit *Visconius*, qui e literis fere evanidis hanc lectionem eruit:

ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΘΗΝΑΙΗ ΤΕ ΕΡΙΧΘΟΝΙΟΝ ΒΑϹΙΛΗΑ.

ad quam *Arcudii* lectio proxime accedit. Sensus est: Minerva ipsa, similem ob causam, passa est, Erichthonium regem in suo templo sepeliri. Respexit Herodes *Homer.* Il. β. 547. de Erechtheo, qui nihil diversus ab Erichthonio:

— ὅν ποτ' Ἀθήνη
θρέψε, Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα,
κὰδ δ' ἐν Ἀθήνῃς' εἷσεν ἑῷ ἐνὶ πίονι νηῷ·
ἐνθάδε μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται
κοῦροι Ἀθηναίων, περιτελλομένων ἐνιαυτῶν.

Apollodor. III. 14. 7. p. 269. Ἐριχθονίου δὲ ἀποθανόντος καὶ ταφέντος ἐν τῷ τεμένει, τῆς Ἀθηνᾶς — ubi vide *Heynium* p. 822. ſq. qui ſenſum loci Homerici praeclare vidit, quod *Viſcontum* fefelliſſe videtur. Erichthonium, in Minervae templo conditum, non praetermiſit, ubi ſimilia exempla recenſet, *Clemens Alex.* in Protrept. c. III. p. 74. ed. Wirceb. — συνέστιος is eſt, qui vulgo σύνναος et σύνοικος. *Plutarch.* T. II. p. 943. B. καὶ σύνοικός ἐστι τῆς μὲν χθόνιος Ἑρμῆς. — Deinde marmor ἐνκατέθηκε. cujus orthographiae exempla protulit *Viſcontus.* Comparandus eſt *Theocrit.* Eid. XVII. 50. ubi Venus dicitur Berenicen Orco eripuiſſe: — ἐς ναὸν κατέθηκας, ἑᾶς δ' ἀπεδάσσαο τιμᾶς. Similis color eſt etiam in Inſcr. II. 53. ſqq. — V. 32. ἐπιπείσεται αὐτόν. *Caſaub.* αὐτῶν. *Spon.* et *Holſtenius* in Apogr., quo *Viſc.* eſt uſus. Hoc ferendum eſſe negans *Salmaſius* ſcripſit ἐπιπείσεται αὐτῶν. Verum diligentius examinatis literarum in marmore veſtigiis, apparuit, ibi eſſe ἐπιπείσεται αὐτοῖς, quod reponendum. Comparavit *Viſcontus* Homericum: οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον ἠδ' ἐπίθοντο. Vocem ἄκλυτος Lexica ignorant, aeque ac νήτιτα. — V. 33. ἀποτιμᾶν neglectus et contemtus notionem habet. *Callim.* fr. CIII. πίτυν ἀποτιμήσουσιν. In Inſcr. II. v. 54. οὐδ' Ἕρσην γοργῶπις ἀπητίμησεν Ἀθήνη. Neglectos et deſpectos ab Ionibus ἀποτιμοτέρους eſſe vocatos, monuit *Gregor.* de Dial. §. CXXXIII. p. 251. ubi vide *Koen.* — Ceterum *Spon.* ἀλλαπτοιμήσει edidit. — μή οἱ. *ne id, rogo, impune ferat.* νητίτης idem quod ἀτίτης. i. e. ἀτιμώρητος. Vide *Heſych.* T. I. 602. ibique *Interpp.* — V. 34. Ultima litera vocis ἀλάστωρ in margine lapidis fere evanuerat. Apte *Viſcontus* ad hanc imprecationem illuſtrandam attulit verba *Philoſtrati* in Vita Herod. §. 10. p. 558. qui eum ſtatuas vernarum quorundam, quos inſigni amore complectebatur, poſuiſſe narrat: τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, οὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ σὺν

ad viam Appiam, ubi Herodis Triopium erat, marito in dotem attulerat. (Vide Inscript. in *Montefalc.* Diar. Ital. p. 125. *Fabretti* Inscr. V. p. 413.) Quatuor Regilla Herodi liberos pepererat, (cf. verf. 15. fq.) binas filias, Panathenaidem et Elpinicen, et totidem filios, quorum unus Atticus, insignis stuporis puer. (*Philostrat.* Vit. Herod. X. p. 557. fq.) Nobilis haec mulier cum octavum jam mensem gravida, subita morte periisset, cumque essent, qui eam jussu mariti verberibus affectam periisse dicerent, Herodes a fratre defunctae mulieris in judicium vocatus, sed criminis absolutus est. Nihil autem omisit, quo conjugis memoriam coleret. Theatrum ei exstruxit Athenis eodem loco, quo sepulta erat, ut ἠρῴου loco esset; idque tantae magnificentiae fuisse tradit *Philostrat.* l. c. §. V. p. 551., ut in omnibus Romani imperii terris nullum sui simile habuerit. Deinde etiam omnem ejus ornatum muliebrem Eleusine in Cereris templo dedicavit. Quum autem in Triopio suo haberet fanum et Cereri dedicatum et Faustinae, Regillae statuam in hoc fano posuit, ut tanquam heroina et majorum illarum dearum σύνναος coleretur. Ad hujus simulacri consecrationem matronae Romanae invitantur hoc carmine, quo multa de Herodis et Regillae genere traduntur. Hanc Inscriptionem primus edidit *Salmasius* Paris. 1619. 4. et post eum *Sponius* cum *Arcudii* notulis, et *Maittaire* in Miscell. Lond. 1722. De recta hujus carminis interpretatione optime meruit *Tristanus* in Comm. Histor. T. I. p. 582. cujus vestigia pressit cl. *Visconsus*.

V. 1. Θυβριάδες Marmor. Hanc lectionem tuetur *Salmasius* et *Visc.* similium omissionum exemplis prolatis. Θύβρις occurrit etiam in *Schol. Dionys.* Perieg. 352. — V. 2. ἀμφὶ scribendum. ἕδος h. l. est statua Regillae in Cereris templo consecrata. *Tim.* Lex. Plat. p. 93. ἕδος· τὸ ἄγαλμα. ubi *Ruhnk.* nostri loci non immemor fuit. Cf.

Cf. *Callimachi* fr. CV. p. 477. quod a multis tentatum, nuper etiam a doctissimo viro, *Imm. Huschke*, Epist. crit. p. 81. nondum penitus sanatum videtur. In fine legitur:

— καὶ γὰρ Ἀθήνης
ἐν Λίνδῳ Δαναὸς ΛΕΙΟΝ ἔθηκεν ἕδος.

Statua laevigata et expolita, λεῖον ἕδος, aliena a poëtae mente, qui priscos homines diis rudia simulacra posuisse narrat. *Bentlejus*, qui prius distichon divinitus restituit, minus feliciter h. l. κίον' ἔθηκεν emendavit; *Toupius* autem in Cur. nov. in Suid. p. 219. λᾶαν ἔθηκεν. Utrique conjecturae praetulerim conjecturam *Isaaci Vossii*, λιτὸν ἔθ. ἕδος, nisi etiam hoc vocabulum nimis generalem notionem haberet. Quare fugitiva litera revocata, quam praecedens C absorpsit, legerim:

— καὶ γὰρ Ἀθήνης
ἐν Λίνδῳ Δαναὸς ΦΛΟΙΝΟΝ ἔθηκεν ἕδος.

Φλοῖνος idem est, quod φλόϊνος, ex cortice arborum factus, sive cortice obductus. Sic apte et *Callimachi* inprimis ingenio accommodate significatur simulacrum ligneum, neque id edolatum et elaboratum, sed cum ipso cortice positum. Hoc sensu clava Herculis ap. *Theocrit.* XXV. 207. βάκτρον Εὐπαγὲς, αὐτόφλοιον, ἐπηρεφέος κοτίνοιο. et in Ep. ap. eundem IV. 2. Priapi signum describitur — σύκινον ἀρτιγλυφὲς ξόανον Τρισκελὲς, αὐτόφλοιον. Panis ap. *Philipp.* VII. κόψας ἐκ φηγοῦ σε τὸν αὐτόφλοιον ἔθηκε Πανὶ Φιλοξενίδης. Venerabatur ap. Graecos Φλοῖος Διόνυσος, tradente *Plutarcho* T. II. p. 683. F., quem nomen ab ejusmodi ξοάνῳ duxisse, nullus dubito. *Vivum lignum* appellant αὐτόφλοια ejusmodi signa, ut *Martial.* VI. Ep. XLIX. *Non sum de fragili dolatus ulmo, Nec quae stat rigida suprema vena De ligno mihi quolibet columna est, Sed vivo generata de cypresso.* Vide *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 487. Adde *Clem. Alex.* Protrept. c. IV. p. 76. ed.

Wirceb. — Ad Marcellum nostrum redimus. *Regillam* ex Regulorum gente fuisse, ad h. l. recte suspicatur *Salmasius*; errans tamen in eo, quod eam sororem esse putavit *M. Atilii Metellii Braduae*, qui Consul suffectus fuit A. V. C. 938. Errorem aperuit *Burigny dans les Mémoires de l'Acad. des Inscr.* T. XXX. *Anniae* nomen, quod Regilla gerit in Columna Capitolina, satis docet, eam *Annii Braduae* sororem fuisse, (de quo nos supra) quem ex Atiliorum gente ortum ignorabat *Salmasius*. — Quum in lapide esset ΘΥΟϹΚΟΛ, omissa lineola transversa in Λ, ut saepissime in hac Inscriptione factum, *Salmasius* ϑυοσκόον vel ϑυοσκόοι legendum censebat. Posterius si marmor praeberet, amplecterer, ut mulieres, sacra facientes, ϑυοσκόοι appellarentur, sicut ap. *Euripidem* in Bacch. 224. Μαινάδες ϑυοσκόοι. Sed proba est et fucatiori hujus Inscriptionis orationi accommodata lectio ϑυοσκόα ἱρά, pro ϑύος simpliciter, *thuris honores*. De v. ϑυοσκόος vide *Interpp. Hesychii* v. T. I. p. 1746. 23. — V. 3. Regillae genus ad Aeneam, et Juliam proinde gentem refertur. Quae cognationis fuerit ratio inter hanc gentem et Annios sive Atilios, non constat. *Visconsus* suspicatur, eam derivandam esse ab Antonia majore, cujus prosapia non satis cognita est. Ad hanc suspicionem parvum momentum habet hoc, quod Junius Silanus, Antoniae majoris gener, rarius illud *Appii* praenomen gerebat, quod etiam Regillae fratrem habuisse constat. — Pro ἔην *Spon.* vitiose ἐνῆ. — V. 5. γήματο δ' ἐς (sic marm.) Μάραϑ. Herodes enim fuit ex demo Marathonio, (*Spon.* Itiner. P. II. p. 482. et *Olear.* ad *Philostr.* p. 545. 1.) ubi praedia habebat et villam, cui nomen *Cephesia*. *Aul. Gellius* L. I. 2. *Philostrat.* p. 562. — Locutionem εἰς Μαραϑῶνα γήμασϑαι, in agrum Marathonium venire, ut ibi nuberet, fuse illustravit, nostro loco non omisso, *Valcken.* ad *Herodot.* L. IV. p. 317. 52. — Οὐρανιῶνα lapis, ultima litera evanida. — V. 6. τίμιον Spon. In marm.

est τίουσιν. — Cererem veterem et recentiorem *Salmasius* interpretabatur Cererem matrem ejusque filiam Proserpinam; parum recte. Intellexit *Spanhemius*, τὴν νέην Δηώ nobilem mulierem, sub Cereris nomine inter deos relatam, significare; cum satis constet, Imperatores eorumque conjuges liberosque deorum dearumque nomina assumsisse. Vide *Spanb.* de Usu et Praest. Num. T. I. p. 434. Sabina Δημήτηρ νέα appellatur ap. *Spon.* Misc. erud. ant. X. 18. p. 328. et Julia Augusta ap. *Cuperum* de Apoth. Hom. p. 285. qui multa alia hujus generis laudat, quibus adde, quae in eandem rem disputavit *Rubnken.* ad Vellej. L. II. 82. p. 345. *Spanhemius* igitur ad *Callim.* H. in Cer. 133. p. 830. *novam Cererem* interpretatur de Sabina, Hadriani conjuge, cui conjecturae adstipulatur *Rubnken.* l. c. Sed minus veram eam esse, *Viscontus* docuit. Faustinam significari, jamdudum intellexerat *Arnaldus* de Diis Assess. p. 145. ex v. 48., ubi poëta diserte docet, Faustinam in Triopio Herodis templum habuisse. *Arnaldi* interpretatio an sibi cognita fuerit, *Viscontus* non indicat, qui etiam Faustinam, non autem, ut ille putavit, majorem, sed minorem intelligendam esse probabiliter disputavit; in quo sibi praeeuntem habuit *Tristanum* Comment. Histor. T. I. p. 581. qui tamen Faustinae matrem sub nomine τῆς παλαιῆς Δηοῦς significari suspicabatur. Quae valde probabilis suspicio. Fuit igitur in illo templo ab Herode exstructo utriusque Faustinae statua. Ex iis enim, quae *Philostratus* narrat de Herode, ejus cum M. Aurelio Antonino reconciliatione, quae contigit post mortem Faustinae (a. p. Chr. 175.), et aedificiis post illa tempora exstructis, apparet, eum supervixisse huic Augustae. (*Philostr.* p. 562.) Jam si quaeritur, quo tempore Regilla obierit, eam M. Aurelio imperante obiisse apparet ex narratione *Philostrati* p. 555. de Bradua, qui, cum Herodem in capitis judicium vocaret, Consularis erat; id quod se-

cundum Fastos Consulares factum est post obitum Antonini Pii, qui defunctus est a. p. C. 160. Quum autem M. Aurelius imperium orbis terrarum capesseret, Herodes quinquagesimum aetatis annum nondum videtur supergressus; qui cum in carmine nostro v. 12. conjuge privatus esse dicatur ἐν γήρᾳ ἀζαλέῳ, *in arida senectute*, vix dubitari potest, quin Regilla post Faustinam obierit, circa ann. 175. quo Herodes quinque et sexaginta annos natus erat. Sed fac, ut antea perierit, fieri potest, ut Herodes ei hanc statuam nonnisi aliquot annis post ejus fata dedicaret; id quod probabile redditur v. 46. ubi theatri Athenis in Regillae honorem jam exstructi mentio injicitur. Jam itaque, ut valde probabile est, Herodem M. Aurelio, conjugis Faustinae amantissimo, ejusque filio Commodo adulantem, Faustinae juniori fanum, ut heroinae, in Triopio suo exstruxisse, eamque divinis honoribus coluisse; sic nulla causa apparet, qua commotus idem Faustinae majori, ante tot annos defunctae, tales honores habuerit. — Haec sunt, quae *Viscontus* pro sua sententia attulit. Adde quod Faustina junior novae Cereris nomine appellatur in Inscriptionibus et Nummis. Vide *Spanh.* de Usu et Pr. N. T. II. p. 288. *Maffei* in Arte crit. Lapid. p. 143. ipsam Regillam novae Cereris et antiquae, i. e. verae, nomine significari perperam statuit; id quod monemus, ne quid omisisse videamur. — V. 7. τῇσι – ἐγκαίτῃ (ἐγχαίτῃ *Spon.*). Apte comparat *Salmasius Theocrit.* X. 33. αἴθε μοι ἦσαν, ὅσα Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι, Χρύσεοι ἀμφότεροί κ' ἀνεκείμεθα τῇ Ἀφροδίτῃ — V. 10. Regilla in beatorum insulis habitat, ubi Saturnus βασιλεύει. Mireris, *Salmasium* ignorasse hanc fabulam, satis notam ex *Pindaro* Ol. II. 127. et 138. p. 38. 39. ubi vide cl. *Heynium*. Fons mythi est ap. *Hesiodum* Ἔ. κ. Ἡ. 169. qui de heroibus agens, hos, ait, Ζεὺς Κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης, Τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων, τοῖσιν Κρόνος ἐμβασιλεύει.

Visconteus comparavit picturam sepulcralem, ubi Saturnus animam, a Mercurio ipsi adductam, recipit. (Museum Pio-Clement. T. VI. T. II. 91. Sepulcr. Nasonum T. VIII.) — ἐνβασιλεύει. Marm. et *Spon*. — V. 10. ἀλη-νον. *Spon*. vitiose. — V. 11. ὀδυρόμενον. Quantu luctu conjugem defunctam prosecutus sit Herodes, docet *Philostratus* Vit. Her. §. VIII. IX. p. 556. sq. ubi *Olearius* laudat *Lucianum* similia narrantem in Demonacte §. 24. 25. T. V. p. 243. ed. Bip. Ibid. §. 33. p. 245. — V. 12. ἀζαλέῃ. Similiter senex queritur in filii funere ap. *Fleetwood*. Syllog. p. 199. *Orcus — Delicium mihi omne abstulit, Baculum, exsuctis medullis, Edentulae senectutis secuit.* — χήρη εὐνῇ. *desertum in coelibe lecto*. *Catull*. LXVIII. 6. — V. 13. Herodis orbitas defletur, qui antea duobus liberis privatus erat. Post hoc carmen scriptum tertiam jacturam fecit, ut apparet ex *Philostrato* §. X. p. 558. qui duas Herodis filias, et ex *Luciano* T. V. p. 243. qui filium ante diem obiisse narrat. Unus Atticus, stolidus homo, patri superstes fuit. — *Visconteus* revocavit lectionem marmoris ἀμύμονες, quam *Salm*. et *Maitt*. cum ἀμύμονας commutaverant. — ἅρπυιαι κλωθῶες, Parcae, quae immatura morte exstinxerunt infantes illos. Bene haec verba explicavit *Salmasius*, qui probabiliter emendavit in *Hesychio*: κλωθῶες. (Vulgo κλῶθες.) μοῖραι. κατακλῶθες Parcae vocantur ap. *Homer*. Od. η. 197. unde intelligitur, nomen κλωθοῦς, quod posteriora tempora uni Parcarum tribuerunt, olim omnibus commune fuisse. Omnes enim nebant, ἐκλώθουν. Vide *Catull*. LXIV. 311. Dubitari non potest, quin auctor nostri carminis respexerit *Homer*. Od. α. 241. νῦν δέ μιν ἀκλειῶς ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο. Ὤιχετ' ἄϊστος, ἄπυστος, ἐμοὶ δ' ὀδύνας τε γόους τε κάλλιπεν· οὐδ' ἔτι κεῖνον ὀδυρόμενος στεναχίζω κ. τ. λ. Cf. Od. ξ. 371. ubi de foedis illis avibus, quas Argonautarum fabulae peperisse videntur, non cogitandum esse, jamdudum docuit *Heynius* ad *Virgil*.

Aen. III. Exc. VII. Erat omnino in hoc vocabulo celeritatis notio, unde venti rapaces et fatum improvisum ἁρπυίας nomine appellatur. — V. 15. sic, ut *Br.* habet, legitur in marm. *Spon.* dedit: πλεονηδόνα et in fine λιπέσθεν. — V. 17. σφινηλῆς. Marm. omisso fortasse altero Ν. quamvis etiam σφὶ νηλῆς ferri possit, *Visconte* judice. — ἔμαρψε. sine ν, prorsus inutili, marm. et *Spon.* νήποινον ἔμαρψε. *Injecere manus invida fata mihi.* Anth. Lat. IV. 142. p. 93. ubi plura hujus generis dedit *Burm.* quibus adde, quae monuimus ad *Philippi* Ep. II. p. 140. — Mors Regillam abstulit, antequam ad senectutem pervenisset. μιγῆναι et μίσγειν significatione translata passim occurrit ap. *Pindarum*; ut Nem. II. 34. ὀκτὼ στεφάνοις ἔμιχθεν. *octo victorias reportarunt.* Cf. Nem. I. 26. sq. et IV. 34. Καδμεῖοί νιν — ἄνθεσι μίγνυον. *flores ei tribuerunt.* — ἠλακάτη pro λίνοις sive μίτοις Parcarum, *colus* pro *filis*, quae γηραιὰ vocantur, cum senectutem annuunt. *Breves colos* ap. *Martial.* IX. 18. comparavit *Salmasius.* Idem Licinio e gravi morbo convalescente Plutonem dicit *fatis raptas colos reddidisse* L. VII. 46. Similia, ubi ἠλακάτη et colus pro *vitae staminibus* ponitur, passim occurrunt; nihil facile, quod huic locutioni ad amussim respondeat. — V. 19. ἐπίηρα. Apud *Homerum*, ubi ἐπίηρα φέρειν passim occurrit, ἐπὶ ἦρα scribendum esse, suspicatus est *Salmasius* ad h. l., primus diserte docuit *L. Bos* in Obss. crit. p. 164. et *Jensius* in Lucubr. Hes. p. 111. Hos duumviros sequitur *Brunckius* in Lect. p. 112. ad *Rhiani* Carm. I. 21. et ad *Apollon. Rh.* IV. 375. Secundum hanc observationem scribendum foret ἐπὶ ἦρον. Nam ἦρον, ab ἄρω, ἀρέω, ἀρέσκω, derivandum, proprie id est, quod placet, ἡ χάρις. Sed nihil mutandum. Recte *Hesychius*: Ἐπίηρος. βοηθός. ὁ χάριν ἀποδιδούς. quo nixus *Arcudius* h. l. mallet Ζεὺς ἐπίηρος; quae facilior foret lectio. Accusativus absolute ponitur pro εἰς ἐπίηρα, ut χάριν pro εἰς χάριν, eodem sensu. — Sic h. l. expli-

cuit *Salmasius: In gratiam et solatium Herodis, nec modum nec finem lugendi facientis, Jupiter uxorem ejus ad Oceanum misit; imperator vero M. Antoninus ejus filium senatorem fecit.* Est autem in his verbis, τῷ δὲ – ἠλυσίωσεν, elegans anacoluthon, qualia multa ap. *Homerum.* — ὀδυρομένῳ ἀκόρητον. *Euripid.* Alcest. v. 183. δακρύων εἶχεν κόρον. ἀκόρητον ὀδύρεσθαι respondet quodammodo *Horatiano* I. Epist. XIV. 7. *Fratrem moerentis, rapto de fratre dolentis Insolabiliter.* magis etiam *Lucret.* L. III. 919. *At nos horrifico cinefactum te prope busto Insatiabiliter deflebimus, aeternumque Nulla dies nobis moerorem e pectore demet.* — V. 20. ὅμοιος ex vitioso apogr. *Salm.* et *Maitt.* In marm. est ἐοικώς. — βασιλεὺς est M. Aurelius Antoninus, Διὶ μῆτιν ἀτάλαντος, ut est saepe ap. *Homerum.* Male *Tristanus* Comm. histor. T. I. p. 618. Jovem Marci Aurelii patrem vocari existimabat, cum πατὴρ solemne sit Jovis epitheton. — V. 21. ἐς Ὠκεανόν. In Oceano versus occidentem posuit beatorum sedes *Hesiodus.* Ἔ. καὶ Ἡ. v. 171. ἐν μακάρων νήσοισι παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην. Vide *Heynium* de beatorum insulis disputantem in Opusc. Acad. Tom. I. p. 395. sqq. — V. 22. Jupiter Zephyrum jussit mulierem in beatorum sedes traducere. Obversabatur poëtae locus *Homeri* in Od. δ. 563. ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσιν – τῇπερ – αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους. quem expressit *Pindar.* Ol. II. 129. sq. Hinc igitur αὔραι Ζεφύρου ἠλύσιαι. Eleganter *Marcellus* Zephyro hoc munus tradidit; in quo ei obversabatur, ni fallor, locus *Callimachi*, qui in Elegia de Coma Berenices Zephyro etiam ministerium tribuerat. *Catull.* LXVI. 54. *Arsinoës Chloridos ales equus – per aetherias me tollens advolat auras, Et Veneris casto collocat in gremio.* ubi vide cl. *Doering.* et *Valcken.* in Eleg. Callim. p. 166. qui laudat *Appulej.* Met., ap. quem L. IV. fin. Zephyrus Psychen Cupidini affert; et L. V. p. 92.

illi tuo famulo praecipe Zephyro, simili vectura sorores huc mihi sistat. — In γυναῖκα ultima litera evanuit. — V. 23. αὐτὰρ ὁ. pro ὁ δὲ, βασιλεὺς scil. αὐτὰ vitiose *Salm.* et *Maitt.* — Filio Herodis, qui cum sorore matri superstes erat, imperator concessit calcei lunati ornamentum, ἀστερόεντα πέδιλα. Hujus ornamenti mentionem fecit *Juvenalis* VII. 191. *Felix et sapiens, et nobilis et generosus Adpositam nigrae lunam subtexit alutae.* Quum Braduas in caedis actione, quam in Herodem intendebat, de nobilitate sua gloriaretur, Herodes respondit, σὺ τὴν εὐγένειαν ἐν τοῖς ἀστραγάλοις ἔχεις. quod *Philostrat.* Vit. Her. VIII. p. 555. interpretatur: τὸ ξύμβολον τῆς εὐγενείας περιηρτημένος ἦν τῷ ὑποδήματι. τοῦτο δέ ἐστιν ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδές. ubi *Olearius* et alia dedit, et nostrum locum non omisit. Ex iis, qui in causas hujus ornamenti inquisiverunt, inter quos *Plutarch.* T. II. p. 282. A. B. varia comminiscitur parum probabilia, nemo tradidit, quod hinc discimus, fuisse, qui illud a Mercurio derivarent, qui, cum Aeneam Graecorum catervis eriperet, lunam in talaribus fixisset. Ap. *Virgilium* Aen. II. 693. *de coelo lapsa per umbras stella* viam Aeneae signabat, ubi veteres de Veneris stella cogitabant. At in Tabula Iliaca Mercurium comitari Aeneam, et in gemma ap. Augustinum T. II. nr. III. lunam Aeneae fugam illustrare, praeclare monuit *Viscontus.* — Caeterum *Arcudius* παῖδα non de Herodis filio, sed cum *Jo. Matthaeo Cariophilo* de ipso Herode, qui Imperatoris παῖς, i. e. famulus et subditus fuerit, interpretandum censet. At causas, quae ipsum inducebant, ut *Salmasii* interpretationem repudiaret, refellit *Viscontus*, qui docet, calcei patricii ornamentum etiam pueris fuisse concessum, laudato *Statio* V. Sylvar. II. 28. *Sic te, clare puer, genitum sibi curia sensit Primaque patricia clausit vestigia luna.* Recte vero idem *Arcudius* observavit, v. 34. sqq. de Herodis filio nulla ratione intelligi posse;

id quod *Salmasium* fefellerat. — ¶. 303.] V. 27. Hic versus, literis tempore corrosis, sic in marmore legitur:

ΠΑΜΦΑΝΟΩΝ ΕΝΕΚΕΙΤΟ ΣΕΛ . . . . . ΚΥΚΛ . . . .

Posteriorum literarum nonnisi inferior pars in lapide conspicitur, ita tamen, ut satis appareat, κύκλος fuisse lectum. Reliqua feliciter explevit *Salmasius*, σεληναίης κύκλος αἴγλης, ad imitationem *Apollonii Rhod.* L. IV. 167. ὡς δὲ σεληναίην διχομήνιδα παρθένος αἴγλην. Ut suavius ad aures accideret versus, *Visconsus* κύκλος αὐγῆς reposuit, comparans Hymn. Orph. VIII. 5. 6. Hymn. Homer. XII. 12. — Ad κύκλος σελήνης idem confert *Leonid. Tar.* Ep. XLIX. *Aesopi* Epigr. Tom. I. p. 76. — V. 28. παρενηγράψαντο. *Spon.* Nostrum legitur ap. *Salmasium*. At in marmore non ΠΑΡ, sed ΠΟ esse videtur; tertia litera obscura est. Hinc *Visconsus* emendavit: ποτ' ἐνεξξάψαντο. — V. 29. Prius hemistichium evanuit; alterum sic habetur: ηγενεεσσι γεραα. *Salmasius* lacunam explere et totum versum refingere conatus est sic, ut *Br.* dedit. Novissimus editor sic:

υἱάσιν Αὐσονίων εὐηγενέεσσι γεράα.

Secundi vocabuli vestigia in marmore literae ΤΣ. Ceterum notanda forma γεράα pro γεράαα sive γεράατα, penultima producta, ut in *Anacr.* Od. II. 1. κεράτα, quod tamen a nostro diversum. In marmore extremae hujus versus literae exesae videntur. Quid, si *Marcellus* dederit:

σύμβολον Αὐσονίοισιν εὐηγενέεσσι γ' ΕΡΑΝΝΟΝ.

Vide, quam facile hoc pro ΓΕΡΑΑ legi potuerit. Syllaba ευ ante vocalem in medio passim corripitur; quamvis aeque commode legas: Αὐσονίοις εὐηγενέεσσι. Particula γε hic vim suam exercet, cum nobiliores Romanorum a cetera multitudine secernit. σύμβολον quodammodo tuetur *Philostratus* l. supra laudato: τὸ ξύμβολον τῆς εὐγενείας. ἐραννὸν autem σύμβολον ab elegantia hujus carminis non abhorret. — V. 30., quem *Sponius* male postponit vers

fui 31., iterum lacunofus eft. *Sponius* dedit ου....οσσηται; nec aliter *Salmasius* in fuo apographo inveniens, emendavit: ὥς μιν ἐκόσμησεν, quod ipfe tamen parum certum effe intelligebat. *Viscontus* in marmore legit ουμιν .. οσσηται. unde certiffima emendatione reftituit:

οὔ μιν ὀνόσσηται καὶ Κηρυκίδην περ ἐόντα —

Antiquum hoc Tyrrhenorum ornamentum non vituperaverit, non recufaverit Atticum, quamvis Athenienfem. i. e. non indignus videbitur Atticus, qui hoc ornamentum gerat. His verbis poëta fibi viam ad praedicandam nobilitatem Herodis munivit. Memorabile eft, quod calcei fenatorii a Tyrrhenis derivantur h. l. Idem tamen indicant verba *Servii* ad *Virgil.* Aen. VIII. 458. *Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis. Tusca calceamenta: et dicit crepidas, quas primo habuere fenatores, post equites romani, nunc milites.* — *Salmas.* et *Maitt.* Θυρσηνῶν. Mox in lapide eft τέρας pro γέρας. Saepe lapidarios T et Γ confudiffe, multis exemplis allatis docet *Viscontus.* — V. 32. ἐγγειδῶτα. vitiofe *Spon.* et ap. *Salm.* apogr. Hic ἐκγεγαῶτα corrigit, ut marmor ap. *Visc.* habet. In feq. verfu marmor KHPYX, latina litera X fubftituta τῷ Ξ. Quae hoc loco de Herodis genere traduntur, nonnihil obfcuritatis habent. Primum quidem nullus dubito, quin Herodes Θησηΐδης vocetur, non propter cognationem aliquam cum Thefei familia, fed hanc folam ob caufam, quod *Athenienfis* effet. Appofite ad h. l. *Viscontus* poft *Olearium* laudat *Virgil.* Georg. II. 383. *Praemiaque ingeniis agros et compita circum Thefidae pofuere.* — Deinde nobile fuit genus τῶν Κηρύκων, qui myfteriis ap. Athenienfes praeerant. Κῆρυξ vulgo dicebatur filius Mercurii et Aglauri, quae Cecropis filia erat. Vide *Valef.* ad *Harpocrat.* p. 45. *Paufan.* I. 38. p. 92. diverfitatem traditionis circa originem Cerycis attigit. Ex noftro loco intelligitur, eum a nonnullis Mercurii et Herfes fil. fuiffe dictum, ex quorum amoribus (vide

Ovid. Met. II. 726. sqq.) alii Cephalum prognatum esse narrabant. *Apollod.* III. 14. 3. p. 364. Herodem ex Cerycum familia fuisse, non dicit *Philostratus*, qui eum ab Aeacidis descendentem facit p. 546. *ἀνέφερε δὲ ἐς τὰ τῶν Αἰακιδῶν, οὓς ξυμμάχους ποτὲ ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ τὴν Πέρσην ἐποιεῖτο.* Ad h. l. *Olearius* recte monuit, fieri posse, ut Herodes ex Aeacidis pariter et Erechthidis originem duceret, paternum forte genus ex alteris, ex alteris maternum. „Firmare hoc videtur peculiaris affectus in „duos pagos, quorum alter ad tribum pertinebat, quae „ab Ajace, alter ad eam, quae ab Erechtheo nomen „obtinuit, Marathonem, inquam, et Cephissiam; cujus „affectus in hac ipsa vita testem Philostratum habemus. „Amabat itaque hos pagos Herodes, quod paternum ma„ternumque ejus genus inde duceret.“ Haec *Olearius.* Eandem sententiam *Visconsus* amplectitur. — Ceterum statuam Mercurii puellam amplectentis ad Mercurii et Herses amores referebat *Winkelmannus* in Annotatt. ad Histor. Art. p. 46. Idem in altera hujus Operis editione p. 282, hoc symplegma in Herodis hortis positum fuisse satis temere suspicatur. — V. 34. Hunc versum de Herode patre, non cum *Salmasio*, qui hic omnia mire turbavit, de filio interpretandum esse, primus intellexit *Arcudius*; cujus vestigia secutus novissimus editor totum hunc locum egregie illustravit. *τιμῆεις* ad senatoriam dignitatem pertinet; *ἐπώνυμος* autem ad Consulatum, ut jam *Arcudius* monuit. Nam cum *ἐπώνυμος* proprie is esset inter Archontas, cujus nomine annus notari solebat, hoc vocabulum apte ad consularem dignitatem transferri potuit; cujus translationis exempla dedit *T. H.* ad *Lucian.* Dial. Mar. IX. 1. T. II. p. 374. ed. Bip. Herodes autem functus est Consulatu a. p. Chr. 143. Hinc dicitur *εἰς βουλὴν ἀγέρεσθαι, ἵνα πρωτόθρονος ἕδρη*, quia viri consulares in primis subselliis sedebant. — *ἄνασσα* dedit *Spon.* N in marmore fere evanuit. Cum verbis *ἄνασσα*

βουλὴ *Salmasius* comparavit *dominam senatum* ap. *Martial.* XIV. 1. Mox ἐς βουλὴν marm. — V. 36. Hujus loci sensum praeclare restituit *Viscontius*, distinctione mutata:

Ἑλλάσι δ᾽ οὔτε γένος βασιλεύτερος, οὔτ᾽ ἔτι φωνὴ
Ἡρώδεω· γλῶσσαν δέ τέ μιν καλέουσιν Ἀθηνέων.

In extrema voce revocavit genuinam marmoris lectionem, quam *Salmasius*, in cujus Apographo Ἀθηναίων erat, in Ἀθήνης corrupit. Merito mirabatur Gallus editor, talia de Herodis filio praedicari, eumque quasi regnum inter oratores tenuisse dici, quem *Philostratus* ne prima quidem literarum elementa sine summa difficultate didicisse narret; sed cum solam ex his salebris viam non cerneret, eo confugit, ut *Philostrati* narrationem falsam esse contenderet. Jam vides, quam pusilla res biographum Herodis in mendacii suspicionem adduxerit; cum, importuna distinctione loco suo mota, omnis illa suspicio penitus evanescat. Nunc enim senioris Herodis et genus et eloquentia laudatur, idemque propter eloquentiae laudem γλῶσσα appellatus esse dicitur. Haec spectare videntur dictum Rufi Sophistae, qui Herode magistro gloriatus, δεσπότην αὐτὸν ἐπεκάλει καὶ Ἑλλήνων γλῶτταν καὶ λόγων βασιλέα, narrante *Philostrato* Vit. Soph. II. 17. p. 598. ubi *Oleario*, nostrum locum comparanti, nihil suboluit tamen; quod, qui *Olearium* novosit, nemo mirabitur. Τὸν τῶν λόγων βασιλέα eundem appellabat *Adrianus* ibid. L. II. 10. p. 286. *Platonem* appellans *Aristides* in Platon. I. p. 33. ὦ μεγίστη σὺ, ait, γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων. *Himerius* Eclog. XIII. 31. p. 232. Melen fluvium celebrat γλῶσσαν τοσαύτην γειναμένην. ubi vide *Wernsdorfium*. *Gellius* N. A. XIX. 12. *Herodem Atticum, consularem virum, Athenis disserentem audivi Graeca oratione; in qua fere omnis memoriae nostrae universos gravitate atque copia et elegantia vocum longe praestitit.* — V. 38. Jam ad Regillam poëta revertitur, cujus nobilitatem laudat, Trojanis Juliae gentis majo-

ribus commemoratis. In versus exitu *Marcellus* imitatus est *Homer.* Il. ι. 553. κούρη Μαρπήσσης καλλισφύρου Εὐηνίνῃ. Patronymicorum hanc formam attigit *Valcken.* ad *Herodot.* VIII. p. 648. 42. — V. 39. ἦεν. Marm. εἶην. *Salmasii* apogr. qui ἦεν sive ἦην emendabat. Posterius, ut marmoris lectionem, praetulit *Viscont.* Passim haec forma ap. *Homerum* obvia. — V. 40. Τρ. Ἐριχθονίδαο ἐυδείφιλον. Marmor. Parva mutatione οἶδιφ. *Spon.* et alii; *Salmasius* Τρ. Ἐριχθονίδεω· ὃ δὴ φ. quem *Branck.* sequitur. *Viscontus* lapidis lectionem revocavit, minima mutatione admissa:

Τρωὸς Ἐριχθονίδαο· σὺ δ', εἴ φίλον — —

Erichthonius, Dardani fil., Trois pater. *Homer.* Il. υ. 219. *Apollod.* III. 12. 2. p. 243. — Sensus est: Tu, si libet, Regillae sacra facias; nemo enim invitus ad hoc officium cogitur. — V. 42. Lapis habet εἰ δέ τοι, ubi *Maittaire* φίλον subaudit; *Viscontus* autem εἰ δέ τι corrigit, ut sit εἰ δέ τι μέλλει, διαφέρει. *si quidem pii et heroas colere curant.* Hoc ferendum esse negat cl. *Heyne*, qui vulgarem lectionem sic accipit: εἰ δὲ τῶν εὐσεβέων τοῦτό ἐστι καὶ τ. λ. Brunckiana lectio εἴδεται ingeniosa quidem et satis speciosa, sed recte monuit *Viscontus*, ea admissa hunc versum, nulla particula cum praecedentibus copulatum, pendere. Mihi semper sic visum est, verba θυέων ἀνὴρ οὐκ ἀέκοντος ἀνάγκη, interposita et pro parenthesi habenda esse; infinitivos autem ῥέξαι et θῦσαι non tam pro imperativis esse positos, sed pendere a φίλον, verbo finito in depravatis v. 42. syllabis latente. Jam vestigia hujus lineae nobis rimantibus,

ΕΙΔΕΤΟΙΕΥΣΕΒΕΕΣΣΙ —

verisimile visum est, totum hunc locum ita a poeta conceptum esse:

σὺ δ' εἰ φίλον ἱερὰ ῥέξαι
καὶ θῦσαι, (θυέων ἀνὴρ οὐκ ἀέκοντος ἀνάγκη)
ΕΡΑ': ΕΠΕΙ ΕΥΣΕΒΕΣ ΕΣΤΙ καὶ ἡρώων ἀλεγίζειν.

Si tibi animus est victimas mactandi et thus adolendi, (nemo autem invitus ad haec sacra cogitur,) facito: nam pium est etiam heroas heroinasque colere. — ἔρδειν sive *facere* simpliciter, sive *sacra facere* interpreteris licet. (De posteriore significatione vide *Interpp.* ad *Hesych.* v. ἔρδειν.) Initio versus ἔρδε posuit *Homerus* Il. δ. 29. ἔρδ'· ἀτὰρ οὔ τοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι. — In ἀσεβές ἐστι parva est mutatio; facillime enim omitti potuit τὸ C praecedente E et subsequente syllaba EC, quibus summa est inter se similitudo. Exempla hujuscemodi negligentiae satis clara laudavit *Viscontus* ad v. 17. p. 82: not. a: — V. 43. Regilla jam neque mortalis, neque dea, sed heroïna est. οὐ μεγγὰρ marmor. quae scriptura, ex pronuntiatione orta, passim est obvia. *Salmasii* apogr. μα-γάρ. — V. 44. Neque templum nacta est, neque tumulum, sed ἱερὸν; neque inferiae ipsi afferuntur, ut mortali, nec sacrificia, qualia diis peraguntur; sed munera, qualia heroës accipere fas est. — In fine vers. 45. αλλοια *Spon.* — V. 46. νεω et Ἀθηναις *Spon.* Posterius legitur in marm. Tumulum, *templo similem*, qui hoc loco commemoratur, primus *Salmasius* suspicatus est, accipi debere de theatro, Athenis ab Herode in Regillae memoriam exstructo. *Philostrat.* p. 551. ἀνέθηκε δὲ Ἡρώδης Ἀθηναίοις καὶ τὸ ἐπὶ Ῥηγίλλῃ θέατρον, κέδρου ξυνθεὶς τὸν ὄροφον. et iterum p. 556. Cum eo conspirat *Pausan.* VII. 20. p. 574. qui postquam Odeum Atheniense omnia alia μεγέθει τε καὶ ἐς τὴν πᾶσαν κατασκευὴν superare dixit, addit haec: ἀνὴρ δὲ Ἀθηναῖος ἐποίησεν Ἡρώδης εἰς μνήμην ἀποθανούσης γυναικός. Facit huc locus *Statii* V. Sylv. III. 47. sqq. ubi se, si opes suppetant, patri Odeum pro monimento exstructurum esse ait:

Atque utinam Fortuna dares mihi Manibus aras,
Par templis opus, aëriamque educere molem — —
Illic Oebalio non finderet aëra disco
Grajorum vis ulla virûm; non arva rigaret . . . .

Sudor equûm, aut putri sonitum daret ungulâ fossa.
Sed Phoebi simplex chorus. Hic frondentia vatum
Praemia laudato, genitor, tibi rite dicarem.

— V. 47. Monimentum Regillae quidem Athenis est; ipsa autem in beatorum sedibus versatur. Hae sedes Rhadamanthi sceptro significantur. Hunc enim ibi judicium exercere, docuit *Pindar.* Ol. II. 137. βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος· ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἑτοῖμον αὐτῷ πάρεδρον. Conf. Ep. *Hegesippi* VII. Tom. I. p. 255. τὴν ἐπὶ πυρκαϊῆς ἐνδέξιά φασι κέλευθον Ἑρμῆν τοὺς ἀγαθοὺς ἐς Ῥαδάμανθυν ἄγειν. i. e. *ad beatorum sedes;* quod ibi notare neglexímus. — ἀμφοιπολεύει. *Spon.* — V. 48. Φαυστείνῃ. Marm. et *Spon.* Hoc Regillae signum Faustinae juniori (*novae Cereri*, vide ad v. 6.) in Triopio collocatum et dedicatum est, ut quasi antistes sit templi et majoris numinis famula. — V. 49. Legebat *Salm.* in apographo suo – Τριόπειαι καὶ πάρος. unde emendatio orta est, quam *Br.* recepit. Sed in marmore legitur, ut etiam ap. *Sponium*, – Τριόπεια ἵνα οἱ, quam praeclaram lectionem *Viscontius* restituit:

ἵνα οἱ πάρος εὐρέες ἀγροί

quo indicatur, illas possessiones, quas Triopii nomine appellaverat Herodes, Regillae olim fuisse. Idem affirmat columna Capitolina:

Annia Regilla
Herodis uxor
Lumen domus
cujus haec praedia fuerunt.

Conf. cum hoc loco prior Inscriptio v. 9 – 12. et v. 23. 24. ubi sunt ἡμερίδων ὄρχοι, qui h. l. χορὸς ἡμερίδων. Bene observavit *Salmasius*, utrumque vocabulum a saltantium ordinibus derivatum esse; idemque comparat *Manilium* L. V. 238. qui de vindemiatore locutus, *Et te*, ait, *Bacche, tuas nubentem junget ad ulmos, Disponetve jugis,*

imitatus frondi choreas. Eustath. de Hysm. et Hysm. L. I. p. 8. in descriptione horti, arbores, ait, conjungunt ramos ὡς χεῖρας, καὶ ὥσπερ χορὸν συστησάμενα κατορχοῦσι τὸν κῆπον. Simili translatione τοὺς χοροὺς τοὺς προσθίους *dentium anteriorem ordinem* dicere ausus est *Aristophan.* Ran. 556. — V. 50. ἐλαύνοντες. *Spon.* — ἐλαιήεντες pro ἐλαιήεσσαι. — V. 51. οὐ μὴν Lapis. Fortasse poëta scripserat:

οὐ μεν ἀτιμήεσσα — —

quod mihi vulgato videtur elegantius. — Nec eam spreverit regina diva inter famulas suas recipere. Minores dii majorum sunt ὀπάονες et ὀπαδοί; ut Pan matris deûm ap. *Pindar.* in Schol. Pythic. III. 139. ματρὸς μεγάλας ὀπαδὸν, Σεμνᾶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν. ad quem locum *Arnaldus* de Diis Παρέδρ. p. 204. comparat *Valerium Flacc.* L. III. 47. *Deus incipitem famulaverat urbem, Mygdoniae Pan jussa ferens saevissima matris.* Ad nostrum locum *Viscontus* conferri jussit *Homer.* Hymn. in Cerer. v. 438. — ἦλθ' Ἑκάτη λιπαροκρήδεμνος· Πολλὰ δ' ἄρ' ἀμφαγάπησε κόρην Δημήτερος ἁγνήν, Ἐκ τοῦ οἱ πρόπολος καὶ ὀπάων ἔπλετ' ἄνασσα. Adde *Philostrat.* in Heroic. Prooem. p. 666. ubi de heroibus agens, post mortem, ait, θεοὺς, ὧν ὀπαδοὶ εἰσι, γινώσκουσι. *Themist.* XXII. p. 281. B. ὡς καλαί τε καὶ πρέπουσαι ὀπαδοὶ τῆς θεοῦ. — V. 53. Splendida quaedam ex antiquitate exempla sacerdotum referuntur: Iphigenia Dianae, Herse Minervae. *Salmasius* has potissimum deas hoc loco commemorari censebat, quod fanum in Triopio haberent; Dianam enim nihil diversam esse a Nemesi; quod mihi secus videtur. Color idem, ut in priore Inscript. v. 80. 81. Iphigenia non solum in templo Dianae sacra administrabat, verum etiam ibidem sepulta, tanquam heroïna, ni fallor, colebatur. Certe ei mulierum, quae in puerperio perierant, velamenta solebant poni, teste *Euripide* in Iphig. Taur. v. 1462 — 1467. — De Herse quidem nihil ejusmodi constat;

sed

ſed hanc quoque pro heroïna cultam eſſe, ſuſpicari licet inde, quod ejus ſoror Aglauros fanum haberet. (Vide *Herodot.* VIII. 53. p. 642. ibique *Weſſel.* et *Valeſium* in Mauſſ. Notas in Harpocr. p. 83.) — γοργῶπις Ἀθήνη. *Sophocl.* ap. *Plutarch.* T. II. p. 99. A. γοργῶπις Ἀθήνη. et in Ajace quoque v. 450. ἡ Διὸς γοργῶπις ἀδάμαστος θεά. — ἀπητίμασεν. *Salm.* et *Maitt.* *Viſcontus* hoc verbum ab ἀτιμάω derivabat; fortaſſe recte; fieri tamen poteſt, ut auctor carminis in ἀπητίμησε (vide ad Inſcr. prior. v. 33.) augmentum Atticorum more duplicaverit. Vide *Fiſcher.* Anim. in Velleri Gramm. T. II. p. 299. — V. 55. ἠέρωμησι ut marmoris lectionem in ſuo ap. invenit *Salmaſius.* ἠερωμνισι *Spon.* Formam ἡρῷναι cum ſimilibus attigit *Valck.* in Adoniaz. p. 321. C. παλαιῇσιν. Marm. quod ſervandum erat. — ¶. 304.] V. 56. Καίσαρος μήτηρ *Salmaſ.* interpretatur de Fauſtina, Commodi matre, quem Caeſarem poëta vocaverit, ſervans diſcrimen, quod tunc temporis inter Caeſares et Auguſtos erat. Sed recte *Viſcontus* monuit, fieri non poſſe, ut Fauſtina inter deos relata, et ab ipſo poëta Cereris nomine ornata v. 6. nunc inter heroïnas in Elyſio campo verſari dicatur. Intelligendam eſſe matrem M. Aurelii, Domitiam Cavillam ſive Lucillam, quae defuncta eſt, antequam ejus filius ſolium adſcendiſſet. Quare cum inter deas referri non poſſet, a *Marcello* noſtro in beatorum ſedibus collocatur. Veriſſimam hanc obſervationem jam dudum antea explicuerat *Triſtanus* in Comm. Hiſtor. T. I. p. 583. qui etiam in aliis *Salmaſii* errores feliciter emendavit. Perquam honorificum eſt, quod Domitiam regnum inter heroïnas exercere dicit; in quo, *Viſconto* monente, imitatus eſt *Homerum* Od. λ. 483. ubi Ulyſſes ad Achillem: Πρὶν μὲν γάρ σε ζωὸν ἐτίομεν ἶσα θεοῖσιν Ἀργεῖοι, νῦν αὖτε μέγα κρατέεις νεκύεσσιν Ἐνθάδ' ἐών. — Epitheton Domitiae tributum, ὁμάνια μήτηρ, *Viſcontus* idem eſſe contendit, quod πότνια. Huic interpretationi

favet *Hesych.*: Ὀμπνείου (l. ὀμπνίου) νέφους. μεγάλου. πολλοῦ. ηὐξημένου. — V. 57. ἐς χορόν. Regillam coetui heroïnarum immixtam non spernet, quarum choreas regit una cum Alcmena et Cadmi filia. χοροστασίησιν ἀνάσσειν. *moderari choreas*, ut haec verba interpretatur *Casperus* in Obss. L. I. 1. p. 4. ἀνάσσειν, quod plerumque cum secundo, nonnunquam et cum tertio casu reperitur, translata significatione usurpatum illustravit *Abresch.* ad Aeschyl. T. I. p. 198. χορούς κοιρανέειν simili ratione dixit *Pindar.* Ol. XIV. 12. — V. 59. αυτῃσι marm. αὐτῇ τ' legendum cum *Spon.* αὐτης *Salm.* — Ἀλκμήνη. Alcmena post mortem in beatorum sedibus Rhadamantho nupsisse fingitur. Vide *Heynium* ad *Apollodor.* L. II. p. 335. et quae ipsi notavimus in Exercitt. crit. T. II. p. 187. ad Epigramma Cyzicenum XIII. quod *Visconius* quoque huic loco admovit, simul monens, in Sepulcro Nasonum fab. X. Alcmenam conspici velatam ab Hercule et Minerva coram Rhadamantho collocatam. — Καδμειώνη. Ex Cadmi filiabus nulla est, cui haec conveniant, nisi Semele. Hanc vulgaris fabula a Baccho ad deos traductam esse narrat. Vide *Valckenar.* in Diatr. c. XV. p. 154. et quae disputavimus ad Epigr. Cyzicenum I. in Exercitt. T. II. p. 145. sqq. Ex locis ibi laudatis apparet, Semelen non statim post mortem in deorum sedes sublatam esse, sed primum apud inferos habitasse. Unde varias de hac muliere fabulas ap. priscos poëtas obtinuisse facile suspicabitur, qui veterum fabularum rationem et origines tenet. Noster secutus est eos, qui Semelen in beatorum regionibus habitare narraverant. Praeclare *Visconius* monuit, Domitiam, M. Aurelii matrem, apte conjungi cum Alcmena et Semele, deorum matribus. Facit huc Pindarus, qui Alcmenam et Semelen conjunctim commemoravit in Pyth. XI. initio: Κάδμου κόραι Σεμέλα μὲν Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις, Ἰνὼ δὲ — — Ἴτε σὺν Ἡρακλέος ἀριστογόνῳ Ματέρι.

SABINI GRAMMATICI

EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 168. Plan. p. 420. St. 555. W. Expressum hoc carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. XXX. Prius distichon laudat *Suidas* in θύρσος T. II. p. 215. et vers. 2. iterum in φοίβη. ἡ ἄμπελος. τρ. ὑ. ε. δ. ἴ. φοίβης. T. III. p. 639. Prava est interpretatio *Suidae*. φόβη est h. l., ut passim, *coma arborum*, *frondes*. *Euripid.* Bacch. v. 721. θάμνων λλοχίζομεν φόβαις. v. 683. πρὸς ἐλάτης νῶτ' ἐρείσασαι φόβην. v. 1136. ὕλης ἐν βαθυξύλῳ φόβῃ. Sunt igitur φόβαι εὐπέταλοι *frondes foliis bene instructae*, *umbrosae*. Finge tibi aram Pani, Nymphis et Baccho sacram, sive simulacra horum numinum sub arboris umbra collocata. Ceterum θύρσα est lectio edd. et codd. *Rittershus.* tamen, qui hoc distichon excitat ad *Oppian.* I. Cyn. 26., θύσθλα habet, sive consulto, sive memoriae lapsu sic scripserit. — Pro τριεσσὸν veteres edd. Fl. pr. Aldinae omnes et Nicol. Sab. τριεσσῶν. — In fine vers. Vat. Cod. φοίβῳ (αις). — V. 4. πήδακα. Vat. Cod. Laudat h. v. *Suidas* in γάνος T. I. p. 467. et T. II. p. 639. Νυμφαιπίδακα· ἐν Ἐπιγρ. Πανὸς γίλην, Νυμφαιπίδακα, Βάκχι γάνος.

MAGNI MEDICI

EPIGRAMMA.

Anth. Plan. p. 345. St. 485. W. Repetivit hoc carmen post *Osterhausen* in Histor. sect. medicor. pneumatic. Sect. I. §. 4. *Ackermann.* in Fabr. Bibl. gr. T. V. p. 388. — V. 1. Γάλληνε. Ald. 1. 2. — V. 2. δέχνυτο. Veteres. *Stephanus* vitiosam Ascens. lectionem δέκνυτο re-

petivit. — V. 3. Talia de Aesculapio praedicabant mythographi. Nam cum ille vel mortuos ab inferis revocare posse videretur, τὸν Ἅιδην μυθολογοῦσιν ἐγκαλοῦντα τῷ Ἀσκληπιῷ, κατηγορίαν αὐτοῦ ποιήσασθαι πρὸς τὸν Δία, ὡς τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ ταπεινουμένης· ἐλάττους γὰρ αἰεὶ γίνεσθαι τοὺς τετελευτηκότας, θεραπευομένους ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ. *Diodor. Sic.* IV. 71. p. 315. Opposita ratione, pestilentia grassante, hâc κενοῦται ἡ γῆ, μέλας δ' Ἅιδης πλουτίζεται, ut est ap. *Sophocl.* Oedip. T. v. 30. — Noster expressisse videtur *Crinagor.* Ep. XVI. 7. 8.

ANTIOCHI EPIGRAMMATA.

¶. 305.] *I.* Vat. Cod. p. 567. Plan. p. 129. St. 186. W. εἰς ἀπαίδευτον ἐπιδειξάμενον. In ineptum quendam rhetorem, qui ostentationis causa declamaverat. Hoc enim est ἐπιδείξασθαι. Vide *Ernesti* Lex. Rhet. p. 121. sq. Besas ille qui fuerit, aliunde non constat. — καὶ μετὰ τὴν πάροδον. post declamationem illam, qua omnibus stultitiam suam manifestam reddiderat. πάροδος proprie chori est in orchestram prodeuntis. *Pollux* IV. 108. De oratore usurpavit *Demosthen.* Epist. III. T. II. p. 1481. 13. ed. R. καὶ μὴν οὐδὲ τὸν Πυθέαν παραλείψω, τὸν μέχρι τῆς παρόδου δημοτικόν, μετὰ ταῦτα δὲ ἕτοιμον εἰς τὰ καθ' ὑμῶν πάντα. Vide *Reisk.* in Ind. v. πάροδος. *Themistius* Or. III. p. 46. D. τὴν πρόοδον dixit; nisi fortasse ibi πάροδον olim scriptum fuit.

II. Vat. Cod. p. 566. Planud. p. 168. St. 244. W. In hominem foedi vultus et turpissimi animi. Contra fieri, *Antiochus* ait, in hoc homine ac in aliis; facilius enim ejus animum, in ipso vultu conspicuum, a pictore exprimi posse; vultum autem, quem ne intueri quidem velis, nemo facile pinxerit. — V. 1. *Themist.* Or. I.

p. 2. C. ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἁπλῶς σώματος ψυχὴ δυσφανέστερόν τι χρῆμα. — V. 3. ἄκουσα. Vat. Cod. — ἔξω ἄγουσα. in aperto ponens, conspicuum faciens. ἐν τοῖς φαινομένοις. id, quod sensibus non subjectum est, videndum dedit. — V. 5. μορφῆς θέρυβον. *turbatum vultum* dixit *Lucan.* III. 356. Foedum et distortum vultum significat. — V. 6. γεάψαι. Vat. Cod.

EPIGONI THESSALONICENSIS
EPIGRAMMATA.

T. 306.] *I.* Vat. Cod. p. 399. Ἐπιγόνου Θεσσαλ. In Plan. p. 21. St. 33. W. Ἐπιγούνου Θετταλοῦ inscribitur. Editio princeps tamen, Ald. pr. et Junt. recte Ἐπιγόνου. — Scriptum in vitem senescentem. — V. 1. Ego, quae olim inter umbrosas viridabam vites. οἰνάνθη, proprie flos vitis, h. l. ut passim, ipsa vitis. Vide ad *Meleagr.* I. 9. p. 4. Si aliud esset epitheton, putarem, ἐν οἰνάνθαις νεάζειν dictum esse, ut ἐν ὅπλοις εἶναι. Floribus, dum juvenis eram, ornata. Vide *Interpp. Herodoti* L. I. p. 7. 98. — Turpi vitio Wechel. εἰνάνταις. — Haud scio, an hinc colorem duxerit *Agath.* Ep. XIII. ἡ πάρος ἐγκαίρει μετάρσιος — γήρᾳ ἐρειπώθη. — V. 2. τεταμῶν Vat. Cod. et Plan. Hoc emendavit *Valckenaer.* ad *Ammon.* p. 175. βότρυες πέπανοι sunt *uvae molles et maturae.* Idem est πέπανος et πέπειρος. βότρυν ἀπ' οἰνάνθης ἥμερον eodem sensu dixit *Alcaeus Mess.* Ep. XVIII. — κομησαμένη. Vat. Cod. — V. 3. ἴδ' ὡς χρόνος οἷα δ. Vulgo. Veriorem lectionem vidit *Salmas.* in not. ined. et sic Vat. membr. ἴδ' ὁ χρ. οἷα δ. Carmen in Senectutem Anth. Lat. III. 274. p. 690. *Nil adeo firmum est, quod non tua robora frangant.* — V. 4. Notandum, vocem σταφυλὴ pro *vite* poni. Sic saltem carminis oeconomia postulare videtur.

II. Vat. Cod. p. 399. Σεκούνδου Ταραντίνου. Εἰς Λαΐδα τὴν ἑταίραν διὰ τὸ γηράσκειν. Perperam *Brunckius* affirmat, hoc carmen in membrana *Epigono* tribui, in ora autem *Secundi* nomen adſcriptum eſſe. Soli *Secundo* adſcribitur; ſed ſequitur Epigr. *Epigoni*. Hinc error. Plan. p. 104. St. 154. W. Ἐπιγόνου. — Laïs, quae olim omnibus amorem inſpiraverat, vetula facta ipſo adſpectu ſuo homines monet, ne formae nimis fidant. — Unam ex diverſis meretricibus, quae Laïdis nomine conſpicuae fuerunt, miſeram ſenectutem egiſſe, teſtatur *Epicrates* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. C. D. Conf. *Platon.* Ep. VII. et *Julian. Aegypt.* Ep. III. IV. — Νέμεσις φανερή. inſigne et memorabile exemplum vindictae, quam Nemeſis a ſuperbientibus ſumere ſolet. Docte et graviter ipſa Laïs altera quaedam Nemeſis vocatur. ἀντὶ Νέμεσις, ut ap. *Ammonidon.* Ep. II. κάλλους εἰσί τινες Νεμέσεις. et ap. *Agathiam* Ep. XIII. τὴν πολλὴν κάλλει Νέμεσιν πίθου. — V. 3. »Corrupte in editis libris οὐ μὰ Κύπριν, οὐδ' ἡ Κύπρις ἐστὶν ἐμοὶ »ὅσον ἔρως γνώριμος. Planudeae Codd. οὐδὲ Κ. ἔτι ἐμοὶ ὅ. ἔ. »Veram lectionem dat Vat. Cod. ubi tamen pro ἐμοὶ per»peram ſcriptum ἐμοῦ.« *Br.* Turpiſſimam horum verborum labem ſuſtulit Scholion ad Wechel. ἐν ἄλλῳ οὕτως· οὐ μὰ Κύπριν· τί δὲ Κύπρις ἐμοὶ πλέον ἢ ὅσον ἔρως. — V. 4. γνώριμον. Vat. Cod. omnes Aldinae, et Nicol. Sab. In his poſt γνώριμον diſtinguitur, quam perverſam diſtinctionem nec *Stephanus* ſuſtulit. Servari poſſe videtur membranarum lectio:

γνώριμον οὐδ' αὐτῇ Λαΐδι Λαΐς ἔτι.

admiſſa enallage generis, Graecis non magis quam Latinis uſurpata. — Ad ſenſum facit *Lucill.* Ep. XII. ὃν δ' ἐθέλῃς τὸ πρόσωπον ἰδεῖν ἐς ἔσοπτρον ἑαυτοῦ, Οὐκ εἰμὶ Στεφανοφῶν, αὐτὸς ἐρεῖς ὀμόσας. Sic haec ſcribenda ſunt.

HELIODORI EPIGRAMMA.

Hoc carmen, quod in uno Vat. Cod. p. 105. superest, *Heliodoro* temere inſcriptum eſt a clariſſ. editore. Nam in membranis eſt lemma: Διοδώρου ἐπ' ἔρωτι παραίνεσις. Inter *Diodori Junioris* igitur Epigrammata ponendum erat. Carminis argumentum obſcurum eſt. Puerum quendam hortatur poëta, ne alius cujusdam pueri amorem ſectetur. Primum diſtichon *Brunckius* dedit ex emendatione *Salmaſii* ſive *Guyeti*. Sic enim, ut *Br*. exhibuit, ſcriptum eſt in apogr. Guyet. et Ruhnk. In membranis autem ſic: – μηδ' εἴ τοι πολὺ φέρτερος εἴδεται ὄσσαν ἀμφοτέρων κλεινοῦ. — In ſequ. verſ. ἀμφιδονείης pro ἀμφιδοκεύοις, quod etiam ex marg. apogr. Guyet. arreptum. Haec depravata eſſe ſponte apparet; ſed qui ſenſus Brunckianae lectioni tribuendus ſit, equidem me ignorare fateor. Si ſic ſcriptum eſſet:

μὴ σύ γε, μηδ' εἴ τοι πολὺ φέρτατος εἴδεται, ὄσσοιν
ἀμφοτέροιν κλεινὸν, κοῦρε, Μεγιστοκλέα,
κἢν στίλβῃ Χαρίτεσσι λελουμένος, ἀμφιδοκεύοις
τὸν καλὸν – – –

haec et intelligi poſſent, et propius abeſſet lectio a membranarum ſcriptura: *Ne, quaeſo, puer, Megiſtoclem oculis obſerves tuis, licet tibi pulcherrimus appareat, et ab ipſis Gratiis lotus et exornatus ſit.* Junge ὄσσοιν ἀμφοτέροιν ἀμφιδοκεύοις. *utroque oculo intuearis. Callimach.* Ep. III. καὶ σὺ παρελθὼν Τὸν καλὸν, ὦ μόχθηρ', ἔβλεπες ἀμφοτέροις. *Strato* Epigr. XXXVIII. ἀντωπὸς βλέψαι βαιὸν χρόνον οὐ δύναμαί σοι, Οὕτως ἀστράπτεις ὄμμασιν ἀμφοτέροις. — ἀμφιδοκεύειν eſt *curioſe intueri*, περιεργότερον βλέπειν. *Irenaeus* Ep. II. τίπτε πέδον, Χρύσιλλα, κάτω νεύουσα δοκεύεις. — Quae venuſtate et pulcritudine conſpiciuntur, ea Gratiarum manibus tractata dicuntur. Vide *Meleagri*

p. XXIII. *Rhiani* Ep. V. In fragmento *Callimachi* ap. *chol. Pindari* Nem. IV. 10. (fragm. CXXI.) ad Gratias: Εἶδ' ἄγε νῦν ἐλέγοισιν ἐνιψήσασθε λιπώσας χεῖρας, ἵνα μοι πουλὺ μένωσιν ἔτος -, *Valckenarius* in Elegiaca Callim. p. 276. sqq. priorem versum sic, ut scripsimus, egregie restituit; in altero corrigendum suspicor:

χεῖρας, ἵν' ἀκμαῖοι πουλὺ μένωσιν ἔτος.

ἀκμαῖον μένειν idem quod ἀκμάζειν. Hoc autem poëtae sibi exoptare solent, ut carmina sua diu *floreant*, ἀκμάζωσι, et lectoribus placentia *vivant*. *Horat.* I. Epist. XIX. 2. — Caeterum ad nostrum locum proxime accedit Theocriteum Eid. I. 149. ubi caprarius poculum, quod amico donat, commendans; Ὠρᾶν, ait, πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκασεῖς, — V. 4. Puer enim, quem amare coepisti, neque facilis est, neque pudicus. ἄκακος, *minime malus*, *ingenuae simplicitatis puer*, ut h. v. interpretatur *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 16. — V. 5. μέλων πολλοῖσι. In marg. Guyet. et Ruhnk. apogr. haec nota legitur: ᾧ πολλῶν μέλει. ὁ πολυπράγμων. ὁ ἐραστήριος. Haec nihil ad nostrum locum faciunt. Puer πολλοῖσι μέλων est παῖς περίφοιτος (*Callim.* Ep. I. 4.), *quem multi pueri, multae cupiere puellae*, ut de Narcisso *Ovidius* Metam. III. 353. Verbum μέλω, *curae sum*, ex Anthologia illustravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 252. — V. 6. Quare cave, ne nascentem flammam magis magisque suscites. De ῥιπίζειν vide ad *Straton.* Ep. XXII.

HETRUSCI MESSENII
EPIGRAMMA.

¶. 307.] Vat. Cod. p. 262. Planud. p. 248. St. 359. W. In piscatorem, cum cymba sua concrematum. In eodem argumento versatur *Addaei* Ep. V. *Julian. Aegypt.* XLVI. *Antiphil.* Ep. XLII. — V. 1. Notanda

locutio εἴσω βιότου ἄγειν, ad victum prodesse. *Antiphil.* l. c. Ναῦν Ἱεροκλείδης ἔσχε σύγγηρον, ὁμόπλουν, Τὴν αὐτὴν ζωῆς καὶ θανάτου σύνοδον. — V. 2. κοινὰ λαχοῦσα τέλη. cum domino suo eundem finem habuit. Eodem sensu *Julian. Aegypt.* l. c. τήνδε καὶ ἐν θανάτῳ λάχε σύνδρομον, εὖτε τελευτὴν Εὔφρων συλλήξας ὁλκάδι καιομένῃ. — V. 3. τεθνειῶτα. Plan. et Vat. Cod. a pr. man.

DIOPHANTI ALEXANDRINI

PROBLEMA.

„Diophanti sub nomine quod sequitur problema, in „illius Arithmeticis legitur, edit. Meziriaci p. 345. qui „Metrodori et aliorum ejusdem generis carmina edidit, „quorum ei copiam fecerat Salmasius. Omnia latinis „numeris expressit et solutiones ex artis praescripto ad„didit, quae apud eum legendae: praeter grammatica„lem verborum sensum in his me nihil intelligere fa„teor; nam geometricarum scientiarum plane sum ru„dis." *Brunck.* Legitur in Diophanti Arithmeticis, Tolosae 1670. fol. p. 259. ex emendatione *Salmasii*. Nam v. 2. cod. habebat τοῖς ὀβολοῖς πενῶν χρηστὸν ἐπιτεταγμένος. et v. 7. τοὺς ὀκταδράχμους κόλησαν. Recte *Meziriac* monuit, hoc Epigramma incertum esse utrum *Diophantus* ipse fecerit, an ab alio mutuo sumserit. Sic autem hoc problema interpretatur ille: Emisse quendam duos vini cados, unius choam quinque drachmis, alterius octo dr., et pro omnibus persolvisse numerum quadratum, cui addendo LX. fiat quadratus, latus habens multitudinem choarum. Jam distinguendas esse choas octo drachmarum a quinque drachmarum chois.

ADMETI EPITAPHIUM.

T. 308.] *Lucianus* in Demonacte §. 44. T. II. p. 389. Ἀδμήτῳ τινὶ, ποιητῇ φαύλῳ, λέγοντι γεγράφθαι μονόστιχον ἐπίγραμμα, ὅπερ ἐν ταῖς διαθήκαις κεκέλευκεν ἐπιγραφῆναι αὐτοῦ τῇ στήλῃ, οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν·

Γαῖα, λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον, βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός.

γελάσας εἶπεν· οὕτω καλόν ἐστιν, ὦ Ἄδμητε, τὸ ἐπίγραμμα, ὥστε ἐβουλόμην αὐτὸ ἤδη ἐπιγεγράφθαι. Corpus quasi *involucrum animae* et *thecam* appellabat *Admetus*, ut alii, modo eadem, modo simili metaphora usi. *Eustath.* ad *Homeri* Od. λ. p. 1389. ed. Rom. μεταπλάττουσι δὲ αὐτὴν τῇ ἀλληγορίᾳ εἰς τὸ καθ' ἡμᾶς σῶμα, ὡς συγκλείουσαν ἐντὸς δίκην ἐλύτρου τὸν ψυχικὸν μάργαρον. *Marc. Antonin.* de Reb. Suis IX. 3. p. 266. nos exspectare jubet tranquillo animo τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τὸ ψυχάριον τοῦ ἐλύτρου τούτου ἐκπεσεῖται. ubi *Gatakerus* multa similia congessit. Ad sensum confer *Moschionem* sive *Menandrum* ap. *Stob.* Tit. CXXII. p. 611. 45. ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο, Ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν· πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. Epigr. Incert. DXLIV. Alia ex latinis poëtis collegit *Burmann.* ad haec Anthol. Lat. L. IV. 146. p. 100. *Vita subit coelum, corpus tellure tenetur: Omnia sic repetunt jura locosque suos.*

LUCIANI EPIGRAMMATA.

I. Vat. Cod. p. 143. Primum tantum distichon ex schedis Dorvillianis edidit *Reizius* T. III. p. 692. reliquis chartam veritus inquinare. „Salse mihi perstringere „voluisse videtur Lucianus tot poëtarum lusus in tres „fratres, qui, continua serie, si quis eos in Planudea

»legere aggrederetur, nauseam facile moverent.« *Br.* — V. 1. παίγνια h. l. sunt ἀναθήματα, sive ἀθύρματα. Vide *Lennep.* in Anim. ad Coluth. L. I. 4. p. 19. sq. — V. 2. ἐργάτις. De meretricibus proprie, ut passim monuimus. Vide *Interpp. Herodoti* L. I. p. 48. 2. et *Abresch.* ad *Aristaen.* p. 123. — V. 4. ὡς θέμις. a legitimo et honesto concubitu. — Λαΐς unde sumserit *Brunckius*, ignoro. In membrana est Ἀτθίς. quod nomen occurrit in Ep. *Leonidae Tar.* II. Hiatum vitare voluisse videtur, quicunque Λαΐς reposuerit. — κατ' οὐρανίων. Sic turpissimae mulieris flagitia satis ingeniose significat, secutus *Marc. Argent.* XVI. ἡ γὰρ ὁ ταύτης οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει καὶ κύνα καὶ διδύμους. Similiter *Nicarch.* Ep. V. Ζηνὶ δ' ἴσος Κλεόβουλος, ὃς οὐρανὸν εἰσαναβαίνειν, τὸ φολίον κατέχων ἐν χερὶ πῦρ, ἔλαχε. — V. 6. μηδ' ἑτέρης Vat. Cod.

II. In Vat. Cod. prioribus paginis. Planud. p. 323. St. 463. W. Nihil est in hoc disticho, quod nos de Venere Cnidia cogitare cogat; nec in membranis lemma tale quid indicat. — Prior versus videtur ductus ex Ep. ap. *Herodotum*, inter ἀδέσπ. CXLVIII. νικήσας ἀνέθηκα τὸ περικαλλὲς ἄγαλμα.

III. In Vat. Cod. ibidem. Plan. p. 323. St. 463. W. Color ductus ex Epigr. *Platon.* IX. p. 170.

¶. 309.] *IV.* Vat. Cod. p. 564. *Luciano* hoc carmen vindicavit, quod in Plan. p. 146. St. 212. W. *Lucillio* inscribitur. — συλήσαι. Hoc verbum usurpasse videtur *Lucianus*, ut in metaphora perstet. κλέπτειν autem τὰς μορφὰς pictor dicitur, qui vultum in tabulam transfert, et quod alius est, sibi quodammodo arrogat. — φωνήν. in qua magna est pars pulcritudinis, quippe quae vel deformibus illecebras addat. Vide quae collegit *Junius* de Pict. Veter. p. 274. sq. — V. 2. Vulgo πειθομένην, quod ex membranis emendatum est.

V. Hoc Epigramma, quod neque ap. Planudem, neque in Vat. Cod. reperitur, reliquis *Luciani* carminibus

praefigitur ap. *Reizium* p. 674. — V. 1. Vulgatum ἔγραψε *Dorvillius* in ἔγραψα mutavit, comparato Epigr. *Artemidori:* Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα. — παλαιά. In laudem dicitur de antiqua eruditione. — V. 3. Nulla eſt res, de qua omnes eadem ſentiant. διάφορον ſcribendum cenſebant *Menag.* et *Guyetus;* quod non neceſſarium eſſe putabat *Reizius*, adverbia interdum pro adjectivis poni docens. — V. 4. Quod tu miraris, id aliis riſum movet. *Juvenal.* Sat. X. 28. *Jamne igitur laudas, quod de ſapientibus alter ridebat — flebat contrarius auctor.*

VI. Vat. Cod. p. 565. Λουκιανοῦ. In Planud. p. 135. St. 196. W. Λουκιλλίου inſcribitur. Ad vetulam faciem ſibi fuco facientem. — V. 1. τὴν κεφαλήν. canos. *Lucill.* Ep. XXXII. τὰς πολιὰς βάψασα Θεμιστονόη τριχόρωνος Γίνεται ἐξαπίνης οὐ νέα, ἀλλὰ Ῥέα. ubi nota verborum luſum, ei, quo noſtrum carmen terminatur, haud abſimilem. — „τὸ δὲ γῆρας οὔποτε. Sic codd. omnes et edd. veteres. „Stephanus primus mutavit e ſua, non, ut ait, e vete„rum codd. auctoritate. Ultima in γῆρας producitur, ob „ſibili aſperitatem, quae pronuntiando augetur. Tria „aut quatuor ſimilia extra caeſuram habuimus exempla, „quae diligens lector obſervare debuit." *Br.* — V. 2. ῥυτίδας ἐκτανύσεις. Vat. Cod. et edd. omnes. Nusquam ῥυτὶς priorem producit. In Schol. Wechel. melior lectio indicatur. — ἐκτανύειν ῥυτίδας. laevigare vultum et explanare, rugis cera et fuco oblitis. *Macedon.* Ep. XVI. τῷ ψιμύθῳ μὲν ἐπὶ λεπτοσαρκία τεῖνε παρειήν. et qui utrique praeivit, *Antiphilus* in Epigrammate, quod nusquam antehac editum ex membranis adſcribam:

Κὴν τείνῃς φωσθέντα πολυτμήτοιο παρειῆς
χεῦτα, καὶ ἀβλεφάρους ὦπας ἐπ' ἀνθρακιῇ
καὶ λευκὴν βάψῃς μέλανι τρίχα, καὶ ἀνερίφλεκτα
βοστρύχια κροτάφοις οὖλα περιπρεμάσῃς,
οὐδὲν ταῦτα γελοῖα καὶ ἦν ἔτι πλείονα ῥέξῃς

* * * * *

Pusilla quaedam vitia in hoc Epigrammate statim emendavi; sed in γελοῖα macula superesse videtur. — V. 3. ψημιθίῳ. Vat. Cod. quem serioris Graeciae scribendi pronuntiandique modum esse notavit *T. Hemsterh.* ad Plutum v. 1065. p. 395. — κατάπλαττε. Sic ap. *Aristoph.* Eccles. v. 878. vetula, ἐγὼ δὲ, ait, καταπεπλασμένη ψιμυθίῳ Ἕστηκα. ubi *Kusterus* nostrum excitavit. *Eubulus* ap. *Athen.* XIII. p. 557. F. ubi honestas mulieres cum illis comparat, quae fuco sibi faciem oblinunt. Hunc locum fortasse sic distinxeris et emendaveris:

μὰ Δί' οὐχὶ περιπεπλασμέναι ψιμμυθίοις
οὐδ', ὥσπερ ὑμεῖς, συκαμίνῳ τὰς γνάθους
κεχριμέναι . . . .
κἂν ἐξίητε τοῦ θέρους, ὑδρορρόαι
ῥέουσι μέλανος, ἐκ δὲ τῶν γνάθων ἱδρὼς
ἐπὶ τὸν τράχηλον ἄλοκα μιλτώδη ποιεῖ.

Quae hic omisi, mihi quidem a glossatore videbantur interposita, qui plurima poëtarum apud *Athenaeum* loca glossis suis oneravit et corrupit. — V. 4. ὥστε προςωπεῖον, κοὐχὶ (ἢ οὐχὶ Vat. Cod.) πρόςωπον ἔχειν. Vix dubito, quin hunc versum in mente habuerit *Pollux* V. 102. locutiones recensens, quibus quis faciem infucare dicitur: αὐθωρὸν ἀνθοῦν καὶ θᾶττον ἐπανθοῦν, καὶ κατὰ Λουκιανὸν, οὐ πρόςωπον, ἀλλὰ προςωπεῖον φέρειν. Sic enim h. l. corrigendum suspicabar, ubi vulgo κατὰ Λεωρὸν legitur. *Pollux* Luciani aequalis fuit; nec huic conjecturae multum obstare puto, quod inimicitiae inter eos fuisse existimantur. Nostrum expressit *Gregorius Nazianz.* in Carm. p. 147. C. μηδὲ θεοῦ μορφὰς ἐπαλείφετε χρώμασιν αἰσχροῖς, Ὥστε προςωπεῖα, κοὐχὶ πρόςωπα φέρειν. quod monuit *J. Pierson.* ad Moer. Attic. p. 323. Quaedam hujus generis dedit *Gatacker* in Miscell. Advers. p. 224. E. F. Sed huc inprimis facit *Martialis* L. III. 43.:

Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis:
Tam subito corvus, qui modo cygnus eras?

Non omnes fallis: scit te Proserpina canum:
Personam capiti detrahet illa tuo.

VII. Vat. Cod. p. 564. disticho auctius habet hoc Epigramma, quod in Plan. p. 156. St. 227. W. *Agathiae* tribuitur. Scriptum est in Erasistratum quendam, qui lautos, quibus epularetur, cibos jactasse videtur. Optat poëta, ne sibi ejusmodi contingat lautitia, ipsa fame pejor. Jam ambiguum relinquitur, utrum Erasistratum falso de dapibus gloriatum esse censeamus, dum revera vilibus utebatur cibis, an poëta veras illas quidem, sed stomacho graves lautitias spernat, iisque frugalem victum praeferat. Priorem interpretationem secutus est *Brodaeus;* alteram haud scio an *Grotius* secutus sit. — V. 1. σπατάλην. Cibos delicatos etiam *Agathias* Ep. LIII. σπατάλημα καὶ πολύολβον ἐδωδὴν appellat, et *Damocharis* Ep. I. — V. 3. ἴεσθον. Vide ad *Callimach.* Ep. XXVI. 1. ἐκτραπέλως. Hominis voracitatem indicare videtur: *harpyis gulam dignam rapacibus. Horat.* II. Sat. II. 40. Rarius vocabulum ἐκτράπελος magna et mirabilia significabat. Sic *Epicharm.* ap. *Athen.* VII. p. 327. F. μεγαλοχάσμονας χάννας, ἐκτραπελογάστορας ὄνους. — στομάχων κακά. De delicatis cibis, qui corpus praegravant, dictum esse possit. Offellus ap. *Horatium* II. Serm. II. 74. *at simul assis Miscueris elixa, simul conchylia turdis, Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis Coena desurgat dubia?* — V. 4. ἀντιδίκων πενίῃ ex proverbio. Sic *Lucian.* in Gallo §. 30. T. VI. p. 338. ἐχθροῖς οὕτω πλουτεῖν γένοιτο. Omnibus praeivit *Aeschylus* Prometh. 980. χλιδᾷς; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ ἐχθροὺς ἴδοιμι. — V. 5. 6. Hoc distichon Planudes omisit. In Vat. Cod. non ἐκείνης, quod *Brunckii* inventum esse videtur, sed ἐκεῖνον legitur. *Salmasius* in notis ineditt. adscripsit: ἢ παρ' ἐκείνῳ *sive* ἐκείνοις. Neutrum probandum; alterum ne intelligi quidem potest. Sed *Salmasium*

ſcripſiſſe puto ἐκείνης. Multa enim in apogr. Lennepiano perperam deſcripta ſunt. Equidem non video, quid in lectione Codicis tantopere vituperandum ſit. Legamus:

πεινήσαιμι γὰρ αὖθις ἔτι πλέον ἢ πρὶν ἐκείνων,
εἰ χορτασθείην τῆς παρὰ σοὶ σπατάλης.

Eſuriam potius iterum, et magis etiam quam antea eſurivi, ſi mihi illa tua lautitia fruendum ſit. — V. 6. χορτασθείην. Vide ad *Cratetis* Fr. VI. T. I. P. I. p. 382. Quum hoc vocabulum de viliori plerumque victu uſurpetur, *Lucianus* eo uſus eſſe videri poſſit, ut, qualis illa Eraſiſtrati σπατάλη fuerit, leviter indicaret. Hoc ſi voluit poëta, *Brodaei* interpretatio probari debet. χορτάζεσθαι tamen etiam ſimpliciter eſt *ſatiari*, ut praeclare docuit *Athen.* III. 99. ſq.

VIII. Cod. Vat. p. 564. »In Planudea p. 21. St. »33. W. diſtichon hoc ſubjunctum eſt diſticho Philonis, »quod legitur infra p. 401. Duo diverſa ſunt epigram»mata, quae in Vat. Cod. et duobus etiam Planudeae »diviſa ſunt, et poſterius in duobus his regiis libris Lu»ciano adſcriptum.« *Br.* Separandum id eſſe a *Philonis* diſticho, ſponte viderat *Scaliger* in not. mſc. Disjunctum ab altero, *Luciano* tribuitur etiam in Cod. Medic. ap. *Bandin.* T. II. p. 99. Scriptum eſt in ſenem, canis quidem venerabilem, ſed mente ſtolidum. *Lucian.* T. III. p. 188. 95. ed. R. Ἐκεῖνό σοι μόνον σοφὸν, αἱ πολιαὶ, καὶ τὸ μηκέτι μελαίνεσθαι.

¶. 310.] *IX.* Cod. Vat. p. 565. *Luciano* vindicavit carmen, quod *Palladae* eſt in Anth. Plan. p. 189. St. 275. W. In alio Cod. *Dorvillio* teſte (Opp. Luciani T. III. p. 691.) ἄδηλον. In Cynicum, qui in convivio a vilioribus cibis abstinens, delicatioribus veſcebatur. — V. 1. τοῦ πωγωνοφόρου. Vulgo et in Vat. Cod. Noſtrum debetur *Salmaſio*, qui hoc Epigr. illuſtravit in Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 840. et πωγωνοτρόφου dedit, utrum con-

fulto, an memoriae lapfu, non dixerim. Verior tamen videtur haec lectio, quam vulgata. *Lucill.* Ep. VI. οὗτος ὁ τῆς ἀρετῆς ἀδάμας βαρὺς — καὶ πώγωνα τρέφων. *Ammian.* Ep. XXI. Οἴει τὸν πώγωνα φρενῶν ποιητικὸν εἶναι, Καὶ διὰ τοῦτο τρέφεις, φίλτατε, μυιοσόβην. Nofter Ep. XXIII. εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖς σοφίαν περιποιεῖν. — βακτροπροσαίτης Cynicus vocatur, qui baculo armatus mendicatur. Non enim oftentationis tantum caufa Cynicos clavam geftaffe, docet Alcidamas ille ap. *Lucian.* T. IX. p. 61. qui in convivio nefcio quem provocat, ut fecum pugnaret, εἰ δὲ μὴ, κατοίσειν αὐτοῦ ἔφη τὴν βακτηρίαν. idemque armis fortiter ufus in adverfarios p. 82. Conf. *Diogen. Laert.* V. 66. p. 346. VI. 88. p. 357. — V. 2. εἴδωμεν. Vat. Cod. — ἐν δείπνῳ. In aedes irrumpere et non vocati conviviis adeffe folebant Cynismi fectatores. Quare *Ctesibius* ap. *Athen.* L. IV. p. 162. F. interrogatus, quid ei profuiffet philofophia, refpondit, ut fymbola non data coenaret, ἀσυμβόλως δειπνεῖν. — V. 3. θέρμων. Lupini vulgaris Cynicorum cibus. Philofophia ap. *Lucian.* in Fugitiv. §. 20. T. VIII. p. 321. de corruptis horum hominum moribus conquefta, loquentes eos inducit: χρυσίον μὲν ἢ ἀργύριον, Ἡρακλεῖς, οὐδὲ κεκτῆσθαι ἀξιῶ, ὀβολὸς ἱκανὸς, ὡς θέρμους πριαίμην. — καὶ μετ' ὀλίγον αἰτοῦσιν οὐκ ὀβολοὺς, οὐδὲ δραχμὰς ὀλίγας, ἀλλὰ πλούτους ὅλους. cum quibus confer *Juliani* querelas Orat. VI. p. 199. B. C. Peram Cynicorum θέρμων πολλῶν μεστὴν idem commemorat Mort. Dial. I. 1. T. II. p. 129. et multis in locis. — ἀπέσχετο. Vat. Cod. et Plan. quod temere in ἀπείχετο mutatum poft *Salmaf.* — V. 4. δουλεύειν γαστρί. *Julianus* Or. VI. p. 198. C. νηδύι ἡττᾶσθαι dixit *Euripides* ap. *Athen.* X. p. 413. D. ventri obedire *Salluft.* Prooem. B. Cat. I. δουλεύειν τῇ κοιλίᾳ *Paulus* ad Roman. VI. 18. ubi vide *Wetften.* ἀπὸ γαστρὸς τὰς ἡδονὰς ποιεῖσθαι *Democrit.* ap. *Stob.* XVIII. 165. 45. — V. 5. βόλβοι. vulgo. quod vitiofum effe, vel appofitum στρυφνὸν docere poterat. Nec,

Nec, ut *Salmasius* animadvertit, tanti erat bulbus, ut omissis lupinis et rapulis, ad illius occursum statim assurgeret Cynicus et repente gulam suam proderet. Amplexus est itaque lectionem Vat. Cod. βόλβαν, *vulvam*, quam Romanis in deliciis fuisse constat. Vid. *Horat.* I. Epist. XV. 41. Ab Latinis autem ejusmodi vocibus ne antiquiores quidem poëtae graeci abstinuerunt. Vide, quae de hac re collegit *Pierson.* ad *Moer.* p. 350. et *Rittersh.* ad *Oppian.* Κ. I. 4. p. 8. — „Mendam in „v. 6. reliquit *Salmasius*, quam minima in literis muta„tione, sed maximo ad sensum momento, elui, scribendo „στρυφνὴν pro στρυφνήν. Hesych.: στρυφνός. ἀφιγκτός. „πυκνός. στερεός. gallice *rebondi.* Mirum est, in re tam „facili Luciani interpretibus aquam haesisse.“ *Br.* De στρυφνὸς, quod Attici στιφρὸς efferebant, vide inprimis *Ruhnk.* ad Tim. p. 238. et *Pierson.* ad Moer. p. 342. In apogr. Spallett. obscurum, utrum στριφνὴν, an στρυφνὴν legatur. Nec tamen temere damnanda vulgata lectio. στρυφνὸν est id, quod adstringendi vim habet, et plerumque ad saporem refertur, ut docuit *Ruhnkenius* l. c. Jam constat, vulvam cum aceto et laseris succo fuisse appositam. Laudat *Athenaeus* in hanc rem inter alios *Sopatrum* L. III. p. 101. B. μήτρας ὑείας οὐκ ἀφεψηθεὶς τόμος Τὴν ἀψίνθιον ἐντὸς ὀξάλμην ἔχων. ubi corrigendum videtur minima mutatione: σὺ καθεψηθεὶς τόμος. Idem poëta jus vulvae additum non ἀψίνθιον modo, sed etiam δριμὺ vocat: Μήτρας ὑείας ἑφθὸν ὡς φάγης τόμον Δριμεῖαν ὄξους πηγὴν νάπυι εἰς χολήν. Adde *Archestratum* ibid.: γαστέρα καὶ μήτραν ἑφθὴν ὑὸς ἔν τε κυμίνῳ Ἔν τ' ὄξει δριμεῖ καὶ σιλφίῳ ἐμβεβαμμένον. Τοῖς στρυφνοῖς autem delicatiores utuntur ad excitandum stomachum. *Musonius* ap. *Stob.* XVII. 160. 52. Οἱ ἐσθίειν στόμαχοι ἐν τῷ ἐσθίειν συνεχὲς στομοῦσθαι θέλουσιν ἢ ὑπὸ ἀκράτου, ἢ ὑπὸ ὄξους, ἢ ὑπὸ βρώματος τινος στρυφνοῦ. Haec ad vulgatam lectionem tuendam forte attuleris. — V. 6. „Pro οὐ κοινὸν recte scripsi τὸν κοινὸν

„τὸν, requirente sensu. In quatuor Planudeae codd. οὐ „omissum, metro claudicante: in cod. Jani Lascaris ad „oram ab eadem manu scripta minio haec emendatio, „σώφρονα καὶ συνετὸν ἤδη. Quod nihili est, indicat tamen, „correctorem in στρυφνὸν vitium sensisse." *Br.* Οὐ omittitur in Ed. pr. Flor. et Ald. Habetur in Ald. 2. 3. Ascens. et Nic. Sab. et verum judicavit *Grotius*, qui vertit:

At postquam vulvam vidit niveamque bonamque,
clam vires animi noluit esse sui.

In Brunckiana lectione, quae non multum acuminis habet, sensus non omnino expeditus. Si ὁ πινυτὸς νόος *prudentiam* significat, ut alibi, non video, quomodo Cynicus prudentiam κλέψαι, i. e. occultasse, ejusque oblitus esse dici queat. Prudentis certe erat, lupinos vulvae posthabere. Esset igitur ὁ πινυτὸς νόος sapientia et sobrietas, quam ille ante professus erat, cum diceret, non ventri, sed rationi obediendum esse. *Hesych.* πινυτός, σώφρων, συνετός. Vel sic tamen malim:

ἡ στρυφνὴ πινυτὸν αὐθὺς ἔκλεψε νόον.

Vulva tam tenera et delicata nescio quomodo ejus abstinentiam vicit ejusque animo eripuit. — Haec non solum expeditiora, sed etiam, ni fallor, haud paulo elegantiora vulgatis. ἡ βόλβα mentem Cynico eripuisse dicitur, κλέψαι sive ἐκκλέψαι; sicuti fere, graviore tamen vocabulo, ea, quae animum magna cupiditate percellunt, ἐκπλήττειν τὸν νοῦν dicuntur. *Aristoph.* Plut. v. 672. καμέ με 'Αθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε. *Horatius* II. Serm. II. 4. *inter lances mensasque nitentes — stupet insanis acies fulgoribus.* — V. 7. ἔτρωγεν. Cynicorum voracitas passim notatur. δειπνομανεῖς vocantur in *Timonis* Sillis ap. *Athen.* IV. p. 162. F. et λοπαδαρπαγίται in Epigr. ἀδεσπ. CX. — V. 8. βόλβον. Vulgo.

X. Cod. Vat. p. 567. Planud. p. 128. St. 185. W. In gulosum et tardum. Notanda locutio ἀμβλὺς πρὸς δρό-

μὸν, *hebes ad cursum.* Eodem usu ἀμβλύνεσθαι pro *cohibere, retardare* ponitur. — V. 2. τοῖς ποσὶ σοῦ τρέχε. Vulgo et in Vat. Cod. Offendit *Jos. Scaliger* in τρέχε, nec ferens syllabam brevem in caesura pentametri, scripsit τρέχον. *Salmasius* autem verba transposuit, probante *Dorvillio* et *Br.* Neutrum tamen eorum eadem licentia offendit in superioris Epigrammatis v. *6.* (cf. Ep. XXI. 2.) qua *Lucianus* jure suo usus est, optimorum poëtarum exempla secutus. Nihil igitur mutandum arbitror.

XI. Cod. Vat. p. 567. Plan. p. 128. St. 186. W. — Notum proverbium de iis, qui rem inutilem susceperunt, Αἰθίοπα σμήχεις. *Zenob.* I. 46. cui similia dedit *Diogen.* I. 45. p. 180. Vide *Schottum* p. 341. ubi hoc distichon excitat, et *Erasmum* I. 4. 50. — νύκτα καθηλιάσαι. Inter ἀδύνατα hoc passim recensetur. Quare Medea suam potentiam jactans ap. *Senecam* v. 757. *mundus lege confusa aetheris Et solem et astra vidit, et vetitum mare Vidistis ursae.* et Deïanira ap. eundem in Hercule Oet. v. 462. *Nox media solem vidit et noctem dies.*

XII. Vat. Cod. p. 563. Plan. p. 138. St. 200. W. Grammaticam dignam esse docet, cui ut Divae templa et arae exstruantur. — V. 1. φυτίζει. vett. edd. omnes ante Stephan. Mox ἵλαθι μοῦσα omnes; nec aliter membr. Vat. Praeclara emendatione, cujus tamen fontem et auctoritatem non indicavit, *Brunckius:* ἵλαθι, λιμοῦ φάρμακον. Causa corruptelae in aperto est. Quum enim forte, duabus literis deletis, legeretur in Codice ἵλαθι ..μοῦ, quid prius in mentem venire potuit oscitanti librario quam ἵλαθι μοῦσα, quod et versum explebat, et sensum, primo quidem adspectu, tolerabilem efficit? ἄνθρωποι λιμοῦ φάρμακον ἐζήτουν *Lucian.* Amor. §. 33. T. V. p. 295. κακῆς ἀλκτήρια λιμοῦ nescio quis ap. *Suidam* v. λιμός. — V. 2. εὑρομένα. Vat. Cod. — Prima Iliadis verba ad Grammaticorum professionem indican-

dam passim adhibentur. Vide ad *Palladae* Ep. IX. Lusus, quibus haec verba occasionem dederunt, attigerunt *Lindenbrog.* et *Burmannus* in Priapej. nr. LXX. Anth. Lat. T. II. p. 538. — V. 5. Divino tuo numine omnia implentur, haud secus ac Jovis. Respicitur enim nobilissimum carminis Aratei initium: μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα Καὶ λιμένες. Ante *Aratum* *Xenophon* Mem. Socr. II. 2. 4. καὶ τούτου γε τῶν ἀπολυσάντων μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοὶ, μεστὰ δὲ τὰ οἰκήματα. *Themist.* Or. XXVIII. p. 341. C. καὶ ἐντεῦθεν πλήρη μὲν γαῖα τούτων τῶν λόγων, (sic lego pro λόγων) πλείη δὲ θάλασσα. Paulo ante ap. eundem legendum videtur: ἄρματα φέροντες μεστὰ ἡδονῆς, pro ἀλ. τὰ ἡδονῆς. Alia vide ap. Intrpp. *Luciani* in Nigr. 16. T. I. p. 250. Bip. — V. 6. Μήτρια omnes edd. vett. et Vat. Cod. Emendavit *H. Stephanus* *Opsopoeum* secutus, auctore tamen non indicato. Verum est δίκτρια, quod ductum ex *Archilocho* ap. *Athen.* XIII. p. 594. Ξεύηθε ξείνων δίκτρια Πασιφίλη. — Divam Grammaticam *Lucianus* sibi ut copam fingit, omnes in cauponam recipientem iisque victum praebentem.

XIII. Cod. Vat. p. 567. Planud. p. 143. St. 207. W. In exorcistam, qui malum daemonem non carminum suorum virtute, sed oris foetore expulisse videbatur. De paganorum exorcistis disputans hoc distichon excitavit *Wesseling.* ad Legg. Petiti Attic. p. 389.

¶. 311.] *XIV.* Anth. Plan. p. 338. St. 477. W. Priapus in solitaria rupe, ubi nihil erat, quod custodiret, collocatus, loquitur. — V. 1. τέθηκα. Vett. edd. omnes. *Steph.* τέθεικε. — νόμου χάριν. *Lucill.* Ep. XXV. νόμου δὲ χάριν, δός τι καὶ ὧδε φαγεῖν. Id. LXXXIV. 7. Eodem sensu dicitur γλώσσης χάριν. Vide *Graevium* in Lect. Hesiod. c. XV. p. 73. — V. 3. κρημνὸν β. in loco praerupto positus, undique valle circumdatus. Non satis

quidem accurate, sed bene tamen ad sensum *Grotius*: *Ambior et fossa.* Peculiarem significationem vocabuli κρημνὸς, qua praerupta litora, riparumque margines significat, illustravit *Schneiderus* in Fragm. Pind. p. 112. — V. 4. ἔχει. Ed. Fl. — πλὴν ἐμέ. Facit huc *Martial.* VI. Ep. LXXII.:

Fur notae nimium rapacitatis
Compilare Cilix volebat hortum;
Ingenti sed erat, Fabulle, in horto
Praeter marmoreum nihil Priapum.
Dum non vult vacua manu redire,
Ipsum surripuit Cilix Priapum.

XV. Cod. Vat. p. 169. cum lemmate: Λουκιανοῦ· ἀνάθημα Λουκιλλίου, Plan. p. 439. St. 572. W. (Ed. Reiz. nr. XXXIV.) *Brodaeus* et *Fulv. Ursinus* in Virgil. c. Gr. compar. p. 130. ed. *Valck. Lucillio* hoc carmen tribuerunt; perperam, judice *Dorvillio* ad *Lucian.* l. c. — V. 1. „Hunc versum esse *Parthenii*, constat ex *Gellio* „XIII. c. 25. qui observat, Virgilianum versiculum ex „L. I. Georg. 437. desumtum fuisse ex isto poëta: *Glauco* „*et Panopeae et Inoo Melicertae. Parthenii* autem versus „ap. Noct. Attic. scriptorem sic se habet: Γλαύκῳ καὶ „Νηρεῖ καὶ εἰναλίῳ Μελικέρτῃ. uti adeo, quemadmodum „*Gellius* animadvertit, *Virgilius* pro Νηρεῖ substituerit „*Panopeae*, pro εἰναλίῳ *Inoo.* Sane utrumque magno ju„dicio. — Verum enimvero dubitare licet, utrum mu„tatio illa secundo loco facta debeatur *Virgilio*: an „vero revera sic ipse dederit *Parthenius*, quo magistro „in Graecis usus fuit *Virgilius*, et *Gellius* corruptis usus „sit Codd. εἰναλίῳ pro Ἰνῴῳ exhibentibus; nimirum ap. „*Macrobium* in Saturn. V. 17. sic plane legitur: Γλαύκῳ „καὶ Νηρεῖ καὶ Ἰνῴῳ Μελικέρτῃ. Quin etiam hujus tituli „nostri auctor [Planudes] sic, vel non multum diverso „modo legisse videtur, quum hic exaratum sit: Νηρεῖ

„καὶ Ἰνοῖ καὶ Μ. Quam tamen lectionem minime ex tri-„bus probo. Scriptum praeterea puto *Parthenio* et *Lu*-„*ciano*: Γλαύκῳ καὶ Νηρῆϊ καὶ Ἰνώῳ Μελικέρτῃ. Νηρῆϊ dubito „an non in Cod. quodam inveniatur. In Cod. autem „Vat. Νιρεῖ conspicitur." *Dorville*. — In membranis Vat. est, ut in Plan., καὶ Ἰνοῖ καὶ Μ. Quod *Gellius* et *Macrobius* hunc versum *Parthenio* tribuunt, *Abramus* ad Cicer. pro Coel. 53. totum hoc carmen *Parthenii* esse perperam statuit. Est potius pro parodia perditi cujusdam carminis habendum. Νηρῆϊ ante *Dorvillium* emendavit *Scaliger* in not. mstis. — V. 2. Κρονίδῃ. Neptuno. — Σαμόθρᾳξι θεοῖς. (Plan. Σαμοθρῇξι.) Horum beneficium ad nautas ex maris periculis servandos inprimis valere statuebat antiquitas. Vide ad *Callim.* Ep. XXVI. T. I. P. II. p. 278. — V. 3. κέκαρμαι. *Juvenal.* XII. 81. *Tuti stagna sinus; gaudent ibi vertice raso Garrula securi narrare pericula nautae.* De more naufragorum caput radendi vide *Rigalt.* ad *Artemidor.* Oneir. p. 9. et *Interpp.* *Petronii* c. CV.

XVI. Hoc distichon, quod ἄδηλον est in Plan. p. 129. St. 186. W., *Luciano* vindicavit Vat. Cod. p. 567. (*Reiz.* in Omiss. nr. I.) — V. 1. Εἰ πᾶσιν. Ed. Flor. et Ald. pr. Seqq. edd. ἐν. *Opsopoeus* apte comparavit versus *Theognidis* 637. αἰσχρόν τοι μεθύοντα παρ' ἀνδράσι νήφοντ' εἶναι· Αἰσχρὸν δ', εἰ νήφων πὰρ μεθύουσι μένοι. — V. 2. αὐτὸς ἤθελε. Vat. Cod.

XVII. Hoc quoque Epigr. *Luciano* asserit Vat. Cod. p. 567. In Plan. p. 129. St. 186. W. ἄδηλον est. — V. 1. μωρός. Flor. pr. — ψάλλων. Vat. Cod. (*Reiz.* Omiss. II.)

XVIII. In Vat. Cod. p. 567. Λουκιανοῦ. In Planud. p. 129. St. 187. W. ἄδηλον. (*Reiz.* Omiss. III.) — V. 1. μαδαρός. ἀραιόθριξ. ψεδνός. *Hesych.* *Brodaeus* stultum quendam describi a poëta censet, cujus nomini parcat. Imaginem autem adumbratam esse ad Thersitem Homericum

II. p. 217. sqq. Hoc satis incertum. Mihi Cynicus videtur describi, qui nudis humeris nudoque pectore solebat incedere. Aliter enim non video, quomodo verba καὶ στέρνα καὶ ὤμους explicari possint. Ceterum calvities ap. veteres risui erat obnoxia; quare in comoediis parasiti, lenones thrasonesque calvi introducebantur. Quare Caesar *calvitii deformitatem iniquissime ferebat, saepe obtrectatorum jocis obnoxiam expertus*, secundum *Sueton.* Jul. Caes. 45. Vide *Spanh.* ad Caes. *Juliani* p. 48. et *Hadr. Junium* de Coma c. XI. Calvitium et herniam, tanquam singularem intemperantiam et scaevos mores proderent, acerbis jocis petebant et Orientales et Graeci Romanique, iisque, qui hoc vitio adfecti erant, non nimis consuescebant, monente *Reinesio* in Var. Lectt. L. II. 18. p. 295.

XIX. Etiam hoc ἀδέσποτον est in Planud. p. 142. St. 206. W. Λουκιανοῦ in Vat. Cod. p. 564. (*Reiz.* in Omiss. nr. V.) In herniosum, hernia pro navigio utentem. Tantus enim erat tumor, ut ei, quidquid esset onerum, imponere posset, eoque nixus tam securus nataret, quam si vesicas sibi suppofuisset. Sic haec accipienda sunt, nec audiendus *Huetius* p. 15. qui ὑδροκήλην derideri putabat, quae tantum aquae continuerit, ut in ea commode navigari posset. Cf. inprimis *Lucill.* Ep. III. — V. 1. 2. restitutus est ad fidem Cod. Vat., cum vulgo legeretur: — ὁ κηλήτης ἐμβαίνει Μέλλων εἰς τὸ πέραν ἐκτείνειν Διοφῶν. ubi *Jos. Scalig.* in not. msc. ἐξιέναι corrigebat. — Vulgatam a *Planude* immutatam esse suspicatur *Dorville*, quia formam ἐκτείναι ignoraverit. Vide *Fischeri* Animadv. in Gr. Velleri T. II. p. 507. — V. 3. ἐπάνωθε. Vat. Cod. Idem omittit πάντα. — V. 4. σινδόνα ἐπ. Vat. Cod. Linteo sublato velum sibi faciebat. — ¶. 312.] V. 5. Tritonem describit *Apollon. Rhod.* IV. 1610. sqq. *Pausan.* IX. 20. 21.

jectura jam minus certa videbitur. Fieri enim potest, ut *Lucianus* scripserit:

καὶ τρέγος εὐπώγων αἱμύλος ἐστὶ Πλάτων.

Hesych. αἱμύλος. ἀστεῖος. συνετός. ὀξὺς ἐν τῷ λέγειν. αἱμύλους λόγους poëtis et oratoribus tribuit *Themist.* XXVIII. p. 341. C. De Aristone Chio *Timon* in Sillis fr. XVIII. καί τις Ἀρίστωνος γένυης ἄπο αἱμύλου ἕλκων. Erat enim Aristo insigni eloquentia praeditus, secundum *Diog. Laërt.* VII. 161. p. 468. *Carpzov.* de Paradoxo Stoico Aristonis Chii p. 222. De copioso et facundo αἱμύλος usurpari docuit *Ernesti* in Lex. Techn. Rhet. p. 8. Nihil hoc ad Platonem aptius.

XXIV. In Planud. p. 150. St. 218. W. Ἀγαθίου inscribitur; in Vat. Cod. p. 563. sq. Λουκιανοῦ. (*Reiskius* omisit.) Historia satis faceta de medico, qui filium ad grammaticum adduxerat. — V. 1. τὸν νέον. Vat. Cod. — V. 2. ὡς τό. Flor. pr. et Ald. pr. — [p. 313.] V. 7. Tibi quidem, ait, gratiam habeo; sed eadem apud me discere poterit. Pro ταῦτα malim ταὐτά. In fine autem vide an scribendum sit:

καὶ πρὸς τοῦτ' οὐδὲν γραμματικῷ δέομαι.

XXV. Vat. Cod. p. 543. Plan. p. 168. St. 244. W. (*Reisk.* nr. XXVI.) In Lollianum, hominem loquacissimum. Is esse videtur, cujus vitam dedit *Philostrat.* Vit. Sophist. I. 23. p. 526. quique sub Hadriano vixit, nostri igitur aequalis. — V. 1. εἰπέ μοι. Idem color in Dialog. Mort. XXI. 1. ὦ Κέρβερε — εἰπέ μοι πρὸς τῆς Στυγός, οἷος ἦν ὁ Σωκράτης, ὁπότε κατῄει πρὸς ὑμᾶς. — κατέβαινεν. Vat. Cod. Vulgo κατιόντι. — V. 2. Pro Λολλιανοῦ *Opsopoeus* in suo libro Λουκιλλιανοῦ habuit; quod in Λουκιλλίου mutavit. — V. 3. μόνει Aldina 2. et 3. ex Lect. Aldi arripuerunt. μὲν εἰ legendum esse, sponte vidit *Brodaeus*; qui tamen, nescio quare, maledicum potius et sugilla-

torem, quam loquacem et molestum a poëta notari existimavit.

XXVI. Vat. Cod. p. 252. Plan. p. 221. St. 321. W. (*Reisk.* nr. XXVIII.) Elegans Epigramma in puerum quinque annorum, immatura morte vitae ereptum. — V. 3. *μή κλαίοις.* Non miser putandus est, qui multa mala effugit, quae longaevis nonnunquam insidiantur; et recte *Callimachus* dixit ap. *Ciceron.* Tusc. Qu. I. 93. *multo saepius lacrymasse Priamum, quam Troilum:* Quare Trausi τὸν ἐκγενόμενον, παίζοντές τε καὶ ἡδόμενοι, γῇ κρύπτουσι, ἐπιλέγοντες, ὅσων κακῶν ἐξαπαλλαχθεὶς ἐστιν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ, secundum *Herodot.* V. 4. p. 374. ubi vide *Valckenar.* — Epigr. ἀδέσπ. DCCVII. ἄρτι με γινόμενον ζωᾶς βρέφος ἥρπασε δαίμων, Οὐκ οἶδ᾽ εἴτ᾽ ἀγαθῶν αἴτιος, εἴτε κακῶν.

XXVII. In Plan. p. 189. St. 276. W. ἄδηλον; in Vat. Cod. p. 564. Λουκιανοῦ. In podagram divitum pedibus insidiantem. (*Reisk.* in Omiss. nr. XIII.) Similis color in Ep. *Martialis* XII. 17.:

Quare tam multis a te, Lentine, diebus
Non abeat febris, quaeris et usque gemis.
Gestatur tecum sella, pariterque lavatur:
Coenat boletos, ostrea, sumen, aprum.
Ebria Setino fit saepe, et saepe Falerno:
Nec nisi post niveam Caecuba potat aquam.
Circumfusa rosis et nigra recumbit amomo,
Dormit et in pluma, purpureoque toro.
Cum sic tam pulchre, tam belle vivat apud te,
Ad Dammam potius vis tua febris eat?

— V. 1. *μεσότοιχε.* *locupletem podagram* vocat *Juvenal.* XIII. 96. Hanc sive Deam, sive Furiam, cum nata esset, εὐγλαγέτοις ἐνὶ μαζοῖς Εὔολβος ἐθρέψατο Πλούτων. *Lucian.* Tragopod. v. 110. sq. — V. 3. Gestationem significare videtur. Pro εἰ δὲ, quandoquidem, *Stephan.* ἐν δὲ

legit. Sed nostrum est in Vat. Cod, in tribus Aldinis, Nic. Sab. — V. 4, ὁπλοφορεῖν ad baculos, quos podagrici gerant, refert *Brodaeus*. Sed recte *Branckius*: „In „ὁπλοφορεῖν, eo praesertim sensu, quo exponunt inter- „pretes, Luciani ingenium non agnosco. Aliud quid „olim scriptum fuisse suspicor." Mihi lenissima mutatione corrigendum videtur:

πιλοφορεῖν τ' οἴδας — —.

Mollia pedum indumenta sive tegumenta aegroti gerere solent et molliores. Socratem laudans Alcibiades ap. *Platon.* in Conviv. p. 220. B. (T. X. p. 267. Bip.) eum per hiemen ἀνυπόδητον ambulasse narrat, πάντων ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα, καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας. *Musonius* ap. *Stob.* I. p. 17. 51. οὐδαμῶς καλὸν οὔτε ἐσθήσεσι πολλαῖς καταστέλλειν τὸ σῶμα, οὔτε ταινίαις κατειλεῖν, οὔτε χεῖράς τε καὶ πόδας περιδέσει πίλων ἢ ὑφασμάτων τινῶν μαλακύνειν. quae ex *Platonis* loco derivata putat *Valcken.* ad *Herodot.* III. p. 199. 95. Praeter *Platonis* locum etiam *Cratini* versiculum laudat *Pollux* X. 50. p. 1204. λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους. ubi vide *Interpp.* De his indumentis, quae *impilia* Latini vocabant, quod notavit *Harduin.* ad *Plin.* XIX. 10. T. II. p. 159., disputavit *Salmas.* ad Scr. H. A. T. I. p. 551. et uberius p. 973. Pileoli, quibus aegroti et molles caput a frigore defendebant et munibant, (vide *Ruhnk.* ad *Rutil. Lup.* p. 104.) non hujus sunt loci. — Ceterum Vat. Cod. τ' omittit ante οἴδας, et mox μοῖρα exhibet. τ' desideratur in vett. edd. omnibus usque ad *Stephan.* — V. 7. τοὔνεκα καὶ φ. π. τ. χάλκεον. Vulgo. νῦν et ἀχάλκεον exhibet Vat. Cod. Hoc probavit *Salmasius.* ἀχάλκεος οὐδός, paupertatis limina minime aerata, i. e. egena domus, respicit οὐδὸν χάλκεον *Homeri* in Il. Θ. 15. ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός. Quum enim χαλκὸς haud raro de nummis dicatur, pauperes et male nummati ἄχαλκοι vocantur, et ἀχαλκεῖν dicuntur, qui pecuniae inopia

laborant. *Lucill.* Ep. XLVII. εἴ τις ἐγχαλκεῖ, Μηνᾶς τι πονείτω. Vide *Salmas.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 394. — V. 8. „τέχνῃ δ' εἰς πλοῦτον. In Cod. Vat. τέχνῃ δ' ἄν τι πλούτου. „In alio Cod. ῃ in τέχνῃ in rasura cubat. Εἰς πλούτου cor„ruptum videtur. Sed varia illa lectio parum juvat, nisi „quod indicet ulcus. An legendum: Τέχνῃ δ' εὐπλούτου „εἰς πόδας. In collatione quadam habetur γρ. πρόποδες. „At qui πρόποδες vel sensui vel metro congruant, non „perspicio." Haec *Dorvill.* Ad εἰς πλοῦτον *Brodaeus* et *Reiskius* οἶκον intelligunt; sed tum quid jejunius verbis πρὸς πόδας, quae mihi etiam post εὐπλούτου receptum abundare videntur. Adde quod *Dorvillii* conjectura antithesis corrumpitur, quae est in πενίῃ et πλούτῳ, quamque tantum absum ut tollendam existimem, ut majorem etiam concinnitatem requiram. Fortasse legendum:

τέχνῃ δ' εἰς Πλούτου παστάδας ἐρχομένη.

Sic egenum tenuis hominis tugurium divitum cubiculis opponitur, in quibus podagra degere et sibi indulgere amet. In descriptione divitum aedium *Teles* ap. *Stob.* XCI. p. 509. οὐ γὰρ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατεσκευασμέναι κλῖναι, καὶ πορφυροῖ τάπητες, οὐδὲ ὑπόβαθρα καὶ παστάδες ὕπνους ποιοῦσι. In quibus scriptori poëtarum loca, fortasse Bacchylidis, obversabantur ap. *Athen.* II. 39. F. XI. 500. A. B. In Ptolemaei nave, tanquam in regia, ἐν· εἶτα κάλλιστα, παστάδες καὶ οἶκοι καὶ δρόμοι. *Maxim. Tyr.* I. 3. p. 8. Παστὰς pro cubiculo accipias, an pro vestibulo, porticibus instructo, parum h. l. interest. Posterius tamen, cum disertiorem magnificentiae significationem habeat magisque adeo inserviat antithesi, fortasse verius putandum.

¶. 314.] *XXVIII.* Vat. Cod. p. 494. Plan. p. 15. St. 26. W. (*Reis.* nr. III.) Sententiam hujus Epigr., tanquam ex *Menandro* petitam, sic reddidit *Ausonius* Ep. CXLV.:

Re fruere, ut natus mortalis: dilige sed rem
Tanquam immortalis. Sors est in utroque verenda.

— V. 1. ὡς τεθνηξόμενος. *ut jamjam moriturus.* Illustravit vim hujus futuri, etiam nostro loco laudato, *Gataker.* ad *M. Antonin.* II. 14. p. 54. — V. 2. βιωσόμενος. *Democritus* ap. *Stob.* XVII. p. 154. 19. Οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης οἶτον ἔχουσιν, ἐργαζόμενοι ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι. Sic haec scribenda sunt. Vide ad *Cratetis* fr. VI. 6. T. I. P. I. p. 383. Idem color ap. *Senec.* de Brev. Vit. c. 4. *Tanquam semper victuri vivitis. — Omnia tanquam mortales timetis; omnia tanquam immortales concupiscitis.* et in dicto *Stratonici* ap. *Plutarch.* T. II. p. 525. B. luxum perstringentis: οἰκοδομεῖν μὲν ὡς ἀθανάτους, ὀψωνεῖν δὲ ὡς ὀλιγοχρονίους. — V. 4. μέτρον. Haec expressit *Paul. Silent.* Ep. LXIX. Αἰνέομεν δὴ κεῖνον, ὃς ἐν βιότῳ τε κύβῳ τε, Χάρματι καὶ λύπῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

XXIX. Cod. Vat. p. 494. Plan. p. 32. St. 49. W. (*Reiz.* nr. V.) — V. 1. πᾶς ὁ β. Vulgo et in Vat. Cod. ἅπας ὁ β. emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. et *Dorvill.* in Vann. crit. p. 328. — V. 2. μία νύξ. Ducta sententia ex *Apollodoro Comico* ap. *Stob.* XCVII. p. 537. 5. τοῖς γὰρ λυπουμένοις τε καὶ μεριμνῶσιν (f. τ. γ. λυπουμένοισί τε κἀγνιωμένοις) Ἅπασα νὺξ ἔοικε φαίνεσθαι μακρά.

XXX. Vat. Cod. p. 419. Plan. p. 13. St. 22. W. Ap. *Stob.* Tit. XV. p. 150. 2. Gesn. p. 87. Grot. (*Reiz.* nr. II.) Historia de Therone, Menippi filio, cui, postquam omne patrimonium in popinis et ganeis consumserat, Euctemon, Menippi quondam amicus, filiam suam cum magna dote in matrimonium dedit, sperans, Theronem jam ad meliorem frugem rediturum esse. Verum eventus spem fefellit. Thero ad pristinam vitam rediens, uxoris dote consumta, ad restim redactus est; et Euctemon intellexit, hominem in suis rebus negligentem, pessimum esse alieni custodem boni. — V. 2. ἀσώτους

Vat. Cod. — V. 4. καρφαλέη πενίη, arida paupertas. Sic aridus homo pro egeno ap. Plaut. Aulul. II. 4. 18. et αὖος ap. Graecos. Hoc attigit Valcken. ad Theocr. Adon. p. 292. C. et L. Bos ad Lucian. T. VI. p. 434. ed. Bip. Metaphoram exornavit Lucian. in Timon. §. 8. T. I. p. 79.: parasiti, ut lupi cadaver, sic amicum ἐκμυζήσαντες ᾤχοντο, αὖον αὐτὸν καὶ τὰς ῥίζας ὑποτετμημένον ἀπολιπόντες. — V. 6. „ἐπιμείλια (ut vulgo legitur) non magis graecum „est, quam ἐπίηρα. Hic duo Planudeae codd. divisim „scriptas exhibent voces ἔπι μείλια. Tmesis est πολλὰ „ἐπιδοὺς μείλια. insuper dans." Br. ἐπὶ μήλια. Vat. Cod. — V. 7. Θήρανα περιφρένας. Vat. Cod. quod Dorvillius pro παρὰ φρένας positum suspicabatur, tutius tamen existimans vulgatam sequi. Mira Vat. Cod. lectio fortasse ex glossemate vocabuli μείλια exorta, cui quis adscripserat παράφερνα, i. e. ea, quae sponsa marito praeter dotem affert. — V. 9. γαστρὶ χαρίζ. Vide ad IX. 4. Ammian. Ep. XXV. ψωμὸν ὀνείδειον γαστρὶ χαριζόμενος. Theognis v. 900. εἶδον δ' ἄλλον, ὃς ἦν γαστρὶ χαριζόμενος. Timon fr. XXX. in Epicurum: γαστρὶ χαριζόμενος, τῆς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν. Metrodorus ap. Plutarch. T. II. p. 1098. D. ὡς καὶ ἐχάρην καὶ ἐθρασυνάμην, ὅτι ἔμαθον παρὰ Ἐπικούρου ὀρθῶς γαστρὶ χαρίζεσθαι. — κατὰ κοίμον. Vat. Cod. — V. 11. οὕτω. Vulgo. — V. 12. κῦμα. paupertatis fluctus eum iterum submersit. Figuratam vocabuli κῦμα significationem illustravit Rittersh. ad Oppian. Hal. IV. 195. p. 294. Klotz. ad Tyrt. p. 85. — V. 13. ἐδάκρυε. Edd. omnes et Vat. Cod. ἐδάκρυσε emendavit Reiz. idque tribus regiis codd. confirmatum invenit Brunckius. — V. 15. Similes sententias vide ap. Kuhn. ad Aelian. V. H. I. 33. p. 60. et Wesseling. ad Herodot. V. 29. p. 385. Uterque hunc locum laudavit. Euphron ap. Stob. XV. p. 151. 52. Ὁ γὰρ τὸν ἴδιον οἰκονομῶν κακῶς βίον, πῶς οὗτος ἂν σώσειε τῶν ἔξω τινά;

XXXI. Vat. Cod. p. 494. Plan. p. 38. St. 55. W. Stob. Tit. LXI. p. 390. 50. Gesn. 257. Grot. (Reisk.

nr. VI.) — V. 1. ἐκπλέετε. Schad. Krohn. — Simile quid de vino, *Plaut.* in Trucul. IV. 3. 57. *Non vinum hominibus moderari, sed vino homines solent, Qui quidem probi sunt; verum qui improbus est, sive subbibit, Sive adeo caret temeto, tamen ab ingenio est improbus.*

¶. 315.] *XXXII.* Cod. Vat. p. 375. Plan. p. 40. St. 58. W. (*Reiz.* nr. VIII.) Ingrati hominis animus comparatur cum dolio pertuso. Fons dicti *Euripides* esse videtur ap. *Plutarch.* T. II. p. 502. C. οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα πιμπλάναι, Σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους. quae cum *Luciani* dicto et similibus comparavit *Valcken.* ad Hippol. p. 261. C. D. Adde *Plutarch.* T. II. p. 507. F. et inprimis *Plaut.* in Trinumm. II. 2. 41. *Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.* Praeclare *Lucretius* III. 947. *Nam si grata fuit tibi vita anteacta priorque, Et non omnia pertusum congesta quasi in vas Commoda perfluxere, atque ingrata interiere: Cur non ut plenus vitae conviva recedis?*

XXXIII. Vat. Cod. p. 494. Plan. p. 55. St. 79. W. Praeclaram sententiam, quae hoc disticho continetur, Pittaco Mitylenaeo tribuit *Theo* in Progymn. V. Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος ἐρωτηθείς, εἰ λανθάνει τις τοὺς θεοὺς φαῦλόν τι ποιῶν, εἶπεν, οὐδὲ διανοούμενος. (quae ita *Luciani* verbis respondent, ut alterum ex altero expressum esse videatur.) Thaleti *Diogen. Laërt.* I. 36. ubi vide *Menagium.* — V. 1. ποιήσας in Vat. Cod. legi, testatur *Dorvill.* In apogr. Goth. est ποιήσας. — V. 2. „Vat. Cod. et Pla„nudeorum unus θεὸν, quod perinde est et forte ab „homine christiano repositum pro θεούς.“ *Br.*

XXXIV. Vat. Cod. p. 495. Planud. p. 63. St. 91. W. (*Reiz.* nr. X.) — V. 2. καθαρῶν ψ. Vat. Cod. — V. 4. πλείονας βλάπτομεν. Vat. Cod. Ductum hoc ex *Theognide* v. 89. ἤ με φίλει, καθαρὸν θέμενος νόον, ἤ μ' ἀποειπὼν Ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος. Ὃς δὲ μιῇ γλώσσῃ

γλώσσῃ δίχ' ἔχει νόον, οὗτος ἑταῖρος δειλὸς, Κύρν', ἐχθρὸς βέλτερος ἢ φίλος ὤν. Cf. v. 119. sqq. et *Lucill.* Ep. CXXII.

XXXV. Vat. Cod. p. 495. Plan. p. 70. St. 103. W. (*Reiz.* nr. XI.) Silentium commendatur. σφρηγίς. Comparavit *Brodaeus Theogn.* v. 19. Κύρνε, σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω. *Stob.* XXXIV. p. 215. Σφραγίζου τοὺς μὲν λόγους σιγῇ, τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ. Simili metaphora *Theognis* v. 413. πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται ἁρμόδιαι. Et hinc *Plutarch.* T. II. p. 503. C. οἱ δ' οἰκημάτων μὲν ἀθύρων καὶ βαλλαντίων ἀδέσμων μηδὲν ὄφελος οἰόμενοι τοῖς κεκτημένοις εἶναι, στόμασι δ' ἀκλείστοις καὶ ἀθύροις — χρώμενοι κ. τ. λ. Idem p. 510. A. κλεῖθρον ἢ χαλινὸν ἐμβάλλειν τῇ φωνῇ dixit. ἀθυρόγλωσσος ἀνὴρ est ap. *Euripid.* Orest. v. 901. Ad sententiam facit dictum *Simonidis*, σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας, ap. *Scholiast. Aristid.* Or. Plat. II. 143. quod expressit *Horatius* III. Od. 2. 25. *Est et fideli tuta silentio merces*, et haud pauci alii, quos laudat *Wyttenb.* in Bibl. Cr. T. III. P. I. p. 40. *Eustath.* de Hysm. et Hysm. L. I. p. 30. γλώσσης φειδωλῆς θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος. — V. 2. λόγων Codd. nonnulli.

XXXVI. Vat. Cod. p. 495. Anth. Plan. p. 89. St. 131. W. „Distichon hoc male sequenti carmini jungitur, cum quo nullam sententiae relationem habet. „Duo sunt Epigrammata diversi argumenti. Hoc acute „vidit Conr. Rittershusius in notis ad Porphyrii vitam „Pythag. p. 43. cujus judicium confirmant libri manu „scripti. In optimo Planudeae cod. quatuor disticha „conjuncta leguntur, ut in ed. Wechel. p. 131. tum „duobus interjectis carminibus iterum recurrunt tria „posteriora disticha, tanquam integrum epigramma, „cujus in primo versu scriptum τόνδε. Sic etiam se res „habet in altero Planudeae codice, ubi male τὸν δέ. In „tertio posterius epigramma repetitum, sed cujus pri„mum tantum distichon descripsit librarius, tempori ut

„chartae parcens. Hinc manifestum est, tria sequentia „disticha pro absoluto epigrammate habita fuisse a vete„ribus, et illis contra auctoris mentem librariorum er„rore distichon hoc adhaesisse. In hoc autem vers. 2. „codices omnes et veteres editiones habent ἔχει αὐτήν. „Emendavit Stephanus, parum feliciter. ΑΤΤΗΝ cor„ruptum ex ΑΤΠΗΝ. Tum κτεάνων, quod in libris est, „licet ferri posset, mutavi in ἀγαθῶν, meliori sensu. „Vulgatae lectioni, τἄλλα δὲ τῶν κτεάνων ἔχει πλείονα λύπην, „hoc incommodum inest, quod comparationem habeat, „in qua rerum collatarum altera non expressa: tum in„utile erat addere τῶν κτεάνων. τἄλλα omnia dicit." *Br.* *Stephanus* αὐτῇ dedit. *Rittersh.* l. c. ἄτην emendavit, quod nec sensui bene convenit, et hiatum facit. *Bernardus* autem in Epist. ad *Reisk.* p. 445. αὐγὴν conjicit, quod splendorem auri (χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ ἅτε διαπρέπει secundum *Pindarum*) significet. Saepe quidem confusa sunt αὐτῇ et αὐγῇ. (vide *P. Leopard.* III. Emendd. 24.) sed vide, an contextus sententiae hanc lectionem ferat. Certe sic sensus existit vehementer ambiguus. Acquiesco itaque in lectione Brunckiana, quamvis parum sit verisimile, librarium ἀγαθῶν in κτεάνων mutasse.

XXXVII. Vat. Cod. p. 495. junctim cum praecedente. Vide not. ad Ep. praec. — Divitem esse, qui bonis suis utatur; non utentem pro paupere habendum esse. — V. 1. τόνδε. Vett. edd. omnes. τὸν δέ. *Steph.* — V. 2. *Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.* *Horat.* l. XII. Epist. 4. quamvis haec paulo diversa sententia dicantur. — *Maximianus* Eleg. I. 181. *Quid mihi divitiae, quarum si demseris usum, Quamvis largus opum, semper egenus ero.* — V. 3. ἐν ψήφοις κατατήκεσθαι. Vide ad *Antiphan.* Ep. IV. *Pallad.* Ep. LXXXVII. et *Adesp.* CCCCXXXVII. ψήφοις veteres utebantur ad numerandum. Jam in numerando avaris omnis divitiarum usus continetur. Anacharsis percunctanti cuidam, ad quas res Graeci

auro uterentur, πρὸς τὸ ἀριθμεῖν respondit. *Athen.* IV. p. 159. C. — κατατήκεται. *Immoritur studiis et amore senescit habendi.* Horat. I. Epist. VII. 85. Avarum describens *Lucian.* in Gallo §. 29. T. VI. p. 335. κατέσκληκεν ὅλος, ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων δηλαδή. et §. 31. p. 338. ὡς δὲ καὶ οὗτος ὑπὸ τῶν λογισμῶν ἐκτέτηκεν ὅλος. — V. 4. ἐπὶ quaedam edd. vett. — ἐν Vat. Cod. Api comparantur, qui in congerendis et comparandis divitiis omne tempus consumunt. Vide locum *Democriti* laudatum ad Ep. XXVIII. 2. Opponuntur iis οἱ κηφῆνες, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων πόνων παρατρεφόμενοι. *Liban.* T. IV. p. 828. 14. ed. R. *Crates* Fr. VI. χρήματα δ' οὐκ ἐθέλω συνάγειν κλυτὰ, κανθάρου ὄλβον, Μύρμηκός τ' ἄφενος, χρήματα μαιόμενος. Ad sententiam facit *Theocrit.* XVI. 22. sqq. — Pro δρεψομένων Vat. Cod. δρεπομένων. Notanda locutio δρέπεσθαι τὸ μέλι, pro τρυγᾶν sive βλίττειν.

T. 316.] *XXXVIII.* Cod. Vat. p. 494. Plan. p. 112. St. 163. W. (*Reis.* nn. XIV.) Vulgus hominum fortunae judicium in amicitia sequitur. Nota sunt haec *Ovidii* in Trist. I. El. IX. 5. *Donec eris felix, multos numerabis amicos; Tempora si fuerint nubila, solus eris. — Dum stetimus, turbae quantum satis esset, habebat Nota quidem, sed non ambitiosa, domus. At simul impulsa est, omnes timuere ruinam: Cautaque communi terga dedere fugae.* Anthol. Lat. III. CVI. 7. *Est equidem in laetis vitae non promtus amicus; Ipsa homini adversis umbra inimica sua est.* Cf. ad *M. Argentar.* Ep. XV. 6. — V. 1. Vulgo μὴ πταίων φίλος. Nostrum est in membr. Vat. — V. 2. τιν Vat. Cod. τοῦ vulgo. — V. 3. ἐν vulgo. οὐδ' εἰς Cod. Dorvill. — V. 4. „τυχῆς τε ῥοπαῖς „Plan. A tribus Codd., inter quos Vat., abest τε. Licet „autem ῥοπαὶ τύχης recte dicantur, praeferenda tamen „lectio, quae in unius cod. contextu, in alterius margine „conspicitur, τύχης ῥιπῆς." *Dorville.* Ut *aura fortunae*, sic ῥιπὴ τύχης de fortuna, venti ad instar mutabili. De vento hanc vocem usurpavit *Apollon. Rhod.* I. 1015.

δ' ἦθει λαίψεσι πανήμερος· οὐ μὲν ἴσθεις Νυκτὸς ἔτι ῥιπὴ μίμνο ἐμπεδόν, ἀλλὰ θύελλαι ἄντιαι ἀρπάγδην ἐκλεω φέρον. Ap. *Sophocl.* Oedip. Col. 1248. νύχιαι ῥιπαὶ sunt *venti nocte exorientes.* ἐπέπνει ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων Antig. 137. cf. 93?. Deinde ad ignem transfertur, huc illuc motum. *Apollon. Rh.* I. 1027. ὀξείῃ ἴκελοι ῥιπῇ πυρός. πυρὸς ὁρμῇ ap. *Homer.* Il. λ. 157. De motu alarum *Euripid.* ap. *Clem. Alex.* p. 563. ταῖς κυκλάνοις πτερύγων ῥιπαῖς. Alae Fortunae tribuuntur in illustri *Aeschyli* loco ap. *Stob.* Ecl. Phys. T. VII. p. 199. sq. quem emendare conati sumus in Exercitt. Crit. I. p. 213. Hoc tamen loco Fortunae cum ventis similitudinem respici puto, ut in *Euripid.* Andromeda ap. *Stob* Tit. XCIII. p. 559. πνεῖ ἔλιστος, πνεῖ δὲ τύχα κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων. quam imaginem exornavit *Clitomachus* ap. eundem p. 560. τοῖς εὖ πνέουσιν ἐμπνεούσα ἡ τύχη ἅπαντα συγχεῖ, πάντα ναυαγεῖν ποιεῖ. Alii fortunae vicissitudinem cum maris fluctibus, huc illuc sese volventibus, compararunt; ut *Hipparchus* ap. *Stob.* CVI. p. 572. πάντα γὰρ ταῦτα ἄστατα καὶ ἀβέβαια εὐρίπου δίκαν. ut nos olim emendavimus in Anim. in Stob. p. 298. sq. Sed prius idem viderat *T. H.* in Miscell. Obss. T. VI. p. 351. et ad *Lucian.* T. III. p. 400. ed. Bip. — συμμεταβαλλόμενα. *Ovid.* L. Trist. IX. 13. *Mobile sic sequitur Fortunae lumina vulgus.*

XXXIX. Cod. Vat. p. 495. Plan. p. 120. St. 174. W. *Stob.* Flor. III. p. 37. 35. Gesn. p. 21. Grot. (*Reisk.* nr. XVI.) Consiliorum maturitas commendatur. Sententia est, ut ap. *Euripid.* Phoeniss. 455. Οὔτι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει· βραδεῖς δὲ μῦθοι πλεῖστον ἀνύουσιν σοφόν. *Theogn.* v. 319. Καὶ βραδὺς εὔβουλος εἷλεν ταχὺν ἄνδρα διώκων. *P. Syrus*: *Ad poenitendum properat, cito qui judicat.* — V. 2. ἐφελκομένην. Vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. In alio *Dorvillii* Cod. est ἐφελκομένων. *Salmasius* merito praetulit ἐφελκομένη. *Dorvillius* autem, qui pronior est in vulgatam, scribi quoque potuisse judicat: ἐφεσπομένην τὴν μετάνοιαν ἔχειν

Praeter haec Epigrammata Cod. Vat. *Luciano* tribuit Ep. *Lucillii* CXVIII. *Palladae* XXII. *Nicarchi* XVII.

LUCILLII EPIGRAMMATA.

¶. 317.] *I.* Vat. Cod. p. 534. Planud. p. 154. St. 224. W. Carpit, ut videtur, dedicationum poëtas, qui post magnificum exordium, multisque diis in partes vocatis, pusillae tandem rei dedicationem concelebrant. — V. 1. φιλοσπήλυγγι. Notum antrum Athenis sub acropoli, quod Pan se post pugnam Marathoniam tanquam ἀριστεῖον accepisse gloriatur ap. *Lucian.* Deor. Dial. XXII. 3. Cf. ad *Simonid.* Ep. XXVIII. T. I. P. I. p. 219. — οὐρεσιφοίτισι corrigendum censet cl. *Wakefield* in Sylv. Crit. T. II. p. 100. comparans *Diodor. Zon.* Ep. II. ἀναυλακοφοίτισιν Ὥραις. Quum masculini forma sit οὐρεσιφοίτης, femininum in οὐρεσιφοῖτις formandum videtur. Cf. *Fischer.* Anim. in Velleri Gramm. gr. T. II. p. 68. — V. 2. ἔνδον. in antro puta: nam antra Nymphis erant pro sacellis. Cf. *Longum* I. p. 5. ed. Vill. *Philostr.* I. Imag. XXIII. p. 796. — Ἀμαδρυάσιν. Vat. Cod. — V. 3. ταῖς πρίν. omitt. Vat. Cod. Flor. et Ald. pr. Primum reperitur in Ald. 2. quam reliquae sequutae sunt. Tanquam conjecturam suam hoc supplementum profert *Opsopoeus.* — V. 4. αὐτὸς omnes edd. vett. usque ad *Stephan.*, qui ex *Opsopoei* emendatione αὐτοὺς dedit. Illud est etiam in Vat. Cod. *Wakefield* l. c. αὐτὰς τὰς κύνας, ut elegantius, ponendum existimabat. Ejusmodi elegantiae, a codd. oblatae, minime spernendae sunt; sed eas poëtis obtrudendas esse non puto.

II. Vat. Cod. p. 542. Plan. p. 128. St. 185. W. Aulus, pugil, Jovi Olympico cranium, in certaminibus ipsi comminutum, dedicat; eidemque se post alias victo-

rias etiam vertebras dedicaturum esse pollicetur. Cf. Ep. XVII. XVIII. XIX.

III. Vat. Cod. p. 170. Plan. p. 439. St. 572. W. Herniosus imaginem herniae, cujus ope ex undis enataverat, nescio cui deo dedicat. Cf. *Lucian.* Ep. XIX. — V. 1. 2. profert *Suidas* in ναύτης T. II. p. 601. ubi [illegible] legitur et ἀνέθηκα utrumque male. ἀνέθηκεν Vat. Cod.

IV. Vat. Cod. p. 527. *Lucillio* vindicat hoc Epigr, quod in Plan. p. 138. St. 200. W. ἄδηλον est. Puer quidam, Grammatico paediconi in disciplinam traditus, non grammaticam apud eum, sed turpissima quaeque meditatur. — V. 1. „In Planudea p. 200. valde corruptus „est hic versus. Videndus Salmasius in Plinian. p. 278. „Sensus est: *Grammaticus Menander barbam alis, ita ut* „*Philosophi Zenonis ipsius speciem referas: huic dicis te* „*filium tuum in disciplinam dedisse.*" *Br.* Vulgo legitur: γραμματικὸς Ζήνων ὃς ἔ. π. Μένανδρον. In Vat. Cod. autem sic: γραμματικὸν Ζηνωνὶς ἔ. π. Μένανδρον. ex qua lectione fortasse sagaciores veriorem aliquando lectionem elicient. *Jos. Scaliger* in Not. msc. corrigit: γραμματικοῦ Ζήνωνος ἔ. π. Μένανδρος. Cf. *Scriverium* ad *Martialem* p. 353. Male suam emendationem interpretatur *Scaliger*, contra *Guilandinum* p. 50., de Grammatico Zenone Menandrum legente, et volumen, cui illius poëtae versus inscripti erant, mento barbato tenente; contra quam interpretationem disputat *Salmasius* ad Plin. p. 278. qui ipse tamen parum feliciter correxit: γραμματικὸς Ζήνων, ὃς ἔχει πώγωνα, Μένανδρος — φησὶ συνεστακέναι. *Grammaticus est Zeno barbatus. Huic filium se commendasse ait Menander.* Nihil vidi inficetius verbis interpositis: ὃς ἔχει πώγωνα, φησὶ est in Planud. In Vat. Cod. obscurum est utrum φὴς an φησὶ legatur. — *Huetius* p. 15. pro τὸν δὲ legit τὶς δέ. Idem in συνεστακέναι ambiguitatem inesse monet; significare enim et *commendasse* et con-

junxisse. Priore significatione hoc verbum usurpavit *Lucianus* in Scyth. §. 5. T. IV. p. 151. Bip. οὐκ ἔστιν ὅ τι ἂν μεῖζόν σοι καλὸν χαρίσασθαι δυναίμην ἢ συστήσας (fort. σε inferendum) ἐκείνῳ. *Xenoph.* in Exped. Cyri III. 1. 8. Xenophon cum Sardes pervenisset, συνεστάθη Κύρῳ, *commendabatur Cyro.* Attigit hanc significationem *Thom. Mag.* p. 824. *G. Budaeus* Comm. Gr. L. p. 695. 11. — V. 3. Vulgo αὐτῇ μελέτῃ οὐ π. οὕτως. Vat. Cod. αὐτῃ μελέτῃ et οὕτως. αὖ τῇ emendavit *Aldus* in Lect. parum feliciter. αὐτὸς μελετῶν *Jos. Scaliger* in not. msc. *Brunckius* exhibuit emendationes *Salmasii.* οὗτος *Huetius.* — In sequentibus ludicra est ambiguitas in vocabulis artis grammaticae ad rem veneream translatis. Similem lusum vide in *Straton.* Ep. XLVIII. — Ceterum vide, an hoc carmen in hunc modum emendari possit:

Γραμματικὸς, Ζήνων, ὅσον εἰς πώγωνα, Μένανδρος·
τὸν δ' υἱὸν τούτῳ φῂς σὺ συνεστακέναι·
τὰς νύκτας δ' αὐτὰς μελετῶν οὐ παύεται οὗτος
πτώσεις, συνδέσμους, σχήματα, συζυγίας.

Grammaticus Menander, si barbam spectas, alius Zeno est. Verba ὅσον εἰς proxime absunt a lectione vulgata et Codd. ὃς ἔχει. *Martialis* in Pannicum cinaedum L. IX. 48. *Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas, Quicquid et hirsutis squalet imaginibus, Sic quasi Pythagorae loqueris successor et heres, Praependet mento nec tibi barba minor etc.* — Quod vero scripsi v. 4. τὰς νύκτας αὐτὰς, paulo vividius et ad epigrammaticum postremi versus aculeum acuendum haud paulo aptius esse videtur. Assidui enim studii et nunquam interruptae meditationis laudem expectamus, cum Grammaticum vel *ipsas noctes* puero operam dare audimus. Hanc expectationem lepide fallit carminis exitus.

§. 318.] *V.* Vat. Cod. p. 537. Planud. p. 130. St. 187. W. In sensu hujus carminis exponendo mire hal-

lucinatur *Opsopoeus*. *Brodaeus* intellexit, de paedicone eodemque impudico agi. Poëta se rem novam et tantum non incredibilem amicis narraturum esse fingit. Oratio interjectionibus et interrogationibus saepe interrupta animum vehementi admiratione percussum vivide pingit. — V. 1. Nostisne Cratippum paederastam? novam enim rem et mirabilem de eo narraturus sum. Sed profecto magna in his Nemesios apparet potentia! — Similis in simili re τῆς Νεμέσεως commemoratio ap. *Philipp.* Ep. I. ἄρτι γενειάζων ὁ καλὸς καὶ στεῤῥὸς ἐρασταῖς Παιδὸς ἐρᾷ Λάδων· σύντομος ἡ Νέμεσις. — V. 3. ἄλλο γένος et τῶν ἑτεροζήλων fortasse vocabula fuerunt ex impudicorum illius aevi sermone, quibus flagitia tecte significabantur. ἑτερόζηλοι sunt proprie, qui diversam in philosophia familiam sequuntur, tum omnino, qui in aliam partem inclinant. Cratippus, qui olim paedicaverat, nunc cevet. — ἤλπισα τοῦτ' ἂν ἐγώ; *Lucian.* D. D. XXV, 1. T. II. p. 85. πόθεν γὰρ ἂν καὶ ἤλπισα τηλικοῦτον γενήσεσθαι κακόν; *Euripid.* Helen. 662. τίς ἂν τάδ' ἤλπισε βροτῶν ποτέ; — Idem fere color in Carmine *Catulli* LVI.:

O rem ridiculam, Cato, et jocosam
Dignamque auribus et tuo cachinno!
Res et ridicula et nimis jocosa.
Deprendi modo pupulum puellae
Trusantem. Hunc ego, si placet Dionae,
Protelo rigida mea cecidi.

— V. 5. μανήσομαι. Graviter in re miraculosa et omnem fere fidem superante, ita ut audientes in stuporem et insaniam conjiciat. Notanda locutio. — λύκοι vocantur paederastae, qui pueris insidiantur. *Strato* Ep. LXXXIX. νυκτερινὴν ἐπὶ κῶμον ἰὼν μεταδόρπιον ἄρνα, Ἄρνα λύκος θυρέτροις εὗρον ἐφεσταότα, Υἱὸν Ἀριστοδίκου τοῦ γείτονος. ubi vide not. Ut hic tenellum puerum ἄρνα, sic *Lucillius* pilosum cinaedum ἔριφον appellat. Quamvis ἔριφος simpliciter pro pathico usurpatum fuisse videtur; ut in

Ep. ἀδεσπ. XXXVIII. Τῆς ὥρας ἀπόλανε, παραχμάζει ταχὺ πάντα· Ἓν θέρος ἐξ ἐρίφου τραχὺν ἔθηκε τράγον. Apud Catullum XXXVII. 4. hircus est, qui se virum praestare nequit.

VI. Ammiano hoc carmen tribuitur in Plan. p. 187. St. 273. W. *Lucillii* nomen inscriptum habet in Vat. Cod. p. 529. Scriptum est in philosophum in turpi flagitio deprehensum. Cf. *Luciani* Icaromen. §. 21. T. VII. p. 30. sq. ed. Bip. — V. 1. ἀδάμας. *Virtutis verae custos rigidusque satelles. Horat.* I. Epist. I. 17. qualem *Pseudo-Gallus* Eleg. I. 74. *casto pectore durum* vocat. Sed noster similis erat illi ap. *Juvenalem tristi obscoeno*, qui

castigat turpia, cum sit
Inter Socraticos notissima fossa cinaedos.

Sat. II. 9. Qualis apud eundem v. 21. Sextus, quem iis annumerat, qui perditos seculi mores — *verbis Herculis invadunt et de virtute locuti Clunem agitant* —, talis etiam ille erat, quem *Lucillius* notat, nec tamen nomine appellat. Perperam enim bonus *Opsopoeus* in Cynicum *Adamanta* haec scripta existimabat; et secum in errorem induxit *Fabricium* Bibl. Gr. T. III. p. 512. ed. *Harl.* Ferro et adamanti dicuntur similes, qui nullum humanitatis sensum habere videntur, sive natura eum illorum animis non inseverit, sive disciplina exstinxerit. *Ovidius* ex Ponto XII. 31. *Quae nisi te moveant, dura tibi pectora ferro Esse, vel inducto clausa adamante putem.* Cf. Heroid. II. 137. quae ducta ex Pindarico fonte ap. *Athen.* XIII. p. 601. C. ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται Μέλαιναν καρδίαν, quem multi expresserunt, docente *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 69. Homines aenei aevi ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμὸν, secundum *Hesiod.* in Ἔ. κ. Ἡ. 147. unde fortasse *Apollon. Rh.* II. 231. οὐδ' εἴ οἱ ἀδάμαντος ἐληλαμένον κέαρ εἴη. Plura hujus generis collegit *Rittersh.* ad *Oppian.* III. Cyneg. 240. p. 107. —

V. 2. ῥιγόμαχος. Vat. Cod. In Ed. pr. Fl. et Ald. ῥιγομάχας, quod quamvis emendatum in Aldi Lect. tamen etiam in Aldina 3. reperitur. Vix alibi occurrit hoc vocabulum, quod recte accepit *Brodaeus*, qui *Lucillium* respicere existimat ad Diogenis Cynici exercitationes, statuas nive perfusas amplectentis; (vide *Diogen. Laert.* VI, 23. p. 327.) quam ejus vanitatem et ostentationem plures exagitarunt, quos vide ap. *Gatackerum* ad *M. Antonin.* I. p. 6. Erant autem Cynici ῥιγομάχοι etiam eo, quod simplici tunica induti et sub divo plerumque agentes coeli inclementiam contemnere videbantur. Cf. Nostri Ep. XXX, 2. — V. 3. ἀπρεπὲς εἰπεῖν. Idem color in Lusibus nr. XXXIV. *Turpe quidem factu; sed ne prurigine rumpar, Falce manu posita, fiet amica manus.* — V. 4. ἔργα κακοστομάχων. In hoc vocabulo interpretando in diversa abeunt interpretes. *Brodaeus* Cynicum nostrum crapulam vomuisse existimabat; quod, quamvis turpe philosopho, vix tamen flagitiosum videri poterat. Hanc ob causam magis accedo *Opsopoei* sententiae, os eum sibi polluisse putantis; nec aliam interpretationem probasse *Jos. Scaligerum* apparet ex ejus conjectura in not. msc. et ap. *Huetium* p. 20. prolata, κακοστομάτων. Sed hanc vocem linguae indoli repugnare monuit doctissimus praesul; et dicendum fuisset κακοστόμων. Nihil mutandum videtur. Ἔργα κακοστομάχων ποιεῖν proprie dicuntur, qui, cum stomacho ciborum copia gravato laborant, digito palatum titillantes vomitum excitant. Hinc ad rem turpissimam significandam adhibitum. Maxime huc facit *Martialis* IX. Ep. XXVIII. in Chrestum:

Curios, Camillos, Quinctios, Numas, Ancos,
Et quidquid usquam legimus pilosorum,
Loqueris, sonasque grandibus minax verbis,
Et cum theatris seculoque rixaris.
Occurrit aliquis inter ista si draucus
Jam paedagogo liberatus, et cujus

Resibulavis turgidum faber penem:
Nutu vocatum ducis, et pudet fari (ἀπρεπὲς εἰπεῖν),
Catoniana, Chreste, quod facis lingua.

VII. Cod. Vat. p. 537. *Lucillii* nomen adscriptum habet. In Planud. p. 130. St. 188. W. ἄδηλον est. Scriptum videtur in impudicum, qui, ut suspicionem nefandae libidinis effugeret, uxorem duxit; sed frustra. — V. 1. φεύγων τὴν ὑπόνοιαν. Moechus ad maritum ap. *Juvenal.* IX. Sat. 86. *Jam pater es; dedimus, quod famae opponere possis.* — V. 3. διὰ τῆς ἀγορᾶς. ut nemo non sciret; ut ille ap. *Horatium* I. Ep. VI. 59. *qui mane plagas, venabula, servos Differtum transire forum populumque jubebat.* — V. 3. αὔριον. mox puer mihi nascetur, dixit hominibus in foro congregatis.

VIII. Cod. Vat. p. 535. Planud. p. 140. St. 203. W. Lusus in vocabulis δριμὺς et δρῖλος. *Gloss.*: *Verpus.* δρῖλος. καὶ ὁ μέσος δάκτυλος τῆς χειρὸς, λέγεται δὲ καὶ ὁ λειπόδερμος. quam glossam excitavit, una cum hoc disticho, *Salmas.* ad Scr. H. Aug. Tom. I. p. 553. Hieronymus, qui olim δριμὺς, severus et morosus, videri volebat, repente δρῖλος factus est, et illius pristinae conditionis nihil nisi priorem syllabam servavit. Δρῖλος autem h. l. hominem libidinosum, sive non tam hominem quam Priapum significat. Qui e vitreo Priapo potabant, *Drilopotae* appellabantur, secundum *Schol. Juvenal.* II. 95. Qua ratione *Lucillius* noster Hieronymum appellat δρῖλον, eadem *Catullus* Pisonem salacissimum *verpum Priapum* vocavit Carm. XLVII. 3. Nihil hic viderunt interpretes. In not. msc. *Casauboni* nomini Ἱερώνυμος appictum ἐπώνυμος; quod si cum metro ita conciliaveris, ut scribas: τοπρόσθεν ἐπώνυμος εἶναι, arguta existet lectio, auctore suo minime indigna. Tum hominis nomen erat *Drimys*, qui etiam mores δριμεῖς simulabat. Elegantem usum vocabuli ἐπώνυμος, quo hominem sui nominis significat, illustravit *Salmasius* ad Script. Hist. Aug. T. I.

p. 553. et *Abresch.* in Lectt. Aristaen. p. 70. — In Vat. Cod. ἱερώνυμος et γέγονεν legitur.

IX. Vat. Cod. p. 544. Planud. p. 138. St. 200. W. „Εἰς γραμματικὸν κεραςφόρον. ut gallice dicimus *cornard.* „Recte in Vat. membr. istud lemma huic disticho prae„fixum, quod in Planudea translatum est ad alterum, „quod est infra XLIX. quo non pertinet." *Br.* Quaesitum est, quando adulterae mariti κεραςφόροι dici coeperint. Jam *Artemidori* aetate cornua in proverbium abierant, cujus haec sunt in Onirocr. II. 11. ὅτι ἡ γυνή σου πορνεύσει καὶ τὸ λεγόμενον κέρατα αὐτῷ ποιήσει. Duobus digitis corniculorum ad instar erectis aliquem deridere (ὑβρίζειν κεραταρίων δείξει) vetabatur legibus Longobardicis, ut docuit *Salmasius* ad *Tertull.* de Pall. p. 338. ubi nostrum distichon excitavit. Fallitur *Voltarius*, qui cornua a mulierum mitellis (*cornettes*) derivabat *dans les Questions sur l'Encyclop.* v. *Adultère.* Fortasse cornua, quae potentiae et dominationis signum fuisse constat, (v. *Wetsten.* ad N. T. I. p. 656.) per ludibrium tribuebantur viris, qui nihil non perferebant ab uxoribus. Ceterum vide *Menagium* in Origin. Gall. v. *Corne. Spanhem.* de Usu et Pr. Num. VII. p. 402. *Fabric.* ad *Sext. Empir.* I. p. 122. — V. 2. πολλῆς. Vat. Cod. — Ceterum haud scio, an huic disticho occasionem dederit dictum Diogenis Cynici ap. *Laert.* VI. 27. p. 329 τοὺς γραμματικοὺς ἐθαύμαζε, τὰ μὲν τοῦ Ὀδυσσέως κακὰ ἀναζητοῦντας, τὰ δὲ ἴδια ἀγνοοῦντας.

T. 319.] X. Cod. Vat. p. 520. Plan. p. 127. St. 183. W. In Cleombrotum pugilem, qui postquam ab arte vacare coeperat, graviores plagas ab uxore pertulit, quam quondam ab adversariis in certaminibus. — V. 1. κατέλυσε Eodem sensu Ep. XLIII. et ap. *Xenoph.* Hist. Gr. VI. 3 16. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκείνους ἔγωγε ἐπαινῶ, οἵτινες ἀγωνισταὶ γενόμενοι, καὶ νενικηκότες ἤδη πολλάκις καὶ

δόξαν ἔχοντες, οὕτω φιλονεικοῦσιν, ὥστε οὐ πρότερον παύονται, πρὶν ἂν ἡττηθέντες τὴν ἄσκησιν καταλύσωσιν. quem locum cum aliis quibusdam protulit *Bud.* Comm. Gr. L. p. 1071. Attigit etiam hanc significationem *Gatackerus* ad *M. Anton.* L. IV. p. 133. D. *Scholiast. inedit.* in Cod. Lascaris ap. Iriarten: κατέλυσε. κατέστρεψε καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ πυκτεύειν. πληγῶν ἴσθμια. ἰσθμίων καὶ νεμέων πληγάς μετάθεσις. De meretricula, quae amatores habere desierat; *Machon* ap. *Athen.* XIII. p. 581. C. καταλελυκυίας τῆς Γναθαινίου σχεδόν. Hoc sensu *Horat.* I. Epist. I. 8. *Solve senescentem mature sanus equum.* i. e. missionem da, κατάλυε. — Cum uxorem duxisset, Isthmica sibi et Nemea certamina renovata vidit, plagas ab illa accipiens, quales olim Olympiae. γραῦν τύπτουσαν Ὀλύμπια, i. e. κατὰ τὸν ἐν Ὀλυμπίοις νόμον. — V. 3. „καὶ τὰ „παρ' αὐτῷ. Sic Vat. Cod. Planudeorum optimus καὶ παρ' „αὐτῷ. Scribendum videtur: καὶ τὰ παρ' αὐτῆς. scil. τῆς „γαμετῆς.“ *Br.* Vulgo: καὶ παρ' ἑαυτῷ. Emendationis necessitatem non video. τὰ παρ' αὐτῷ sunt domestica illa mala, quae ipsi jam magis terribilia videntur, quam stadium. Illis malis autem conjugem significari rixosam et plagosam, sponte apparet. — V. 4. φρίσσων. Vulgo et in membr. Hoc si verum est, distinguendum in fine v. 2. post Νέμεα, et jungenda verba, φρίσσων γραῦν καὶ τὰ παρ' αὐτῷ μᾶλλον ἢ —. — V. 5. ἂν γὰρ ἀναπνεύσῃ. simulatque respiraverit, vapulat. δέρεται. (vitiose Vat. Cod. δέρκεται.) *Aristoph.* Vesp. 483. ἢ δέδοκταί μοι δέρεσθαι καὶ δέρειν δι' ἡμέρας. *Schol.* τύπτεσθαι. Gemina autem significatione hoc vocabulum accipiendum esse monuit *Huetius* p. 14. altera *vapulandi*, *glubendi* altera. Cf. *Aristoph.* Lysistr. v. 741. et 952. Eadem est ambiguitas in verbo σποδεῖν, quod facete usurpavit cum similibus *Aristophanes* Nub. 1379. κἆτ' εἶτ' ἔφλα με, κἀσπόδει, κἄπνιγε, κἀπέτριβεν; quae omnia sunt ex verborum glossario. Idem Eccles. 1007. ἔδοξε ταῖς γυναιξὶν, ἢν ἀνὴρ νέος νέας ἐπιθυμῇ, μὴ

στοδεῖν αὐτὴν, πρὶν ἐν τῇ γραῶν τραπεζώσῃ τρῖψαι. *Schol. Theocrit.* V. 118. ὁ λευκάνθης του δύσας σε ἐκάντιζεν, ἐμόλυνεν. ὅπερ δηλοῖ τὸ ἐκάθηρα καὶ ἐξέδειρα. καὶ Ἀριστοφάνης ἐπίθει τὰς πλευρὰς καὶ ἐκάθηρε. — V. 6. τὰς πλευράς. Etiam hoc ad Veneris palaestram referendum videtur. Mania, meretrix, duobus athletis morem gerens, μαθεῖν, inquit, αἰσθέσθαι θ' ἅμα Ὀλυμπιονικῶν νυκτὸς ἀθλητῶν δυοῖν Πληγὴν . . . . τί δύναταί ποτ' ἤθελον, secundum *Machonem* ap. *Athen.* XIII. p. 578. F. — ἀντιδιδόναι dicitur pugil, qui adversario plagas rependit; et maritus, qui uxori debitum solvit. Miserum autem Cleombrotum nihil juvabant commodi mores; vapulabat enim, ut officium faceret, et ubi id fecerat, nihilominus vapulabat.

XI. Vat. Cod. p. 520. Plan. p. 127. St. 184. W. In pancratiasten, in omnibus quinquertii exercitiis mira facilitate et celeritate superatum. Certabatur autem in πεντάθλῳ lucta, cursu, disco, saltu, jaculo. Cf. Ep. *Adesp.* CCCCLIV. — V. 2. ὅλως. Vulgo et in Vat. Cod. qui etiam sq. vers. μὲν γὰρ, ut Plan. habet. — οὐδ' ἤγγισα τῷ ὄρῳ scil. longo intervallo a meta discus cecidit. In antiq. edd. ἔγγυσα legitur. Primus *Steph.* ἔγγισα dedit. — V. 5. κυλλός. manu distorta, luxata et inutili instructus. Vide *Foesium* Oecon. Hipp. p. 220. sq. *Alberti* Obss. philol. p. 109. sq. et *Wetsten.* ad N. T. I. p. 425. — ἠκόντιζον Vat. Cod. quod nescio quomodo probabat *Salmasius* in not. msc. sed ferri nequit. Notandum ἡμεῖς, pluralis pro singulari. Vide tamen, an corrigendum sit:

κυλλὸς δ' ἠκόντιζ' ἂν ἄμεινον.

— V. 6. πεντετριακτῆρα. Lepide verbum finxit Lucillius, de eo, qui in omnibus quinquertii certaminibus victus fuerat." *Br.* Τριάξαι et ἀποτριάξαι dicebatur, qui in luctae certamine adversarium ter dejecerat; quod qui fecerat, victor censebatur. Vid. *Fabr.* Agonist. I. c. 27. et *Salmasium* ad Solin. p. 206. Hinc passim

ductae metaphorae et comparationes, quas docte persequitur *Spanhem.* ad *Juliani* Or. I. p. 261. sqq. Quaedam addidit *Wyttenbach.* in Bibl. Crit. T. III. 2. p. 61. sq. Cf. Nostr. Ep. XX.

XII. Cod. Vat. p. 519. Plan. p. 126. St. 182. W. In pugilem plurimis, quas in certaminibus acceperat, plagis plane deformatum. — V. 1. Ὀδυσσέως. Vat. Cod. Respicitur locus celeberrimus in Odyss. ρ. 291. sqq. — V. 4. οὐ κυνὶν, subintell. μόνον. Optime haec expressit *Grotius: De cane quid dicam, patria nosse nequit.* — V. 5. ἦν ἰδέλῃς δὲ πρ. Sic vulgo. In Vat. membr. est τὸ πρόσωπον. unde scribendum videtur:

ἦν δ' ἰδέλῃς τὸ πρόσωπον ἰδεῖν.

— ἑαυτοῦ, pro σεαυτοῦ, personarum commutatione passim obvia. Vide *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. I. 21. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 159. et, qui multa exempla laudat, *Fischer.* in Anim. ad Velleri Gramm. T. II. p. 237. sqq. — V. 6. οὐκ εἰμί. *Epigon. Thess.* Ep. II. οὐ μὰ Κύπριν — γνώριμος οὐδ' αὐτῇ Λαΐδι Λαΐς ἔτι.

XIII. Cod. Vat. p. 520. Λουκιλλίου. Plan. p. 128. St. 185. W. *Luciano* tribuit. In Androleum, pugilem, qui in omnibus fere Graeciae certaminibus partem sui reliquerat. — V. 3. ἔσχον. In stadio Olympico alteram aurem reliqui. Nihil fere magis expositum plagis quam pugilum aures, quas tamen tueri solebant ἀμφωτίσιν, de quibus quaedam monuit *Adr. Turneb.* in Advers. XXIV. 28. et *Desid. Heraldus* Animadv. ad Martial. VII. 31. p. 139. Propter aures contusas ὠτοθλαδίαι appellabantur pugiles. *Diogen. Laert.* V. 67. ubi quaedam notavit *Menagius* p. 218. quibus adde *Winkelmann.* Monim. inediti p. 76. — Πλαταιαῖς. Ludi gymnici Plataeae celebrabantur, quos commemorat *Strabo* IX. p. 412. Vocabantur Eleutheria in honorem Jovis Eleutherii, cui Graeci post Persas devictos templum exstruxerant.

Pausan. IX. 2. p. 715. *Plutarch.* Vit. Aristid. T. I. p. 331. E. F. — ἐν βλέφαρον. Pollux in certamine cum Amyco ap. *Theocrit.* XXII. 104. μέσσας ῥινὸς ὕπερθε κατ' ὀφρύος ἤλασε πυγμὴν, Πᾶν δ' ἀπέσυρε μέτωπον ἐς ὀστέον. — ¶. 320.] V. 5. Vulgo κορύσσετο. quod emendatum est ex Vat. Cod. unde etiam ὄσαν, ἀγωνισάμαν et Πίσῃ, pro ὅσην, ἀγωνισάμην et Πίσσῃ receptum est. Lectionem κορύσσετο expressit *Grotius*, cujus tamen hoc loco parum perspicua interpretatio:

Damoteles mihi praeco pater, cum plebe, quiritans,
Ut mutilus, si non mortuus, eriperer.

Verba sic potius accipienda: Damoteles per praeconem flagitabat, ut filius sibi traderetur aut sepeliendus aut, si adhuc spiraret, curandus. Respicitur enim, quod *Dorvillius* monuit (ad *Luciani* Ep. XXI.), ad morem in proelio occisos per praeconem ad sepulturam poscendi. Junge Δαμοτέλης σὺν πολιήταις, quasi communi populi consilio Androleum repetiverit pater. Festive autem poëta de certamine in stadio tanquam de proelio loquitur. — V. 6. ἆραί μ' ἐκ vulgo. Praepositionem omittit Vat. Cod. — πολιήταις. Ed. Fl. pr.

XIV. Vat. Cod. p. 520. Λουκιλλίου. In Plan. p. 128. St. 185. W. hoc quoque *Luciani* est. (Ep. *Luciani* nr. XX. ed. R.) Apidi pugili statuam posuerunt ejus adversarii, gratiam ei referentes, quod nullum eorum unquam vulneraverit. — V. 2. „Ἄπιν οὐδένα. Sic libri „omnes, quorum consensus facile me ad credendum in„ducit, ita fuisse a poëta scriptum et pronuntiasse vete„res Ἄπιν. Nam in promtu erat scribere μηδένα, si illo „modo versus non constitisset. Simile est illi, quod ob„servavi ad Lucian. Ep. VI." *Br.* μηδένα scribendum putabat *Dorvillius*.

XV. Cod. Vat. p. 520. Plan. p. 127. St. 184. W. In Erasistratum stadiodromum tam tardum et fere immobilem,

lem, ut ne terra quidem commota eum movere posset. Conf. Ep. XCV. — σταδίῳ. Vix sincerum, nullum tamen editorum Anthologiae advertit. σταδίῳ legendum videtur cum *Jos. Scaligero*, qui hanc emendationem Aldinae allevit.

XVI. Cod. Vat. p. 520. Planud. ibid. In Marcum stadiodromum mire tardum. — V. 1. νύκτα. Quum de die currere coepisset, usque ad mediam noctem cucurrit, ita ut, stadio clauso, Marcus ibi relinqueretur. — νύκτα ποιεῖν, ut ποιεῖν ἡμέρας, *dies transigere*, passim. Exempla vide ap. *Wetsten.* N. T. Matth. XX. 12. — V. 2. πάντοθεν. Vat. Cod. — V. 3. δημόσιοι. publici ministri, quibus id mandatum erat. — κεῖσθαι ἔδοξαν ὁπλίτην τινὰ τῶν λιθίνων. stadiodromi signum ex marmore ibi positum esse arbitrabantur; non movebatur enim. — V. 5. καὶ τί γάρ; Recte *Scaliger* correxisse videtur in not. msc. καὶ τόγ' ἄρ' εἰς, nisi malis καὶ τόδ' ἄρ' — στάδιον scil. Stadio proximo anno aperto Marcus totum adhuc stadii spatium a meta abesse inventus est. — εἰς ὥρας. Vide *Casaubon.* ad Athen. L. II. p. 112. — V. 6. τῷ σταδίῳ στάδιον. Ex Vat. membr. palmaria haec lectio in textum venit, pro vulgari τῷ σταδίῳ δίπλεθρον, quae esset tertia pars stadii. Hoc posuisse videtur *Planudes*, cui absurdum videbatur, quod Marcus post cursum totius anni ne pedem quidem promovisset. At ejusmodi narrationibus probabilitatis speciem conciliare velle, putidum sane. Quin omnis earum lepor in hyperbole et τῷ ἀδυνάτῳ positus est.

XVII. Cod. Vat. p. 519. Plan. p. 126. St. 182. W. Pugil ita deformatus, ut nemo eum agnosceret, patria haereditate privatus narratur. — V. 1. »οὗτος ὁ νῦν »τοιοῦτος. *quem talem nunc vides.* Sic recte Vat. Cod. »Planudeae excusi libri οὗτος ὁ νῦν βέλτιστος. Sed vox »illa βελτιστός a quatuor quos inspexi codicibus abest, »a Florentina et Ald. 1. Eam inseruit Aldus ad fulcien-

„dum versum in editione secunda. Potuisset etiam πα„νάριστος, quod conjecerat vir doctus ad marginem „exemplaris Florentinae, aut αὔχιστος. Sed jam con„jecturis non est opus." *Br.* — In exitu versus εἶχε τὸ πρόσθεν. *Opsopoeus* lacunam sic implebat: οὗτος ὁ νῦν μὲν πηρός. — V. 3. ἀπογραψ. πύκτης. in pugilum numerum receptus. *Aeschines* Epist. XI. p. 690. ed. R. ὥσπερ ἂν εἴ τις Ὀλυμπιάσι νικήσας πολλάκις, ὕστερον γέρων ὢν ἀπογράφοιτο ἔτι καὶ προκαλοῖτο τοὺς ἀντιπάλους. quae ducta sunt ex *Xenoph.* Hist. Gr. VI. 3. 16. cujus verba supra laudavimus ad Ep. X. Cf. *Bud.* Comm. Gr. L. p. 817. — V. 4. μηδὲ τὸ λ. τὸ μ. Vat. Cod. — V. 5. Pro αὐτῷ Ald. 2. αὐτὸς legit. — In quodam cod. παρελήλυθεν scriptum fuisse notat *H. Steph.* — Ne frater quidem Olympicum agnoscebat. Ap. *Valer. Flacc.* IV. 241. Amycus Polluci minatus, *Haud tibi pulcrae,* ait, *Manserit hoc ultra frontis decus, orave matri Nota feres.* ubi vulgata lectio quam temere impugnetur a *Burmanno*, qui *tota feres* corrigendum censebat, ex his in pugiles carminibus clarissime apparet.

XVIII. Cod. Vat. p. 519. Plan. p. 126. St. 183. W. Apollophanis pugilis caput cum κοσκίνῳ comparat *Lucillius*, ut *Plautus* in Mostell. I. 1. 52. *O carnificum cribrum, quod credo fore, Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.* ubi vide *Taubmann.* — V. 2. σιτοκόπων βυβλίων. Vat. Cod. et in edd. vett. usque ad *Ascensium.* quod qui interpretari conati sunt, operam frustra insumserunt. Etiam *Jos. Scaliger* σητοκόπων sive ex ingenio emendavit, sive hanc lect. ap. Stephanum repertam assensu suo probavit. Comparat poëta Apollophanis caput inferiori membranae, cui volumen incumbit, a tineis ubique corrosae et pertusae. *Alciphr.* L. Ep. XXVI. p. 104. εἶτα καταλαμβάνω πρεσβύτην — χάρτην ἀρχαῖόν τινα, σαπρὸν τε τῷ χρόνῳ, ὑπὸ κόρεων καὶ σητῶν ἡμιβρωτον διὰ χειρὸς ἔχοντα. *Synesius.* Epist. CXXXIII. τετμαίρομαι δὲ αὐτὴν εἶναι

παμπάλαιον, τῷ τε θριπηδέστατον γεγονέναι καὶ τῷ συγκεχύσθαι τὰ πλείονα τῶν γραμμάτων. Recte autem σητοκόποι. Tineae membranas perforantes eas κόπτειν dicuntur. *Lucian.* T. III. p. 99. indoctum quendam hominem ait libros veteres nulla alia re a recentioribus discernere posse ait, εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι καὶ κατακεκόφθαι αὐτὰ — καὶ συμβούλους τοὺς σέας (i. e. σῆτας) ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνοις. *Aristoph.* Lysistr. 731, οἴκοι γάρ ἐστιν ἔριά μοι Μιλήσια ὑπὸ τῶν σέων κατακοπτόμενα. — ¶. 321.] V. 3. μυρμήκων. formicarum cuniculis sursum deorsum vergentibus percribratum caput. *Scholiastes* notavit, verborum esse lusum. μύρμηκες enim vocantur οἱ πυκτικοὶ ἱμάντες ap. *Hesych.* et *Pollux.* III. 150. cujus appellationis ratio repetenda est inde, quod τὰς σάρκας διακόπτουσι καὶ ἀναλίσκουσι, ut *Hesychius* ait in v. χειροβρῶτι δεσμῷ. Simili translatione *Aristophanes* mollia illa et multis flexionibus variata Agathonis μέλη in Thesmoph. v. 106. μύρμηκος ἀτραποὺς appellat. Hinc emendandus *Pherecrates* comicus in nobilissimo de veteri musica loco ap. *Plutarch.* T. II. p. 1142. A. ubi de Timotheo Milesio conquesta Diva Musica,

Κακά μοι παρέσχεν οὗτος, ait, πάντας, οὓς λέγω,
παρελήλυθεν, ἄγων ἀτραπιτοὺς μυρμηκιάς.

Vulgo sine sensu: παρελήλυθ᾽ ἄγων ἐκτραπέλους μ. — V. 4. γράμματα. vulnera signis similia, quibus musici cantum notabant, quorum specimen dedit *Marpurg. Gesch. der Musik.* p. 192. sqq. post *Burettum* dans les Mém. de l'Academ. des Inscr. T. V. p. 185. — V. 5. Ceterum nihil tibi in posterum timendum erit; nam licet novis plagis afficiaris, iis tamen, quae habes, vulneribus aliud adjici non poterit. Similis hyperbole in *Archiae* Ep. II. ὁπλίζευ, Κύπρι, τόξα, καὶ εἰς σκοπὸν ἥσυχος ἐλθὲ ἄλλον· ἐγὼ γὰρ ἔχω τραύματος οὐδὲ τόπον.

XIX. Cod. Vat. p. 519. Planud. p. 139. St. 203. W. De eodem fortasse Olympico, cujus deformatam faciem

descripsit Ep. XVII. — V. 1. μύγχος iterum pro ore Ep. XXXV. In contumeliam sic dici, sponte apparet. Vide *Intrpp. Thom. Mag.* p. 787. — V. 2. *Opsequens* ἰνέρα (fortasse ἰνέρα volebat) legit, vertitque *inspice.*

XX. Cod. Vat. p. 548. Plan. p. 128. St. 185. W. Historia de Milone, qui, cum quendam adversarium in certamine non invenisset, coronam accepturus in terram collapsus est. — V. 1. μόνος. cum nemo fortasse ausus esset cum eo congredi. Qui sic coronabantur, palmam sine pulvere, ἀκονιτὶ, dicebantur accipere. *Horat.* I. Epist. I. 49. *Quis circum pagos et circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia, cui spes, Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmae?* Ejusmodi victoriae exemplum profert *Pausan.* VI. p. 478. ubi Dromeum quendam Mantinensem primum τοῦ παγκρατίου τὴν νίκην ἀκονιτὶ λαβεῖν narrat. — V. 3. ἔπεσεν. Vat. Cod. — V. 5. ἐπικράτησαν. Vat. Cod. — οὐχὶ τρί' ἔστιν. *Brodaeus*, qui hunc locum perperam accepit, ἔστιν suspicabatur, et secum in errorem traxit *Potterum* in Archaeol. II. 21. p. 411. ed. *Gronov.* Verum sensum aperuit *Salmasius* ad *Solin.* p. 206. *Lapsus quidem sum*, Milo ait, *sed ter dejiciar necesse est, ut palmae mihi abjudicetur honor.* Cf. *Brunck.* ad *Aristoph.* Nub. v. 126. et quae notavimus ad Ep. XI. — V. 6. βαλέτω. Vat. Cod. *P. Faber*, qui loca de Milone diligenter collegit in Agonist. I. 27. (*Gronov.* Thes. VIII. 1903.) verba, τἄλλα μέ τις βαλέτω, eo refert, quod nullus impetus Milonem de loco, ubi semel pedes fixisset, dimoveri potuerit. *Philostrat.* Vit. Apoll. IV. 28. p. 168. ubi vide *Olearium.*

XXI. Vat. Cod. p. 536. Planud. p. 155. St. 226. W. — V. 2. πτηνόποδες dicuntur cursores pedum pernicitate praestantes, ut Ladas in Ep. ἀδέσπ. CCCXII. Λάδας τὸ στάδιον εἴθ' ἥλατο, εἴτε διέπτη, Δαιμόνιον. τὸ τάχος, οὐδὲ φράσαι δυνατόν. Sed Eutychides noster in stadio tardissimus erat;

ubi autem ad coenam properabat, celerrimus. Jam parasiti τρεχέδειπνοι appellabantur, quod nomen Clearcho Sophistae adhaesisse narrat *Athen.* I. p. 4. A. Eosdem πέτεσθαι dicebant. Ut *Antiphanes* ap. *Athen.* I. p. 4. F. οὗτοι δὲ τὰ δεῖπνα τῶν ἐν τῇ πόλει ἀφορῶσι καὶ πέτονται δεξιῶς ἐπὶ ταῦτα ἄκλητοι. *Alexis* ap. eund. IV. p. 165. A. Χαιρεφῶν ἄκλητος, ἤδη γὰρ πέτεται δειπνοῦντας. Hi et similes Comicorum loci obversabantur *Libanio* in Oratione Parasiti T. IV. p. 152. 13. ed. R. τὴν διὰ τῶν ποδῶν ἀτιμάσας διακονίαν, καίτοιγε πολλάκις οἶδα πτηνῷ παρεικασθεὶς, ὅτε καιρὸς ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει, τρέχειν ἐπενόησα κατὰ τοὺς Μύδων ἀλαζόνας.

XXII. Cod. Vat. p. 536. Plan. p. 155. St. 225. W. Eutychides ab Aulo ad coenam invitatus, nihil ibi ciborum reliquit, omnia servis pone se stantibus domum auferenda tradens. Tangit *Lucillius* morem illorum temporum, pueris a tergo dapium reliquias porrigendi, *Lucian.* Conv. Lapith. T. III. p. 425. Ὁρᾷς τὸν γέροντα, ὅπως ἐμφορεῖται τῶν ὄψων — καὶ ὅσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι ὀρέγει, λανθάνειν οἰόμενος τοὺς ἄλλους. In splendidioribus epulis parata erant fercula, quae domini accumbentes servis traderent, ut in Carani nuptiis ap. *Athen.* IV. p. 128. D. καὶ ἕκαστος λαβὼν τὸν αὐτῷ πίνακι τοῖς κατόπιν διεδίδου παισίν. — V. 3. Nunc Eutychides quidem domi laute coenat, Aulus autem, non invitatus ab Eutychide, esurit. — ξηροφαγεῖ καθίσας. *Theocrit.* Eid. I. 51. πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ. Argutius *Martialis* in simili re L. II. 37.:

Quicquid ponitur, hinc et inde, verris:
Mammas suminis imbricemque porci,
Communemque duobus attagenam,
Mullum dimidium, lupumque totum,
Muraenaeque latus, femurque pulli,
Stillantemque alica sua palumbum.
Haec cum condita sunt madente mappa,

Traduntur puero domum ferenda.
Nos accumbimus otiosa turba.
Ullus si pudor est, repone coenam;
Cras te, Caeciliane, non vocavi.

Conf. L. VII. 20.

T. 322.] *XXIII.* Vat. Cod. p. 508. »Epigramma »hoc, quo caret apograph. Buherianum, edidit ad Histor. »Aug. et illustravit *Salmasius* T. II. p. 819.« *Br.* Epicrates cum magna puerorum turba ad coenam venerat. Quibus cum plurimam ciborum partem porrigeret, ita ut ceteris convivis nihil relinqueretur, *Lucillius* optat, ut servi locum cum convivis commutent. — V. 1. τραγῳδὸν οὐδὲ χοραύλην. qui magno hominum grege stipati incedunt. Poëtae tragici histrionum gregem, quem θίασον appellabant veteres, (vide *Istrum* Vita Soph. p. X. ed. *Br.* et *Pierson.* ad *Moer. Attic.* p. 186.) sibi addictum habebant; qua de re non protrita dedit *Boettigerus* in Prolus. *Quid sit docere fabulam.* p. 7. sq. Choraulae dicebantur, qui ad chori carmina tibiis canebant. Qui postquam se a comoedia segregaverant, artisque suae specimina separatim exhibere coeperant, chorum etiam habuerunt suum, qui eos comitari solebat. Vide *Salmas.* l. c. Hinc *Themistius* Or. XXIII. p. 294. A. de discipulorum grege, Sophistam magistrum comitante, agens, εἰ τοιοῦτον ἐγὼ, ait, χορόν τε καὶ χορηγὸν συνεστησάμην, πάνυ ἂν εἴην σοφιστὴς, καὶ οὐδέν τι μεῖον ἢ Πρωταγόρας ἀποχρώμενος Καλλίᾳ τῷ λακκοπλούτῳ. — V. 2. οὐδ' ἄλλο οὐδέν. Vat. Cod. et vers. seq. ἴωσι. — V. 5. Sic plane *Martialis* L. III. 23. *Omnia cum retro pueris obsonia tradas, Cur non mensa tibi ponitur a pedibus?* quae recte interpretatur *Des. Heraldus* ad Mart. p. 66. — πρὸς πόδας. in puerorum locum succedentes; nam servi dominis a pedibus stantes ministrabant. — V. 6. αὐτῷ. Vat. Cod.

XXIV. Vat. Cod. p. 536. Planud. p. 155. St. 226. W. In gulosum, qui non solum ipse plurima deglutiebat, sed etiam proxime sedentium cibos servis suis auferendos dabat. — V. 2. τῶν δὲ πέριξ. *Quidquid ponitur hinc et inde verris.* *Martialis* in loco supra adscripto. — V. 3. πλὴν. Superest, ut eras ad purgandum triclinium venias et etiam reliquias in solum projectas colligere suscipias. Vult enim *Lucillius*, Gamum idem facere, quod servos, qui triclinia post epulas purgabant, ad quod negotium opus erat κοφίνῳ. *Pollux* VI. 94. servus συναθροιζέτω δὲ, inquit, εἰς ἄῤῥιχόν τινα ἢ κόφινον ἢ σπυρίδα. *Aristophanes* ap. eund. X. 91. ἄλλος δ' εἰσέφερε πλεκτῷ κανίσκῳ ἄρτων περίλοιπα θρύμματα. De cophino vide quae collegit, nec nostro loco neglecto, *Wetsten.* ad N. T. I. p. 415. — τοῦ πρὸς πόδας. δούλου sive παιδὸς intellige. — πρίσματα, scobem, qua triclinium erat inspersum. *Petron.* c. LXVIII. *cum secundas mensas Trimalchio jussisset afferri, sustulerunt servi omnes mensas et alias attulerunt, scobemque croco et minio tinctam sparserunt.*

XXV. Cod. Vat. p. 536. Plan. p. 155. St. 226. W. Lucillius ap. Publium quendam coenans una cum Dionysio, hunc rogat, ut ne omnia solus devoret. — V. 1. οὕτω τοι. Bene precandi formula: Sic tibi contingat, ut haec omnia, quae devorasti, concoquere possis, si mihi quoque, dicis saltem causa, aliquid comedendum concesseris. νόμου χάριν. ut ap. *Lucian.* Ep. XIV. — In Vat. Cod. est πέμψαι, quod pro mera librarii aberratione habendum est. — V. 5. Nisi forte, cum me tam macilentum videas, me aegrotum existimas, tuumque esse arbitraris, me observare, ne quid clam te comedam. Ex hoc distticho Dionysium medicum fuisse suspicari licet. — V. 6. οὕτω. Vulgo. — λαθὼν. Vat. Cod.

XXVI. Cod. Vat. p. 548. *Lucillio* tribuit. In Plan. p. 186. St. 271. W. ἄδηλον est. — Hoc et sq. Epigr.

„continuantur et unum epigramma faciunt in Codd. et „apud Stobaeum in Florileg. Grotii p. 77. [Tit. X. „p. 127. 44. Gesn.] At revera duo sunt, licet similis „argumenti. Lusus est in soni adfinitate vocum πίναξ et „πείνη, quarum postremam pronuntiabant πίνη. Hinc in „Vat. Cod. scriptum πίνας et πιναλέους." *Br.* Scriptum est in convivium, ubi argenti satis, nihil dapium appositum erat. Conf. *Palladae* Ep. XXVII. et inprimis *Martial.* IV. 78.:

Ad coenam nuper Varus me forte vocavit.
Ornatus dives, parvula coena fuit.
Auro, non dapibus, oneratur mensa: ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulae.
Tunc ego: Non oculos, sed ventrem pascere veni:
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

— V. 1. ἀργυρέῃ λιμῷ. Fames, quam famelico relinquunt apposita vasa argentea, sed alioqui vacua, aut certe minimum cibi habentia, ut haec verba explicavit *Stephanus* in Thes. Gr. L. v. ἀργύρεος T. I. p. 533. eamque interpretationem denuo tuetur contra glossam *Hesychii*, ἀργυρέη λιμὸς, ἀργυρέου σπάνις, in *Schediasm.* VI. 13. (*Gruteri* Thes. Crit. T. V. Suppl. p. 246.) *Hesychii* certe interpretatio ad nostrum locum minime quadrat. Vide *Junii* Adag. VIII. 31. *Argentea fame convivari.* — Opponitur χορτασίῃ ὀστρακίνων πινάκων, dapes in fictilibus vasis largiter appositae. — V. 3. Notavit *Brodaeus* parodiam versus Homerici: Ὀχθήσας δ' ἄρ' εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. Etiam in exitu versus Lucillio obversabatur ejusdem poëtae hemistichium: ἐν ἠεροειδέι πόντῳ. — V. 4. χορτασίῃ. Vide ad *Lucian.* Ep. VII. 6. In *Athenaei* loco L. III. p. 99. sq., ubi de verbo χορτάζεσθαι et derivatis disputat, sunt et alia, quae emendatione indigent, et unus inprimis *Sophoclis* versus ex Tyro, quem hac opportunitate emaculabimus. Legitur ibi p. 99. E

οι τοῖσι παγχρέτοισιν ἐξενίζομεν. *Casauboni* conjecturam ἐν τοῖσι —, quae parum acuminis habet, exhibuit tamen *Brunckius* in utilissima fragmentorum *Sophoclis* collectione. Una litera paululum immutata lege:

Cίταισι παγχρέτοισιν ἐξενίζομεν.

In *Sophili* autem fragmento p. 100. A. minus etiam feliciter emendandi conatus cessit *Casaubono*. Medius versus est mutilus, omisso nomine proprio, cujus omissionis plurima sunt exempla ap. *Athenaeum*. Sic autem legerim:

γαστρισμὸς ἔσται λαμπρὸς· τὰ φρείματα
ἐγὼ . . . . . . χορτασθήσομαι καλῶς·
νὴ τὸν Διόνυσον, ἄνδρες, ἤδη στρηνιῶ.

XXVII. Cod. Vat. p. 548. In Plan. p. 186. St. 272. W. ἄδηλον. nec ap. *Stobaeum* nomen auctoris additur. De sensu vide ad Ep. praecedens. — ¶. 323.] V. 4. Facete argenteos orbes, qui φάρμακα τοῦ λιμοῦ habere debebant, ὄργανα τοῦ λιμοῦ, *famem excitantes*, appellat.

XXVIII. Vat. Cod. p. 527. sq. hoc etiam Epigr. *Lucillio* vindicat, quod in Plan. p. 138. St. 200. W. ἄδηλον est. Poëta sibi Grammaticorum praesentiam in convivio deprecatur. — V. 1. ταύταις ταῖς — κοιδομάχαις. Vat. Cod. vitiose. Interpretes in hoc loco explicando nihil viderunt. *Brodaeus*, a Scholiasta in errorem inductus, ad primum distichon verba χαίρειν εἰπὲ subintelligenda arbitratur, non videns, verborum ordinem esse hunc: μή με βάλῃς ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι ταύταις ταῖς λογολέσχαις. *Opsopoeus* etiam magis hallucinatus est. Sensus est: Ne me, quaeso, jejunis illis et ineptis nugatoribus, illis Aristarchi simiis, praedam objicias. — κνιδόμαχοι Grammatici vocantur, qui Homeri aliorumque vetustatis poëtarum versibus armati de verbis inter se pugnant et digladiantur. Sic ὁπλόμαχοι sunt, qui armis, λογόμαχοι, qui verbis pugnant. — λογολέσχαι, in verbis et vocabulis

nugantes; ut μετεωρολέσχαι, philosophi de rebus supernis et coelestibus nugas proferentes, ap. *Lucian.* in Prometheo I. 6. p. 33. Cf. *Spanh.* ad *Aristoph.* Nub. 227. λεσχαίνειν de iis, qui inanibus verbis garriunt, explicavit *Valcken.* ad Ammon. p. 213. — V. 2. οἱ ἀπ' Ἀριστάρχου. qui genus et familiam ab Aristarcho, principe grammaticorum, ducunt. *Philippus* Ep. XLIV. οἱ τ' ἀπ' Ἀριστάρχου σῆτες ἀκανθολόγοι. *Herodicus* T. II. p. 65. φεύγετ' Ἀριστάρχειοι. — γραμματολικριφίδαι. Qui sint *oblique grammatici*, quos nobis ex hoc verbo elicuit *Opsopoeus*, sive, ut *Brodaeus* voluit, *ab Aristarcho genus quasi oblique ducentes*, equidem non perspicio. λικριφὶς est *ex obliquo*, *ex transverso*, ut in Od. IX. 450. ὁ δέ μιν φθάμενος ἔλασεν σῦς γουνὸς ὕπερ· πολλὸν δὲ διήφυσε σαρκὸς ὀδόντι λικριφὶς ἀΐξας. Hinc interpretor γραμματολικριφίδας eos, qui in veterum scripta impetum e transverso faciunt, iisque vulnera omnemque calamitatem inferunt. Hanc ob causam ap. *Antiphanem* Ep. V. T. II. p. 205. Grammatici τῶν μεγάλων κηλῖδες et ποιητῶν λῶβαι vocantur, et ap. *Philippum* Ep. XLIII. τελχῖνες βίβλων. — Ceterum initio versus vulgo ταῖς legitur, quod emendavit *Casaub.* not. msc. et Vat. Cod. — V. 3. οἷς οὐ σκῶμμα λέγειν. Similia sunt, quae de *Euripide* dixit *Alexander Aetolus* ap. *Gellium* N. A. XV. 20. ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου στρυφνὸς μὲν ἔμοιγε προσειπεῖν καὶ μισογέλως, καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς. — V. 3. πιν. ἐστὶ τοῦ πίνειν. Anonym. Bibl. Bodl. et Schol. In notis *Brodaei*, ut in Vat. Cod., πιῶν. *Grotius* vertit: *Non joca, non illud saltem, bibe.* Fateor, mihi hanc lectionem semper dubiam fuisse visam. Nec *Casaubonus* librariis fidem habens, corrigere tentavit in not. msc. οὐδὲν φίλον. — ἀνάκεινται. accumbunt, pueriliter de Nestore et Priamo garrientes. In belli Trojani enim historia et quaestionibus inde petitis versabatur grammaticorum industria. Vide, quae de inani istorum hominum studio supervacua

discendi et docendi collegit *Wower.* de Polymathia c. X. p. 70. sqq. — V. 5. βάλλης Cod. Vat. *Casaubon.* in not. msc. χαλῆς emendasse fertur, quod quem sensum habeat, ignoro; nec sic scripsisse magnum virum puto. Sincera est lectio βάλλης. ne me objicias illis, tanquam praedam; *ne in vocum aucupio disperεam et fiam praeda et spolium Grammaticorum*, ut *Huetius* interpretatur p. 14. — ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι homerice, κατὰ λέξιν grammatice dictum. Ut τὰ παρὰ λέξιν dicendi proprietati contrariam rationem significant, sic proprie dicta κατὰ λέξιν dicuntur λέγεσθαι. Jam magna pars quaestionum grammaticarum in eo versatur, ut, quae proprie dicta sint, quae translate, doceatur. — V. 6. οὐ δειπνῶ μῆνιν ἄειδε θεά. Lepide, pro: hodie repudio nugas illas grammaticas, quas illi nobis tanquam dapes quasdam apponunt. Principibus enim Iliadis vocibus grammatica illa ζητήματα, et omnino conditio grammaticorum significari solent. Cf. *Lucian.* Ep. XII. 2. *Pallad.* Ep. IX. Similis color est ap. *Antip. Thessal.* Ep. XLV. qui Grammaticis valere jussis, σήμερον, inquit, Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἦμαρ Ὁμήρου Σπένδομεν· ὁ κρητὴρ οὐ δέχεθ' ὑδροπότας.

XXIX. Cod. Vat. p. 508. Plan. p. 179. St. 262. W. *Luciano* tribuit, quod in membranis Vat. *Lucillii* est. (*Luciani* Opp. nr. XXVII. ed. *Reiz.*) Legem convivii poëta ponit hanc, ne quis poëta declamet, neque grammaticis de grammaticis nugis altercetur. — V. 1. σήμερον ἡμᾶς. Ed. pr. Flor. — νόμον. Respicitur ad leges convivales, quales magistri symposii convivis solebant scribere. Ad *Legem Posthumiae*, quam *Catullus* commemorat XXVII. 3., multa, quae huc pertinent, notavit cl. *Doering.* quibus adde *Lipsium* in Antiqu. Lectt. III. p. 74. sqq. Ut discipulos suos in conviviis regerent, ejusmodi, sed procul dubio bonae frugis plenissimas leges scripserant *Xenocrates* in Academia, *Aristoteles* in Lyceo, ut tradit *Athen.* L. V. p. 186. B. *Martialis*

IX. 36. *Tolle tuas artes: hodie coenabis apud me, Hac lege, ut narres nil, Philomuse, novi.* — V. 3. μαλακωδῶ. Poëtarum in conviviis recitationes plus quam uno loco exagitat *Martialis*. L. III. 45. se Ligurini coenam fugere ait: *Illa quidem lauta est, dapibusque instructa superbis: Sed nihil omnino, te recitante, placet.* Apte nostrum Epigr. laudat *Des. Heraldus* ad L. V. 78. v. 22. *Parva est coenula* (δειπνάριον) – *quis potest negare? Sed finges nihil, audiesve fictum, Et vultu placido tuo recumbes; Nec crassum dominus leget volumen.* — V. 4. πρήγματα παρέχειν dicuntur, qui molesti sunt; et πρήγματα simpliciter de rebus ingratis usurpatur. Vide *T. H.* ad *Aristoph. Plut.* p. 219. ἔχειν et παρέχειν πρήγματα similiter junxit *Themist.* Or. XXI. p. 244. A.

XXX. Vat. Cod. p. 529. Planud. p. 187. St. 272. W. Minatur poëta Cynico rapaci, ut ab alienis dapibus cohibeat manum. — V. 1. κρινοπώγωνον. Passim hoc de Cynicis. Vide V. D. in Miscell. Obss. T. IV. P. III. p. 446. et *L. Kuster* ad *Aristoph.* Nub. 103. qui cum plurimis aliis etiam nostrum locum laudat. Plurimum huc facit, quae philosophus de se gloriatur ap. *Lucian.* in Icaromen. §. 31. T. VII. p. 44. Bip. κέκραγα δὲ, αὐχμῶ, καὶ ψυχρολουτῶ, καὶ ἀνυπόδητος τοῦ χειμῶνος περιέρχομαι. unde, qua ratione ῥιγεῖν dicatur Cynicus, optime intelligitur. Conf. ad Ep. VI. 2. — V. 3. κλάσματα. *fragmenta panis* hac ratione dixit *Lucilius* ap. *Nonium* p. 449. ἄρτου θρύμματα *Aristophan.* ap. *Pollux.* XI. 91. — De rapacitate et gulositate Cynicorum vide ad *Luciani* Ep. IX. — V. 4. καὶ σε λ. κύνα. Tum non Cynicus, sed canis appellaberis, et fuste, ut in canem, in te utar. Similiter ludit *Martialis* IV. 53.:

Hunc, quem saepe vides inter penetralia nostra,
Pallados et templi limina, Cosme, novi,
Cum baculo peraque senem, cui cana putrisque
Stat coma et in pectus sordida barba cadit:

Circa quem nudi teges uxor abolla grabati,
Cui das latratos obvia turba cibos:
Esse putas Cynicum, deceptus imagine falsa.
Non est hic Cynicus, Cosme. Quid ergo? canis.

XXXI. Vat. Cod. p. 518. Plan. p. 134. St. 194. W. — V. 1. λέγοντι. Vat. Cod. — V. 2. μελανωτέτας. Vat. Cod. — βάπτειν. De usu veterum crines infucandi vide quae dedit *Casaubon.* ad *Theophr.* Char. II. p. 30. et *Wetsten.* ad N. T. I. p. 306. Flavum eos colorem maxime probasse, apparet ex iis, quae laudat *Bernard.* ad *Theoph. Non.* c. II. p. 25. 26. Senem, qui canos atro colore tingebat, ridet *Aristoph.* Eccles. 731.

XXXII. Vat. Cod. p. 518. Plan. ibid. ubi superius. — V. 1. τρικόρωνε. *Agath.* Ep. VII. ἡ γραῦς ἡ τρικόρωνος. *Horat.* IV. Carm. XIII. 24. *fata — servatura diu parem Cornicis vetulae temporibus Lycen.* cui similia admovit *Rittersh.* ad *Oppian.* II. Cyneg. 292. Sed vide, quae dedit *Ruhnk.* in Epist. Crit. p. 113. ubi emendavit *Alciphronem* L. I. 28. p. 115. οὐ παύσῃ, τρικόρωνον καὶ ταλάντατον γερόντιον, πειρῶν τὰς ἐφ' ἡλικίας ἐκδοθείσας ἡμᾶς.

¶. 324.] *XXXIII.* Vat. Cod. p. 542. Plan. p. 141. St. 204. W. In mulierem deformem, sed sibi unice placentem. Ex Demosthenide Vat. Cod. nobis fecit Demosthenem, Δημοσθένης exhibens. — ἤθελον. *Plato* Ep. VII. Laïs speculum Veneri dedicans, τοίη μὲν ὁρᾶσθαι, ait, οὐκ ἐθέλω· οἵη δ' ἦν πάρος, οὐ δύναμαι.

XXXIV. Vat. Cod. p. 548. *Lucillio* hoc distichon vindicat, quod *Palladae* est in Plan. p. 141. St. 204. W. — V. 1. μέλι. *Ovidius* in Medic. Fac. v. 81. aliis quibusdam medicamentis commemoratis: *Ut tollant, aptaeque lini per corpora possint, Adjice de flavis Attica mella favis.* — κηρόν. *Ceram* idem commemorat in Arte Am. L. III. 199. *Scitis et inducta candorem quaerere cera:*

Sanguine quae vere non rubet, arte rubet. ubi N. *Heinsius* *inducta* — *creta* malit. Ceram tamen mulieres adhibuisse ad faciem sibi faciendam, satis constat. Hinc *Philostrat.* Epist. XL. p. 931. οὐ γὰρ κονιᾶς τὰ πρόσωπα, οὐδὲ ἐν ταῖς κηρίναις τέτακται γυναιξίν. — ὀδόντας. ὀδόντα vett. edd. nonnullae. *Martial.* I. 73. *Sic dentata sibi videtur Aegle, Emtis ossibus, Indicoque cornu.* XII. 23. *Dentibus atque comis, nec te pudet, uteris emtis. Quid facies oculo, Laelia? non emitur.* Cf. IX. 38. XIV. 56. — V. 2. ὄψον quaedam edd. veteres, inepto errore.

XXXV. Cod. Vat. p. 534. sq. Plan. p. 140. St. 203. W. Mulier deformis et impudica se *Lucillio* offert. — V. 1. ῥύγχος. Vide Ep. XIX. — τριπιθήκινον. Ridiculam hujus vocabuli interpretationem, quam *Brodaeus* dedit, merito exagitat *Reinesius* in Var. Lect. I. 18. p. 69. qui faciem simiae faciei simillimam, nec minus deformem quam ridiculam interpretatur. Eadem ratione *Palladas* Ep. XL. Ἑρμολύκου θυγάτηρ μεγάλῳ παρέλεκτο πιθήκῳ. *Aristophan.* Eccles. v. 1064. de vetula: πότερον πίθηκος ἀνάπλεως ψιμμυθίου; Ἢ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων. *Longus* L. III. p. 89. 19. ed. Vill. Κρατίνη φιλεῖ σε καὶ βούλεται συγκαθεύδειν πένητι καλῷ μᾶλλον ἢ πιθήκῳ πλουσίῳ. *Alciphr.* L. I. 33. p. 138. ἀρέσκειν γὰρ τοῖς ἐρασταῖς, οὐχὶ Μεγάρᾳ καὶ Εὐξίππῃ βούλομαι, ταῖς πιθήκοις. — Ceterum omnes edd. vett. usque ad Ascens. τριπιθήκινον legunt. — οἷον. qualem faciem si Hecate videret, reste se ipsam suspendere non dubitaret. Haec paulo obscurius dicta, non videntur in eum sensum accipi posse, quem *Grotius* expressit: *Quamque videns nollet vivere Persephone.* Hoc *Lucillium* dicere voluisse puto, Bitonem vel ipsam Hecaten deformitate superare; ita ut, si Hecate eam vidisset, se *prae invidia* suspensura esset. Notandum autem, id quod hunc locum inprimis illustrat, fuisse, qui illam deam, *triformem* plerumque, (vide *Heynium* ad *Virgil.* Aen. IV. 511.) cum canis capite fingerent. *Hesych.*

Ἑκάτης ἄγαλμα. τὰς κύνας οὕτω φασὶ, διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι Ἑκάτῃ κύνας. ἔνιοι δὲ καὶ αὐτὴν κυνοκέφαλον πλάττουσιν. cum quibus conf. *Eustath.* Od. γ. p. 127. 16. Utraque igitur, et Bito et Hecate, ῥύγχος habebant; sed Bito turpius. — V. 2. αὐτήν. omittit Vat. Cod. — V. 5. λέγεις μισεῖ μ. κἀ τοιοῦτον. Vat. Cod. — Qui me oderunt, tam formosam mulierem ducant et liberos aeque, ac ipsa est, pudicos suscipiant. — ὃς λέγει μισεῖν με, formula est similis ei ap. *Lucian.* Ep. VII. οἷα φέρουσιν ἡμῶν ἐπιτήδειον τεκνία. ubi vide not.

XXXVI. Hoc distichon in Plan. quidem p. 147. St. 214. W. *Lucillio* tribuitur; in Vat. membr. autem una cum Ep. XXXVIII. usque ad Ep. XLI. excipiunt Epigr. *Nicarchi*, (quod ap. *Brunck.* ἀδέσποτον est nr. CIX.) et adscriptum habent lemma τοῦ αὐτοῦ. Hinc error in Planudea commissus. Nam Epigr. primum c. XXII. L. II. in antiquis edd. habet lemma τοῦ αὐτοῦ, quod *Stephanus*, quia c. XXI. praecedit Ep. *Lucillii*, mutavit in Λουκιλλίου. Est autem *Nicarchi*, cujus etiam sunt quatuor sequentia, quae se ap. Planudem eodem ordine excipiunt, (cum lemmate τοῦ αὐτοῦ) quo ap. Constantinum Cephalam posita sunt; quin longe major hujus capitis pars sine ulla transpositione a Planude ex antiquiore hac collectione assumta est. Haec notanda erant, ut fons erroris manifestius appareret. — Marcum poëta traducit medicum, qui cum Jovis statuam ex marmore attigisset tantum, factum est, ut statua, tanquam cadaver, efferretur. Tam bonus ille medicus scilicet! tam salutifera vis in ejus manibus! — Frigida hyperbole, sed verba planissima; ut mirari subeat, *Opsopoeum* tantopere a vero sensu aberrare potuisse, ut ipsum Marcum elatum esse putaret. Vertit hoc carmen *Ausonius* Ep. LXXIV.:

Alcon hesterno signum Jovis attigit. Ille,
Quamvis marmoreus, vim patitur medici.

Ecce hodie jussus transferri ex aede vetusta
Effertur, quamvis sit Deus atque lapis.

Vocem κλινικὸς de medico usurpatam illustrans, prius distichon nostri Ep. laudavit *Des. Heraldus* ad *Martial.* L. I. 31. p. 13.

XXXVII. Vat. Cod. p. 542. Λουκιλλίου. Plan. p. 149. St. 217. W. Diophantus Hermogenis medici, quem per quietem viderat, adspectu subito exstinctus est. Idem de Hermocrate medico narrat *Martialis* VI. 53.:

Lotus nobiscum est, hilaris coenavit; et idem
Inventus mane est mortuus Andragoras.
Tam subitae mortis causam, Faustine, requiris?
In somnis viderat medicum Hermocratem.

Hermogenes, medicus Smyrnaeus, auctor operis περὶ τῆς Ὁμήρου σοφίας, commemoratur in marmore graeco a *Kustero* editus in Comm. Acad. Inscr. T. IV. p. 665. Alius commemoratur, qui sub Hadriano floruit, ap. *Dion. Cass.* T. II. p. 1169. Nostrum carmen ad Hermogenem Erasistrateum referendum suspicatur *Fabricius* Bibl. Gr. T. XIII. p. 180. Conf. inprimis *Harlesium* ad Bibl. Gr. T. VI. p. 77. not. *x.* ubi plures hujus nominis docti recensentur. — V. 2. καὶ περίαμμα. quamvis amuleto insuper instructus, quod contra malos daemones fortasse valebat, sed nihil contra Hermogenis adspectum poterat. Mare Caspium *Priscianus* ait in Periegesi v. 691. gignere, *malos lemures quod pellit inanes, iaspin; Nocturni manes fugitant quam membra tuentem.* quae respondent verbis *Dionysii* v. 724. φύει — ἠερόεσσαν ἴασπιν, Ἐχθρὴν Ἑρπυστῇσι καὶ ἄλλοις εἰδώλοισι. ubi *Eustathius* ad commentarium in Odysseam remittit κ. v. 295. Recentiores, qui de περιάμμασι sive περιάπτοις tradiderunt, laudavit *T. H.* ad *Aristoph.* Plut. 590. p. 189. — καίπερ ἴαμα, Ed. Flor. Ald. pr. Ascens. ἴαμμα. Ald. 3.

XXXVIII.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 523. *Nicarchi.* Plan. p. 147. St. 213. W. De sensu hujus carminis disputat *Lessing.* de Epigr. T. I. p. 309. qui de medico rapaci putabat agi, qui oculos ex gemma, Olympici statuae insertos, furtivis manibus abstulerit. — V. 1. Lippus erat Damostratus, quem inuncturus erat collyriis Dio ocularius. Quod antequam fiat, poëta eum monet, ut luci valedicat: χαῖρ' ἱερὸν φῶς. Aliena ad h. l. profert *Brodaeus.* Lucem salvere jubent morituri, ut ap. *Sophocl.* Ajax v. 858. ὦ φέγγος, ὦ γῆς ἱερὸν οἰκείης πέδον — χαίρετ'. Iphigenia ap. *Euripid.* in Iph. Aul. 1509. χαῖρέ μοι φίλον φῶς — hoc loco autem is, quem probabile erat coecum redditum iri. Ad alia multa, et ea quidem diversissima, verba χαῖρε φίλον φῶς traducta esse, docuit *Erasmus* in Adag. II. 7. 38. — V. 2. εἶπε τάλας. Vat. Cod. quod vulgato non deterius. Deinde idem Codex οὕτω εὔσκοπος. quod *Brunck.* repudiat; nescio, quam recte. εὔσκοπος, significatione fere nihil diversa ab εὔστοχος, eum significat, qui, quo telum collineaverit, id recte feriat; ut ἐΰσκοπος ἰοχέαιρα ap. *Homer.* Od. λ. 197. Hoc lepide de ocular io, qui, quos oculos ungendos suscepisset, eos lumine privabat. Si quis tamen εὔκοπος cum *Brunckio* praetulerit, interpretandum est vocabulum cum *Huetio* p. 16. διὰ τὸ εὐκόπως τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόπτειν. — V. 3. „ἀλλὰ καὶ αὐτῆς. Sic omnino scribendum videtur. Simi„liter infra LXXXIX. ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τοὺς ὀσμησαμένους „πνεῖν πεποίηκε τράγου. ubi antea legebatur: ἀλλὰ δι' αὐ„τῆς, ut hic ἀλλὰ δι' αὐτοῦ." *Br.* δι' αὐτοῦ habet etiam Vat. Cod. Hujus lectionis vitium acute perspexit *Jos. Scaliger,* qui δὴ αὐτοῦ, sive διαυγοῦς in not. msc. emendavit. Posterius cum *Lessingii* conjectura egregie convenit; sed diu est, quod scribendum putavi:

— ἀλλὰ διαυγῆ
εἰκόνος ἧς εἶχε τὰ βλέφαρ' ἐξέβαλε.

splendidi, ex gemma oculi. διαυγὴς de lapidibus pelluci-

dis usurpavit Auctor τῶν Ἀιθιοπ. l. I. κρύσταλλον φαιδρὰ διαυγῆ. In descriptione Veneris *Philostrat.* II. Imag. I. p. 810. λίθους περιβαλοῦσα, οὐκ ἐκ τῶν χρημάτων αὐτὰς ἠμφίεσατο, ἀλλ' ἐκ τοῦ φωτὸς, οἷον ὀφθαλμῷ κάτεργον τὴν διαύγειαν αὐταῖς ἐνθεῖσα.

¶. 325.] *XXXIX.* Vat. Cod. p. 524. *Nicarchi.* Plan. p. 147. St. 214. W. In Simonem ocularium. — V. 1. Ἶσις antiquae edd. ante Steph. — V. 2. „Vide „*Cuperi* Harpocrat. p. 167. et *Schotti* Obss. p. 39. unde „constabit, recte hic repositum Ἀρτοκρέτην pro Ἀμφικρέτη. „In Cod. Vat. scriptum Ἀλφικρέτη." *Br.* Jamdiu ante *Cuperum* veram hic lectionem viderat *Casaubon.* cujus emendatio in schedis Bodlej. exstat. Inter Isidis virtutes fuit et privare posse oculis et reddere lumen. *Juvenal.* XIII. 93. *Decernat quodcunque volet de corpore nostro Isis, et irato feriat mea lumina sistro, Dummodo vel caecus teneam quos abnego nummos.* *Ovidius* ex Ponto I. Ep. I. 51. *Vidi ego linigerae numen violasse fatentem Isidis, Isiacos ante sedere focos. Alter ob huic similem privatus lumine culpam, Clamabat media se meruisse via.* Eam morbos immittere dixit *Hesychius* v. Ἴσις. Eadem vero aegrotis etiam succurrebat. Vide *Intrpp. Tibulli* I. El. III. 27. Nec minus Harpocrates inter salutares deos numerabatur. Vide *Cuperum* l. c. p. 158. — V. 2 Ἴσιν pro Ἰσιν habet Cod. Vat. — V. 3. θεόν. Vulgo inepte. θεὸς est in membr. — Σίμωνα. Ridicule Simon, qui se ocularium profitebatur, omnibus diis plus valere dicitur ad homines coecos reddendos.

XL. Vat. Cod. p. 524. *Nicarchi.* Plan. p. 147. St. 214. W. Menophanes medicus cum Eurystheo comparatur. Morbo poëta laborat, et praestanti Menophanis illius auxilio jam in eo est, ut ad plures abeat. Quod autem Caesarem alloquitur, ejus causa non satis apparet. An ille medicus Caesaris libertus erat? nomenve

mutare non licebat, nisi consentiente Caesare? Alii videant.

XLI. Cod. Vat. p. 523. *Nicarchi.* Plan. p. 147. St. 214. W. Similis argumenti Epigramma expressit *Ausonius* LXXIII.:

Languenti Marco dixit Diodorus haruspex,
Ad vitam non plus sex superesse dies.
Sed medicus divis fatisque potentior Alcon,
Falsum convicit illico haruspicium:
Tractavitque manum victuri, ni tetigisset;
Illico nam Marco sex periere dies.

— V. 3. ὁ Κρόνος. Vulgo et Vat. Cod. quod pro vera lectione habuit *Brodaeus* et *Grotius.* Hic vertit:

Ridens ille, mihi Saturnus tarda minatur,
Sicut ais: citius sed tibi sidus ego.

Sensus praeclarus, sed quem ex graecis verbis frustra coneris elicere. Ut nunc verba se habent, χρόνος est commodior lectio; an vera, non dixerim. Mihi gravius ulcus hunc locum deturpare videtur, quod sic curandum suspicor:

— — τί μέγ', εἰ Κρόνος ἐννέα μηνῶν,
φησί, μ' ἔπεισι σχολῇ; τἄμ' ἴδε σύντομά σοι.

Nemo hanc medicinam violentam dixerit; sensus autem haud paulo melior, quam in vulgata. μὲν et μέγ' in Codd. sibi sunt simillima; nec non in verbis ΛΕΓΕΙΣΤ apparent vestigia nostrae lectionis, Μ' ΕΠΕΙΣΙ. — τί μέγα, εἰ — cum ἤθει dictum, quod huic contextui ita convenit, ut nihil magis. *Lucian.* Vit. Peregr. §. 25. T. VIII. p. 291. οὗτος δὲ, τί μέγα, εἰ ἐμπεσὼν τεθνήξεται συναρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ πυρός. — Noxium sidus Saturni, quod *triste* vocat *Juvenal.* VI. 568. *impium* *Horat.* II. Od. XVII. 23. *invadere,* ἐγχρῖναι, videtur eos, quibus nocet. *Grave Saturni sidus in omne caput. Propert.* IV. 1. 106. Notissima autem

significatio verbi ἐπιθύω, *infesto animo, hostiliter invadere.* — Suam potentiam Hermogenes noxiis viribus Saturni anteponens, τάμ' ἴδε σύντομά σοι, ait: quanto celeriore et breviore via procedam, exemplum in te dabo. — V. 5. ἐκτείνας. digitum modo in Diophantum intendit. — V. 6. ἀπεσκάριςε. animam reddidit. Proprie σκαρίζειν usurpatur de piscibus extra aquam palpitantibus, ut recte monuit *Schol.* ad h. l. μετή.εἰπται ἀπὸ τῶν ἰχθύων τῶν σκαιρόντων, ὅταν τοῦ ὕδατος ἐκβληθῶσι *Hesych.* ἀσπαίροντας. σκαρίζοντας. Hinc ii, qui animam agunt, σκαρίζουσι. *Homer.* Il. γ. 293. τοὺς μὲν κατέθηκεν ἐπὶ χθονὸς ἀσπαίροντας. *Schol.* ψυχοῤῥαγοῦντας. σκαρίζοντας. Ab hac interpretatione abhorrere videtur glossa ap. *Suidam:* ἀποσκαρίζειν. διακεχυμένως γελᾶν. Est autem comicus verbi usus de iis, qui vehementi risu concutiuntur et tantum non rumpuntur.

XLII. Vat Cod. p. 530. Plan. p. 131. St. 189. W. Gravia imprecatur astrologis. — V. 1. ὡροθετοῦσιν. qui ex astrorum observatione horam natalem ponunt. — V. 2. τυπάνου. idem quod τύμπανον. Duo significat cruciatus genera: alterum *equulei, sive stipitum ita constructorum, ut iis adstricti illigatique rei membris expansis distenderentur, totoque corpore plagis paterent;* alterum *fustium, quibus caedebantur;* quae verba sunt *T. H.* ad *Aristoph* Plut. 476. p. 134. Multa de hoc vocabulo collegit *Gatacker* in Miscell. Adv. Posth. XLVI. p. 907. sqq. qui in nostro Epigrammate *palum* seu *stipitem* designari putat, ad quem ii deligabantur, qui objiciebantur bestiis. Apud *Plutarch.* T. II. p. 62. A. ἀμύνητι δὲ χρωμένου καὶ ὕβρει καὶ τυμπανίζοντος καὶ τελοῦντος, miror, *Wyttenbachium* non laudasse acutam *Lennepii* conjecturam ad *Phalar.* p. 73. στρεβλοῦντος corrigentis ex simili loco p. 778. E., ubi ἀποτυμπανίζειν et στρεβλοῦν junguntur. — V. 3. Mox eos intellecturos esse spero, quid taurus et quid leo possit. De signis coelestibus agere videtur, sed bestias significat, quibus astrologos objiciendos esse cen-

ſet. — Ceterum has tam graves in aſtrologos imprecationes nemo mirabitur, qui meminerit, quantum malorum hoc hominum genus optimis viris ſub Auguſtis intulerit. Vide, quae de Tiberio narrat *Dio Caſſ.* LVII. p. 867. 54. et de Caracalla LXXVIII. p. 1310. 40. *καὶ μέντοι κατὰ τῶν ἀστέρων διαγράμματα, καθ' ἃ ἐγεγέννητό τις τῶν πρώτων τῶν παρ' αὐτῷ, ἐτεκμαίρετο, ὡς ἔλεγεν, τόν τε οἰκείως οἱ καὶ τὸν ἀλλοτρίως ἔχοντα, καὶ πολλοὺς καὶ ἐκ τούτων, τοὺς μὲν ἐτίμα, τοὺς δὲ ἀπώλλυεν.* Sub Nerone autem cum ſtella crinita viſa eſſet, aſtrologus quidam Neroni auſus eſt dicere, *ſolere reges talia osteuta caede aliqua illuſtri expiare, atque a ſemet in capita procerum depellere*, quae lubenter audiens Caeſar *nobiliſſimo cuique exitium deſtinavit. Sueton.* Ner. c. 36. Saepe autem aſtrologi imperatoribus, etiam iis, qui hujus artis vanitati fidem haberent, offenſioni fuerunt, ita ut in graviſſimas poenas incurrerent. Tiberius quidem nonnullos eorum de ſaxo dejecit, in alios more priſco animadvertit, narrante *Tacito* II. Ann. 32. — In v. 3. Epigr. noſtri Ed. pr. Fl. et Ald. *ὄντας*. — V. 4. Cod. Vat. *ποεῖ* pro *ποιεῖ*.

XLIII. Vat. Cod. p. 530. Plan. p. 132. St. 190. W. Hiſtoria de aſtrologo et pugili. — ¶. 326.] V. 3. *καταλόγοις*. Vide ad Ep. X. — *ὠροθετεῖ*. Saturnus tibi fatalis erit. Recte monuit *Scholiaſtes*, poëtam Oneſimum tanquam malum et imbellem traducere pugilem.

XLIV. Cod. Vat. p. 531. Planud. ibid. Hoc Epigramma, vel ſimile, ante oculos habuit *Auſonius* Ep. XCI.:

Pulchrum dei reſponſum.

Doctus Hylas caeſtu, Phegeus catus arte palaeſtrae,
Clarus Olympiacis et Lycus in ſtadiis,
An poſſent omnes venturo vincere agone,
Hammonem Libyae conſuluere deum.

Sed deus, ut sapiens, Dabitur victoria vobis
Indubitata quidem, si caveatis, ait,
Ne quis Hylum caestu, ne quis certamine luctae
Phegea, ne cursu te, Lyce, praetereat.

— V. 4. τοῖς ἱεροῖς. Astrologiae commentarios. Vide ad Ep. XLVI. 5. — V. 6. κατακτείνῃ. Vat. Cod.

XLV. Cod. Vat. p. 530. Plan. p. 131. St. 189. W. Ex multis astrologis, de vita fratris Lucillii consultis, unus repertus est, qui illum vivacem fore negaret, idque cum jam vita defunctus esset. — V. 4. ἐκοπτόμεθα. cum defunctum planctu prosequeremur. μέχρις κόνιν παρθενικήν. *Eurolm.* Ep. IV. Noster LXXVIII. ἀπὸ ἐκκόπτου. Exempla hujus significationis collegit *Wassen.* ad N. T. I. p. 384. Adde *Interpp. Herodoti* II. p. 132. 19.

XLVI. Vat. Cod. p. 531. Plan. p. 131. St. 190. W. In Aulum astrologum, qui, cum sibi mortem imminere dixisset, ne mendax videretur, se ipse strangulavit. — V. 2. τὴν γένεσιν διαθείς. *genituram digerens,* ut Latini loquuntur, i. e. sub qua quis constellatione natus sit, exquirens. Hinc διάθεμα γενέσεως, ut διάθεμα ἀστέρων, *stellarum in natalibus dispositio*; ut docuit, nostro loco vera neglecto, *Salmasius* de Annis Climact. p. 87. sqq. — V. 3. εἰς πέμπτην. Vat. Cod. quod fortasse reponendum. — εἰδότα μηδέν. cum sibi videret vivendum esse cum confessione ignorantiae suae. — V. 5. Πετόσιριν. Vat. Cod. — *Suid.* Πετόσιρις. Αἰγύπτιος φιλόσοφος. Inter ejus opera fuit: ἐκ τῶν ἱερῶν βιβλίων ἀστρολογούμενα καὶ περὶ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις μυστηρίων. Habemus igitur h. l. sacros libros, τὰ ἱερά, qui commemorantur Ep. XLIV. 4. Ad eosdem respicit *Juvenalis,* de mulierum superstitione agens Sat. VI. 577. *Ad primum lapidem vectari cum placet, hora Sumitur ex libro: si prurit frictus ocelli Angulus, inspecta genesi collyria poscit. Aegra licet jaceat, capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.* In

ejusdem cum Petosiri laudis societatem venit Necepsus, ita ut *Plinius* L. VII. 50. p. 404. et *Firmicus* in praef. L. IV. Mathem. p. 45. utrumque inter praestantissimos vanissimae artis auctores ponant. Hic quidem scribit: *Quare illi divini viri atque omni admiratione digni, Petosiris Necepsosque, quorum prudentia ad ipsa secreta divinitatis accessit, etiam mundi genituram divinae nobis scientiae magisterio tradiderunt.* Vide *Harduinum* in Indice Auctor. Plin. p. 64. — μετέωρος. Respicitur ad τὸ τῶν μετεώρων studium, quod astrologi sibi vindicabant. Haud scio, an noster respexerit nobilissimum locum de Socrate in *Aristoph.* Nub. 227. qui sublimis in calatho, Οὐ γὰρ ἄν ποτε, ait, Ἐξεῦρον ὀρθῶς τὰ μετέωρα πράγματα, Εἰ μὴ κρεμάσας τὸ νόημα καὶ τὴν φροντίδα Λεπτὴν καταμίξας εἰς τὸν ὅμοιον ἀέρα. ubi vide *Spanh.* de μετεωρολέσχαις, et *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 221. ed. Bip.

XLVII. Cod. Vat. p. 529. Plan. p. 187. St. 273. W. De Cynicae sapientiae professione, omnium, et mendicorum et imperitorum perfugio. — Plane cum nostro conspirat *Lucian.* in Fugitiv. §. 12. ubi Philosophia inter alia, τὰ ἡμέτερα, inquit, πάνυ ῥᾷστα καὶ ἐς μίμησιν πρόχειρα, (τὰ πρόφανῆ λέγω) καὶ οὐ πολλῆς τῆς πραγματείας δεῖ, τριβώνιον περιβαλέσθαι, καὶ πήραν ἐξαρτήσασθαι, καὶ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχειν, καὶ βοᾷν, μᾶλλον δὲ ὀγκᾶσθαι ἢ ὑλακτεῖν, καὶ λοιδορεῖσθαι ἅπασιν. Idem in Bis Accus. §. 6. Jovem facit miseram philosophiae conditionem plorantem: τὸ δὲ νῦν εἶναι, οὐχ ὁρᾷς, ὅσοι τρίβωνες, καὶ βακτηρίαι, καὶ πῆραι, καὶ ἁπανταχοῦ πώγων βαθὺς, καὶ βιβλίον ἐν τῇ ἀριστερᾷ — πολλοὶ γοῦν τὰς τέχνας ἀφέντες, ἃς εἶχον τέως, ἐπὶ τὴν πήραν ἀΐξαντες, καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ σῶμα πρὸς ἥλιον εἰς τὸ Αἰθιοπικὸν [illegible], αὐτοσχέδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων ἢ τεκτόνων προσέρχονται. — V. 1. ἀλήθει. non sc, ut antea, in plurimis dat. Male *Opsopoeus*: non ultra veritati studens. Aliud est ἀληθεύειν, aliud ἀλήθειν. *Alexis* ap. *Athen.* XIII. p. 590. B. ἀλήθων ὄνος. Obscoeno sensu accipiendum videtur idem

vocabulum in loco *Pherecratis* ap. *Suidam* v. ἀπόλοιτο. Ἀνὴρ γέρων Ἀπόλοιτος κλάθει. quae comparari possunt cum *Theocriteis* Eid. IV. 58. τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει τήνων τὰν κυανόφρυν ἐρωτίδα. ubi *Schol* μύλλει ἀπὸ τῶν μυλώνων. — In Ed. Flor. ἂν αἰ ττ. καὶ ἀγάρματος. — V. 3. ἐν τριβῇ legendum censebat *Casaubonus* in not. msc. quod non spernendum. — V. 4. τῆς ἀρετῆς ὁ προτεκόων. ut Ep. VI. Cynicus ὁ τῆς ἀρετῆς ἀλάμας βαρύς. Ludere *Lucillium* in voce προκύων, quae canis sidus significat, *Brodaeus* notavit. Apud *Antiphan* Ep. VI. Grammatici vocantur Καλλιμάχου πρόκυνες. — ¶. 327.] V. 5. Hermodoti alibi nulla fit mentio. *Fabricius* in Catal. Cynicor. Bibl. Gr. T. III. p. 519. eum ex hoc tantum Epigrammate novit, quod memoriae lapsu ad *Ammianum* retulit. — V. 6. θεὶς τὸ χιτωνάριον. Male *Brodaeus: philosophi pallium assumens*, περιθείς. Verum sensum vidit *Salmas.* ad *Tertull.* de Pall. p. 411. Laudat *Brunckius Apollon. Rhod.* II. 30. ἐν δ' αὖ Τυνδαρίδης μὲν ἐΰστιπτον θέτο φᾶρος. *exuit*, *deposuit*. Magis huc facit *Arrian.* in Epict. c. XXIV. λέγει σοι, θὲς τὴν πλατύσημον, ἰδοὺ στενόσημος, θὲς καὶ ταύτην, ἰδοὺ ἱμάτιον μόνον, ἰδοὺ γυμνός. Cynici tunicam non gerebant, in qua una re *Juvenalis* eos a Stoicis distare ait Sat. XIII. 121. *et qui nec Cynicos nec Stoica dogmata legit A Cynicis tunica distantia.* Hanc ob causam ἀχίτωνες saepe appellabantur. Conf. *Gatacker.* ad *M. Anton.* IV. p. 117. C. D. *Kuster* ad *Aristoph.* Nub. 103. *Boettiger über den Raub der Cassandra* p. 58. not. 56. —. Sensus est igitur: Si quis penuria laboret, ne esuriat, ut antea, sed tunicam deponat et Cynicorum amplectatur vitam et dogmata.

XLVIII. Cod. Vat. p. 527. Plan. p. 136. St. 198. W. In Heliodorum grammaticum soloecissantem. — V. 1. μνηστῷ. Flor. ed. — V. 2. „Vat. Cod. σολοικίζων. Planudeorum unus δέχεται. Scribi posset: οὐδὲ σολοικισμόν τὸ στόμα μου δέχεται. at obstat Epigr. LXXXVI. quod vide." *Br.* Nihil prorsus mutandum. Participium σολο-

κίζειν est pro infinitivo, στόμα μου δέδεται, ὥστε σολοικίζειν, *quasi defixus et devotus soloecisso.* Haec est vis verbi δεδέσθαι. *Harpocration:* καταδεδέσθαι. ἀντὶ τοῦ πεφαρμακεῦσθαι καὶ δεδέσθαι φαρμάκοις. quae etiam ap. *Suidam* leguntur. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 766. E. Hinc defixiones magicas καταδέσμους et καταδέσεις appellavit *Plato*, cujus loca indicavit *Valckenar.* in Decem Eid. Theocr. p. 41. — Plures fuerunt Heliodori, ad quos hoc distichon referri possit. Vide *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 147. et *Reimarus* ad Dion. Cass. p. 1152. 34.

XLIX. Cod. Vat. p. 544. Plan. p. 137. St. 198. W. Lemma εἰς γραμματικὸν κεραοφόρον pertinet ad Ep. IX. Abest ab Ed. pr. Fl. et Ald. — V. 1. δύνατοί ποτε εἶναι Vat. Cod. Vulgo δύναταί ποτε ἄρτιος εἶναι. Unde Brunckiana lectio fluxerit, ignoramus. — V. 2. ἀρχήν. Respicitur ad Iliadis initium, quod Grammatici pueris inter prima elementa praelegebant et interpretabantur. — Ceterum hoc distichon in quibusdam Codd. Παλλαδᾶ inscribi, neque quidquam *Lucilliani* habere ingenii *H. Stephanus* monuit. Sed quae tam certae sunt notae ingenii poëtici, ut, singuli versus a quo profecti sint, sine errore judicare possis?

L. Vat. Cod. p. 533. Plan. p. 153. St. 223. W. Meniscus cum furtum fecisset, furto Herculis simile, eundem ac Hercules vitae exitum habuit. — V. 1. τὸν τοῦ Διός. Jovis templum interpretatur *Brodaeus*, quod vix verum. Caesarem intellige, quem Romanorum adulatio Jovem appellare solebat. Cf. Ep. LXXX. 5. et *Rittersh.* ad Oppian. κ. I. 3. Ejus hortos Hesperidum nomine designat poëta. Intelliguntur fortasse nobilissimi illi horti Sallustiani, quos inde ab Augusti temporibus delicias imperatorum fuisse constat. Vide *Donat.* de Urbe Rom. III. 23. χρύσεα μῆλα de pomis simpliciter acceperim, quae poëta aurea appellavit, ut in allegoria

persistat. Pulchra autem poma cum *pomis Hesperidum* comparare solent poëtae. Anthol. Lat. V. 184. p. 461. *Talia poma nemus protulit Hesperidum.* et in Lusibus nr. 16. *qualibus* (pomis) *Hesperidum nobilis hortus erat.* ubi vide *Burmann.* et ad *Lotichium* L. V. El. 9. p. 338. — V. 3. καὶ τί γάρ. Haec suspecta fuerunt *Casaubono,* qui in not. msc. εἶτα δ' ἄρ' ὡς ἰδὼν corrigendum proposuit; at nihil mutandum esse apparet ex Ep. LV. 3.

LI. Vat. Cod. p. 533. Plan. p. 153. St. 222. W. Historia de Heliodoro, qui Saturni statuam furto abstulerat. — V. 1. τὴν γένεσιν λυπεῦντα. Triste nascentibus Saturni sidus. Vide ad Ep. XLI. 3. — V. 3. Quis nostrûm sit malevolentior, experire, et intelliges, uter utro sit perniciosior. Κρόνος pro pernicie simpliciter. — V. 5. ὡς δ' ἄλλῳ. Proverbialis locutio, qua usus est *Athen.* An. VII. 11. p. 397. τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει. — V. 6. κλέος καὶ τιμήν. Ambigue dictum. Significare potest: post gloriam victoriae, quam a te reportavi; et, a me venditus, pretium mihi afferens. — σῇ ἀνέτειλα. ortu tuo, quodcunque volueris, portendas.

LII. Vat. Cod. p. 548. Planud. p. 153. St. 223. W. — V. 1. τύλην στρωμνήν. *Suid. calcitram.* Multa de hoc vocabulo dedit *Pollux* X. 39. 40. ubi inter alia laudatur locus *Sophoclis* ἐν τῷ Ἰοκλεῖ· ἀλλὰ καὶ λινοῤῥαφῆ τυλεῖα. Nemini interpretum suspectus fuit titulus fabulae, nisi *Kuhnio.* Fortasse fuit: ἐν τῷ Ἡρακλεῖ. ex qua fabula satyrica *Pollux* quaedam laudat L. X. 110. et alii, quos vide ap. *Brunckium.* — V. 2. ἐδωκεν. Antiochus calcitram furto abstulerat.

¶ 328.] *LIII.* Vat. Cod. p. 521. Plan. p. 156. St. 228. W. In pusillam puellam, hyperbolicum. — V. 1. κώνωπ'. ut aquila Ganymedem. — V. 2. Vulgo et Vat. Cod. φησὶν ἰδέ. *Scholiast.* in Wechel. junxit: ἡ δὲ φησί, τί δέ. Sinceritas lectionis suspecta fuit *Opsopoeo,* qui ἡ

suspicabatur. Melius *Jos. Scaliger* in not. msc. ἤδ' ὦ Ζεῦ πάτερ. At nec haec, nec Brunckiana lectio mihi vera videtur. Velim aliquis ex vulgata lectione exsculpat aliquid his Grotianis respondens:

Quid facies Superûm mihi rector? Erotion inquit,
Cum raperes parvam parvus in astra culex.

Sed fortasse non longe quaerenda est hujus loci emendatio. Lego minima mutatione, sensu optimo:

ἢ δέ, τί, φησί, πάθω, Ζεῦ πάτερ, εἴ μ' ἐθέλεις;

Quid, ait, faciam, si me habere cupis? Vanum fuerit, tibi, deorum maximo, resistere velle. Cedam igitur tuae potentiae, meque amari patiar. — Hic sensus verborum, in quibus jam inest acumen huic loco unice conveniens, et multa simul ridicula. Primum, quod Erotion culicem pro Jove habet; deinde, quod se ad amoris furta abripi existimat; tandem, quod in raptoris potentia excusationem facilitatis suae quaerit. — τί πάθω; hoc ipso sensu, quo nos dedimus, apud elegantissimos scriptores occurrit. Hyllus ap. *Sophocl.* in Trach. v. 972. τί πάθω, τί δὲ μήσομαι; *Euripid.* Phoen. v. 906. τὸ μέλλον ἢ χρὴ πείσομαι, τί γὰρ πάθω; Ad *Charitonem* III. 3. p. 46. τί πάθω; τί γένωμαι ὁ δυστυχής; quaedam hujus generis notavit *Dorville* p. 266. ad *Aristophanis* Plutum v. 603. *Kusterus.*

LIV. Cod. Vat. p. 521. Plan. p. 156. St. 228. W. — V. 2. πυρῆνα vulgo. Simplici ρ *Pollux* VI. 45. ἃς δὲ οἱ νῦν θλαστὰς, ταύτας πυρῆνας οἱ κωμικοί· καὶ θλαστὰς δὲ ἐλαίας ἐν Νήσοις ἂν εὕροις Ἀριστοφάνους. Hoc sensu vocem accepit *Brodaeus*, qui interpretatur: *nucem, acinum, tanquam crucem et patibulum.* Sed hoc quomodo fieri possit, ut se quisquam a nucleo suspendat, equidem non video. Alio igitur sensu vox πυρὴν accipienda videtur. Quum veterum quidam ἀπυρήνους ἰχθῦς appellent eos, qui ossibus carent, hinc intelligitur, πυρῆνα etiam de spinis

piscium translata significatione usurpatum esse. *Eustath.* ad Il. φ. p. 1329. 33. ἀπύρηνος μόνος ἰχθύς· ἔνθα ὅρα, ὅτι πυρῆνα ἐκεῖνος ἔφη ἀκανθας τὴν ὀστώδη ἰχθυηρὰν ἄκανθαν. quibus usus est *Casaubon.* ad Athen. L. II. 16. p. 117. Hoc sensum haberet satis bonum; sed vix credibile, *Lucillium* usum esse hac voce eo sensu, quem fortasse nonnisi in uno Comici loco habuit. — Restat igitur tertium, ut πυρὴν h. l. specillum sit, in cujus superiore parte est quasi nucleus sive globulus. Hoc fortasse huic historiae accommodatissimum.

LV. Vat. Cod. p. 521. Plan. p. 156. St. 228. W. — V. 2. τριχὸς ἐκδύσας. Sensu proprio haec verba accipi vult *Lucillius*, ut incredibilis hominis macilentia significetur, cum alibi paroemiace dicatur ἐκ τριχὸς κρέμασθαι, ἐπὶ τῶν σφόδρα κινδυνευόντων. de quo vide *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 156. sq. — V. 3. ὑπὲρ αὐτῶν. supra illo patibulo, de quo pendebat.

LVI. Cod. Vat. p. 521. Plan. p. 156. St. 228. W. In Cajum macilentum, qui, post animam redditam, nihil reliquerat sui. — V. 1. ἐκπνεύσας. *Sophocl.* Aj. 1045. ὦ τάλας, ὑφ' οὗ φονίως ἄρ' ἐξέπνευσας; — V. 2. Quod in fabulis divino fato nonnullis contigisse dicitur, ut eorum cadaver nusquam appareret, idem propter macilentiam evenit Cajo. *Anton. Liber.* Metam. I. p. 6. τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες, ἔφερον ὅπως κηδεύσωσιν· ἐκ δὲ τῆς στρωμνῆς πελειὰς ἐξέπτη, καὶ τὸ σῶμα τῆς Κτησύλλης ἀφανὲς ἐγένετο. ubi *Munckerus* verbum κομίζειν de funeris curatione illustrat. — V. 3. καταβὰς, οἷος ἔτ' ἔζη. Vat. Cod. οἷόσπερ ἔτ' ἔζη. Plan. ὅλος *Brunckius* ex conjectura videtur inseruisse sive sua sive alius cujusdam, quem ignoro. Probabile est, hoc vocabulum ante οἷος excidisse. — πέρας adverbialiter sumendum, ut τέλος, *tandem*, ne cum *Brodaeo* πέρας legendum suspiceris. — V. 4. λεπτότατος est in Cod. Vat. Vulgo λεπτότερος. Quamvis totus et integer in Orcum

descenderit, ibi tamen omnium umbrarum tenuissima et macilentissima volitat. τῶν σκελετῶν. Larvas sibi interdum *ossëas* fingebant veteres. *Ovid.* in Ib. v. 146. — *factorum veniam memor umbra tuorum, Insequar et vultus ossea forma tuos.* ubi vide *Interpp.*

LVII. Cod. Vat. p. 521. Plan. p. 157. St. 228. W. — V. 1. τῶν Ἐπικούρων ἀτόμων. Vat. Cod. ἀτόμων etiam Plan. ἄτομον emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. Marcus macilentus unam ex atomis, quae ejus iter impediebat, capite terebravit, et sibi per eam iter fecit. — εἰς τὸ μέσον. in eum locum, qui erat ultra illam atomum. Sic enim τὸ μέσον, ut *media* apud Latinos, ea sunt, quae intra quosdam fines continentur, licet eos proxime attingant. Si tamen codex praeberet

εἰς τὸ πέραν διέβη,

id non repudiaverim.

LVIII. Cod. Vat. p. 547. »Non exstat hoc disti»chon in Planudea, nec in cod. Buheriano. E Vat. „membr. descripsit Salmasius ad oram exemplaris editio»nis Wechelianae. Cf. infra Ammiani Ep. XVII.« *Br.* Ad *Ammiani* carmen hoc distichon emendavit *Salmasius* in apogr. Guyeti. Nam in Cod. legitur: αὐτὸς ἐτρέπησε τὸν πόδα τῇ βελόνῃ. quod depravatum esse, sponte apparet. βελόνη h. l. non est acus, sed spina, ἄκανθα, ut ex *Ammiani* imitatione intelligitur. Caeterum hoc distichon plane ineptam hyperbolen continet.

V. 329.] *LIX.* Vat. Cod. p. 521. Plan. p. 157. St. 228. W. — Prima hujus distichi verba immutavit *Planudes:* εἰς σάλπιγγ' ἐνέπνευσε —, quod interpretamenti speciem habet. — Marcus cum tubam minimo spiritu inflasset, aëris tamen tractum secutus, praeceps in tubam delatus est. — V. 2. νῶθος ἀπ. Plan. ὀρθὸς ἀπῆλθεν. Vat. Cod.

LX. Vat. Cod. p. 522. Plan. p. 157. St. 229. W. — V. 1. ἦρεν ὁ καπνός. Fumo in altum ſublatus eſt; ut Empedocles, Aetnae flammis conſumtus, ap. *Lucian.* T. VII. p. 20. ed. Bip. ἐπεὶ γὰρ εἰς τοὺς κρατῆρας ἐμαυτὸν φέρων ἐνέβαλον, ὁ καπνός με ἀπὸ τῆς Αἴτνης ἀναρπάσας, δεῦρο ἀνήγαγε καὶ νῦν ἐν τῇ σελήνῃ κατοικῶ. — V. 2. ἀπῆλθεν ἔχων. participium aut abundat, aut celeritatis notionem habet. — V. 3. Cum nube in terram deſcendit, vulneribus, quae ab atomis in vacuo natantibus acceperat, opertus.

LXI. Vat. Cod. p. 522. Plan. p. 157. St. 229. W. — V. 1. πίλον γ. ὥστε κολυμβᾶν Vat. Cod. quam elegantiſſimam lectionem temere mutavit monachus. — Cujus cum natare volebat, ſaxum ſibi aut maſſam plumbi alligabat ad pedes. — Obverſabatur *Lucillio* hiſtoria de Phileta, quam *Aelianus* narrat V. H. IX. 14. ἐπεὶ ἀνατραπῆναι ῥᾴδιος ἦν ἐκ πάσης προφάσεως, μολίβδου, φασὶ, πεποιημένα εἶχεν ἐν τοῖς ὑποδήμασι πέλματα, ἵνα μὴ ἀνατρέπηται ὑπὸ τῶν ἀνέμων. Eundem *Athenaeus* narrat XII. p. 552. B. adeo macilentum fuiſſe, ὥστε διὰ τὴν τοῦ σώματος ἰσχνότητα σφαίρας ἐκ μολύβδου πεποιημένας ἔχειν περὶ τὼ πόδε, ὡς μὴ ὑπ' ἀνέμου ἀνατραπείη. ubi σφαίρας vix verum eſt. — V. 2. μόλιβδον. Vat. Cod.

LXII. Cod. Vat. p. 522. Plan. p. 157. St. 229. W. — In Diophantum ipſis Epicuri atomis minorem. — V. 1. Poſt ἔγραψεν comma ponendum puto: Epicurus omnem mundum ex atomis deſcripſit et quaſi compoſuit; deinde cauſa hujus opinionis additur: εἶναι τοῦτο λεπτότατον. Haec verborum jungendorum ratio mihi quidem videtur elegantior. — V. 4. πολύ τι. Vat. Cod.

LXIII. Vat. Cod. p. 522. Plan. p. 157. St. 229. W. Vertit *Auſon.* Ep. CXXII.:

Fauſtulus inſidens formicae, ut magno elephanto,
Decidit, et terrae terga ſupina dedit.

Mox idem ad mortem est multatus, calcibus ejus,
Perditus ut posset vix retinere animam.
Vix tamen est fatus: quid rides, improbe Livor,
Quod cecidi? cecidit non aliter Phaethon.

Postremam Epigrammatis partem minus recte interpretatus est. Menestratus invidiam fati et deorum accusat, quae ipsi, ut olim Phaëthonti, gloriam tam sublimis equitationis ereptam voluerit. — Respicitur in hac historia paroemiaca locutio, *Prae formicis exilem esse*, quam illustravit *Hadr. Junius* in Adag. 196. Lusus in Priap. XXXIII. *Collatas sibi — suisque membris Formicas facit altiles videri.* — V. 3. τὸ χαίρειν, τραῦμα scil. quod plene dixit *Lucian.* Imagg. §. 1. et multi alii.

T. 330.] *LXIV.* Cod. Vat. p. 522. Plan. p. 158. St. 229. W. Latebat Eumecius quaerentem, dum manibus expansis sub exiguo acetabulo dormiebat. — V. 1. „Quod in Stephani editione legitur ἐξήτουν, id procul „dubio typothetae aut correctoris errori debetur. Hoc „repraesentavit Wechelianae edit. curator, licet edd. „ceterae omnes, ut et MSS. recte ἐζήτουν habeant.“ *Br.* Vir doct. ap. *Huetium* p. 16. τὸν μὲν ἀνεζήτουν suspicabatur, improbante *Huetio*, qui recte monuit, sic perire allusionem ad nomen Εὐμήκιον, quo hominis brevitas per antiphrasin significetur. — V. 2. ὀξυβάφῳ. Vat. Cod. *Athen.* XI. p. 494. C. ὅτι δὲ ἐστὶ τὸ ὀξύβαφον εἶδος κύλικος μικρᾶς κεραμεᾶς, σαφῶς παρίστησιν Ἀντιφάνης. Locus *Antiphanis* iterum laudatur L. X. p. 446. C. D. Quae ibi depravatissima sunt, in altero loco emendate legi non meminerat *Casaubonus*, qui hic quaedam parum feliciter tentavit.

LXV. Vat. Cod. p. 522. sq. Plan. p. 158. St. 230. W. Historia de Chaeremone, qui aura in altum sublatus et araneae telae implicatus, tandem post aliquot dies per araneae filum in terram descendit. Hoc et alia hujus

generis Epigrammata poëtae nostri ante oculos habuisse videtur *Nicarchus* in Ep. inedito:

> Τὸν λεπτὸν Θακεῦντα Μενέστρατον εἴαρος ὥρῃ
> μύρμηξ ἐξελθὼν εἵλκυσεν εἰς ῥαγάδα.
> μυῖα δ' ἐπιπτᾶσ' αὐτὸν ἀνήρπασεν, ὡς Γανυμήδην
> αἰετὸς εἰς θαλάμους οὐρανίους Κρονίδα.
> πίπτε δ' ἐκ χειρῶν (Cod. δὲ χ.) μυίης, κοὐδ' ὣς θίγε γαίης,
> ἐκ δ' ἀράχνης ἱστοῦ τῶν βλεφάρων κρέμαται.

— V. 1. ἐξ αὔρης. Praeivit quodammodo Comicus in Ranis v. 1485. Εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ, Αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα. Erat enim Cinesias macilentissimus. *Athen.* XII. p. 551. — V. 3. ἐῤῥοίζητο. In Vat. Cod. ἐῤῥύζητο. Quaedam editt. vett. ἐῤῥοίζοιτο. Nostrum ex Ald. 2. 3. ed. Nic. Sabiens. in Stephanianam receptum est. Est in verbo ῥοιζεῖν et ῥοιζεῖσθαι magnae celeritatis significatio. Hinc ῥοῖζος ἀκόντων, ῥοῖζος νηὸς et similia apud poëtas. — Metus igitur erat, ne per aërem ferretur Chaeremon, nisi pedem implicuisset araneae telae. — Male *Brod.* ἐῤῥίζοιτο. *radices egisset in aëre.*

LXVI. Cod. Vat. p. 562. Plan. p. 159. St. 231. W. Vide ad Ep. LXIII. — V. 2. Ἄδρηστος vulgo. Hac nominis forma usus est *Antimachus* ap. *Strabon.* XIII. p. 880. Vide *Schellenb.* Antim. Reliqu. p. 71. sq. — V. 3. Ridetur non solum brevitas hominis, sed etiam tumor rhetoricus, quo se ipsum cum Bellerophonte, formicam cum Pegaso comparat. — Verba, ἐμυθεῦ σκολιτὸν, non Adrasti, sed poëtae videntur esse.

LXVII. Vat. Cod. p. 522. In Plan. p. 159. St. 231. W. ἄδηλον est. — V. 1. ῥιπίζων. Vat. Cod. ῥιπίζων *Opsopoeus stirrendo* et *sufflando* vertit; male. Cogitandum de puero, qui herae dormienti adstans, tabellis motis ventulum faciebat. Conf. *Terent.* in Eunuch. III. 5. 47. Hercules servilem suam ap. Omphalen conditionem descri-

describens: *Mollis et hirsutum cepit mihi fascia pectus, Et manibus duris apta tabella fuis*, ap. *Propert.* IV. 9. 19. secundum palmariam emendationem *N. Heinsii.* Hoc officium amantes etiam crebro praestabant puellis, quas deperibant; ut *Ovidius* III. Amor. II. 37. et Arte Am. I. 168. — V. 2. ἐξέβαλεν. Vulgo et Vat. Cod.

LXVIII. Cod. Vat. p. 523. Plan. p. 158. St. 230. W. Chaeremon arboris folio prostratus cum Tityo comparatur. — V. 1. πεφερημένος. Vat. Cod. Notavit *Salmasius* in not. ined. *Ita ferri potest et explicari: Cum Chaeremon vento ferretur, percussus tiliae folio. Sed vulgatam lectionem non mutamus.* — V. 3. Τιτυῷ. *Homer.* Od. λ. 575. Τιτυὸν — κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα. *Virgil.* Aen. VI. 595. *Tityon terrae omniparentis alumnum Cernere erat; per tota novem cui jugera corpus Porrigitur.* ubi vide Intrpp. — ὑπ' ἣ παλικάμπτῃ. Vulgo. »Πιτυκάμπτης et Πιτυοκάμπτης idem est, quo cognomine »insignitus Sinnis Corinthius, de quo Plutarchus in »Thesei Vita. Apollodor. L. III. extremo et alii multi.« *Br. H. Stephanus* invenit, nescio in quo libro, ἣ πιτυκάμπτῃ. idemque notaverat Anonym. Bibl. Bodlej. Nihil hic juvat Vat. Cod. qui etiam παλικάμπτῃ legit. In *Brunck.* lectionem inciderat *Salmasius* in not. ined. et *Huetius* p. 16. qui tamen nimis acutus *Lucillium* alludere putat ad πιτυοκάμπην, exiguum animalculum in pinubus succrescens. Fabulam de Scirone, qui, postquam multos *arborea cruce* (*Propert.* III. 21. 37.) obtruncaverat, ipse tandem eadem ratione per Theseum periit, docte nuper illustravit cl. *Boettiger in den Vasengemählden* I. Fasc. II. p. 138. sqq. qui Πιτυοκάμπτου nomen de gloriosis et summa quaeque de se promittentibus usurpatum esse docet. *Huetii* in hoc versu emendationem probavit adsensu suo *Toupius* in Emend. in Suid. P. III. p. 361. ubi quam profert loci Lucianei ex Prometheo §. 7. emendationem, ea composita est ex conjecturis

J. J. Wetstenii et *T. Hemsterhusii*, quorum uterque partem veri viderat. — V. 4. κανάβινον. simplici ν dedit Ed. pr. Flor. Ald. pr. Ascens. κανάβιον. Vat. Cod. Huc facit *Hesychius*: κάναβοι. τὰ ξύλα, περὶ ἃ τὸ πρῶτον οἱ πλάσται τὸν κηρὸν τιθέασιν· ὅθεν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἄσαρκοι κάναβοι λέγονται. Homines igitur significantur nucleo puparum similes, tenues, macilenti, et quorum ossa nihil carnis ambit. Auctorem Scholii in ed. Wechel. in errorem induxit vitiosa lectio ap. *Pollux.* X. 189. τὸ ξύλον, εἰς ὃ πλάσσουσι τὸ πῖλον οἱ κηροπλάσται, κάναβος καλεῖται. Lege τὸν πηλὸν et πλάττουσι, ut etiam ap. *Pollucem* emendavit *P. Leopardus* XI. 8. Cf. *Luciani* Prometh. §. 2. T. I. p. 19. Bip. Haec quamvis recte se habeant, fieri tamen possit, ut σῶμα κανάβινον non solum tenue et macilentum corpus in universum significet, sed tale corpus, in quo omnes et venae et nervi exstant et eminent. Nam κάναβος non solum id, quod *Hesychius* et *Pollux* dicunt, sed etiam exemplar significat, quod intuentes pictores sculptoresque similitudinem in majori opere efficiebant. Hoc docet *Suidas* in κίνναβος· (ubi κάναβος legendum esse vidit *T. H.*) τὸ εἴδωλον, πρὸς ὃ οἱ πλάσται καὶ οἱ ζωγράφοι βλέποντες διατίθενται πλάττοντες καὶ γράφοντες. Ἀριστοφάνης καὶ ἄλλοι πολλοί. In his εἰδώλοις nihil praeter venas et musculos expressos sive adumbratos fuisse, ut in pictura lineari fieri solet, apparet ex loco *Aristotelis* Hist. Anim. L. III. 5. quem *D. Heinsius* ad *Hesychium* T. II. p. 134. melius quam *Scaliger*, sed minime tamen accurate interpretatus est: αἱ μὲν γὰρ φλέβες, ὥσπερ ἐν τοῖς γραφομένοις κανάβοις, τὸ τοῦ σώματος ἔχουσι σχῆμα παντὸς οὕτως, ὥστ' ἐν τοῖς σφόδρα λελεπτυσμένοις πάντα τὸν ὄγκον φαίνεσθαι πλήρη φλεβῶν. ubi κάναβοι non sunt *homines macilenti et exhausti*, sed figura humana pictura lineari adumbrata ad sculptoris pictorisve usum.

S. 331.] *LXIX.* Cod. Vat. p. 542. *Lucillio* hoc carmen vindicat, quod in Plan. p. 159. St. 238. W.

ἄδηλον est. Nihil timendum esse Cajo, et pusillo et meticuloso, ne militibus adscribatur; pygmaeos enim Romanis ad bellum inutiles esse. — V. 1. ἀττελέβους. minima locustarum species sine pennis, secundum *Plinium* XXIX. 5. Sunt qui significari putent locustam, cui alae jam nasci et extuberare incipiant; de qua re vide *Swammerdam* Bibl. Nat. p. 213. Attelabis ad solem exsiccatis vescebantur Nasamones, teste *Herodoto* IV. 172. p. 357. — ἢ κυνομυίας. Majus muscae genus ἡ κυνόμυια, de qua *Aelian.* H. A. IV. 51. τὴν μέγεθος ὅμοιον φύσει τῇ καλουμένῃ κυνομυίᾳ, βομβεῖν δὲ τοῦ οἴστρου μᾶλλον, ἔχειν δὲ ἔλαττον τὸ κέντρον. Vide quae collegit *Bochartus* in Hieroz. T. II. p. 551. — V. 2. μυίας. Vat. Cod. Flor. pr. Ald. 1. 2. 3. Nicol. Sab. — μύας Stephan. cum Ascens. Verius hoc, cum muscarum jam facta sit mentio, et mox *ranae* commemorentur. — ψυλλῶν ἱππικόν. contra pulicum equestres copias. — V. 3. εἴ τις καταλέξῃ. Vat. Cod. — V. 5. „Vulgo legitur ἀτρέμας ἦσο. Haec verba in nullo „Planudeorum codd. nec in Florent. edit. nec in Aldina „pr. leguntur. Ad oram codicis Jani Lascaris suppleta „lacuna ἄτρεμος ἴσθι, quod recepi. Minus bene in exem„plari quod habeo Aldinae pr. vir doctus, quem Bea„tum Rhenanum fuisse conjicio, scripsit ἀτρέμας ἴσθι.“ *Br.* In membr. Vat. legitur ἄλλο τι παίζει, quae verba sic interpretatur *Salmasius* in not. inedit. *Omnino ita legendum. Si ducitur exercitus virorum et lectae virtutis hominum, tu quidem debes ludere et securus esse; non enim quisquam dux te cum illis militem scribendum curaverit.* — V. 6. ἐμμαίοις δ' οὐδείς. Vat. Cod.

LXX. Vat. Cod. p. 540. sq. Plan. p. 133. St. 193. W. De agro Menophanis tam exiguo, ut Menophanes, cum fame periret, locum in agro non inveniret, ubi se suspenderet, nec ubi sepeliri posset. Confer in Anthol. Lat. L. III. 56. p. 493. et *Martial.* XI. Ep. 18. ex quo haec pauca transscribimus:

Fines meus populatur et colono
Tanquam sus Calydonius timetur;
Et sublata volantis ungue Procnes
In nido seges est hirundinino;
Et cum stet sine falce mensulaque,
Non est dimidio locus Priapo.

— V. 6. οὐκ ἀτόμων. Menippus in *Luciani* Icarom. §. 18. T. VII. p. 18. in terram de luna despiciens, et, quantillum de tam exiguo globulo vel ditissimo cuique relinquatur, cogitans, σχεδὸν γὰρ, ait, ὁ πολυπλεθρότατος αὐτῶν μίαν τῶν Ἐπικουρείων ἀτόμων ἐδόκει μοι γεωργεῖν.

LXXI. Cod. Vat. p. 521. Plan. p. 159. St. 232. W. In Timomachum longissimae staturae hominem. Nihil hoc Epigramma habere, quod lectorem moretur, pronuntiavit *Opsopoeus*, quem tamen postremum versum non intellexisse, ex ejus interpretatione apparet. Verba, πέντ' ἐπὶ πέντε πόδας, neque decem pedes, ut *Brodaeus* interpretatur, nec viginti quinque pedes, ut *Opsopoeus*, significant; quis enim inde sensus emergat? sed hoc ait *Lucillius*: si quando surgere et erectus stare vellet Timomachus, servi tegulas detegebant, ita ut foramen fieret, quinque in quovis latere pedes patens. Non solum longitudinem hominis, sed etiam amplitudinem et obesitatem corporis significat. — V. 1. πεντόργυιος. domus triginta aut quinquaginta pedes alta. Alii enim τὴν ὀργυιὰν sex, alii decem pedes longam faciunt. — V. 2. εἴκοσι. Vat. Cod.

LXXII. Cod. Vat. p. 562. Plan. p. 164. St. 238. W. Poëtas laudat, qui auditores coena excipiant; contra eos, qui tantum recitent, imprecationibus insectatur. — V. 1. ποιητὴς πανάριστος. *Theocrit.* XVI. 21. οὗτος ἀνὴρ ἄριστος, ὃς ἐξ ἐμεῦ οἴσεται οὐδέν. Color, ut in versibus *Zenonis*, qui ipsi ex Hesiodeis expressi sunt, ap. *Diogen. Laërt.* VII. 25. κεῖνος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

Ceterum hunc morem coena sibi auditores conducendi lepide perstrinxit *Catullus* Carm. XLIV. et *Martialis* L. III. 50.:

Haec tibi, non alia est ad coenam causa vocandi,
Versiculos recites ut, Ligurine, tuos.
Deposui soleas, affertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarumque liber.
Alter perlegitur, dum fercula prima morantur.
Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit.
Et quartum recitas et quintum denique librum.
Putidus est, toties si mihi ponis aprum.
Quod si non scombris scelerata poëmata donas:
Coenabis solus jam, Ligurine, domi.

Conf. L. III. Ep. 45. in eundem Ligurinum, et *Persium* Sat. I. 30. sqq. — V. 3. πέμπει. Vat. Cod. — V. 4. ἰδίαν. Vat. Cod. In se ipsum convertat hanc recitandi et auditores enecandi rabiem. Formula imprecandi, ut εἰς ἐχθρῶν κεφαλὰς ὁ ἀλεξίκακος τρέψειε ap. *Lucian.* Qu. Hist. scrib. §. 19. T. IV. p. 181. Bip. et εἰς κεφαλὴν ἐμοὶ, et similia ap. Comicum. Vide *Kuster.* ad Plutum v. 526.

¶. 332.] *LXXIII.* Cod. Vat. p. 527. *Lucillii* nomen adscriptum habet. In Planud. p. 165. St. 239. W. est ἄδηλον. In Heliodorum, pessimum versificatorem, qui in mala coena malos versus recitaverat. — V. 2. τρία. i. e. κότυλας. tria pocula pessimi vini, quod etiam ὠμοβοειότερον (quasi crudum dicas vinum, nec dum satis coctum et mitigatum) fuisse ait, quam carnes illas bovillas, quas *Lucillio* apposuerat. — Ceterum fuisse, qui θρία legerent, monuit Scholiastes in Wechel. eamque lectionem probavit *Opsopoeus*, nec repudiavit *Brodaeus*. Quid sit θρῖον, docet *Scholiast. Aristoph.* Eqq. v. 951. Verbum κεράσας melius ad vulgatam lectionem quadrat. — V. 3. Epigrammatum, quae recitas, tanquam fluctibus me submergis, nihil ejusmodi meritum. καταικλύζειν

sensu *obruendi*, praesertim ubi de affectibus agitur, passim occurrit. Vide *Markland.* ad *Max. Tyr.* XXXIII. 5. p. 143. ed. R. ἐπιπλέξεις ἐμὲ τοιούτοις κακοῖς. *Lucian.* Pseudol. 25. T. VIII. p. 80. δέδοικα, μὴ ἡ γυνὴ — τὴν γλῶτταν ὑμῶν ἐκείνην ἐπιστήσῃ καὶ καταπλέξῃ καὶ ἐμὲ καὶ ὑμᾶς. *Liban.* T. IV. p. 134. 14. ed. R. *Lucillius* in Ep. ined. Ἑλλήνων ἐπέκλυσε (Cod. ἐπέλυσε) πόλιν ποτὲ, δέσποτα Καῖσαρ, Εἰςελθὼν ἀπὸ Ναύπλιον Ἡγέλοχος. — Si fortasse bovinas carnes edens idem peccavi, quod olim Ulyssis socii, quibus *potior patria fuit interdicta voluptas,* (*Horat.* I. Epist. VI. 64.) semel perire malo, quam lenta hac morte confici. Verba, βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανεῖν, ducta sunt ex Odyss. μ. 348. ubi Eurylochus socios exhortans, ut Solis boves mactent, εἰ δὲ, inquit, χολωσάμενός τι βοῶν ὀρθοκραιράων Νῆ' ἐθέλῃ ὀλέσαι — Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι, Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι. ad quem locum veteres passim respexerunt. Iis, quae notavimus in Exercit. Crit. T. I. p. 55., adde *Liban.* T. IV. p. 143. 15. πότερον ἧττον εἰς συμφορὰν εἰςάπαξ ἀποθανεῖν, ἢ πολλάκις ἐγγίζειν τοῦ θανάτου. *Plutarch.* in Vit. Caes. p. 734. E. εἰπὼν, ὡς βέλτιόν ἐστιν ἅπαξ ἀποθανεῖν ἢ ἀεὶ προςδοκᾶν. et *Vellejum* II. 57. p. 264. ubi vide *Ruhnkenium.* — V. 6. ἰδὼ μακράν. Vat. Cod.

LXXIV. Vat. Cod. p. 527. Plan. p. 163. St. 237. W. *Lucillius* Heliodorum ad poëticum certamen provocat, ut appareat, uter alterum nugis proferendis antecellat. Similis est provocatio ap. *Horatium* I. Serm. IV. 14 *Crispinus minimo me provocat: accipe, si vis, Accipe jam tabulas; detur nobis locus, hora, Custodes: videamus, uter plus scribere possit.* — V. 2. ταῦτα πρός. Vat. Cod. — V. 3. ἔσσετ' ἴδ'. Respicitur versus Homericus ex Il. ζ. 143. ἆσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι. quem lepidissime ad urbem Asson transtulit *Nicostratus* ap. *Strabon.* XIII. p. 610. Versus notissimi dimidiam tantummodo partem pronuntiat noster, ut in talibus fieri solet

Non igitur opus est conjectura *Casauboni*, ὥς κεν θάεσσθ. ὅλοιο σύ. — V. 4. μακροφ. ipso me Heliodoro longe nugaciorem reperies. Ἡλιοδωρότερον, κατὰ τὸν Ἡλιοδώρου τρόπον, καὶ ἔτι μᾶλλον φλυαροῦντα.

LXXV. Vat. Cod. p. 548. Plan. p. 164. St. 238. W. Historia de Marco poëta, qui propter epigramma, quod composuerat, monostichum, cenotaphium exstruxerat. — V. 2. ᾠκοδόμησε. Vulgo. — V. 5. εἶδον. Cippus loquitur, qui ullum se unquam Maximum novisse negat. — ἐς δ' ἐπίδειξιν. Ostentandi ingenii causa Marcus me exstruxit, ut viatores lugere juberem. In ficto argumento versabatur Marci ingenium, cum illum versum componeret, id quod in ἐπιδείξεσιν solemne est. — V. 6. λέγει. Vulgo, male. λέγω habent membranae.

LXXVI. Cod. Vat. p. 526. Plan. p. 163. St. 237. W. Potamonem poëtam, qui auditores versibus enecabat, et Hermogenem chirurgum gravissimis humani generis pestibus annumerat *Lucillius*. — V. 1. Vulgo hic versus sic legitur et distinguitur: Οὔτ' ἐπὶ Δευκαλίωνος, ὕδωρ ὅτε πάντ' ἐγενήθη. quo admisso, nullus hujus versus nexus est cum verbo ἔκτεινεν, nec justa antithesis efficitur. Nullum tamen interpretum ad hunc locum offendisse video. Cum *Brunckii* lectione, cujus auctorem et auctoritatem pariter ignoramus, egregie conspirat versio summi *Grotii*:

Non Phaëthon, ussit qui flammis omnia, non quae
Omnia merserunt Deucalionis aquae.

πάντ' ἐγενήθη est etiam in Vat. membr. — Ceterum mihi in verbis prioris hemistichii articulus desiderari videtur. An igitur scriptum fuit:

οὔτε τὸ Δευκαλίωνος ὕδωρ — —

— V. 3. ἔκτεινεν. *Horat.* Epist. ad Pison. v. 474. *Indoctum doctumque fugat recitator acerbus; Quem vero*

arripuit, *tenet occiditque legendo.* — V. 5. κατὰ pro κακά. Vat. Cod.

V. 333.] *LXXVII.* Cod. Vat. p. 526. Plan. ibid. Umbras et manes *Lucillius* monet, ut fibi ab Eutychide poëta, jam ad inferos defcenfuro, caveant. — V. 2. Εὐτυχίδας. Vat. Cod. ἔχων ᾠδάς. cum magno carminum apparatu. — V. 4. νόμων. Cantus notationem, quae fit notis muficis; intellige. De Caffio verfificatore foecundiffimo *Horat.* I. Sermon. X. 62. — *Etrufci Quale fuit Caffi rapido ferventius amni Ingenium: capfis quem fama eft effe librisque Ambuftum propriis.* — V. 5. ὁ Χάρων. nunc demum mortui effe videmini, nunc demum peftis et pernicies ad vos acceffit. Sic nomine Charontis translata ratione ufus eft *Cercidas* jambographus ap. *Athen.* L. VIII. p. 347. E. λεβητοχάρων, de homine gulofo, ni fallor, qui lebetibus perniciem affert, ut ille ap. *Horatium* I. Epift. XV. 31. — *pernicies et tempeftas barathrumque macelli*, qui *Quicquid quaefierat, ventri donabat avaro.* — V. 5. »ἀπέλθῃ. Sic in Planudea male. Cod. »Vat. ἀπέλθει. Scribendum ἀπέλθοι. Subauditur ἄν.« *Br.* In fequ. verfu haereo. Quamvis enim bene dicatur κατὰ γῆς et κατὰ χθονὸς εἶναι de iis, qui fub terra abditi jacent, (vide *Valckenar.* ad *Herodot.* p. 312.) dubito tamen, an γῆν κατέχειν fignificet *infernas fedes tenere*, ut *Brodaeus* interpretatur. *Euripides* quidem Electr. v. 203. longe diverfo fenfu dixit: ὅς που γᾶν ἄλλαν κατέχεις μέλεος ἀλαίνων. et in Helen. v. 1222. ποδαπὸς δ' ὅδ' ἀνὴρ, καὶ πόθεν κατέσχε γῆν. et in multis aliis locis apud quosvis fcriptores. Quare minima mutatione legerim:

— ἐπεὶ χ' ΑΙΔΗΝ Εὐτυχίδης κατέχει.

poftquam Eutychides etiam in Orco verfatur. Color eft, ut in Ep. *Juliani Aegypt.* LX. de Archilochi ad inferos defcenfu: πῶς οὐκ ἂν προλίποι σκοτίην πολυδάκρυον οἶκον Νεκρὸς ἅπας, φεύγων τάρβος ἀκεσβολίης;

LXXVIII. Cod. Vat. p. 527. Plan. p. 163. St. 238. W. In Marcum verſificatorem, qui elegos in filii obitum recitans auditorem fere enecaverat. — V. 1. κόπτου. Vide ad Ep. XLV. 4. Alio ſenſu recitantes et loquaces κόπτειν dicuntur auditores, ut *Anaxipp.* ap. *Athen.* IX. p. 404. B. ἐμὲ κατακόψεις, οὐχ ὃ θύειν μέλλομεν. cui ſimilia dedit *Pierſon.* ad Moer. p. 74. Loquacis mulieris vir ap. *Liban.* T. IV. p. 141. 20. μεθ' ἡμέραν κόπτομαι, νυκτὸς διαφθείρομαι. — V. 2. παρά σοι. Vat. Cod. et margo ed. Wechel. Vulgo παρὰ σοῦ. — V. 3. πάλιν deeſt in membr. Vat. — V. 4. στίχινος θάνατος. *verſibus occiſum quippe, cruente, tuis* vertit *Grotius.* Pro σφαζόμενον membranae στάζόμενον offerunt; quod quis fortaſſe in στιζόμενον mutari velit. Sed vulgatum reliquis verbis videtur accommodatius. — V. 6. „Veriſimilis eſt Sca„ligeri emendatio ad Sueton. T. I. p. 638. ed. Burm. „reponentis καταλείξαντες. ſed alterius, quod ibi protu„lit, diſtichi ſenſum non aſſecutus eſt.“ *Br.* Eandem conjecturam *Joſ. Scaligeri* reperio in ejus not. mſc. et de Em. Tempor. p. 479. Nititur narratione *Suetonii* in C. Caeſ. Caligul. c. XXI. *Edidit – in Gallia Lugduni miſcellos. Sed et certamen quoque graecae latinaeque facundiae, quo certamine ferunt victoribus praemia victos contuliſſe, eorundem et laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguave delere juſſos, niſi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent.* Eodem reſpexiſſe videtur *Juvenal.* Sat. I. 44. *Palleat, ut nudis preſſit qui calcibus anguem, Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram.* — *Huetius*, qui hanc *Scaligeri* conjecturam profert p. 17., acutam cenſet, veram eſſe negat. Nam πάθοιεν eſſe optantis ſeu imprecantis; nec calamos lambere fuiſſe receptum in morem. Vulgatam ſic interpretatur: Quae utinam ii paterentur, qui uſum librorum et calamorum hominibus oſtenderunt. — Sed ſic jejune hoc carmen

terminatur, cum imprecatio exspectationi minime respondeat. At, Scaligerana lectione admissa, etiam πάθομεν legendum foret; quo facto, illa facilitas, qua illa se tantopere commendabat, perit. *Grotius* vertit:

Namque tuo patior pro funere talia, ferrum
Qualia, qui calamos scriptaque tota vorant.

LXXIX. Cod. Vat. p. 527. Plan. p. 163. St. 238. W. Callistratum versificatorem rogat, ut inducias secum faciat, neque assidue recitando quovis boste sit infestior. — V. 1. οὐχ οὕτω κακοεργόν. Parodiam versus Arataei nemo non observavit, in Phaenom. v. 131. aeneae aetatis homines πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν. Ferrum κακὸν φυτὸν appellat *Callimachus* ap. *Schol. Apoll. Rhod.* II. 375. — V. 6. εἰς ἀνοχὰς γάρ. Haec diligenti lectori vereor ut sincere scripta videri possint. ἡμερίων mortalium interpretantur, nullo sensu. Rectius ab ἡμέρα, ἡμέρια deduxeris; sed nec de hac forma quidquam constat. Quamvis vel sic dierum ad inducias concessorum desideratur numerus. Mihi in mentem venit:

εἰς ἀνοχὰς γὰρ
καὶ Πρίαμος κλαίοντας εὐμαρίης ἔτυχε.

εὐμαρίην *Hesychius* interpretatur ἡσυχίαν, quae significatio huic loco accommodata est. Potest etiam vulgari sensu sic accipi: Etiam Priamus facilem sibi invenit hostem (Achillem) ad inducias ipsi concedendas.

LXXX. Cod. Vat. p. 526. *Lucillio* tribuit, quod ἄδηλον est in Plan. p. 164. St. 239. W. Ridet poëta eos, qui juvenes poëtas senioribus propter unam aetatis rationem posthabent. — V. 2. ἥρωα. omnes vett. edd. ante *Stephanum.* — κἂν εἴπῃ. quamvis Homerum ingenio referat. — Vulgo εἴποι legitur. — V. 3. Πριάμου. Pro quovis grandaevo *Priami* nomen passim occurrit. *Martial.* II. 64. *Peleos et Priami transit, vel Nestoris annos.*

V. 59. *Jam cras istud habet Priami vel Nestoris annos.* De vetula in Lusib. nr. LVIII. *Quae forsan potuisset esse nutrix Tithoni, Priamique Nestorisque.* Iidem junguntur nr. LXXVIII. — ἴχει habet Flor. pr. — V. 4. οὐ δύνατ' ἄλφα γράφειν. Similis est paroemiaca locutio ap. Francogallos de imperito: *il ne sait pas faire la panse d'un A.* — ¶. 334.] V. 5. οὕτω. Vulgo. — ἴχων. Vat. Cod. Quod si verum est, laus poëseos ad senes herniosos transit, quos communis opinio tanquam stolidos ridet. Cf. *Martial.* XII. 85. et quae notavimus ad *Luciani* Ep. XVIII.

LXXXI. Cod. Vat. p. 534. Plan. p. 151. St. 220. W. In Apollophanem histrionem, qui egestate coactus apparatum scenicum vendidit. — V. 2. ῥόπαλον. *Pollux* IV. 117. ῥόπαλα καὶ λεοντῆ καὶ παντευχία τραγικῆς ἐνδρείας σκευῆς. — V. 3. τὰ φόβητρα. serpentes puta, quos Furiae manibus gestabant. Idem vocabulum, sicut μορμολυκεῖον, de quovis *terriculamento* usurpabatur; ut in *Aeschin.* Axiocho c. VIII. καὶ νηπίων ὡς ἀληθῶς φόβητρα. Philopatris inter *Lucianea* §. 9. T. IX. p. 247. καὶ εἴτις παρθένον παρατομήσειε, ταὐτὸ γίνοιτο φόβητρον τοῖς πολλοῖς. *Schol.* in *Euripid.* Phoeniss. 1266. μίσητρον τὸ ἐμποιοῦν μῖσος, τὸ φόβητρον τὸ φόβου ποιητικόν. *Theophylactus* Ep. LXXIII. τὰ δὲ φόβητρα, ἃ ἡμῖν ἐπανατείνεσθε, μορμολυκεῖα παίδων εἰσίν. — Ποσειδῶνος τριόδοντα. Vat. Cod. quod reponendum. — V. 4. ὅπλον. Non *hasta*, ut *Brodaeus* interpretatur, sed *scutum* Minervae, quo nihil illustrius, secundum *Homer.* Il. β. 446. Vide inprimis *Cuperi* Obss. I. 7. p. 43. — V. 5. Est parodia versus Homerici Il. δ. 1. οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο. — Dii apparatu suo privantur, ut Apollophanes paullum cibi et vini comparare possit.

LXXXII. Cod. Vat. p. 541. Plan. p. 162. St. Lepidum hoc Epigr. pantomimum ridet, qui Nioben, Capaneum et Canacen saltaverat. Expressit hoc carmen *Ausonius* LXXXIII.

Deceptae felix casus se miscuit arti.
Histrio saltavit qui Capanea, ruit.
Idem, qui Nioben saltavit, saxeus, ut eum
Spectator veram crediderit Nioben.
In Canace visus multo felicior ipsa,
Quod non hic gladio viscera diffecuit.

Graecum exemplar elegantius longe et lepidius. — V. 3. ὡς λίθος. Haec fortasse expressit *Palladas* Ep. LVII. Δάφνην καὶ Νιόβην ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός· Ὡς ξύλινος Δάφνην, ὡς λίθινος Νιόβην. — V. 4. ἐξαπίνης ἔπεσεν. Capaneus enim, in moenia Thebana ascensurus, fulmine percussus est et — εἰς γῆν ἔμπυρος πίπτει νεκρός. *Euripid.* Phoen. 1193. Pantomimus autem non eo quo debebat tempore, sed ἐξαπίνης collapsus est; nisi forte hoc vocabulum ineptos hominis motus significat, qui cum decore cadere nesciebat. Ceterum in ἔπεσε ambiguitatem frustra quaerebat *Brodaeus*, quia histriones dicantur πίπτειν, cum exploduntur et ejiciuntur. — V. 5. Quod Canacen saltans vivus excessisti, id fecisti contra fabulae fidem, et omnibus spectatoribus displicuit, qui tam ineptum hominem morte quam vita digniorem existimabant scil. *Canacen Aeolus propter incestum cum fratre Macareo commissum ense transverberavit*, secundum *Hyginum* Fab. CCXXXVIII. Cum tamen h. l. Canace ipsa ensem habuisse dicatur, apparet, pantomimorum poëtas secutos esse aliam narrationem, secundum quam Aeolus filiae ensem miserat, quo se confoderet. *Ovid.* Heroid. XI. 3. *Dextra tenet calamum, strictum tenet altera ferrum, Et jacet in gremio charta soluta meo.* et v. 94. *Aeolus hunc ensem mittit tibi: tradidit ensem: Et jubet ex merito scire, quid iste velit.*

LXXXIII. Vat. Cod. p. 541. Plan. p. 162. St. 235. W. Etiam hoc in ineptum pantomimum, Aristonem, scriptum est. — V. 1. ἐκ ποίων. Similiter infra CXI. de pa-

vigio: Ἐκ ποίων ἔταμες, Διονύσιε, τὰ ξύλα ταῦτα Λατομιῶν; ποίων τὸ σκάφος ἐστὶ μύλων; — Respicitur ad proverbialem locutionem, cujus auctor *Homer.* Od. τ. 163. οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης. ubi vide *Clarkium. Diodor. Zon.* Ep. V. κοκκύαι γὰρ ἔλεξαν Ἁμῖν ὡς πρότεραι ματέρες ἀντὶ δρυός. — Poëtam lignei ingenii sic alloquitur nescio quis in Anthol. Lat. T. I. p. 610. CLXVII. *Praescissae silicis cautibus edite, Silvestri juvenis durior arbusto.* Etiam *Callimacho* ξύλινον νοῦν tribuit *Apollonius Gramm.* infra p. 358. — V. 5. καὶ σύ τι Λητοῦ. Niobe enim Latonae se praeferens in saxum mutata est. Ejusmodi jactantiae culpam Aristonem contraxisse, lepide suspicatur *Lucillius*, quia aliter intelligi non possit, quomodo ille tam plane lapideus factus sit.

LXXXIV. Cod. Vat. p. 528. Plan. p. 169. St. 246. W. Exposuit hoc Epigramma *Erasmus* in Adagiis III. Cent. I. 15. qui comparat *Martial.* VI. 19.:

Non de vi, neque caede, nec veneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abesse furto.
Hoc judex sibi postulat probari.
Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,
Et perjuria Punici furoris,
Et Sullas, Mariosque, Muciosque
Magna voce sonas manuque tota.
Jam dic, Postume, de tribus capellis.

Conf. *Desider. Heraldum* Anim. ad Martial. p. 121. sq. — V. 1. ἀπολώλεκα. furto perdidi. — ὧν χάριν. hanc caussam ut ageres, mercedem tibi pepigi. — ¶. 335.] V. 3. *Scholiastes* in ed. Wechel. et post eum *Heraldus* comparavit *Lucianum* in Rhetor. Praec. §. 18. T. VII. p. 238. κἂν περὶ ὑβριστοῦ τινος ἢ μοιχοῦ λέγῃς Ἀθήνησι, τὰ ἐν Ἰνδοῖς, καὶ τὰ ἐν Ἐκβατάνοις λεγέσθω· ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ Μαραθὼν καὶ ὁ Κυναίγειρος, ὧν οὐκ ἄν τι ἄνευ γένοιτο, καὶ ἀεὶ ὁ Ἄθως πλείσθω, καὶ ὁ Ἑλλήσ-

πόντος πεζευέσθω, καὶ ὁ ἥλιος ὑπὸ τῶν Περσικῶν βελῶν σκιαζέσθω, καὶ Ξέρξης φευγέτω, καὶ ὁ Λεωνίδας θαυμαζέσθω, καὶ τὰ Ὀθρυάδου γράμματα ἀναγιγνωσκέσθω, καὶ ἡ Σαλαμὶς καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον καὶ αἱ Πλαταιαὶ, πολλὰ ταῦτα καὶ πυκνά. In hoc enim locorum communium gyro eloquentia sophistarum et minutorum oratorum agitabatur. — V. 4. ἀνάγειν sensu forensi est *deferre*, *accusare*. Vide *Budaeum* in Comm. Gr. L. p. 290. οἱ κατὰ Θερμοπ. sunt trecenti illi Spartani, qui ad Thermopylas fortiter pugnantes occubuerunt. κλέπτας pro appositione habendum est, ὡς κλέπτας; ne cum *Heraldo* Πέρσας corrigendum suspiceris. — V. 7. Dicis saltem causa mei memineris. νόμου χάριν ut ap. *Lucian.* Ep. XIV. — V. 8. ἀλλὰ λέγε. De origine hujus paroemiae non constat.

LXXXV. Cod.Vat.p.528. Plan.p.169. St.246.W. In Marcum rhetorem, quem Pluto hac lege in Orcum recipit, ut declamando poenam addat Ixioni, Tityo aliisque, qui apud inferos puniuntur. — V. 2. Κέρβερε. Maledicum tibi finge et latrantem rhetorem. Hoc sensu procul dubio is, quem in Pseudologista perstringit *Lucianus* §. 29. T. VIII. p. 85., adversarium Κέρβερον ἐν τοῖς λόγοις εἶναι dixerat. Mox nihil facetius, quam Melitonis, poëtae, cum Tityo et Ixione conjunctio. Gravissimis igitur cruciatibus dignum censebat *Lucillius* Melitonem, quem tragoediarum scriptorem fuisse apparet ex Ep. CXI. — V. 4. „Inepte in Planudea legitur μελίτων. „Vat. Cod. μελίτῳ. Verum est μελίτω." *Br.* Eadem emendatio est in not. *Brodaei*, et ap. Anonym. Bodlej. nec aliud quidquam voluit *Huetius* p. 18. ubi μελιτῷ vitiose excusum est, qualia multa in illis notis pessime depravata sunt. Sic autem haec verba interpretatur doctissimus Praesul: Declama apud Ixionem, Melitonem et Tityum, ut hoc supplicio torqueantur, quo pejus non habeo. — V. 6. Ῥοῦφος. Oblique et quasi aliud agens Rufum grammaticum notat. — σολοικίζει. Flor. pr. Ald. I.

et Asc. In ἐλθὼν σολοικίζῃ est enallage satis ap. poëtas frequens pro ἔλθῃ σολοικίζων. Hunc Rufum aliunde cognitum non habemus.

LXXXVI. Vat. Cod. p. 529. Planud. p. 170. St. 247. W. In Flaccum rhetorem soloecissantem. Cf. Ep. *Ammiani* VII. — V. 1. μηδὲ λαλῶν. Ex *Brodaei* nota huc transferamus, quae ad rem faciant: *Quintil.* Inst. Orat. I. 5. 36. de soloecismo agens: *In gestu quoque nonnulli putant idem vitium inesse, cum aliud voce, aliud nutu, vel manu demonstratur.* Histrionem τῇ χειρὶ σολοικίζοντα de concertatione abegit *Philostratus* Vit. Soph. I. 25. p. 542. De vitiis pantomimorum agens *Lucianus* de Saltat. §. 80. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ὑπ' ἀμαθίας καὶ σολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει ἐπιδείκνυνται, οἱ μὲν ἄλογα κινούμενα κ. τ. λ. Verbum σολοικίζειν, et soloecismi notionem sophistae et poëtae sequioris aevi ad omnem incongruentiam transtulerunt; ut *Plutarch.* T. II. p. 45. E. non debet auditor quidem in declamante quodvis vel minimum peccatum notare, αὐτὸς δὲ ἀνεπίφθονος ἀσχημονεῖν καὶ πολλὰ σολοικίζειν περὶ τὴν ἀκρόασιν. Id. T. II. p. 520. B. Οἱ τοίνυν πολυπράγμονες, οὐ στίχων, οὐδὲ ποιημάτων, ἀλλὰ βίων ἀστοχήματα καὶ σολοικισμοὺς ἀναλεγόμενοι καὶ συνάγοντες, ἀμουσότατον καὶ ἀτερπέστατον κακῶν γραμματοφυλακεῖον τὴν ἑαυτῶν μνήμην περιφέρουσιν. Quaedam voluptatum genera σολοικισμὸν ἐκάλει *Nigrinus* ap. *Lucian.* §. 31. T. I. p. 53. Bip. *Hieronym.* adv. Helvid. c. VIII. *Apud Christianos soloecismus est magnus et vitium, turpe quid narrare vel facere.* Ridicule *Martial.* XI. 20. *Quaeris, cur nolim te ducere, Galla? diserta es. Saepe soloecismum mentula nostra facit.* — V. 4. Ego eum videns, non possum eloqui, quae velim, sed barbara et soloeca loquor. τὸ στόμα μου δέδεται. ut Ep. XLVIII. εὐθὺ σολοικίζον τὸ στόμα μου δέδεται. — Ceterum notandum anacoluthon hujus versiculi; quod *H. Stephanus* *Lucillium* de industria hoc loco commisisse censebat,

ut ostenderet, se, quoties Flacci meminerit, soloecismos vitare non posse.

LXXXVII. Cod. Vat. p. 528. *Lucillio* inscribitur, in Plan. p. 170. St. 248. W. *Ammiano* tribuitur. Critonem rhetorem poëta ridet, qui, quod voculas quasdam Atticis et Demosthem inprimis usurpatas ubique inferciret, rhetorem se putaret et Atticum. Conf. *Coveal.* Ep. II. *Ammiani* Ep. XXII. Insanam Atticistarum cacozeliam perstringit *Lucian.* in Lexiph. §. 21. T. V. p. 198. sqq. et in Rhetor. Praecept. §. 16. T. VII. p. 235. ἔπειτα πεντεκαίδεκά που, ἢ οὐ πλείω γε τῶν εἴκοσι Ἀττικὰ ὀνόματα ἐκλέξας ποθὲν, καὶ ταῦτα ἀκριβῶς ἐκμελετήσας, πρόχειρα ἐπ' ἄκρας τῆς γλώττης ἔχε, τὸ ἄττα, καὶ κᾆτα, καὶ μῶν, καὶ ἀμηγέπη, καὶ λῷστε, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐν ἅπαντι λόγῳ, καθάπερ τι ἥδυσμα, ἐπίπαττε αὐτῶν. Similia de iis, qui philosophiam profitebantur, conqueritur *Themistius* Orat. XXI. p. 252. sq. — V. 1. τρὶς κατ' ἄκαστα. tertio quoque verbo judices appellandi. Male haec verba *Opsopoeus* accepit. — V. 3. ταύτῃ. Vat. Cod. — V. 4. συνθέμενος. Vulgo et in Vat. Cod. Nec aliter voluisse *Brunckium* existimo. Criton bonae ejusmodi vocularum copiae providerat, προὐκαθέμενος; verbum simplex pro composito. *Casaubonus* tamen in not. msc. λεξίφανος emendabat. — V. 6. Majora etiam illis prioribus in posterum pollicetur, nempe formas quasdam poëticas, ut φᾶθι et μῶν, et comicum vocabulum γρῦ.

p. 336.] *LXXXVIII.* Vat. Cod. p. 539. Planud. p. 143. St. 207. W. *Luciano* tribuit carmen, quod membranae *Lucillio* vindicant. — In Telesillam, oris foetore, quicquid unquam fuit foetidum, superantem. Ejusdem argumenti est Ep. *Martialis* VI. 93.:

Tam male Thaïs olet, quam non fullonis avari
Testa vetus, media sed modo fracta via.

Non ab amore recens hircus, non ora leonis,
Non detracta cani Transtiberina cutis.
Pullus abortivo nec cum putrescit in ovo,
Amphora corrupto nec vitiata garo.
Virus ut hoc alio fallax permutet odore,
Deposita quoties balnea veste petit:
Psilothro viret, aut acida latet oblita creta,
Aut tegitur pingui terque quaterque faba.
Cum bene se tutam per fraudes mille putavit,
Omnia cum fecit, Thaïda Thaïs olet.

— V. 1. χίμαιρα. quae ignem spirasse dicitur in Il. VI, 180. — V. 2. ταύρων. tauros intellige, quos Iason subjugavit, — *θοὴν φλόγα φυσιόωντας Ἐκ στομάτων*, ap. *Apollon. Rhod.* III. 1303. — V. 3. σύμπασ' οὐχ Ἀρ. Vulgo. Nostrum est in membr. Vat. — Lemnium illud malum, τὸ Λήμνιον κακὸν, est malus odor, quem Venus irata mulieribus illius insulae inspiraverat, secundum *Apollodor.* I. 9. 17. Aliam causam affert ex *Myrtilo Schol. Apollonii Rhod.* L. I. v. 614. et *Antigon. Caryst.* c. CXXX. p. 179. sq: ubi vide *Bekmann.* et *Meziriac* ad Ovid. Epist. T. II. p. 41. — V. 3. τὰ περισσά. τὰ λείψανα. ciborum, quos Harpyiae attigerant, reliquiae, quibus nemo, quamvis famelicus, vesci audebat: τοῖόν οἱ ἀπέπνει λείψανα δαιτός. *Apollon. Rhod.* L. II. 193. — V. 4. νοῦς. Ex Philoctetis vulnere *taeter* afflabat *odor, quem cum Achivi ferre non possent, jussu Agamemnonis regis in Lemno expositus est. Hygin.* Fab. CII. Ad hunc viperae morsum referendi sunt versus Aeschylei ap. *Plutarchum* T. II. p. 1087. F. qui, demtis iis, quae *Plutarchus* interposuit, sic scribendi videntur:

ὃ γὰρ δράκων ἐνέφυσε
δεινὸν ὀδόντων ἔκφυσιν, ποδὸς λαβών.

Aliter haec tractavit *Valckenarius* in Diatr. p. 128. A. — ἀποσμηχόμενος. Tragico ornatu *Sophocl.* Phil. v. 7. νόσῳ

καταστάζοντα ἰχῶρι πόδα. *Euripides* in tragoedia ejusdem nominis ap. *Aristot.* Poët. 12. φαγέδαινά γ', ἥ μου σάρκα θοινᾶται ποδός.

LXXXIX. Vat. Cod. p. 539. *Lucillio* vindicant [illegible] dum hoc distichon, quod in Plan. p. 143. St. 207. W. ἄδηλον est. — ἀλλὰ δι' αὐτῆς. Vulgo et in Vat. Anonymus Bibl. Bodlej. jungebat: διασμυρισμένους αὐτῆς. *Casaubonus* autem in not. msc. καὶ αὐτῆς emendabat. Similis hyperbole in male olentem *Martial.* VII. 94. *Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat, Olfecit postquam Papilus, ecce garum est.*

XC. Cod. Vat. p. 541. Plan. p. 135. St. 195. W. In Heliodoram vetulam diu lavantem. — V. 2. ἐν ἑταιρευομένῃ. adhuc meretriciae arti vacantem, vertit *Brodaeus;* quod vix verum, quamvis καταλύεσθαι hoc sensu usurpetur. (vide ad Ep. X. 1.) Hoc loco vetulam senectutum annotum miratur poëta, quod vitâ nondum defungatur, κατελύετο. Conf. notata ad *Serapionis* Ep. IV. p. 291. — V. 3. ὡς ὁ παλαιός. Paulo argutius hoc carmen convertit *Grotius:*

Jam quid agas video: calidis juvenescere lymphis
Speras. Eveniet, credo, sed ut Peliae.

ἑψομένη πάλιν. *Diodor. Sic.* IV. 52. p. 295. Medeam narrat λέγειν, ὡς ἀναγκαῖον ἐν λέβητι καθεψῆσαι τὸ σῶμα τοῦ Πελίου. προσηνῶς δὲ τῶν παρθένων δεξαμένων τὸν λόγον etc. quae verba nuper acute tentavit, ubi totam de Pelia fabulam docte explicuit, *Boettiger in den Vasengem.* I. 2. p. 171. Mihi vocula fugitiva, quam praecedens [illegible] absorpsit, revocata scribendum videtur: ὡς προσηνῶς δὲ — De Jasone narrat *Scholiast. Euripid.* Medeae init. ex *Simonide*, ὡς ἡ Μήδεια ἀνεψήσασα αὐτὸν νέον ἐποίησε.

XCI. Cod. Vat. p. 534. Plan. p. 153. St. 223. W. καὶ Ἑρμογένη vulgo legitur.

XCII. Cod. Vat. p. 534. Plan. p. 153. St. 224. W. In tonsorem carnificem. Ejusdem argumenti est Ep. *Martialis* XI. 84.:

Qui nondum Stygias descendere quaeris ad undas,
Tonsorem fugiat, si sapit, Antiochum.
Alba minus saevis lacerantur brachia cultris,
Cum furit ad Phrygios enthea turba modos.
Mitior implicitas Alcon secat enterocelas,
Fractaque fabrili dedolat ossa manu.
Tondeat hic inopes Cynicos, et Stoica menta,
Collaque pulverea nudet equina juba.
Hic miserum Scythica sub rupe Promethea radat:
Carnificem nudo pectore poscet avem.
Ad matrem fugiet Pentheus, ad Maenadas Orpheus:
Antiochi tantum barbara tela sonent.
Haec quaecunque meo numeratis stigmata mento,
In vetuli pyctae qualia fronte sedent,
Non iracundis fecit gravis unguibus uxor:
Antiochi ferrum est et scelerata manus.
Unus de cunctis animalibus hircus habet cor:
Barbatus vivit, ne ferat Antiochum.

— V. 1. Ἄρες. Versus Homericus ex Il. ε. 455. — παῦε τέμνων, desine tandem, non tondere, sed secare. Male *Opsopoeus* ulcerosum putabat loqui; quo admisso omnis hujus carminis venustas perit. — V. 2. τεμεῖς. ex membr. Vat. pro vulg. τέμνεις. — V. 3. In capite, quod tibi tondendum tradideram, nullus locus est, quem vulnerare possis. Transi saltem ad carnosiores corporis partes; has tibi secandas permitto. — τὰ κάτωθεν τῶν γονάτων. suras puta. — V. 5. Nunc quidem hic locus, taberna scilicet tonsoria, muscis et culicibus abundat, qui ad sanguinem, quem fundis, gustandum conveniunt; mox autem, ubi me totum dilaniaveris, vultures et corvos ad cadaver advolantes videbis.

V. 337.] *XCIII.* Cod. Vat. p. 537. Plan. p. 146. St. 211. W. *Leonidae* tribuit, cujus praecedens est distichon in Plan. et in Vat. Cod. In caput de pictoribus relatum est a monacho; fortasse recte; nec minus tamen apte de poëta explicaveris. In poëtam certe similiter lusit *Martial.* V. 53.:

Colchida quid scribis? quid scribis, amice, Thyesten?
Quid tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?
Materia est, mihi crede, tuis aptissima chartis
Deucalion, vel, si non places hic, Phaethon.

— V. 2. τίς. ἕκαστος αὐτῶν τίνος τιμῆς ἄξιός ἐστι.

XCIV. Vat. Cod. p. 537. Plan. p. 146. St. 212. W. De Eutycho, malo pictore, qui ne filios quidem sibi similes potuit gignere. — V. 2. οὐδ' ἀπό. Vat. Cod. quod verum videtur. Ne *per liberos* quidem ipsi contigit, ut similitudo inesset in ejus operibus. Hunc usum praepositionis ἀπὸ illustravit *Zeunius* ad *Viger.* de Idiotism. p. 564.

XCV. Cod. Vat. p. 542. Plan. p. 151. St. 219. W. De equo nullis machinis movendo. — V. 1. Θεσσαλ. Equi Thessali reliquis omnibus praestantiores; secundum proverbium, Ἵπποι Θεσσαλικοί, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες, ap. *Athen.* VII. p. 278. E. *Theocrit.* Eid. XVIII. 30. κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος — κόσμος. — V. 2. φάρμακα Θεσσαλῆς. ne efficacissima quidem venena. Respicitur autem, quod *Dorvillius* praeclare monuit in Miscell. Obss. Tom. I. p. 7., ad superstitionem illorum temporum, quibus homines sibi persuadebant, aurigas in curuli certamine equos veneficiis et incitare et retardare posse. *Arnobius* c. Gentes I. p. 30. *Quis enim hos nesciat*, (magos) *aut imminentia studere praenoscere, aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare.* — V. 4. Si me audis, hordeum, quo hunc equum alis, pistis liberis tuis porrigendae, impendes, et ligneum ...

nihilque a statua diversum caballum deorum alicui dedicabis.

XCVI. Cod. Vat. p. 546. Παλλαδᾶ, cujus ingenio dignius, quam *Lucillii*, cui tribuitur in Plan. p. 151. St. 219. W. — V. 1. οὐρὰν. Vat. Cod. Non equum, sed caudam equinam, unde equus macie confectus pendebat.

XCVII. Cod. Vat. p. 562. Plan. p. 186. St. 271. W. Ap. *Stob.* Tit. X. p. 125. Gesn. 71. Grot. Stultos esse, qui in congerendis divitiis laborent, post breve tempus haeredibus tradendis. *Horat.* I. Epist. V. 13. *Parcus ob haeredis curam, nimiumque severus Assidet insano.* Vide ad *Lucian.* Ep. XXVIII. 2. — V. 1. ἐλάφου. Secundum *Hesiodum* ap. *Plutarchum* T. II. p. 415. C. quem multi imitati sunt, quos laudat *Davisius* ad *Ciceron.* Tusc. Qu. III. 28. et *Ruhnk.* in Epist. Crit. p. 112. sq. — V. 5. μὴ σὺ μὲν – ὀλέσσῃς. Plan. Stob. et Vat. Cod. Hoc cur mutatum sit, non video. Seq. versu χρήσονται membr. vitiose; vulgo χρήσωνται, quod verum. — In fine ἀπόνως ex membranis receptum est pro ἀνέδην.

T. 338.] *XCVIII.* Cod. Vat. p. 531. Plan. p. 183. St. 267. W. *Stob.* Tit. X. p. 127. 23. Gesn. 75. Grot. — V. 1. γλίχωνι. Vat. Cod. Pulegium, γλήχωνα, *Dioscorides* commendat L. III. 31., ad stomachi vitia tollenda. Hoc remedio non opus habebat Crito, sordide avarus, qui dichalci olfactu haud aliter afficiebatur, quam alii pulegio. Simul indicatur, stomachi infirmitatem in Critone fami potissimum tribuendam fuisse. *Galenus* enim, τοὺς βουλιμιῶντας, ait, ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀνακτησόμεθα ὄξει ἢ γλήχωνι. Omnino autem haec herba languidorum aut gravi somno oppressorum adhibebatur naribus. Vide *Bernard.* ad *Theoph. Non.* CXLVI. p. 456. — Ceterum a sensu hujus distichi aberravit *Brodaeus*; verum vidit *Salmasius* in Homon. H. I. p. 40. C.

XCIX. Cod. Vat. p. 532. Plan. p. 184. St. 268. W. Ap. *Stob.* Tit. X. p. 127. Gesn. 75. Grot. — V. 2. ἔγραψε. Vat. Cod. Avarus ap. *Liban.* T. IV. p. 638. R. τίς οὖν ἐστὶ κύριος τῶν ἐμῶν, ἀποθανόντος; ἐγὼ καὶ τότε· κελεύσω γὰρ συγκαταθάπτειν. — V. 3. δ' om. Vat. Cod. — Mox μισθοῦ est in editis quos vidi omnibus. μισθὸν emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. — V. 6. λυσιτελῆ, Vat. Cod. — ἐξετάθη. *animam reddidit.* Hoc sensu *M. Antonin.* XI. 18. p. 331. ἀκαρίαιος ὁ ἀνθρώπειος βίος, καὶ μετ' ὀλίγον πάντες ἐξετάθημεν. quem verbi usum, nostro quoque loco laudato, illustravit *J. Toup.* ad *Longin.* p. 367. — Simile quid *Horatius* narrat II. Serm. III. 142. sqq. — V. 7. κεῖτο δέ γ' οὐδέν. Vulgo. κεῖτο δὲ οὐδέν. Vat. Cod. Deleto inutili fulcro, corrigo:

κεῖται δ' οὐδὲν ἔχων — —

Ad sensum plurimum facit *Antiphan.* Ep. IV. τέθνηξ πλουτοῦσαν ἔχων μεγάλην διαθήκην. Ἐκ πολλῶν ὀβολὸν μοῦνον ἐνεγκάμενος. — V. 8. „Deest hic versus in omnibus codd. „et in duabus primis edd. additus ab Aldo in secunda, „ubi legitur ἀσπασίου." *Br.* ἀσπασίως emendavit *Brodaeus.* — ἥρπασαν. *avidus haec auferet heres.* *Horat.* III. Serm. III. 151. *Cuncta manus avidas fugient heredis, amico Quae dederis animo.* Id. IV. Carm. VII. 19.

C. Vat. Cod. p. 532. Plan. p. 184. St. 268. W. Ap. *Stob.* Tit. X. p. 127. Gesn. 75. Grot. — V. 1. τὸ omittit Vat. Cod. et abesse potest articulus. — ὁ κνιπός. *Suidas*: κνίψ. ζωΰφιον. ἡ γενικὴ τοῦ κνιπός, μετενήνεκται εἰς εὐθεῖαν, καὶ σημαίνει τὸν ὀλίγα δαπανῶντα. Attici praefigebant literam sibilantem σκνιπός. μικρολόγος. *Hesych.* τοὺς κίμβικας καὶ σκνιφοὺς conjunxit *Schol. Aristoph.* Plut. 591. ubi vide *Hemsterh* p. 190. sq. et qui recensum dedit vocabulorum, quibus parcum notabant Graeci, *Casaub.* ad *Theophr.* Char. X. p. 124. ed. *Fisch.*

CI. Bis exstat in membr. Vat. p. 546. et p. 565. Utroque loco *Lucillii* nomen adscriptum. In Plan. p. 184.

St. 269. W. et inde in *Stob.* Flor. X. p. 125. Gesn. 71. Grot. *Palladae* tribuitur. — V. 2. κληρονόμοις πλούτει. Anthol. Lat. T. II. p. 3. VIII. *Qui dum vita data est, semper vivebat avarus, Heredi parcus, invidus ipse sibi.* *Juvenal.* XIV. 136. *cum sit manifesta phrenesis, Ut locuples moriaris, egentis vivere fato.*

CII. Cod. Vat. p. 547. sq. Planud. ubi superius. *Stob.* X. p. 126. Gesn. 73. Grot. Avarum poëta consolatur, cui divitiae furto ereptae erant. — V. 1. Θρασύμαχε. Plurimae edd, Edit. Ald. pr, Θαρσ. — V, 3. δανείσας, Vat. Cod. — τοκίσας τόκον. usuram ex usuris captans. In characterismo parci *Theophr.* c. X. 3: δεινὸς δὲ καὶ ὑπερημερίαν πρᾶξαι καὶ τόκον τόκου. Conf, *Spanhem.* ad *Aristoph.* Nub. 1155. p. 293. — Euclio ap. *Plautum* in Aulul, IV. 9. 14. cum auri ollam sibi furto ablatam videret, *Ego me defraudavi,* ait, *Animumque geniumque meum*; *nunc eo alii laetificantur.* *Plutarch.* de Avaro T. II, p. 525. E. εὖ δὲ τοσαῦτα πράγματα συνέχεις (fort. ἔχεις) καὶ ταράττεις καὶ στροβεῖς σεαυτὸν, κοχλίου βίον ζῶν διὰ τὴν μικρολογίαν, καὶ τὰ δυσχερῆ πάντα ὑπομένεις οὐδὲν εὖ πάσχων. — V. 4. πλέον. Vat. Cod. — V. 5. τὸ πλέον. Omnes edd. et codd. in hac lectione conspirant, quae ne *Grotio* quidem suspecta fuit. Vertit enim:

Sed si pocla, bibis quae nunc, quaeque ante bibisti,
Confers, invenies nil periisse tibi.

Jos. tamen *Scaliger* in not. msc. recte emendavit πεινῆν. *Brunckius* ubi banc lectionem invenerit, non indicavit.

T. 339.] *CIII.* Vat. Cod. p. 542. Plan. p. 185. St. 270. W. Ap. *Stob.* T. X. p. 126. Gesn. 73. Grot.

CIV. Vat. Cod. p. 562. Plan. p. 186. St. 271. W. Ap. *Stob.* l. c. Avari cum musculo colloquium.

CV. Cod. Vat. p. 538. Plan. p. 161. St. 233. W. — V. 1. πραγματικός. Pragmatici Ciceroni sunt, qui oratoribus leges et jura suggerunt. Orat. I. 5. Illis tempo-

πόντας πεζεύεσθαι, καὶ ὁ ἥλιος ὑπὸ τῶν Περσικῶν βελῶν σκεπέσθω, καὶ Ξέρξης φευγέτω, καὶ ὁ Λεωνίδας θαυμαζέσθω, καὶ τὰ Ὀθρυάδου γράμματα ἀναγιγνωσκέσθω, καὶ ἡ Σαλαμὶς καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον καὶ αἱ Πλαταιαὶ, πολλὰ ταῦτα καὶ πυκνά. In hoc enim locorum communium gyro eloquentia sophistarum et minutorum oratorum agitabatur. — V. 4. ἐπάγειν sensu forensi est *deferre*, *accusare*. Vide *Budaeum* in Comm. Gr. L. p. 290. οἱ κατὰ Θερμοπ. sunt trecenti illi Spartani, qui ad Thermopylas fortiter pugnantes occubuerunt. κλέπτας pro appositione habendum est, ὡς κλέπτας; ne cum *Heraldo* Πέρσας corrigendum suspiceris. — V. 7. Dicis saltem causa mei memineris. νόμου χάριν. ut ap. *Lucian.* Ep. XIV. — V. 8. ἀλλὰ λέγει. De origine hujus paroemiae non constat.

LXXXV. Cod. Vat. p. 528. Plan. p. 169. St. 246. W. In Marcum rhetorem, quem Pluto hac lege in Orcum recipit, ut declamando poenam addat Ixioni, Tityo aliisque, qui apud inferos puniuntur. — V. 2. Κέρβερος. Maledicum tibi finge et latrantem rhetorem. Hoc sensu procul dubio is, quem in Pseudologista perstringit *Lucianus* §. 29. T. VIII. p. 85., adversarium Κέρβερον ἐν τοῖς λόγοις εἶναι dixerat. Mox nihil facetius, quam Melitonis, poëtae, cum Tityo et Ixione conjunctio. Gravissimis igitur cruciatibus dignum censebat *Lucillius* Melitonem, quem tragoediarum scriptorem fuisse apparet ex Ep. CXI. — V. 4. »Inepte in Planudea legitur μελέτα. »Vat. Cod. μελέτᾳ. Verum est μελέτα.« *Br.* Eadem emendatio est in not. *Brodaei*, et ap. Anonym. Bodlej. nec aliud quidquam voluit *Huetius* p. 18. ubi μελετῷ vitiose excusum est, qualia multa in illis notis pessime depravata sunt. Sic autem haec verba interpretatur doctissimus Praesul: Declama apud Ixionem, Melitonem et Tityum, ut hoc supplicio torqueantur, quo pejus non habeo. — V. 6. Ῥοῦφος. Oblique et quasi aliud agens Rufum grammaticum notat. — σολοικίζει. Flor. pr. Ald. Ia

et Asc. In ἐλθὼν σολοικίζῃ est enallage satis ap. poëtas frequens pro ἔλθῃ σολοικίζων. Hunc Rufum aliunde cognitum non habemus.

LXXXVI. Vat. Cod. p. 529. Planud. p. 170. St. 247. W. In Flaccum rhetorem soloecissantem. Cf. Ep. *Ammiani* VII. — V. 1. μηδὲ λαλῶν. Ex *Brodaei* nota huc transferamus, quae ad rem faciant: *Quintil.* Inst. Orat. I. 5. 36. de soloecismo agens: *In gestu quoque nonnulli putant idem vitium inesse, cum aliud voce, aliud nutu, vel manu demonstratur.* Histrionem τῇ χειρὶ σολοικίζοντα de concertatione abegit *Philostratus* Vit. Soph. I. 25. p. 542. De vitiis pantomimorum agens *Lucianus* de Saltat. §. 80. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ὑπ' ἀμαθίας καὶ σολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει ἐπιδείκνυνται, οἱ μὲν ἄλογα κινούμενα κ. τ. λ. Verbum σολοικίζειν, et soloecismi notionem sophistae et poëtae sequioris aevi ad omnem incongruentiam transtulerunt; ut *Plutarch.* T. II. p. 45. E. non debet auditor quidem in declamante quodvis vel minimum peccatum notare, αὐτὸς δὲ ἀνεύθυνος ἀσχημονεῖν καὶ πολλὰ σολοικίζειν περὶ τὴν ἀκρόασιν. Id. T. II. p. 520. B. Οἱ τοίνυν πολυπράγμονες, οὐ στίχων, οὐδὲ ποιημάτων, ἀλλὰ βίων ἀστοχήματα καὶ σολοικισμοὺς ἀναλεγόμενοι καὶ συνάγοντες, ἀμουσότατον καὶ ἀτερπέστατον κακῶν γραμματοφυλακεῖον τὴν ἑαυτῶν μνήμην περιφέρουσιν. Quaedam voluptatum genera σολοικισμὸν ἐκάλει *Nigrinus* ap. *Lucian.* §. 31. T. I. p. 53. Bip. *Hieronym.* adv. Helvid. c. VIII. *Apud Christianos soloecismus est magnus et vitium, turpe quid narrare vel facere.* Ridicule *Martial.* XI. 20. *Quaeris, cur nolim te ducere, Galla? diserta es. Saepe soloecismum mentula nostra facit.* — V. 4. Ego eum videns, non possum eloqui, quae velim, sed barbara et soloeca loquor. τὸ στόμα μοῦ δέδεται. ut Ep. XLVIII. εὐθὺ σολοικίζον τὸ στόμα μου δέδεται. — Ceterum notandum anacoluthon hujus versiculi, quod *H. Stephanus* *Lucillium* de industria hoc loco commisisse censebat,

ut ostenderet, se, quoties Flacci meminerit, soloecismos vitare non posse.

LXXXVII. Cod. Vat. p. 528. *Lucillio* inscribitur; in Plan. p. 170. St. 248. W. *Ammiano* tribuitur. Critonem rhetorem poëta ridet, qui, quod voculas quasdam Atticis et Demostheni inprimis usurpatas ubique inferciret, rhetorem se putaret et Atticum. Conf. *Caveal.* Ep. II. *Ammiani* Ep. XXII. Insanam Atticistarum cacozeliam perstringit *Lucian.* in Lexiph. §. 21. T. V, p. 198. sqq. et in Rhetor. Praecept. §. 16. T. VII. p. 235. ἔπειτα πεντεκαίδεκά που, ἢ οὐ πλείω γε τῶν εἴκοσιν Ἀττικὰ ὀνόματα ἐκλέξας ποθὲν, καὶ ταῦτα ἀκριβῶς ἐκμελετήσας, πρόχειρα ἐπ' ἄκρας τῆς γλώττης ἔχε, τὸ ἄττα, καὶ κᾆτα, καὶ μῶν, καὶ ἀμηγέπη, καὶ λῷστε, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐν ἅπαντι λόγῳ, καθάπερ τι ἥδυσμα, ἐπίπαττε αὐτῶν. Similia de iis, qui philosophiam profitebantur, conqueritur *Themistius* Orat. XXI. p. 252. sq. — V. 1. τρὶς παρ' ἕκαστα. tertio quoque verbo judices appellandi. Male haec verba *Opsopoeus* accepit. — V. 3. ταύτῃ. Vat. Cod. — V. 4. σκεψάμενος. Vulgo et in Vat. Cod. Nec aliter voluisse *Brunckium* existimo. Criton bonae ejusmodi vocularum copiae providerat, προὐσκέψατο; verbum simplex pro composito. *Casaubonus* tamen in not. msc. λεξάμενος emendabat. — V. 6. Majora etiam illis prioribus in posterum pollicetur, nempe formas quasdam poëticas, ut φάθι et μὶν, et comicum vocabulum γρῦ.

p. 336.] *LXXXVIII.* Vat. Cod. p. 539. Planud. p. 143. St. 207. W. *Luciano* tribuit carmen, quod membranae *Lucillio* vindicant. — In Telesillam, oris foetore, quicquid unquam fuit foetidum, superantem. Ejusdem argumenti est Ep. *Martialis* VI. 93.:

Tam male Thaïs olet, quam non fullonis avari
Testa vetus, media sed modo fracta via.

Non

Sic hoc carmen in membranis scribitur. V. 1. ὁ πλαγκτὰς depravatum est. Postremum distichon sic scribendum videtur:

> τὴν πρώτην ναῦς ἄνται ὑδρατικῇ, ἀλλὰ λέοντα,
> μὴ σοφὸν οὔνεκ' ἔχῃς τὴν πάλαι εἰκόνα.

— In *Lucillii* Ep. v. 3. τυῤῥηνικὸς, ἰσπανικὸς, αἴγαιν, vulgo legitur. »Τυῤῥηνικὸν, ἰσπανικὸν. Sic codd. plerique. Subauditur »πέλαγος, quod est in praecedenti versu. αἰγῶν πέλαγος »dici posset Aegaeum mare, quod sic nominatum fuisse »tradiderunt grammatici quidam a crebris insulis, quae »procul adspicientibus videantur species αἰγῶν. At scri»bendum Αἴγων, quod Aegaeum mare notat; haec fuit »Salmasii de hoc loco sententia.« *Br. Jos. Scaliger* in not. msc. et ap. *Huet.* p. 16. ἀγκῶν conjecit, improbante *Huetio.* Forma *Aegon* satis obvia ap. Latinos poëtas, ubi tamen *Salmasius Aegen* scribendum censebat ad *Solin.* p. 580. E. sibi non constans, ut apparebit conferenti p. 125. F. Recte ei obloquitur *Barthius* ad Stat. Theb. V. 88. et *Burmann.* ad *Valer. Flacc.* I. 629. *Aegon* cum mari Tyrrheno junxit *Valerius Flaccus* IV. 714. in loco depravato:

> *Non alibi effusis cessarant longius undis*
> *Litora; nec tantas quamvis Tyrrhenus et Aegon*
> *Volvat aquas.*

Lege, minima mutatione:

> *nec junctas quamvis Tyrrhenus et Aegon*
> *Volvat aquas.*

— V. 4. Non navis est, sed fons oceani. Inepte *Lucillius* ξυλίνη addidit. — V. 5. ἔρχεται. Vulgo. Sed jam *Aldus* in Lect. ἄρχεται notavit. — θαλασσοκρατεῖν. maris imperium exercet, qui tot maria navigio suo inclusa teneat.

CXIII. Cod. Vat. p. 540. Plan. p. 165. St. 240. W. — Argumentum idem, quod in praecedente. — V. 1. Αἰθφαντες. Vat. Cod. — ¶. 341.] V. 3. δελφ. ἀγκλ. Delphini Nereidibus saepe junguntur; ut ap. *Mosch.* Eid.

de Europ. v. 114. *Plin.* H. N. XXXVI. 4. 7. — V. 5. τάχα πλεύσει καί τις. Vulgo. Noſtrum eſt in Vat. membr. ut etiam ſq. ubi Planud. habet οὐδὲ γάρ ἐστιν ὕ. — Si paululum exſpectaverimus, alii in hac ipſa navi, tanquam in pelago, navigationem inſtituent.

CXIV. Cod. Vat. p. 536. Plan. p. 139. St. 202. W. In Aulum, militem ita meticuloſum, ut et armorum adſpectum fugiat, nec minimam belli mentionem ferat. — V. 1. »παραβύεται. παρακρύπτεται. Hinc apud *Heſychium* »παράβυστον. λάθρα γινόμενον. ἀπόκρυφον. *Si forte carbones* »*et laurum viderit Aulus, abscondit ſe prae timore.* παρα»βύεσθαι, παρακρύπτεσθαί τι aut τινὰ eſt quod gallice dici»mus: *ſe cacher de quelque choſe ou de quelqu'un.* At »illud παραβύεσθαι, vim verbi penitius inſpicienti, ipſiſſi»mum eſt gallicum *ſe fourrer. Il ſe fourre dans un trou.* »*Il en a ſi grande peur qu'il ne ſait où ſe fourrer.* Male »interpretatus eſt Brodaeus, et haec ſignificatio a Lexi»cographis omiſſa.« *Br.* Schol. in ed. Wech. haec habent: Εἰς ἀνθρακιὰν ἐμπίπτει καὶ εἰς δαφνῶνα ἢ παραβαίνεται, ἢ παραμείβεται· ἀναγνωστέον δὲ καὶ διαβλέπεται ψοφοδεὴς στρατιώτης, μηδὲ ψόφον τῆς δάφνης φέρειν δυνάμενος, ὅταν τῇ ἀνθρακιᾷ τὰ αὐτῆς φύλλα ἐπιτεθῇ. ψόφον γὰρ ἀποτελεῖ. παραβαίνεται οὖν αὐτὰ ὁ Αὖλος, ἵνα μὴ ἀκούσῃ τὸν ψόφον. Haec, fateor, mihi minime ſatisfaciunt, quamvis etiam *Grotius* eodem ſenſu accepit verba:

Ferre nequit ſonitum laurus crepitantis in igne
Aulus et adſtricta melina veſte fugit.

Brodaeus putabat, eum foliorum murmure perterrefactum eſſe; cui interpretationi aliquid probabilitatis conciliet loco *Iſidori Peluſiotae* L. V. Epiſt. DLXI. ὥσπερ οἱ ψοφοδεεῖς καὶ πρὸς μόνην τὴν ἀκοὴν τῶν δεινῶν καταπλήττονται, καὶ οὐδὲ φύλλον φέρουσι κίνησιν; ſimiles hinnuleo ap. *Horat.* I. Carm. XXIII. 5. qui, ubi *mobilibus veris inhorruit Adventus foliis, Et corde et genubus tremit.* Sed hoc admiſſo, quid voci ἄνθρακα facias? Haerebat *Caſaubonus*,

qui in not. msc. δάφνης παραδύεται suspicatur, quod nec ipsum expeditum sensum habet: *Furtim vel carbones lauri praeterit.* Vitium esse videtur in ἄνθρακα, ubi aliquid, quod ad rem militarem faciat, latere videtur. δάφνην timet imbellis homo tanquam praemium victoriae, et quia belli memoriam excitat. In ἄνθρακα similem caussam non exputo. Videant sagaciores, an ex depravata lectione ejusmodi quid elici queat. Pronum esset θώρακα καὶ δάφνην corrigere; sed huic conjecturae nihil tribuo. — V. 2. Nihil hic vidit *Brodaeus*, qui μήλινα λαμπάνια ad Auli mollitiem refert. Docuit *Salmasius* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 563., τὸ μήλινον λῶμα vestem esse militarem, ex colore militibus usurpato, quem russum, aut croceum, vel luteum interpretari licet. Reliqua idem non explicuit.— ἀποσφίγξας. Militarem vestem cum dicitur ἀποσφίγξαι Aulus, non tam putem eum paventem et trementem collegisse vestem, ut *Brodaeus* accepit, sed potius eam condidisse et constrinxisse in arca sepositam, ne ejus adspectu terreretur. In verbo ἀποσφίγγειν praepositio vim intendendi habet, quam in significatione translata potissimum exserit. Derivatum ἀπόσφιγξις de constrictione per fascias usurpavit *Hippocrates.* Vide *Foesium* p. 54. — V. 3. τὸ μάτην ἴδιον. ensem, quo ipse nunquam utitur. — V. 5. Ipsa nomina vitat, quae ad bellum spectant, quique iis appellantur, tanquam male ominatos fugit. — Λυσιμάχῳ. Ludit in hoc nomine *Aristoph.* Lys. 554. et *Rufin.* Ep. IX.

CXV. Cod. Vat. p. 536. Planud. l. c. Historia de milite, qui pugnam in pariete pictam videns, se victum et vulneratum putavit. Comparanda declamatio *Libanii* de timido, in cujus aedibus quidam pugnam pinxerat, T. IV. p. 1021. ed. R. — V. 2. τὴν ἐπὶ νηυσί. Graecorum et Trojanorum pugnam ad naves pugnatam. Hoc argumentum crebro obvium fuisse in ejusmodi picturis, ex hoc loco intelligitur — ὡς ἴθος ἐστὶν — nam alibi idem

commemorari non videtur. — V. 3. ἄσφυκτος. ita ut nullus arteriarum motus sentiretur. Vide *Foes.* Oecon. Hipp. p. 66. — V. 5. καί. Vulgo et in Vat. Cod. Vitium non ibi quaerens, ubi erat, *Huetius* p. 15. τετρῶσθαι legit. Rectius *Brunck.* καί. quam lectionem divinando occupavit *Grotius*, vertens: *Vulnera nonne gero?* — V. 6. ἐπὶ Vat. Cod. — τοῖς τοίχοις. illis in pariete pictis hostibus.

CXVI. Cod. Vat. p. 562. Plan. p. 147. St. 213. W. Herniofo cuidam *Lucillius* filiam suam, quo onere nullum gravius, pro ejus hernia offert.

¶. 342.] CXVII. Cod. Vat. p. 546. *Lucillio* hoc distichon tribuit, quod in Plan. p. 144. St. 210. W. *Palladae* est; et certe hoc versificatore dignius est acumen de Baccho non hedera, sed lactuca ornando in ea domo, ubi ipsi vappa erat apposita, aceto quam vino similior. Cf. Ep. *Palladae* XXII. quod in Vat. Cod. *Luciano* adscribitur. — Multa hic congerit *Brodaeus*, quae nihil ad rem faciunt.

CXVIII. Non solum in Vat. Cod. p. 494., sed etiam in Plan. p. 17. St. 28. W. *Luciano* inscribitur. Sic etiam ap. *Stob.* T. XCVI. p. 530. 44. Gesn. 411. Grot. In alio Cod. est *Palladae.* — V. 2. ἀλλ' omittit Vat. Cod.

CXIX. In Vat. Cod. p. 506. Λουκιλλίου. In Anth. Plan. p. 114. St. 165. W. Λουκιανοῦ. In Ed. pr. nullum lemma appositum; in Ald. 1. ἄδηλον. Sed error in Lectt. corrigitur. Ad superbum quendam et opulentum de Fortunae vi et potentia. — V. 2. τοὺς μακρούς. Comparat *Brod. Hesiodum* Ἔ. κ. Ἡ. 5. ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. De Fortuna *Horatius* I. Carm. XXXV. 2. *praesens* (δεινή) *vel imo tollere de gradu Mortale corpus, vel superbos Vertere funeribus triumphos.* — V. 3. κατακλύσει et mox κατέχει Vat. Cod. — χρυσοῦ νάματα, ῥεύματα. De Pactolo cogitandum. — V. 5. In eandem sententiam *Claudianus* XXXIX. 38. *Incubuit unquam coelestis flamma salictis, Nec parvi frutices iram meruere*

Tonantis. Ingentes quercus, annosas fulminat ornos. cui loco nostrum admovit *Barthius* p. 955. Conf. *Mitscherlich* ad *Horat.* II. Carm. X. 9. p. 446. qui poëtam in similitudine vocum δρύας et θρύον lusisse putat.

CXX. In Vat. Cod. p. 365. adscriptum: Λουκιλλίου, οἱ δὲ Μενεκράτους Σαμίου. Praecedit distichon *Menecratis* in membr. et in Plan. p. 21. St. 33. W. — V. 2. πολλῶν. Plan. et Vat. Cod. — ἐτέων δεκάδας. *Philodem.* Ep. XVIII. δεῦρ᾽ ἴτε τῆς ἐτέων λῃθόμενοι δεκάδος. *Agath.* Ep. XX. τῶν ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη. In talibus enim δεκὰς simpliciter pro *numero* ponitur, quod monuit *Markland*, ad Suppl. 219.

CXXI. Cod. Vat. p. 561. Plan. p. 20. St. 32. W. ubi ἄδηλον. Matrimonii incommoda quaedam recensentur. — V. 1. ἄχρις. Ille ap. *Horatium* I. Epist. I. 87. *Lectus genialis in aula est? Nil ait esse prius, melius nil coelibe vita. Si non est, jurat bene solis esse maritis.* — V. 2. τῶν ἀγαθῶν ἀγαθά. Vat. Cod. quod non spernendum. — V. 4. κακά. De malis et incommodis matrimonii grave est dictum Metelli Numidici in orat. ap. *Gellium* N. A. I. 6. *Si sine uxore, Quirites, possemus esse, omnes ea molestia careremus: sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit, saluti perpetuae potius, quam brevi voluptati consulendum.* Cum quibus confer, quae ex Hippolyti persona in mulieres declamavit *Euripides* Hipp. 616. sqq. — V. 5. ἕξεις. Ex hac me sententia non expedio. Nihil lucis affert *Grotii* versio:

At sobolis causa: Fueris nummatus, habebis
Et sobolem, si non, est gravis et soboles.

Obscuritas est in verbis ἕξεις τέκνα, quae sequentibus, πτωχὸς οὐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ, opposita, sensum idoneum non habent. Nam si explicueris vocem τέκνα sensu emphatico de liberis, qui patrem, ut liberos par est, et ament et colant, antitheseos lex jubet legi:

πτωχὸν οὐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ.

quod tamen minus aptum contextui. Non male Anonym. Bibl. Bodl. emendavit:

στέρξεις, Νουμήνιε, τέκνα.

quae et facilis est emendatio, et sensui accommodatissima. — V. 6. τὰ om. Vat. Cod.

T. 343.] CXXII. Vat. Cod. p. 562. Plan. p. 144. St. 209. W. In eos, qui amicitiam simulant, inimicis longe pejores. Conf. *Lucian.* Ep. XXXIV. — V. 1. μή μ' ἀδικεῖ σύ. Valgo. Nostrum ex membranis receptum est.

CXXIII. In Vat. Cod. p. 544. hoc distichon sequenti annexum est, nullo spatio relicto. In Plan. p. 60. St. 86. W. proximum habet locum a sequ. sed separatim cum lemmate: τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἀεὶ νοσοῦντας. Falsa videtur inscriptio. Mortalium sortem conqueritur *Lucillius*, quod mortem nunquam non timentes vivant. Non igitur eos lugendos esse, qui vita defuncti sint, sed eos, qui, dum vivant, mortem metuant.

CXXIV. Cod. Vat. p. 544. Εἰς Μάγνον ἰατροσοφιστήν. Plan. l. c. In Magnum medicum, quem *Fabricius* eundem putat cum eo, qui sub IV. seculi exitum vixit. *Lessingius* autem de Epigr. T. I. p. 301. Magnum Antonini medicum intelligit. Vid. in Notitia Poët. *Lucillius.* — V. 1. Μάγνος. Vat. Cod. quod restituendum.

Finis Partis secundae Voluminis secundi.

Errata.

P. 29. 10. L. *vitrici* pro *avi*.
P. 41. 16. L. *veluti* pro *vetuli*.
P. 42. 21. L. *est* pro *ea*.
P. 56. 4. ante *In* insere: *Plan.* p. 79. *St.* 115. *W.*
P. 117. 9. L. *parasitus* pro *parasita*.
P. 125. 1. a fin. adde ante *Haec.* *Sive:* Κύρα καλαῖς μεγάλαις.
P. 154. 6. L. *ignavum* pro *ignarum*.
P. 389. 5. L. *quanto* pro *quantu*.

Tonantis. Ingentes quercus, annosas fulminat ornos. cui loco nostrum admovit *Barthius* p. 955. Conf. *Mitscherlich* ad *Horat.* II. Carm. X. 9. p. 446. qui poëtam in similitudine vocum δρύας et θρόον lusisse putat.

CXX. In Vat. Cod. p. 365. adscriptum: Λεωνιδάου, οἱ δὲ Μενεκράτους Σαμίου. Praecedit distichon *Menecratis* in membr. et in Plan. p. 21. St. 33. W. — V. 2. πολλῶν. Plan. et Vat. Cod. — ἑπτῶν δεκάδας. *Philodem.* Ep. XVIII. δεῦρ' ἴτε τῆς ἑπτῶν λυθόμενοι δεκάδος. *Agath.* Ep. XX. τῶν ἑπτῶν ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη. In talibus enim δεκὰς simpliciter pro *numero* ponitur, quod monuit *Markland*, ad Suppl. 219.

CXXI. Cod. Vat. p. 561. Plan. p. 20. St. 32. W. ubi ἄδηλον. Matrimonii incommoda quaedam recensentur. — V. 1. ἄχεα. Ille ap. *Horatium* I. Epist. I. 87. *Lectus genialis in aula est? Nil ait esse prius, melius nil coelibe vita. Si non est, jurat bene solis esse maritis.* — V. 2. τῶν ἀγαθῶν ἀγαθά. Vat. Cod. quod non spernendum. — V. 4. κακά. De malis et incommodis matrimonii grave est dictum Metelli Numidici in orat. ap. *Gellium* N. A. I. 6. *Si sine uxore, Quirites, possemus esse, omnes ea molestia careremus: sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit, saluti perpetuae potius, quam brevi voluptati consulendum.* Cum quibus confer, quae ex Hippolyti persona in mulieres declamavit *Euripides* Hipp. 616. sqq. — V. 5. ἕξεις. Ex hac me sententia non expedio. Nihil lucis affert *Grotii* versio:

At sobolis causa: Fueris nummatus, habebit
Et sobolem, si non, est gravis et soboles.

Obscuritas est in verbis ἕξεις τέκνα, quae sequentibus, πτωχὸς οὐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ, opposita, sensum idoneum non habent. Nam si explicueris vocem τέκνα sensu emphatico de liberis, qui patrem, ut liberos par est, et ament et colant, antitheseos lex jubet legi:

πτωχὸν οὐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ.

vir, cum me ad eundem fere, quem ipse petebat, finem totis viribus tendere intellexisset, tantum abfuit, ut, quod plerique in his literarum certaminibus facere instituunt, studium meum invidia et malevolentia frangeret, ut potius, singulari humanitatis exemplo, currentem exhortaretur atque incenderet, cursus impedimenta submoveret, omnia denique, quae mihi prodesse posse cerneret, summa cum liberalitate suppeditaret. Contra enim atque alii faciunt, omnia communi literarum utilitati, nihil suae ipsius tribuebat gloriae. Erant autem huic viro, quibus me sublevaret, praesidia et plurima et praestantissima. Quum enim inde ab eo tempore, quo primum animum ad Anthologiam edendam applicuit, neque curae neque sumtibus ad comparandam criticam supellectilem pepercisset, tantam hujus generis subsidiorum nactus est copiam, ut, si a *Dorvillio* discesseris, vix alius quisquam hujus aetatis criticus plura et meliora habuisse videatur. Hos omnes thesauros mihi ultro reclusit, simulque permisit, ut quidquid in rem meam esse arbitrarer, inde excerperem. Quum igitur jam in hoc novo commentarii nostri volumine apographa quaedam Anthologiae passim commemorentur, et doctorum quorundam virorum modo emendationes modo explicationes pro-

ferantur, quorum in prioribus voluminibus nulla facta est mentio, jam recensum omnium, quos *Boschius* mecum communicavit, librorum instituam; unde lectores simul de nova illa rerum accessione, simul de clarissimi viri liberalitate existimare poterunt.

Initium faciamus ab editis. Inter hos exoptatissima mihi venit editio perrara Anthologiae Planudeae, quae prodiit Venetiis an. 1550. ap. Petrum et Jo. Mariam Nicolinos Sabienses. De hac editione, cujus uberiorem notitiam nemo, quod sciam, eruditorum dedit, quid statuendum sit, quasque dotes habeat, eo ipso tempore, quo Prolegomena nostra prodibant, primus docuit Vir doctissimus *Chardon de la Rochette* *), qui cum vasta rariorum librorum et universae literarum historiae exquisita cognitione eximiam graecae eruditionis conjungit scientiam. Sed doctissimi hujus viri de Sabiensium editione et de quibusdam aliis ad Anthologiam pertinentibus rebus sententiam, omne illud, quod superest, iter emensi, Addendis insertam cum eruditis lectoribus communicabimus. Ceterum cl. *Boschius* rarissimae huic

)(2

*) Magasin Encycloped. 1798. T. IV. nr. 6. p. 215. sqq.

Planudeae editioni addiderat librum, nec ipsum frequenter obvium, Epigrammata ex Planudea collectione *Henrici Stephani* studio selecta, quibus me aegre caruisse intellexerat ex Prolegg. p. CXXIX. ejusque libri me dono mactavit. — Manuscriptorum ut major copia, ita insignior praestantia atque utilitas. In duobus quidem Wechelianae exemplaribus, quorum alteri multae versiones metricae, alteri doctorum virorum lectiones et emendationes ex libris editis adscriptae erant, vix quidquam reperi, quod ad rem meam faceret, quodve non antea cognitum habuerim. Hos igitur libros longe multumque utilitate superabant bina apographa Anthologiae ineditae, quorum alterum *Guyeti*, alterum *Ruhnkenii* *) nomine insignivimus. Utrumque profluxit ex communi fonte celeberrimi, multorumque manibus studiose tractati *Guyetani* codicis, de quo diximus in Prolegg. p. CXLII. sq. In utriusque margine multa leguntur notata, conjecturae inprimis illae, quas *Albertus*, *Dorvillius*, *Brunckius* modo sub *Guyeti*, modo sub *Salmasii* nomine laudant. At illas, maximam

*) Ruhnkenianum appello, non quod Ruhnkenii manu scriptum sit, sed quod ex doctissimi hujus viri, qui illud in itinere gallico comparaverat, libraria suppellectile in Boschii bibliothecam venit.

quidem partem, ad *Salmasium* referendas esse, jam olim multis argumentis commovebar ut crederem, et nunc etiam magis persuadet nomen *Salmasii*, in Ruhnkeniano Apographo multis animadversionibus additum, quae in altero sine auctoris nomine prostant. Nec tamen negaverim, Salmasianis illis notulis quasdam etiam admistas esse *Guyeti*, cujus nomen uni certe conjecturae in Ep. Meleagri XVI. fortasse etiam aliis appictum est. Ceterum Ruhnkenianus liber, quanquam in multis cum altero conspirat, nonnullis tamen gaudet dotibus propriis ipsi et peculiaribus, aliunde quam ex communi *Salmasii* et *Guyeti* fonte derivatis. Habet enim notatas recentiorum quorundam criticorum, *Kusteri*, *Berkelii*, *Rigaltii*, aliorum, emendationes; latinas graecorum Epigrammatum versiones ad verbum factas, easque totas ad *Salmasii* conjecturas attemperatas, multas etiam gallico sermone compositas. Latinae quidem illae horrido orationis genere, ut plurimae ad verbum factae graecorum poëtarum versiones, conscriptae sunt, quaedam prorsus ineptae, in quibus auctorem graecae linguae imperitia in joculares errores induxit. Inde a p. 365 — 400. sequuntur Epigrammata, quae *Salmasius* Planudeae adscripserat, cum notis latinis et gallicis, sed gallicis pluribus. Sepulcralia car-

habemus auctorem *Davidem Ruhnkenium*, qui illas notas ad *Salmasium* referendas esse minime dubitabat in literis ad cl. *Boschium*, in quibus se hoc apogr. apud *Lennepium* vidisse narrat *), nec nos dubitare patitur cum scribendi genus, cui Salmasiani ingenii notae impressae sunt ita perspicuae, ut, si vel nulla alia argumenta accederent, his solis res confecta videri posset; tum vero alia vestigia, ita manifesta, ut nihil praeter ea ad *Ruhnkenii* sententiam stabiliendam requiri videatur. Utriusque generis plurima egregie animadvertit cl. *Boschius*, ex cujus literis ad me datis ea hîc adscribam, quae ad rem faciant: „Cur ego illas annotationes potissimum „Salmasii esse arbitror, primum illud est, quod ubi„que, quae ipsius erat, ut omnes, qui cum eo vixe„runt, testantur eruditi, non toleranda in litteris „humanioribus docendis arrogantia, solemni qua„dam sua dicendi formula utatur: *haec alias doce„bimus; haec nos alibi pluribus ostendemus; sed haec „alias pluribus declarabimus, explicabimus, expende„mus vel plana faciemus;* quae verba in quavis pa„gina occurrunt. His adde ea, modesti sane animi

*) Ex hoc apogr. transscriptae videntur *Salmasii* notae in *Callimachi* Epigrammata, quas *Ruhnkenius* cum *Ernesto* communicaverat, cum Lennepianis illis ad verbum conspirantes.

„signa: *ita omnino legendum; inepta lectio est, quam*
„*viri docti dum emendare conantur, id recte facere*
„*non potuerunt; jam pridem*, aut etiam, *jam pueri*
„*ita legebamus*, (nam admodum puerum se Antho-
„logiam emendasse fatetur ad L. III. tit. 23. ep. 20.)
„*postea in membranis ita exstare comperimus;* quae
„omnia Salmasii, ut nobis depingitur, ingenio
„dignissima sunt. Deinde quis non ejusdem viri
„insolentiam agnoscat in eo quo Planudem tractat
„modo, cum ait: Planudes ingeniose fecit, et nos
„illi pro hac emendatione decem plagas remitti-
„mus, quas aliis locis propter *insignia decem pec-*
„*cata mereri debuisset.* (ad L. I. tit. 54. ep. 2.) His
„vero non contentus vocat Planudem, cui Antho-
„logia graeca, si tempora spectes, quibus vixit, mul-
„tum sane debet, quoties in ipsius nomen incurrit,
„*audaculum, ineptum, insulsum, imperitissimum mona-*
„*chum;* neque aliter invehitur in Palladam, cujus
„tamen elegantissima, ni fallor, supersunt epigram-
„mata, ut L. I. tit. 80. ep. 6. 7. et alibi. Undique
„mihi hujus viri arrogantia, cum summa festina-
„tione et audacia conjuncta, elucescere videtur. —
„Sed si alia habere velis, quae meam sententiam
„confirment, conferas velim quae disputat ad L. I.
„tit. 5. ep. 17. seu 20. cum iis, quae habent Ber-
„kelius et Holstenius ad Stephanum v. Μακύνεια.

„et quae leguntur ad tit. 78. ep. 4. cum Brunckii „Lect. p. 220. quaeque afferuntur ad L. II. tit. 43. „ep. 7. cum Salmasii notis ad Hist. Aug. Script. T. II. „p. 361. Sic ab eodem Salmasio has annotationes „profectas esse, apparebit, si, quae proferuntur ad „L. II. tit. 52. ep. 11. compares cum iis, quae af- „fert Salmasius ad Ael. Lamprid. in vita Anton. „Heliogabali c. 21. T. II. p. 840. Consule et Tuas „animadversiones Vol. I. p. 142. et quae hîc dicta „sunt ad L. III. tit. 6. ep. 17. tum p. 408. ad ea verba: „*Hinc conjectura enata est, nescio cui, qui codicem „tractavit et in margine notavit* etc. hunc hominem, „qui Tibi erat incognitus, Salmasium esse agnosces, „si ea, quae ad L. III. tit. 23. ep. 26. seu 27. scripta „sunt, attento animo considerare velis. Quae „Brunckius de Macedonia, Pauli aut Macedonii „filia, commemorat Lect. p. 250. plane conve- „niunt cum iis, quae in his annotationibus repe- „riuntur, ad L. III. tit. 23. ep. 9. Videtur sane vir „ille doctus in Wechelianae editionis exemplo, „quod e Bibliotheca Claudii Gros de Boze, ut ipse „ait praefationis p. XXVII. utendum acceperit, „mutilam quandam harum annotationum partem „habuisse, unde saepius, auctore non nominato, hic „apud illum novae enatae sunt lectiones. Denique „ad Dosiadae aram, quam primus in lucem dedit

„Salmasius, provocat L. VI. tit. 15. ep. 26." Hactenus vir doctissimus; cujus argumentis, etiamsi per se satis valeant ad rem, quam voluit, in clarissima luce collocandam, nonnulla tamen adjiciamus, quae ipsi, notas illas diligenter excutientes, ad eandem sententiam confirmandam idonea reperimus. Libro primo Anth. Plan. T. 38. Ep. 4. quod est Leonidae Tarentini XXIX. *Casaubonus* post quartum versum aliquid deesse putans, integrum distichon de suo interposuerat. Hunc designat auctor ineditarum notarum, dum scribit: *Viri docti aliquid deesse putant, et distichon de suo reponunt; Epigramma integrum esse alias docebimus.* Fidem datam exsolvit *Salmasius* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 311. (conf. Animadv. T. I. P. II. p. 89.) Quam autem in eodem Commentario T. II. p. 741. exprompsit emendationem lemmatis ad Ep. Agathiae L. I. T. 2. ep. 61. ea reperitur etiam in notis ineditis. Unum addam, prioribus illis gravius. In Ep. Meleagri L. III. 6. 17. (Anal. CXXVII.) μελιγητείοις perperam emendavit in notis ineditis; eandem lectionem profert in Exercitatt. ad Solin. p. 607. B. ubi olim eum hunc locum cum alio simili confudisse arbitrabar (Animadverss. T. I. P. I. p. 142.), at ipsius notis msctis inspectis, suspicionem meam minus veram esse intellexi.

Quod Brunckium excerpta ex his notis habuisse suspicatur cl. *Boschius*, id et eo loco evincitur, quem ipse laudavit, et aliis quibusdam, ubi *Salmasii* verba profert ita concepta, ut in notis habentur ineditis. v. c. ad *Antip. Thess.* Ep. XLVI. (Animadv. T. II. P. I. p. 377.) ad *Lollii Bassi* Ep. VIII. coll. Lectt. Br. p. 167. ad *Antipatr. Sid.* Ep. LXXIII. (Animadv. T. II. P. I. p. 68.) — Sunt autem hae *Salmasii* annotationes modo copiosiores, modo contractiores; breviorum tamen longe major numerus. Nihil ita expolitum et instructum, ut id *Salmasius* hoc habitu in lucem videatur emissurus fuisse. Longe plurimae versantur in membranarum Pal. varietate indicanda et dijudicanda, id quod paucis plerumque verbis conficitur; in aliis conjectura expromitur; aliae denique interpretationem continent. In posteriori hoc genere saepenumero illam animi fluctuationem deprehendimus, cui vehementer obnoxium fuisse virum doctissimum, omnia ejus opera, quae quidem critici argumenti sunt, abunde docent. In iis autem notis, in quibus elegans et vera membranarum lectio exhibetur, se jamdudum ita emendasse saepius addit, ut nunc in membranis invenerit. Haec omnia ejusmodi sunt, primum ut *Salmasii* has notas esse evincant, deinde, ut eas juvenili potius calore et

impetu effusas, quam maturo judicio elimatas et expolitas esse doceant.

Trium horum codicum usus, quos in novo hoc commentarii nostri volumine passim laudatos reperies, unde et ad priorum voluminum notas haud contemnenda fiet in Addendis accessio, plurimum mihi profuit ad textus Brunckiani rationem et veluti historiam accuratius et cognoscendam et dijudicandam. Plurimarum enim lectionum, quas *Brunckius* in textu exhibuit, fontes atque originem non aliunde cognovi, quam ex his apographis, quorum similia habebat vir doctissimus, *Salmasii* conjecturis interpolata. Nec tamen his finibus omnis illorum librorum circumscribebatur utilitas. Offerebant illi praeterea nonnullas ab aliis editoribus nondum usurpatas animadversiones, quibus edendis me apud eruditos lectores gratiam initurum esse spero.

Ad hos autem codices accedebat etiam apographum *Cornelii de Pauw*, cujus mentionem fecit cl. *Boschius* ad Praefat. Vol. II. Anthol. Plan. p. IX. Hic liber, ex *Guyeti* codice descriptus, praeter illas notas, quae in archetypi margine leguntur, immensa fere instructus est Pavonis notarum farra-

gine, quibus, ut *Boſchii* verbis utar, *hunc librum adeo referſit et opplevit, ut in longis et ſat largis foliis vix locus appareat, quo manum imponas.* Ex hoc igitur apographo illae petitae ſunt cum conjecturae tum explicationes, quas in notis noſtris paſſim ſub *Pauwii* nomine deprehendes commemoratas. Ex plurimis, mira et moleſta loquacitate ab auctore expoſitis, eas excerpſi, quae bonae frugis eſſe viderentur, multo plures omittens, in quibus aut dura erat et contorta emendatio, aut futilis et inepta interpretatio. Habebat enim hoc vir ille, alioqui nec ſagacitate deſtitutus, nec graeci ſermonis imperitus, ut miro quodam ingenii errore difficilia ſectaretur prae facilibus, ut obſcura perſpicuis, contorta et longe petita planis et liquidis anteponeret; in hac quidem parte *Reiskii* non diſſimilis, cui tamen et univerſae eruditionis copia, et graeci quoque ſermonis per omnes partes fuſa ſcientia, ut mihi quidem videtur, multum cedebat.

Praeter has copias, quas debeo humanitati cl. *Boſchii*, cui pro ſumma hac erga me benevolentia publicas gratias ago, obvenit mihi Apographum Epigrammatum graecorum ex cod. Bibliothecae Dresdenſis deſcriptorum, quod inter κειμήλια

Biblioth. Gottingensis asservatur. Continet illud Epigrammata CXXX, ex Musa puerili *Stratonis* omnia, quorum partem *Klotzius* ex schedis Vinariensibus edidit, quas ex eodem Vossiani libri, unde Dresdense apogr. derivatum est, fonte fluxisse constat. Gottingensem illum librum pro singulari sua erga me amicitia mecum communicavit Vir illustris *Heynius*, de cujus in me meritis cum loquor, minus mihi verendum est, ne ipsi parum dixisse videar, quam ne nimis. Magis enim mihi considerandum est, quid aures praestantissimi viri pati possint, quam quid ejus virtutibus debeatur.

Antequam praefandi finem facio, non possum quin gratias agam *Godofredo Henrico Schäfero*, AA. LL. M. viro graece doctissimo, qui et speciminibus typographicis accurate corrigendis, et notis quibusdam, quae diligentiam meam effugerant, humanissime communicandis, institutum meum egregie adjuvit. Hujus viri accuratam eruditionem, civibus suis probe cognitam, in posterum etiam exteri admirabuntur, cum Herodotus curis

ejus emendatus et expolitus in lucem prodierit. Ad hunc aliosque quos parat labores ut ei et otium et bona valetudo ſuppetat, cum ipſius doctiſſimi viri, tum bonarum literarum cauſa vehementer opto.

Scribebam Gothae, menſe Majo 1800.

[illegible]




Stanford University Libraries
3 6105 126 944 193